


R-8892

OPERV M DIVI BER-
nardi Clareuallensis Abbatis To-
mus secundus.




2 400 40
Sheffield
MADE IN GREAT BRITAIN

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34



R-8892

OPERVMDIVI BERNARDI
Clareuallensis Abbatis Tomus
secundus.



IUDOCUS CLICHTHOUEUS NEOPORTUENSIS,
benignis Lectoribus salutem.



IHESAVRUM in agro absconditum tanti aestimavit, qui in-
 uenit, ut Euangelico tradente eloquio, uenditis omnibus illū
 comparauerit. Thesauri uero occultati nomine, non ineptē,
 nec absurdē sanctorum patrū abstrusa scripta accipimus, qui-
 bus recondita sacrarum literarum sensa nobis elucidare cura-
 runt. Siquidem in illis non aurum ad horam rutilans, non ar-
 gentum citō periturū, non deniq; lapides preciosos aliorum
 direptioni obnoxios est inuenire; sed in defluxas opes anime,
 indeciduasq; gemmas, auro Indico, lapillisq; nitidis preciosiores: quandoquidem il-
 lis ipsīs diuina explicantur eloquia, quæ desiderabilia sunt super aurum & lapidem
 preciosum multum, & dulciora super mel & fauū. Eloquia enim Domini eloquia
 casta, argentum igne examinatum, probatum ter, purgatum septuplum. Quæ quia
 sæpenumero non usquequaq; captui nostro peritua sese offerunt, magno pere ample-
 ctenda sunt antiquorum patrū opera, quibus obiectus ille thesaurus nobis refe-
 ratur, diuinarum scripturarum mysteria recluduntur, mores rectius instituuntur. In-
 ter quæ sanè opera, à probatissimis authoribus elucubrata, beatissimi Bernardi uolu-
 mina non postremo loco collocanda sunt. Si enim authorem spectare libet, & uitæ
 sanctimonia, & præclara eruditione præstantissimus occurret. Si characterē ipsum,
 rationemq; scribendi: comperietur suauissima, & sine asperitatis offendiculo cum
 summa facilitate elegantiaq; decurrens, ut melle dulcior uideatur ex eius ore fluxis-
 se oratio. Si deniq; materia, quam pertractat, exquiratur: aliud inuenietur nihil, nisi
 quod in uolucra sacræ scripturæ in lucem proferat: aut uitia grati uerborū tonitruo
 effulminet, aut ad uirtutem studiosius inuitet. Hunc igitur thesaurum hæcenus in
 agro Domini absconditum, & iam tandem uigilantissima cura erutum, uobis ascisci-
 te, quicumq; sacrarum literarum ardenti flagratis amore. Has ueras comparate diui-
 tias, quæ non ueterascunt, nec à tineis eroduntur, aut à furibus effodiuntur, sed inde-
 ficientes, in occiduas, nullo unquam fato interituras: quibus anima locu-
 pletata, ad cœlestia tecta tutum carpet iter, nec eam malus
 auferet error. Valet.

NICOLAUS HAQUEVILLE, SACRI SENATVS PARISIENSIS,
 præfes æquissimus, de laudibus Bernardi, & situatione
 Claræ uallis.

Abdita uallis erat, medijs in montibus, alto
 Et nemore, & uiridi tunc adoperta rubo.
 Hanc Claram uallem meritō dixere priores,
 Mutarunt nomen uallis amara tuum.
 Quam licet umbrosi circudent undiq; montes,
 Nulla tamen toto clarior orbe fuit.
 Hanc Alba irriguus mediam perlabitur annis,
 Fons ibi perpetuo munere donat aquam.
 Ad quam diue pater primum Bernarde colendani
 Mitteris, illo iam tempore tantus eras.
 Nondum difficilis iuueniles liquerat annos,
 Mens tamen in tenera carne senilis erat.
 Tunc fuit incultis hæc uallis consta dumis,
 Tunc ibi non domite delituere ferae.
 Illo syluestres produxit tempore fructus,
 Viticole nulli, nullus arator erat.
 Nullæ hominum sedes, uetus hæc spelunca latronum:
 Nullus in hac poterat carpere tutus iter.
 At postquam Claram uallem Bernarde petisti,
 Et statuis sedes fratribus ipse tuis:

Tunc subito antiquam mutarunt omnia formam:
 Aspera quæ fuerant, fertiliora facis.
 Vallis & in medio cellas, Christi q; dicatam
 Ecclesiam, adductis fratribus ædificas.
 Instruis angelicam hos in terris ducere uitam,
 Psallere diuinas nocte dieq; preces.
 Protinus immensum discurrit fama per orbem,
 Bernardusq; pater cuncta per ora uolat.
 Undiq; concurrunt pueri, iuuenesq; senesq;
 Flectere ad imperium colla superba tuum.
 Non illos retinent matres, non mollior ætas,
 Non timet austeras alba senecta uias.
 Non illos remorantur opes non deniq; uana
 Quæ uenit à claro sanguine nobilitas.
 Ipseq; mundanos spernens Henricus honores,
 Cuius erat frater Gallica sceptrā tenens:
 Qui licet ipse foret regali sanguine cretus,
 Se tamen imperio subdidit ille tuo.
 Omnia regna tuo nutu Bernarde regebas:
 Tantum uirtuti tunc adhibetur honos.

IN LAUDEM D. BERNARDI

Si qua inter magnos fuerat discordia reges,
Omnia sunt uoto conciliata tuo.
Tunc etiam insani rabies uesana Leonis
Vexabat rapidis dentibus ecclesiam.
Sed tua pestiferas fregit prudentia uires,
Et finem tantis cladibus imposuit.
Testis Aquitanas regnans Gulielmus in urbes,
Dum Bernarde tuos concidit ante pedes.
Tu quoque fraternas actus dispergis in orbem,
Nullaque terra tuis fratribus absque patet.
Sine ea purpureos tellus quae tendit ad ortus,
Quaeque sub occiduo sole relicta iacet,
Quaeque aut gelidas terras fleat ad Arctos,
Quae uel sub australi noscitur esse polo.
Aut ea quae extremos nutrit populosa Britannos
Insula, quae Oceano cingitur ampla mari.
Quam longe Europae tenduntur demum fines,
Exquirunt fratres omnia regna tuos.
Omnia non possum nunc carmina nostra notare:
Hec pauca ex multis differuisse sat est.
Nam grauis haec nostras superat prouincia uires:
Vena cui fluitat suauior, ille canat.
Hec mihi sufficiat rapitum tetigisse canendo,
Non facit ad tantum nostra canena uirum.
Ad Claraualenses.
Post praecipua patris praesens dum uita superstes,
Pergite: cum tacito nam fugit illa pede.
Nec uos poeniteat mundi spreuisse ruentis
Tractandas paruo tempore delicias.
Tristia quae modo sunt, quaeque amara uidentur,
Gaudia post mortem non pertura parant.
Post lachrymas, genitus, longa et suspiria uallis,
In momem excelsum uos trahet ipse Deus.
PHILOTHEI MONACHI DE VITA ET MORIBUS D. BERNARDI ABBATIS CLARUALLIS, CONGREGATIONIS CISTERCIENSIS: EX ORDINE BEATISSIMI PATRIS BENEDICTI, CARMEN ENCOMIASTICON.
Inclita dum tenui molimur gesta susurro
Dicere, Maonijs emodulanda sonis.
Quid nisi Trinacrios reuocare ad litora fluctus
Nitimur, et modicis imposuisse cadis?
Scilicet ipse rudes necdum formare loquelas
Doctus, et agrestis concupuisse lyra,
Principis aetherei titulos, qui laudibus omnem
Excessere modum, sacraque gesta canam?
Quis ferat exili Codrum temerasse canena
Acta Sophocleo condecoranda sono?
Non secus ac Phaebo si persequar addere lumen,
Hinc atque hinc sanne rhinocerotis erunt.
Non igitur Bernarde tuas mihi promere laudes
Fas erit, et tremula concinuisse cheli.
Candida Laurigeri referant tibi carmina uates:
Nos inopes animum, corda, precesque, damna.
Talia iam postis agitaram mente tabellis,
Arguerantque animos crimina nostra leues.
Cum mihi blanda quies uictis subrepsit ocellis,
Et tenuit placidus pectora lasa sopor.
Tunc dea, cui tellus, caelum cui militat omne,
Virgo mihi est tales fundere uisa sonos:
Stulte, tui nobis prohibes quid carminis usum?
Quid uel sacerdoti munera grata meo?
Incipe, Bernarde (si nescis) gloria nostra est.
Quicquid habet, nostro ritus ab anne trahit.
Hoc mihi Ioannes nunquam fuit arrior ille,
Qui datus est uita duxque comesque, meae.

Ille quidem dulces mecum permansit in anno,
Virginis intuitu colloquioque fruens.
Hic autem caeli cum iam data sceptrum tenerem,
Promeruit uultus cernere saepe meos.
Ille erat intacti custos mihi corporis uirum,
Hic nostri curam nominis usque gerit.
Sed quid plura? animis paribus mihi iunctus uterque,
Nec minus ille mihi, nec minus iste placet.
Vixit uterque parem ueneris sine crimine uitam,
Virginitas bini pectoris una fuit.
His Deus aequilocas sublimi in uertice sedes
Contulit, et lateri iussit adesse meo.
Eia age, quosque pater tribuit mihi laudis honores,
Sumat, et alternas deique feratque uices.
Aspicis egregia quos condidit arte libellos,
Quo referant cantum nomen in astra meum?
Spiritus illa animis bene profectura malignus,
Scripta tulit laudes quae cecinerunt meas.
Proque pio illadem Danaosque induxit Iesu,
Abdideratque mei mystica dicta senis.
Dumque homines nugas miser sectantur inanes,
Haec penes in nullis scripta fuere locis.
Non tulit hoc summi temerata potentia sceptri,
Perfidus ut nostras hostis haberet opes.
Ipsa etenim tacito monui spiramine quendam,
Qui mihi praecipuo munere iunctus erat.
Ut pia dispersos reuocaret cura libellos,
Scriptaque sideres quae docuere uias.
Efficeretque die cadenti ne exesa uetusto,
Imprimeret breuibus sculptor ut illa notis.
Et quia tam longo fuerat uitata recessu
Littera, iudicis tergeret ante fuis.
Hec ego quae tantos illum tolerare labores,
Hec ego te faciles hortor inire modos.
At metuus ne forte rudi perarata cothurno
Liuor edax tetrico carmina denique petat,
Atque supercilio tua respuat orsa tumentis,
Contentatque leues ista decere uiros.
Nec ferat Aonias monachum reuocare sorores,
Quas semel inuiso iussit abire pede.
Euge superuacuis horum latratibus obstat
Perpetuo uates iunctus amore mihi.
Qui ferrugineis niueos superaddit amictus,
Inclita Carmeli tegmina montis habens.
Qui mea dulcisono celebravit carmine gesta,
Stridentesque truci Costidis aere rotas.
Ille dabit faciles auribus, portusque, secundos,
Hoc duce Scyllaeos transgrediere canes.
Aspicis ut clara stolidos ratione retundat?
Garrulaque opposita clausit ora manu?
Hic mihi de mundi reuocatus turbi ne plaudent,
Atque meum dulci concinit ore decus.
Fare age, uirtutum cumulis, et laudis honore,
Quem deceat sati praeposuisse meo?
Nam si grandiloquo liceat conferre Maroni
Carmina, quod paribus cantet uterque, modis:
Hic tamen eternis tantum uirtutibus illo
Clarior est, quantum notibus alma dies.
Nam quae dona meo potui praestare clienti,
Quae minus illustrem constet habere uirum?
Queritur eloquio quantum ualeat ille nitenti?
Talis Aristocles Maoniisque fuit.
Queritur innocua quantum probitate coruscet
Helias ardentis talis in axe fuit.
Hic docet angustum uirtutis scandere culmen,
Et celerem uitijs imposuisse modum.

Nil

Nisi nisi quod rigidi possint laudare Catones,
Nil nisi sacro Christus in ore sonat:
Hic mea dum celebri repetit praecordia cantu,
Mille mihi aeterno iunxit amore uiros.
Huic ego sideream tanto pro carmine sedem
Constitui, et regni gaudia summa mei.
Hunc tamen assiduo Bauuis liuore fatigat,
Ingenio aquarit caelica testis licet.
At tibi quem nullo decorauit schemate Christus,
Desierunt auidi murmura torua canis?
Celsior humanos perfundabit ille fauores,
Sociisque perpetua premia lucis auet.
Illius exemplo nugas contemne loquaces.
Nanque magis uirtus pressa micare solet.
Inuenies omnibus florenti laude uerendos
Inuidiae facibus succubisse uiros.
Gaude igitur tanto quod te dignamur honore,
Ut tibi sit noster causa ruboris amor.
Incipe iam tali ductus stratagemate, quam uis
Vani loquus nullam donet Apollo tyram.
Nostra secundabit curfus cynosura patentes,
Ut leuius ceptum perficiatur iter.
Nulla tuae est, fateor, nulla est facundia linguae,
Nec Deus eloquium, sed pia corda probat.
Graminibus pecudes pascentur, rore cecidit,
Quadrupedum tygris sanguine, corde Deus.
Solve igitur propero tenuem de littore cymbam,
Deducent curfus flamma nostra tuos.
Dixit, et aereas fuerat iam lapsa per auras,
Coepert sensus cum uigilare mei.
Grande opus aggredior, ueniam date iussa sequenti,
Cogitur inuito currere Musa pede.
Quaeque leui quondam latitans epigrammate lusit,
Nunc grauiore meat Calliopeia gradu.
Non tamen acta suo digesta ex ordine dicam,
Pauca sed est plena margine mira loquar.
Interea nostro pater o uenerande labori
Annue, et o sacri doctor amoris ades.
DIVI BERNARDI PRO INSTAURATIONE MONASTICA RELIGIONIS PROLATA SUPPLICATIO, & ACCEPTA A DEO PROMISSIO.

Stira decem celeri penetrant secula cursum,
Bis totidemque pari lustra peracta pede.
Aex quo lethiferi ressecans contagia morbi,
Christus ab intacta uirgine natus erat:
Cum genus omne boni facinus mortale sugarat,
Foedaque terrigenis gaudia numen erant.
Vndique liuor edax, feritas, discordia, lites,
Pestis, bella, fames, et metus hostis erat.
Omnibus occiderat superum reuerentia terris,
Et decus et priscae religionis amor.
Quinetiam ruptis errabat pauper habenis,
Sancte per anfractus grex Benedicte tuus.
Rarus et incerta monachus statione peragrans,
Non dabat auro debita uota suo.
Tunc proprias Benedicte oues miseratus, Olympi
Dicitur his regem sollicitasse modis:
Maxime rex, parent caelum cui, terra, fretumque,
Omnia qui nutu dasque regisque tuo:
Aspicis ut longo prohibitas male frigate auro?
Aspicis ut toto serueat orbe scelus?
Cernis ut aduersis agitur fluctibus omnis
Religio, et nullo milite sulca cadat?
Ille meus quondam teneris bene cultus ab annis,
Quo fugit antiquae religionis honor?

Quem ego tam lata moriens ditone reliqui,
Ordinis heu nostri dic mihi feruor ubi est?
Iam mea progenies tandem, nisi protinus illi
Prospectis est summo culmine, pulsa cadit.
Surge age, iamque hominum sortem miseratus acerbum
Erue de tantis pignora nostra malis.
Dixit, et ex alio totum qui temperat orbem,
Occcepit tales protinus ore sonos:
Optime dux, uario caelum qui milite complex,
Qui fueras nostrae pars modo prima ratio:
Parce pio Benedicte metu, nam morte tuorum
Maenia sunt ducibus restituenda meis.
Maenia quae tantis agitata furoribus ardent,
Maenia quae Petri iacta fuere manu.
Respice quem teneris puerum mihi mater ab annis
Obtulit, et patriam Gallica terra dedit,
Spiritus hunc pleno radiatum pectore sanctus
Efficiet Mosi religione parem.
Cernis ut ille mei stimulis agitata amoris.
Iam terat assiduo limina sancta pede?
Aspicis ut pulchro rutillet sub pectore uirtus?
Inspice uenturum ut testificatur opus.
Niligenas tanto monachorum principe catus
Restituent septis tempora leta tuis.
Angelicis postquam compleuerit omnia turmis,
Deseritque tuam composuisse domum:
Tunc etiam Petri nimium iactata quiete
Huius ab auspicio tuta carina uiri.
Solutus hic ingentes monachus tractabit habenas
Orbis, et extremo iura sub axe dabit.
Quaeque uides tumidis consurgere uiribus arma,
Pax erit illius conciliata fide.
Aurea tunc placidis consurgat moribus aetas,
Et mea terrigenis gratia maior erit.
Quinetiam extremi bonitas cum tempore seculi
Nulla erit, et toto fugerit orbe fides:
Aureus ecce tuo surget de uimine palmes,
Siccisque nectareus persuet ora liquor.
Vrbis Patavi illustres praebit palmitis ortus,
Hinc feret auxilij germina leta meis.
Ipse etiam tanto producet fenore fructus,
Ut fateare tua non eguisse manu.
Quare age, tam clari proles ne germinis unquam
Deficiat, nullo sollicitere metu.
Hec ait, et summo paraclitum mittit ab axe,
Bernardumque suo concremat igne Deus.
BERNARDVS QUATVOR GERMANIS FRATRIBUS IN EANDEM SENTENTIAM ADDUCTIS, RELIGIONEM INGRESSE STATUIT.
Ille Deo plenus, faciem moresque pudicos
Induit, et mentis improba sensa fugat.
Iamque puer tenero clauderat pectore numen,
Et decor egregij maximus oris erat.
Hunc qui solerti spectabat lumine, dixit,
Et speciem et mores uirginis iste gerit.
Candida cui roseo facies suffusa rubore,
Et grauitas aulici mixta lepore fuit.
Prima iuuentis graui uoluebat seria sensu
Quae solet in faciles luxuriare iocos.
Terre fixa acies, modici sine murmure risus,
Ista uerecundae signa pudoris erant.
Grata quies animi fuerat, solusque peragrans
Saepe dabat querulo talia corde puer.
Cur mea mens breuibus miserisque exercita curis,
Excipis humanas irrequieta fides?

** 3

Quando

Quando erit ut posita uariorum mole laborum,
 Discat in authorem uita redire suum?
 Si cupio excessi spectare cacumina caeli,
 Deprimis innata conditione caput.
 Hinc pater, hinc genitrix, atq; hinc mea sodales,
 Distrabit et sensus quaeq; fauilla tuos.
 Sed Deus ipse uia qua sit mihi monstrat eundem,
 Et reserat sacrae religionis iter.
 Nuper struata, humilis latitat sub paupere tecto,
 Sancta quidem, sed non ambitiosa domus:
 Cisterciq; patres habitant ea limina pauci,
 Instituant leges qui Benedicte tuas.
 Hic ego caelibus figam mea lumina regnis,
 Haec requies nostri sola laboris erit.
 Si mihi nostra ferant peregrinos arua lapillos,
 Sitq; meum toto quicquid in orbe patet,
 His tamen aeternos pudeat conferre triumphos,
 Gaudiaq; extremum non habitura diem.
 Quid moror, ab demens, uel quid data tempora perdo?
 Plurima commissis addidit una dies.
 Talia flammata libratat pectore dicta,
 Propositiq; grauem fixerat inde pedem,
 Cum iuuenis tenera superatus imagine fratrum
 Fleuit, et haec dixit praeda petenda mihi esse.
 Dixit, et in superum Germanos regna ciebat,
 Sic repetens animo gaudia nata suo.
 Nuper in aduersis errabam naufragus undis,
 Nunc mihi caelestis meta reperta uia est.
 Meta reperta mihi est, quae caelibus ocia uita
 Explicat, et tutum religionis iter.
 Hanc igitur mecum celeri contendite cursu:
 Arripere, et tanti lucra referre boni.
 Et Deus et caeli nostri sunt causa laboris,
 Efficient pugnam praemia tanta leuanti.
 Quos furor est opibus animos seruire caducis,
 Quos Deus in superum regna beata uocat?
 Cur igitur fratres, cur uos terrena morantur
 Hospitia in festo soluite colla iugo.
 Nec morata facili Germanos uoce coegit
 Annuere, et proprios deseruisse lares.
 Tunc, modo suppressus, uicina inuolueret tecta
 Incipit, et lato spargitur ore focus.
 Namq; patres sancta socios ut quaereret arte,
 Augeretq; suo regna superba greges,
 Conspicuum forma iuuenem, decus omne suorum,
 Non puduit medio spargere uerba sero.
 Et modo caelestes populis memorare triumphos,
 Et modo Cerberei regna tremenda canis.
 Artifici innumeras gentes sermone traherat
 Sola docens summi castra sequenda ducis.
 Illic condensas glomerabant agmina turbae,
 Quocumq; optatos uerterat ille pedes.
 Tunc comitum illustris numero ex agmine coetus
 Haesit, et huic firmo foedere iunctus erat.
 In quocumq; uelut pedibusq; animisq; paratq;
 Deduxisse bonum religionis opus.
 Vna omnes parili socios seruore uoluntas
 Iunxerat, immensum compuleratq; gregem.
 Omnibus una domus fuerat, eibus omnibus unus,
 Vitaq; diuini plena timoris erat.
 Vtq; petens sparsam gelidus gladiator arenam,
 Apta prius uacuis ictibus arma probat:
 Sic iuuenes ualidis monachorum tela lacertis
 Torquentes uitijs aspera bella mouent.
 Sicq; prius sacras posita quam murice uestes
 Induerent, ueteres deseruere uia.

DIVI BENEDICTI HABITVM BER-
 nardus cum socijs amplius quam XXX. in
 Cisterciensi cenobio induit, ibiq; breui
 sanctissimus efficitur.

IAmq; dies motiua aderat, qua sancta renasci
 Debuerant animo pectora iuncta pari,
 Cum puer ipse, uirum celebri comitante caterua,
 Siderumq; polo iam resonante melos,
 Clauditur in sepiis, ueteremq; exiit amicum,
 Tegmina tam sanctae rusticitatis habet.
 Cellula parua nouae capiebat tempora uita,
 Cellula iudicij semper amata suis.
 Hic didicit summi penetrare cacumina caeli,
 Hic didicit culio quicquid ab ore stuit:
 Hic didicit curare nouo ceromate morbos,
 Solus et extinctam uiuificare fidem.
 Munera tanta quidem modicos bene culta per annos,
 Donat amatori cella beata suo.
 Dicite uos auido teritis qui compita passu,
 Qualia clamofo lucra reperta foro?
 Non ille ingenium uario problemate cepit
 Obrucere, aut studijs illaqueare nouis:
 Cura prior stimulos ueneris domitare iuuenes,
 Atq; animimotus composuisse fuit.
 Cura prior tristis luere ut crimina planctu,
 Quam caperent tumidum pectora lata sophos,
 Cura prior superum nitida caligine pectus.
 Inuadere, et sensus mortificare suos.
 Christus ob id tanto repleuit honore clientem,
 Saep ut caelestes cerneret ille choros:
 Quid refram quotiens summi regina theatri
 Nectareos illi uisa mouere sonos?
 Saep suum uirgo famulum uenerata solebat
 Visere, et ambrosias saepe referre dapes.
 Nunc age, qualis erat meditant in pectore uirtus,
 Accipe nam breuibus persequar ipse modis.
 Ante salutarem curuato poplite Christi
 Effigiem, lachrymas, uota, precesq; dabat,
 Confixasq; truci spectabat uulnere plantas,
 Ossaq; distinctis dinumeranda notis.
 Iamq; gemens tremula fundebat uoce querelas,
 Verbaq; montanas apta mouere feras.
 O decus, o nostri lenimen Christe doloris,
 O mihi tam duro parua labore salus.
 Foelix si tantis in me conuertere poenas,
 Et liceat misero si mihi posse mori.
 Ipse immaturos ausim decerpere fructus,
 Christe tamen dentes obsupuere tui.
 Sidera, terra, fretum Domini miserescite uestri:
 Flete meos casus, sidera, terra, fretum.
 Talia dum memorat, Domini pendens imago
 Solut in amplexus brachia mota suos.
 Talis in excelsis regnabat principe uirtus,
 Talis in ardenti pectore serior erat.
 Sic nouus interno gaudebat nectare miles,
 Intimaq; aeternus strinxerat ossa calor:
 Ut mortale nihil saperet, terrenaq; semper
 Dediscens, Christi raptus amore foret.
 Noctibus in lachrymas faciles soluebat ocellos,
 Et minimi durus criminis ultor erat.
 Carnibus abstinuit, magniq; abdomine piscis,
 Sedabatq; sitim simplicis humor aque.
 Artibus his summam uirtutum uenit in arcem,
 Sic peragens letos prima luuenta dies.
 Vixerat hic dulces iam dudum inglorius annos,
 Tempora nec uera plena quietis erant:

Cum

Cum Deus ipse pio disponens omnia nutu,
 Bernardum ex humili iussit abire loco:
 Nomine clara quidem, sed clarior omine uallis
 Consta uicina sub regione fuit.
 Misus in hanc sacras referens pater optimus artes,
 Condidit imperio claustra regenda suo.
 Perfidus, et scelorum defessus mole suorum,
 Huc ueniens posito crimine tutus erat.
 Quisq; peregrino rutilabat murice quondam,
 Hic didicit cultu pauperiore tegi.
 Nec pudor hic curuis agitare ligonibus arua,
 Et trahere inuitos sub iuga panda boues.
 Hic spes uera, fides, probitas, reuerentia, cultus,
 Et decor antiquae religionis erat:
 Vestis dura, cubus tenuis, rigidique labores
 Semper, et exhibitis condita claustra feris,
 Vix dabat assiduo defessus uomere fructum,
 Gaudebatq; leui subdere colla iugo.
 Nunc ego, quae latitans claustro miracula sanctus
 Ediderit populis concelebrata canam.
 Non procul inde uirum nimio circumdedit aestu
 Febris, ut extremam crederet ire diem.
 Non ille Aemone potuit medicamine morbus
 Curari, aut medica conuulsiue manu.
 Itur ad excessu ueneratis militis aedes,
 Auxiliumq; humili poscit ore piuum.
 Ille ierat, lachrymisq; Deum precibusq; rogarat,
 Ut celerem moriens sumeret aeger opem:
 Protinus ex alto languens resilit cubili
 Cernitur, et ualido quo libet ire pede.
 Hinc iam Bernardus toti innotescere mundo
 Coepit, et ex illa clarior esse die:
 Vndiq; uicinas uoluitabata fama per urbes,
 Miraturq; nouae quisq; salutis opus.
 Audijt, et lato properat Germania cursu,
 Quisq; colunt fines Betica terra tuos.
 Ille oculis captam matrem, nunc ille parentem
 Aduerit, extremo currit ab orbe miser.
 Spirituum tetro uexatus quisq; furor
 Pergit, et in festo liber ab hoste redit.
 Loripedes etiam plures lectica uehebant,
 Ut pia naturae dextra nouaret opus.
 Ille crucis tantum decorabat pectora signo,
 Sic poterat placita quisq; salute frui.
 Aeger Apollineas, doctiq; Machaonis artes
 Qui coleret, toto nullus in orbe fuit.
 Tanta inerat facili sermone potentia sancto,
 Tam celeris sacro uenit ab ore salus.
 BERNARDVS INNOCENTIVM PON-
 tificem Maximum a Petro Leonis ex-
 pulsum, sedi Apostolicae mirabi-
 liter restituit.

Interea Latius gladijs stridentibus urbes
 Exagitat Stygio missus ab anne furor.
 Romaq; tartareis nimum uexata colubris
 Frenit, et insana seditione furit.
 Quodq; Panomphai lacerabat templa Tostantis,
 Foedistagum Petri schisma Leonis erat.
 Hic male dum ueterum titulus et laude superbit,
 Pontificis summos pugnat adire gradus.
 Cumq; alius, sacro procerum dictante senatu,
 Debuerat sedem Christe tenere tuam:

Ille tamen diro prosternens omnia ferro,
 Immeritum templi ius dabat omne tui.
 Iamq; sacerdotes praestanti laude uerendos
 Expulerat, sancta solus in urbe potens:
 Quisq; Leonigenas renuerunt sumere partes,
 Proh facinus gladio succubere truci.
 Ensis hic tumido bacchantibus agmine, Christi
 Viscera, Romanae diripiuntur opes.
 Nec furor hanc belli pestem intra mania clausit,
 Gorgoneum toto uirus in orbe fuit.
 Nam qui legitimas pastor retinebat habenas,
 Multa dabat meritis templa regenda uiris.
 Perfidus ad contra temeratis legibus alter
 Templi sacerdotes iussit habere suos.
 Ergo hinc Christicolae uolabant bella per urbes,
 Dum cupit alterno quisq; subesse duci.
 Sicq; per ambiguas errabat cymba procellas,
 Ut foret incerto iam peritura mari.
 Ipse pater uerae fidei, pecorisq; magister,
 Vix poterat propria delituisse domo.
 Quid fiduciat timido repetat si remige portum,
 Certat in aduersas ire magister aquas.
 Deferat ipse ratem medijs Palinurus in undis?
 Hoc prohibet sanctae religionis amor.
 Sed tandem rabidi defessus Marte Leonis
 Cedit, et Hetrusco uectus ab anne fugit.
 Sic tamen interea lachrymis affatur obortis,
 Quos dederat profuge Christus in se rati:
 O socij, aduersa foelices sorte futuri,
 Dummodo siderei sint rata dicta ducis:
 Auxilium sancto, nisi sit spes uicta, labori
 Fidite, caelesti semper ab arce uenit.
 Maximus ille pater, Gallorum gloria regnis,
 Cuius iam toto nomen in orbe micat:
 Ille quidem lapsis poterit succurrere rebus,
 Hec requies longis sola reperta malis.
 Hunc etenim uirtute uirum, signisq; potentem,
 Quis nescit facili uolueret regna manu?
 Hic ego securo statuam sub sidere puppim;
 Hic poterit placido tuta latere uado.
 Nec mora, Tyrrheno spumantibus aequore rostris,
 Excepit profugum Gallica terra ducem.
 Sicq; peragrato Gallorum limite, summus
 Candida per syluas pastor ad antra uenit.
 Occurrunt longo uenientibus ordine patres,
 Praeua Christiferae signa suere crucis:
 Psallentesq; pio mulcebant nubila cantu,
 Talis in abiecto milite pompa fuit.
 Hos Romanus eques nimum nimumq; beatos,
 Quos uidet in tanta deger epa, uocat.
 Et modo continuus celebrata silentia claustris,
 Et modo Parthenij laudat honoris opes.
 Nil ibi quod rapida cuperet nouus aduenia mente,
 Nil nisi praecipui candor amoris erat.
 Panis, poma, nubes, hortensisq; herba, legumen,
 Deliciae, abductis ista suere uiris.
 Maximus interea Christi sua fata sacerdos,
 Tam longe casus exposuitq; uie.
 Tunc pater ipse sui uirtus mandata magistri
 Accepit profuge uela tuenda ratis.
 Non ego multiloquo septem tolerata per annos
 Carmine fata notans, singula quaeq; canam.
 Nec referam longos quos pertulit ille labores,
 Dum cuperet laceram composuisse fidem.
 Summa se quar tantum celebris fastigia facti,
 Atq; meritis chartis exiit ipse meis.

* * *

Imperi-

Imperium tenuit Romano in culmine summum
Lotharius tanti tempore disidij:
Ille uirum merito sanctum celebrabat honore,
Congaudens lateri semper adesse suo.
Hunc adiit, rogatq; senex ut fortibus armis
Restituat patriæ sacra deosq; sua.
Annuit, & ualido glomeratis agmine turmis,
Aggreditur sancta rex pietatis iter.
Hinc precibus meritisq; pater Bernardus opinis,
Atq; hinc Lotharij castra fuere ducis.
Sic graditur summus Romana ad tecta sacerdos,
Hinc atq; hinc duplici tutus ab arce sedens.
Veatum erat ad summi celeberrima templa Tonantis,
Vera loquar, facili sed grauiora fide.
Non lituos, non castra duct, non bella mouere,
Non opus ardentem conseruisse manum.
Vnius (o foelix) monachi reuerentia tantum
Terruit audaces seuæ per arma uiros.
Ipse autem tanti fuerat qui turbinis auctor,
Audijt hos humili trisilis ab ore sonos.
Petre tuam subito licuit mihi scindere uitam,
Et Phlegethonteo precipitare lacu.
Tu tamen, ut gemitu ueniam merearis acerbo,
Tres tibi pro grandi munere sume dies.
Dicta fides sequitur: iam tertius ordine Titan
Fulserat, extremum clausit ex ille diem.
Protinus expasiss referantur ouilia ualuis,
Et resouent sparsos lata per arua greges.
Quod fuerat rabidi sanctum lege Leonis,
Deiicit hoc summa Præsul in urbe sedens.
Iam poterant lati tractare negotia ciues,
Et rigidam tandem uertere ararum humum.
Omnibus hic igitur placida sub pace locatis,
Sanctus in optatos se tulit inde sinus.

**BERNARDVS ROMANA ECCLESIA
fœlici pace donata, in Galliam honorificè re-
dijt, ibiq; sanctissimam Domino ani-
mam reddidit.**

PRætereo eximij tacitus miracula patris,
Que fuerint longe tempore facta uia.
Fœlices etenim nimium nimiumq; flere,
Hospitio illustrem qui tenuere uirum.
Quiq; sacrum uoluit populus retinere parentem,
Obuius in longas ibat ab urbe uias.
Gaudia quisq; nouo gradiens testatur amictu,
Occurruntq; pio uirg; puerq; seni.
Luctus abit, lætis resonat concenibus æther,
Festisq; depositis artibus hospes agit.
Undiq; purpureos spargunt per compita flores,
Et redolent sacris thura perusta focis.
Perq; uias pueri ramos strauere uirentes,
Compita subiectis tecta fuere togis.
Sic quondam Solymis, in opum quem uexit asellus,
Excepit reducem grata caterua Deum.
At postquam optati confedit limine tandem
Hospitij, plaudens undiq; turba ruit.
Undiq; turba ruit tanto glomerata tumultu,
Vt nequeat lassum limine ferre pedem.
Tot quoq; difficili languentia corpora morbo
Obtulerant, facili restituenda manu,
Vt malè uel modici fuerit data copia somni,
Nec tulerit properas mensa peracta dapes.
Sicq; peragratis Gallorum finibus, Abbas
Comigit optato claustra beata pede.
Tunc nemora, & patrij lapidosa cacumina montis
Aspiceres Domino plaudere cuncta suo.

Viq; solet multo non usam tempore matrem
Expetere, & plaudens basia ferre puer:
Sic hilares uiso monachi pastore resulant,
Osculaq; alternis dantiq; feruntq; genis.
Tunc, modo qui fuerat titulus super æthera uectus,
Cernere quem magni concupiere duces,
Ecce uirum posito spectares præfule sanctum,
Sarcula iam manibus corripuisse sacris.
Et quibus ipse humeris lassus confederat orbis,
Cernitur intexto uimine ferre lutum.
Bis centum æthereo plaudebant agmina reg;
Que bonus ex omni traxer at orbe pater.
Hæc fuerant tanto populis celebrata fauore,
Sic coluit sanctum uirg; puerq; gregem:
Totus ut ex illo resonans contenderet orbis
Sacratum pariter detinuisse ducem.
Tunc Romana suo decoranda antistite templa
Eugenium ex humili surripere domo.
Tunc etiam innumera diuersis paribus urbes
Inde sibi sacrum constituere caput.
Talibus acta uiris nulla exagitante charybdæ,
Sancta super tenues cymba fluebat aquas.
Aurea iam posito currebant secula fastu,
Temporaq; hæc nullis migrare fuerat malis.
Omnia diuinas resonabant compita laudes,
Iam dabat angelicum terra frictumq; melos.
Hæc tamen ante alias longè celeberrima ualles
Quam coluit magni duxq; paterq; gregis.
Iamq; decem senos lustris properantibus annos
Clauferat extremo curua senectia pede.
Atq; senescenti titubantia corpore membra
Pondere continui fracta laboris erant.
Nec tamen austeri laxauit frena senectus
Culminis, aut celeres sistere usarotas:
Sed uelut in uiridi properabat fortius æuo,
Vt leuis ad palmæ præmia currit equus,
Viq; solet cantu modulose iterare canoro
Dulcius ad mortis limina ductus olor:
Sic dedit ille sonos supremo in limite dulces,
Scriptaq; decrepiti mira fuere senis.
Nam pater æternos senio consecutus amores,
Exposuitq; sacris oscula lata modis.
Iamq; instare uidens cœlestis gaudia uita,
Imposuit uili languida membra tero.
Grex bonus ingemuit, circumfusisq; iacenti
Talia sollicito murmure dicta dabat.
Ergo ne iam miseris pater o uenerande nepotes
Fert animus medio deseruisse marit
Quis nam igitur tristis, uel quis solabitur ægros
Pastor? & ætheri calcas amoris erit?
Quis pater attonitos, inopesq; tuebitur agnos
Ne lanient auido uiscera dente lupi?
Quis poterit miseris nodos aperire latentes
Legis, & eloquij mystica uerba sacri?
Quis nunc torpentes animos, & frigida corda,
Curabitq; leui uulnera nostra manu?
Ah nimium properata tue cita tempora uite,
Ah nimium lethi fata seuera tui.
Quid iuuat asiduis defessum uocibus, olim
Clamigerum nobis consuluisse patrem:
Ne quis forte suo populus pro præfule nostrum
Surripere sancta calliditate caput:
Inuida si nostros nimium populata labores
Audet honoratum tollere Parca ducem?
Tu tamen o facili nutu qui fidera torques,
Necte iterum uite fila resecta tue.

Vt cum fult. tuo fuerit domus ista labore,
Lætiior acceptum cernat abire patrem.
Motus erat dictis senior, paulumq; leuatis
Luminibus, tenui rettulit ista sono.
Iam mihi summa quies, iam præmia læta parantur,
Dulcis adest tandem funeris hora mei.
Sed uos fœminico quid funditis ore querelæ?
Quid iuuat emeritum detinuisse senem?
An ne prius toties dixi mea funera uobis,
Ne subitus Stygias si modo ferre faces?
Christus, Olympiaca sacro cum sede locatus,
Auxilium nostro maius ab ore pluet.
Nunc meus hic luteo circumdatus aggere sensus,
Vix habet unde suas conueatur opes.
Vos tantum superi relineites iussa parentis,
Ite per arreptum religionis iter.
Non uos blandus honor, non uos labor improbus unquam,
Non reuocet toto quicquid in orbe patet.
Quid mihi, si lituos inter facilesq; choreas
Duxissent letos tempora nostra dies?
Quid mihi præterit prodesse gaudia fastus,
Vrgeret Stygias si modo ferre faces?
Sed tandem tremulum uocat in sua regna clientem
Christus, & hinc celeri me iubet ire pede.
Vos igitur fratres, nati, patresq; ualete,
Et mea sub memori condite dicta sinu.
Talia uix breuib; dederat mandata loquelis,
Sancia sollicito corda dolore leuans,
Cum niueus lachrymas inter gemitusq; suorū
Spiritus, abiecto corpore, celsus abit.
Ipsa per aërios uirgo nitidissima tractus,
Visa est cœlestes ducere læta choros.
Purpureamq; trahens animam super arce locauit
Empyreæ, lateri composuitq; suo.

**SANCTVS BERNARDVS NON TAN-
tum antiquis Heroibus, sed Christianis
quoque martyribus iure optimo
præponitur.**

HÆtenuis excelsi mirabar Cæsaris arma,
Cui dedit æthereum Martia Roma decus:
Hannibalisq; truce Romano in sanguine dextrâ,
Et Macedum clari gesta superba ducis.
Mirabar patria pro libertate furentes
Scipiadæ, Decios, Aemiliosq; graues.
Nec minus ingenti decoratum laude fitebar,
Qui celerem rapido torruit igne manum.
Cuiq; dedit clarum generoso ex ordine nomen
Aphrica, quo fœlix consule Roma fuit.
Et qui subicium tutatus pectore pontem,
In Tyberis rapidas desilit altus aquas.
Quiq; Quirinalis posito modo consul aratro
Arma triumphato uictor ab hoste tulit.
Et qui uectus equo radians fulgentibus armis
Se potuit scisso præcipitare foro.
Quiq; per adiunctas primæuo in Marte catenas
Ionias Tyrio sanguine tinxit aquas.
Illum etiam titulus rebat super æthera uectum,
Qui tenuit Phrygios obsidione lares:
Iliacosq; inter proceres qui Marte superbo
Inolytus, Emonio tractus ab axe perit.
Quiq; giganteo superauit robore monstra,
Vnde Molochæi signa leonis habet.
Hos ego credideram nimium nimiumq; beatos,
Qui tulerant forti nomen in astra manu.
Hos puer egregio simplex uenerabar honore,

Cum legeret numeros prima iuuenta leues,
Nunc si Bernardo ueteris præconia fame,
Contulerimq; meo fortia facta seni,
Que moad Threijcio fuerant celeberrima cantu,
Visa puellari nunc mihi digna sono:
Fama uetus taceat, cedant ueterumq; triumphis
Christigenam meritis sollicitare uirum.
His etenim fictæ fuerat uirtutis imago,
Huic Arctæ pleno pectore uera fuit:
Hic Marti & Phœbo gelidis libamina saxis
Obtulit, hic uero candida corda Deo.
Illi terrificis domuerunt barbara bellis
Mœnia, & ingenti tecta superba manu.
Hic uada tartarei domuit Phlegetontis, & omnes
Spirituū steterant ad data iussa chori.
Hi uarios celebri subierunt Marte labores,
Pro patria pulchrum succubuisse rati.
Hic tulit asidua gelidos sub morte dolores,
Schismaticam cupiens conciliare fidem.
Illis falsus honos & inanis gloria fama,
Solut at huic Christi causa laboris amor.
Fortè triumphatis illi regionibus, ampla
Thesaurus patriæ dona dedere sue.
Hic autem miseris moriens dat habere nepotes,
Munera quæ nullo sunt moritura die:
Munera quæ mores instaurare pudicos,
Hæc sunt quæ sacra scripserat ille manu.
Sed quid ego Hercules Pygmæis carmine uires
Assimilo? & Phario flumina parua mariæ
Optima mutato repetam præconia cantu,
Et pater exemplo te meliore canam.
Nam tibi cur uanos ausim conferre Quirites,
Qui melior quouis martyre sanctus eras?
Grande quidem fuerat ferro flammisq; necari,
Nec tamen æternam deseruisse fidem.
Maius opus, summo uersari in culmine rerum,
Nec tamen ulla animos ambitione premi.
Maius opus, uitæ rigidum tenuisse cacumen
Semper, & angustum religionis iter:
Bellatq; spirituum telis agitata malignis
Maius opus forti corde tulisse fuit.
Fulmineos alij mirentur martyris arcus,
Laurentiq; auido quos tulit ore rōgos.
Vulnera Chryzogoni iacent, Pauliq; catenas,
Eufemiæq; truci membra resecta manu.
Mirenturq; graues sanctorum funera, poenas,
Bella, cruce, gladios, uerbera, tela, faces.
Solut inexhausto mirabor corde labores,
Quos pater æterno raptus amore tulit.
Nam si Christigenum cedes, tormenta, labores,
Colligis, & fusi sanguinis omne decus:
Cedent cuncta oneri quod pertulit ille beato,
Lapsuram cupiens sustinuisse domum.
Nanq; alij lacera senserunt carne dolores,
Hic autem medio uulnera corde tulit.
Ergo animus quantum membris generosior ipsis,
Martyribus tantum celsior ille fuit.

**COMMENDATIO OPERVM DIVI
Bernardi.**

Postquam sancta polos, cœliq; decemplicis orbis,
Transcenditq; nouem uirgo parensq; choros,
Æthereamq; petens socijs spectantibus arcem,
Regna tenet nullo desituenda die:
Humanis nunquam precibus, nostræq; saluti
Defuit, aut litæis spernere uisa domos.

IN LAUDEM D. BERNARDI

Sed potius summi moderata est principis iras,
Spiculaq; in nostros sparsis luxuriare comis.
Auxilium sceleri uisa est prestare nefando
Saeptus, atq; humiles conciliasse reos.
Illa dedit miseris ueniam, totumq; per orbem
Illius ex miti depluit ore fauor.
Innumeros etiam populos uix egra trahentes
Ossa fame, immodicas insit habere dapes.
Cumq; foret Latias pedis male iacta per urbes,
Curauit Stygijs ulcera missa uadis.
Illius optatos totiens experta fauores,
Testis adest tami Brixia nostra boni.
Brixia, quae quondam populis lacerata malignis
Turgebat, medica non adeunda manu.
Brixia, quae capitis medio confecta gerebat
Vlcera, quae subitae causa fere necis.
Nunc autem Mariae precibus adiuta triumphat,
Et peragit letis ocia grata choris.
Pulchraq; praecipuum Mariae testantia munus
Templa locat, Parij marmoris instar opus.
Haec et plura parens Christi sanctissima nobis
Contulit, in miseris officiosa preces.
Hoc tamen audenti liceat dixisse camoena,
Atq; animi sensus exeruisse mei.
Humano nunquam generi, nostroq; decori
Parthenice tantum muneris alma dedit:
Quantum grato suo nuper cum munere nobis
Protulit haec breuib; scripta legenda notis.
Protulit ipsa quidem: proprio nam diua clienti
Iussit ut egregij quereret orsa senis.
Iussit, et ecce nouum fuerant quae sparsa per orbem
Scripta, uolens uno margine cuncta leges.
Scripta triumphales caeli referantia ualuas,
Scripta q; communi suscipienda manu.
Omnis namq; datus aetas sexusq; libellis
Perfruitur, Latio si tamen ore sonat.
Quisquis ades, si forte tua tibi cura salutis,
Haec fuerint anime grandia dona tuae.
Si cupis optata conubia ducere prole,
Atq; maritali succubuisse iugo.
Hic potes egregios morum decerpere fructus,
Qui tribuant natis nomina rara tuis.
Si tamen eloquij tantum tibi cura nitentis,
Hic fuit eximio non Cicerone minor.
Quod si forte pio iuuat indulgere labori,
Et populos Christi iussa docere rudes,
Hic documenta tibi uarias spargenda per urbes
Collige, quaestis hic meliora dabit.
Cum uoluit, placido demulsi pectora sensu:
Cum uoluit, rigido terruit ore reos.
Quod si caelitibus iuuat indulgere tuendis,
Tutius atq; humili delituisse casa:
Hic tibi praecipuo semper uenerandus honore
Author, et aeterno dignus amore coli.
Hunc relegens summo letus spaciabere caelo,
Et poteris Stygios tristis adire lacus.
Ante oculos nostri pinget tibi principis ortus,
Et pastorali numina nata domo.
Hinc atq; hinc dulci resonat modulamine Iesus,
Et Mariae illustri nomina culta son o.
Candida tartareo statuisse ex hoste trophaea,
Anguigerumq; docet dissecuisse caput.
Et quibus ille dolis miseris, quibus artibus alter
Decipiat pasceus sancta per arma pecus.
Qui legit, expleri nequit, ardescitq; legendo,
Et dolet assueti cum uenit hora cibi.

Efficiunt animos aliorum scripta timentes,
Et nimum sparsis luxuriare comis.
Haec autem mundo paraclatum in pectore condent,
Accendentq; nouis frigida corda focis.
Haec tibi marmoreo lachrymas de pectore dulces
Elicient, anime gaudia summatuae.
Deniq; cuncta noui ueterisq; uolumina sensus,
Solut hic eximia continet arte liber.
Haec igitur toto monachi contendite cursu
Arripere, et tacito condite dicta sinu.
Ut uos fidereum faciant conscendere culmen,
Coelestesq; inter regna tenebre choros.
Vos quoq; Christi genae, genus immortale, clientes,
Parthenicum medio figite corde senem:
Ut caeli terraq; graues eliminet iras,
Et reseret clausi limina celsa poli.

BEATI BERNARDI METRICVM
testamentum: & primò sui Prioris
interrogatio.

Q Vae uita forma, qui mores, quae sacra norma,
Quid deceat, quid non, instrue sancte pater.
RESPONSIO IPSIVS
Bernardi.

Q Vae feci primò, uobis facienda relinquo.
Nullum turbauit, discordes pacificauit,
Laeus sustinuit, nec mihi complacuit.

EPIGRAMMA, SEV EPITAPHIUM D.
Bernardi abbatis Claræuallis, per
modum Dialogi.

M Ira loquar, sed digna fide. Bernarde quid hoc est?
Vitis adhaec: V tu. Non ergo es mortuus? Immo.
Et quid agis? Requiesco. Taces, an furis? Virung.
Cur retices? Quia dormio. Cur loqueris? Quia uiuo.
Quid loqueris? Sacra mystica. Cui? Mea scripta legenti.
Num cunctis? Non. Ergo quibus? Qui dulcia querunt.
Nomen habes? Ita. Quod? Bernardus. Num sine causa?
Non. Dic ergo quid hoc est? Bernardus: bona nardus.
Cur nardus? Quia frugro. Quo frugramine? Dulci.
Cui frugras, et ubi? Lectori, codice sacro.
Quod cognomen habes? De Claraualle. Manes hic?
Mansi, sed modò non. Vbi nunc? In uertice montis.
Qualis eras in ualle manens? Humilis. Modò quantus?
Maio: nunc iursum, quanto minor antè deorsum.
Non ne tui quicquam uallis tenet? Ossa. Quousq;
Donec caeleste fiat, terreste cadauer.
Hoc quando fiet? Omnis caro quando resurget.

ALIUD EPITAPHIUM, EDITVM A
D. Adamo de S. Victore.

CLare sunt ualles, sed claris uallibus Abbas
Clarior, his clarum nomen in orbe de dit.
Clarus auis, clarus meritis, et clarus honore:
Claruit eloquio, religionis magis.
Mors est clara, cinis clarus, clarumq; sepulchrum:
Clarior exultat spiritus ante Deum.

ALIUD EPITAPHIUM.

E Cce latet Clarenallis clarissimus Abbas,
Qui summis summus, qui sibi paruum erat.
Religionis apex, lux mundi, laus monachorum:
Vox uerbi, pacis sanctio, iuris amor.
Instructus, uelox, sublimis, pauper, abundans
Artibus, ingenio, sanguine, ueste, bonis.
Laudis eget titulo, cuius laus non sit ad omnes:
Cuius honor, cuius crescere fama fuit.

C A R M I N A.

Nunc uerò quem plangit adhuc, quem praedicit orbis,
Si laudare uelim, laus mea laude caret.
Dura, malum, cumstos, tulit, horruit, edificauit:
Vana, Deum, requiem, spreuit, amant, habet.

Aliud epitaphium.

A Rdens Bernardus, aut arduus, aut bona nardus,
Aure uocatur, propter quod nunc celebratur.
Ardens seruore, uita sublimis, odore,
Nardus, quae uera uirtutis signa fere.
Iste fuit, per quem patuit doctrina sophia:
Praeco Dei, doctor fidei, citharista Mariae.

Aliud epitaphium.

C Vltor iustitiae Bernardus, et arca sophiae,
Incolit hunc tumulum, regnat et ante Deum.
Sacrum namq; loco corpus requiescit in isto,
Obtinet excessum spiritus atq; polum.
Christiferam matrem, cui uiuens, purus adhaesit,
Consequitur moriens associandus ei.
Ipsò nam mense quo scandit uirgula Iesse,
Conscendit pariter hic super astra pater.

Aliud epitaphium.

M Ellifluus doctor Bernardus, pacis amator,
Hoc iacet in tumulo, magnificandus homo:
Ipse iacet, sed fama sua probitatis in aeo
Virtutis merito non ruitura manet.
Vexillum fidei, populi candela, sophiae
Puluar, laudis summa uir iste fuit.
Cui tria post obitum uitam conferre laborant:
Mens humilis, blandus sermo, pudica caro.
Mens bona disposit, sermo docuit, manus egit:
Hinc bonus, hinc melior, optimus inde fuit.
Insignis, pollens, largus, deuotus, abundans,
Moribus, ingenio, munere, corde, bonis.
Praebuit, instruxit, dispersit, respexit, emi:
Exemplum, fratres, danda, cauenda, polum.

Aliud epitaphium.

H Oc in sarcophago passat uirtutis imago,
Cui de Fontanis carnis origo fuit.
Sic quadravit eum uirtutis regula, nullam
Compulit in partem quelibet aura uirum.
Fratribus ipse suis uita praeluxit, honore
Praefuit, exemplo profuit, ordo fuit.
Hinc sursum tendens Bernardus, et infima linquens,
Vallibus ex claris fulgida regna subit.

Aliud epitaphium.

S Ermonum pictor, morum decus, instar honesti
Fulsit Bernardus, quem tegit hic tumulus.
Picridum lyriser, uirtutum signifer, artis
Clauiser, ecclesiae lucifer ipse fuit.
Eloquij splendor, manus obuia, frons sine nubis:
Alloquio mitis, consilioq; bonus.
Libri uerborum stellati floribus, ore
Percelebri, titulos eius ubiq; canunt.
Illic mysterij preciosam monilia fulgent,
Illic eloquij balsama uera fluunt.
Peruius et liber stylus eius ad omnia sculptis,
Pinxit, inaurauit, omne quod egit, opus.
Praeter tot titulos quibus ille resulsit, in eius
Floruit ille sa carne pudoris ebur.
Et sic pro meritis, laudis uexilla reportans,
Clauca quae meruit praemia uictor habet:

F I N I S.

AD REVERENDVM IN CHRISTO PA-
trem, dominum Michaelem Baudet, Lingo-
nensem episcopum, Ducem ac Pare Franciae
quam meritisimum, suae bonitatis exiguus
orator, frater Franciscus Mauroy Cla-
rauallensis.

T E quocunq; feras, nusquam dignissime Praesul
Hoc te Bernardi codice destituis.
Cum quo peruigiles soleas deducere noctes,
Atq; simul totum claudere saepe diem.
Sic legis hunc, etiam relegis bis terq; quaterq;
Imo quae loquitur, pectore uerba notans:
Ut per te sua sint totum uulgata per orbem
Scripta, sed et mores tollis ubiq; suos.
Vnde potes merito tu Bernardista uocari,
Qui sanctum tanto solus amore colis.
Ego quid faceres, abs te si forte uoluenem,
Quod tecum defers, quis tibi surriperet?
Nec posses aliud quodcumq; labore secundum
Conquisisset: (reor) mens tibi mœsta foret:
Sic ut sufficeret res tunc tibi nulla placere,
Quaquam Bernardum funditus ipse sciat.
At ne tanta tuum subeat commotio pectus,
Hoc aliud pressum iamq; uolumen habes.

IOANNES EGIDIVS NVCKERIE N-
sis, ad Lectorem.

D At tibi mellifluus secunda uolumina doctor,
Inter praeclearas, candide lector, opes.
Omnia nunc uno clauduntur opuscula libro,
Singula quae uarijs sparsa fere locis.
In quibus ampla patent nitidorum semina morum,
Fertile si uigili corde legatur opus.
Ob tam frugiferos gratissima dona labores,
Debetur sancto gratia magna uiro.
Qui primus fecit magni pia iussa Tonantis:
Post docuit fratres illa ferenda suos.
Saepe feros homines dulci sermone traherat,
Lentior ad clare splendida claustra domus.
Diuitias spreuit, nullos amplexus honores:
Supposuitq; suo colla superba iugo.
Flexit et ignarus ad Olympica gaudia turbas,
Tantus in ardenti pectore seruor erat.
Deniq; tanta fuit placidi clementia patris,
Esset ut aetatis gloria prima sua.
Si cupis ergo bonos mores, uitamq; perennem:
Haec lege Bernardi scripta probata pij.

FRATER FRANCISCVS MAUROÏ
Claruallensis, ad Lectorem.

M Ystica de sanctis excerpere sensa libellis,
Qui cupis, et sensus noscere praecipuos:
Quos sacra consuevit scriptura tenere secretos,
Nec nisi diuinis enucleare uiris:
Huc tentans celeri uelox accurrere gressu,
Comperies subito talia quaeq; tibi.
Si quoq; de clara dubitans uirtute, moueris,
Ut tete solidet: en tibi consilium.
Consule Bernardum: Bernardus, quae dubitasti,
Certa tibi tradet, si sua scripta legas.
Nam latebroso nimis, et quae fuscata uidentur,
Aut digesta minus, clarificare solet.
Hunc tibi praestituras certis quandoq; diebus
Optime uolendum, tunc tibi proficies.
Quicquid enim dicas, est is, cui nemo secundum

Vita, doctrina, religione, modo.
Eloquio pollet, pollet pietate, sagaci
Non minus ingenio, simplicitate magis.
Felices nimium, quos sancti corpus honorat,
Clareuallenses, si bene perspiciant.
Illic, quæ tractas, spirante uolumina sancto
Numine conflavit maximus ille pater.
Hos tu præseruans duris Bernarde periculis,
Fac uera maneant religione uiri.
Fac nulle moueant horum præcordia lites,
Omnia corrumpat iurgia uerus amor.
Fac sua contineant cum casta corpora mente,
Contemnantiq; leues orbis inanis opes.
Ad te iam rediens o lector, queso sequenti
Nostro non segnis credito consilio:
Bernardum crebro legites: semperq; profunda
Mente notes sancti dogmata sancta uiri.
Epigramma ad librum.
Inunc, et tandem totum Bernarde per orbem

Protinus exiliis: ne tua fama cadat.
Diuinatq; tuis sermonibus exprime leget,
Crimina fac homines deseruisse uelint.
Vade precor, cunctis Bernarde legare suauis
Flecte ad uirtutes pectora dura pius.
Tu, quemcunq; iuuat sanctos cognoscere patres,
Bernardum relegas, incluta scripta colens.
Frigida iam dudum seruescet amore uoluntas,
Et mens doctrinæ dulcia mella feret.

EPIGRAMMA IOANNIS EGI-
dij Nuceriensis, ad
librum.


I pede præcipiti totum Bernarde per orbem,
Horret adire tuos lingua canina libros.
Hæc tua magnificas monumenta ferantur in urbes,
Ne pereat turpi candida fama situ.
Postulat hoc grauium prudentia clara uirorum,
Quos trahit ad superos mens generosa læres.

FINIS.

DIVI BERNARDI ABBATIS
Epistola, ad Gulielmum abbatem sancti
Theodorici.

Quod me huiusmodi operi operam dare iubes, per quod tol-
lendum sit scandalū de regno Dei, libenter accipio: sed quo mo-
do id uelis fieri, necdum satis elucet mihi. Nam illam tuam dul-
cissimam epistolā legens ac relegens (sepius enim repetita place-
bat) intellexi quidē te uelle, ut illis qui de nobis tanquā detracto-
ribus Cluniacensis ordinis conuenerunt, satisfaciam: quatenus
sciatur non esse uerum, quod malē huiusque de nobis putarunt,
uel putari uoluerunt. At si post hanc satisfactionem rursus ui-
ctus eorum ac uestitus superfluitatem, et cætera quæ inungis,
et quemadmodum inungis carere uoluerō: et mihi uidebor
contrarius, et quomodo sine scandalo facere queam, non uideo:
nisi fortē et ordinem quidem laudabilem, et ordinis reprehen-
siones reprehensibiles doceam, et nihilominus tamen ipsius su-
perflua reprehendā. Si hoc modo uis, aut fortē aliter magis ex-
pedire uides, manda apertius: et ut ualeam quod uis, eo modo
quo uis, ora instantius. Scito tamen, non modico me huiusmodi
scriptationibus feriri detrimento, quia multum hinc deuotionis
subtrahitur, dum studiū orationis intermittitur, præsertim cum
nec usus suppetat dictandi, nec otium.

DIVI BERNARDI AB-
Batis CLAREVALLIS AD
Gulielmum abbatem A-
pologia.



Enerabili patri Gulielmo, frater
Bernardus, fratrum qui in Cla-
raualle sunt, inutilis seruus, salu-
tem in Domino. Usque modō
si qua me scriptitare iussisset,
aut inuitus, aut nullatenus ac-
queui: non quia negligere quod iubebar, sed
ne præsumerem quod nesciebam. Nunc uero no-
ua urgente causa, pristina fugas uerecūdia, et uel
peritē uel imperitē dolori meo satisfacere co-
gor, fiduciam dante ipsa necessitate. Quomo-
do namq; silenter audire possum uestram huius-
cemodi de nobis querimoniam, qua scilicet mi-
serissimi hominū in pannis & semicinctijs, de ca-
uernis (ut ait ille) dicimur iudicare mundum:
quodq; inter cætera intolerabilius est, etiam gio-
riosisimo ordini uestro derogare, sanctis qui in
eo laudabiliter uiuunt, impudenter detrahere:
& de umbra nostræ ignobilitatis, mundi lumi-
naribus insultare? Ita ne sub uestimentis ouium
nō quidem lupi rapaces, sed pulices mordaces,
immō tineæ demolientes bonorum uitam, quia
palam non audemus, in occulto corrodimus:
nec saltem clamorem inuectionis, sed susurrū
detractionis emittimus? Si hoc ita est, ut quid
fine causa mortificamur tota die, estimari sumus
sicut oues occisionis? Si ita, inquam, pharisai-
ca factantia cæteros homines, & (quod super-
bius est) nobis meliores despiciamus, quid nobis
prodest tanta in nostro uictu parcitas & asperitas,
in uestitu notabilis illa uilitas ac diuersitas,
in opere manuum quotidiana defudatio, in ie-
iunijs & uigilijs iugis exercitatio, totius deni-
que uitæ nostræ singularis quædam atque auste-
rior conuersatio? Nisi forte omnia opera nostra

Psalm. 43.

A facimus, ut uideamur ab hominibus. Sed dicit
Christus: Amen dico uobis, receperunt merce-
dem suam. Nōne si in hac uita tantum in Chri-
sto sperantes sumus, miserabiliores sumus omni-
bus hominibus? An uerō non in hac uita tantū
in Christo speramus, si de Christi seruitio tem-
poralem tantum gloriā quærimus? Miser ego
homuncio, qui tanto labore & industria studeo
non esse, uel potius non uideri sicut cæteri homi-
num: minus tamen accepturus, imō grauius cru-
ciandus, quā quilibet hominum. Siccine ergo
non inueniebatur nobis uia (ut ita dicam) ut-
cunq; tolerabilior ad infernum? Si ita necesse e-
rat ut illō descenderemus, cur saltem illam qua
multi incedunt, uiam scilicet latam, quæ ducit ad
mortem, nō eligimus, quatenus uel de gaudio,
& nō de luctu ad luctum transiremus? O quā
felicius est illis quorum non est respectus mortis
eorum, & firmamentum in plaga eorum, qui in
labore hominum non sunt, & cum hominibus
non flagellantur: qui etsi peccatores, ac pro gau-
dijs temporalibus perpetuis cruciatibus addi-
cti, saltem abundantes in seculo obtinuerunt di-
uitias. Væ portantibus crucem, non sicut Sal-
uator suam, sed sicut ille Cyrenæus alienam. Væ
citharædis citharizantibus, non ut illi de Apo-
calypsi, in citharis suis, sed uerē ut hypocritæ in
alienis. Væ semel, & uæ iterū pauperibus super-
bis. Væ in quā semel, & uæ iterū portantibus cru-
cem Christi, & non sequentibus Christum: qui
nimirum cuius passionibus participantur, hu-
militatem se cæteri negligunt. Duplici quippe cō-
tritione cōteruntur, qui huiusmodi sunt, quan-
do & hic pro temporalī gloria temporaliter se
affligunt, & in futuro pro interna superbā, ad
æterna supplicia pertrahuntur. Laborant cum
Christo, sed cum Christo non regnant. Sequun-
tur Christum in paupertate sua, sed in gloria nō
sequuntur. De torrente in uia bibūt, sed non e-
xaltabunt caput in patria. Lugent nunc, sed tūc
non consolabuntur. Et merito. Quid enim facit
superbia sub pannis humilitatis Iesu? Nunquid
non habet quo se palliet humana malitia, nisi un-
de inuoluta est infantia Saluatoris? Et quo mo-
do intra præsepiti Domini simulatrix arrogātia
se coarctat, ac pro uagitibus innocentia, malū
inibi detractōnis immurmurat? An non illi su-
perbissimi de Psalmo, quorū prodijt ex adipe
iniquitas eorum, multo uirtius operi sunt ini-
quitate & impietate sua, quā nos latemus sub
sanctitate aliena? Quis enim magis impius, an
pfitens impietate, an menties sanctitate? Nōne
is qui etiā mendaciū addēs, geminat impieta-
tem? Et quid dicā? Vereor ne fortē & ego sus-
ctus habear, nō quidē uobis pater, nō uobis, cui
utiq; notum me noui, quantum in hac caligine
homo homini innotescere potest, & specialiter
de hac re scio uos non ignorare quid sentiam.
Sed propter illos qui me nec ita ut uos cogno-
uerunt, nec sicut uobis hinc loqui soleo, loquen-
tem audierunt, Scribo uobis (quod & frequen-
ter

Math. 8.

1. Cor. 13.

Psalm. 72.

Math. 27.

Apoc. 14.

Psalm. 71.

Bbb ter

ter audistis) ut quoniam ego per singulos ire, & singulis satisfacere nequeo, ex me habeatis, unde quod de me certissime scitis, eis pro me uerisime persuadeatis. Neque enim timeo omnium oculis scribere, quicquid de hac re uobis in aure locutus sum. Quis unquam me aduersus ordinem illum, uel coram audiuisset disputantem, uel clam susurrantem? Quem unquam de ordine illo nisi cum gaudio uidi, nisi cum honore suscepti, nisi cum reuerentia allocutus, nisi cum humilitate adhortatus sum? Dixi, & dico. Modus uitaem uitaem est sanctus, honestus, castitate decorus, discretionem praecipuus, a patribus institutus, a spiritu sancto praordinatus, animabus saluandis non mediocriter idoneus. Ego ne uel damno uel despicio, quem sic praedico? Memini me aliquando in aliquibus eiusdem ordinis monasterijs hospitio susceptum fuisse: reddat Dominus seruis suis humanitatem, quam infirmanti mihi ultra etiam quam necesse fuit exhibuerunt, & honorem quo me plus quocumque quam dignus fui, dignati sunt. Ipsorum me commendauit orationibus, interfuit collationibus, saepe & de scripturis & salute animarum habui sermonem cum multis, et publicum in capitulis, & priuatum in cameris. Quem unquam uel clam uel palam, aut ab illo ordine dissuadere, aut ad nostrum ut ueniret, persuadere tentauit? An non potius multos cupientes uenire repressi, uenientes & pulsantes repuli? An non fratrem Nicolaum, ad sanctum Nicolaum: & uobis duos de uestris, uobis teste, remisit? Sed & duobus quibusdam eiusdem ordinis abbatibus, quorum ne nomina prodam, ipse eos optime nostis, & nihilominus quam amica mihi familiaritate iungantur, scitis: nunquid non tamen ad talium ordinem (quod & uos non latuit) migrare desiderantibus, iamiamque deliberantibus, nostrum eis dissuasorium consilium obuiauit, ac ne suas deferrent cathedras effecit? Cur igitur ordinem damnare putor, uel dicor, cui amicos meos deferuire suadeo, cui suos ad nos uenientes monachos reddo, de quo & mihi orationes tam sollicitate requiro, tam deuote suspicio? An forte quia iuxta alium ordinem conuersari uideor, propterea suspectus hinc habeor? Sed eadem ratione & uos nostro derogatis, quicumque aliter uiuatis. Ergo & continentes & coniuges inuicem se damnare putentur, quod suis quicquid legibus in ecclesia conuersentur. Monachi quoque ac regulares clerici sibi inuicem derogare dicantur, quia proprijs ab inuicem obseruantijs separant. Sed & Noe, et Danielem, & Iob in uno se regno patri non posse suspicemur, ad quod utique non eos uno tramite iustitiae cognouimus peruenisse. Mariam denique & Martham necesse sit aut utranque, aut alteram Saluatori displicere, cui nimirum tam dissimili studio deuotionis contendunt ambae placere. Et hac ratione in tota ecclesia, (quae utique tam pluribus tamque uariatur dissimilibus ordinibus, utpote reginaeque in Psalmo le-

gitur circumamicta uarietatibus) nulla pax, nulla prorsus concordia esse putabitur. Quae etenim secunda quies, quis tutus in ea status inuenietur, si unus quilibet homo unum quemlibet ordinem eligens, alios aliter uiuentes aut ipse aspernetur, aut se ab ipsis sperni suspicetur: praesertim cum tenere impossibile sit uel unum hominem omnes ordines, uel unum ordinem omnes homines? Non sum tam hebes, ut non agnoscam tunicam Ioseph, non illius qui liberauit Aegyptum, sed qui saluauit mundum, & hoc non a fame corporis, sed a morte simul animae & corporis. Notissima quippe est, quia polymita, id est pulcherrima uarietate distincta, sed & sanguine apparet intincta: non quidem haedi, qui peccatum significat, sed agni, qui designat innocentiam, hoc est suo ipsius, non alieno. Ipse est profecto agnus mansuetissimus, qui coram non quidem tondebat, sed occidente se obmutuit: qui peccatum non fecit, sed abstulit peccata mundi. Miserunt autem qui dicerent ad Iacob, Hanc inuenimus, uide utrum tunica filij tui sit, an non. Vide & tu Domine, utrum haec sit tunica dilecti filij tui. Recognoce omnipotens pater, eam quam fecisti Christo filio tuo polymitam, dando quidem quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero euangelistas, alios pastores, & doctores, & caetera quae in eius ornatu mirifico decenter apposuisti, ad consummationem utique sanctorum occurrentium in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Dignare etiam Deus preciosissimi purpuram sanguinis, quo aspersa est, recognoscere, & in purpura praeclarum insigne ac gloriosissimum indicium obedientiae. Quare ergo, inquit, rubrum est uestimentum tuum? Torcular, ait, calcaui solus, & de gentibus non est uir mecum. Itaque quandoquidem factus est obediens patri usque ad torcular crucis, quod utique solus calcauit: solum quippe brachium suum auxiliatum est ei, iuxta illud in alio loco: Singulariter sum ego, donec transeam. Iam ergo exalta eum Deus, & da ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum. Ascendat in altum, captiuam ducat captiuitatem, & donet dona hominibus. Quae dona? Relinquat uide licet sponsae suae ecclesiae pignus hereditatis, ipsam tunicam suam, tunicam scilicet polymitam: eandemque inconsutilem, & desuper contextam per totum. Sed polymitam, ob multorum ordinum qui in ea sunt, multimodam distinctionem: inconsutilem uero, propter indissolubilis charitatis indiuiduam unitatem. Quis me, inquit, separabit a charitate Christi? Audi quomodo polymitam. Diuisiones, ait, gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones operationum sunt, idem uero Dominus. Deinde diuersis enumeratis charismatibus, tanquam uarijs tunicae coloribus, quibus constet eam esse polymitam, ut ostendat etiam inconsutilem, & desuper

Psalm. 44.
Gen. 31.
Eph. 4.
Eph. 4.
Psalm. 147.
Philip. 2.
Eph. 4.
Rom. 8.
1. Cor. 12.

ibidem. & desuper contextam per totum, adiungit: Haec autem operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Charitas quippe diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Non ergo diuidatur, sed tota & integram hereditario iure fortitur ecclesia: quia & de illa scriptum est, Assitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato, circumdata uarietate. Itaque diuersi diuersa accipientes dona, alius quidem sic, alius uero sic: siue Cluniacenses, siue Cistercienses, siue clerici regulares, siue etiam laici fideles: omnis denique ordo, omnis lingua, omnis sexus, omnis aetas, omnis conditio, in omni loco, per omne tempus, a primo homine usque ad nouissimum. Nam & propter hoc talaris dicta est, quod ad finem usque pertingat, dicente propheta: Non est qui se abscondat a calore eius, nimirum congruens ei cui et facta est, qui perhibente uidelicet alia scriptura: Et ipse attingit a fine usque ad finem fortitur, & disponit omnia suauiter. Omnes ergo concurramus pariter in unam tunicam, & ex omnibus constet una: ex omnibus inquam, una. Nam etsi ex pluribus & diuersis, una est tamen columba mea, formosa mea, perfecta mea. Alioquin nec ego solus, nec tu sine me, nec ille sine utroque, sed simul omnes sumus illa una, si tamen solliciti sumus seruire unitatem spiritus in uinculo pacis. Non inquam tantum ordo noster, aut solus uester, ad il lam pertinere unam, sed noster simul et uester: nisi forte (quod absit) inuicem inuidentes, inuicem prouocantes, inuicem mordeamus, et ab inuicem consumamur: & sic non possit nos Apostolus uni illi uiro, cui despondit, uirginem castam exhibere Christo. Veruntamen illa una dicit in Canticis: Ordinauit in me charitatem, ut & si una in charitate, diuisa tamen sit ordinatione. Quid ergo? Cisterciensis sum. Damno igitur Cluniacenses: Absit. Sed diligo, sed praedico, sed magnifico. Cur ergo, inquis, ordinem illum non teneo, si sic laudas? Audi: Propter hoc quod Apostolus ait: Vnusquisque in ea uocatione, in qua uocatus est, permaneat. Quod si quaeris cur & a principio non elegerim, si talem sciebam? Respondeo: Propter id quod rursus ait Apostolus, Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Non quod scilicet ordo sanctus & iustus non sit, sed quia ego carnalis eram, uenundatus sub peccato, & talem animam meam languorem sentiebam, cui fortior esset potio necessaria. Et diuersis morbis diuersa conuenient medicamenta, & fortioribus fortiora. Fac duos homines febribus anxari, quartanis unum, alterum tertianis. Commendet autem qui quartanis laborat, tertiano aqua, pyra, & frigida quaeque sumenda. cum tamen ab his ipse abstineat, unumque & caetera calida, utpote sibi congruentia sumat. Quis, rogo, hinc eum recte reprehendat? Si diceret ille, cur tu aquam non bibis, quae ita laudas: an non recte responderet, & tibi eam fideliter tribuo, & mihi salubriter subtraho? Denique requiratur etiam

me, cur cum omnes ordines laudem, omnes non teneo. Laudo enim omnes, & diligo, ubicumque pie & iuste uiuitur in ecclesia. Vnum opere teneo, caeteros charitate. Faciet autem charitas (si denter loquor) ut ne illorum quidem fructu frauder, quorum instituta non sequor. Plus aliquid dicam. Tu tibi caute age. Potest namque fieri, quia frustra tu laboraueris: ut autem ego frustra diligam bonum quod operaris, fieri omnino non potest. O quanta fiducia charitatis. Alius operatur, non amans: et alius amat, nihil operans. Ille quidem suum opus perdit: illius uero charitas nunquam excidit. Et quid mirum, si in hoc exilio, peregrinante adhuc ecclesia, quaedam huiusmodi sit pluralis (ut ita dixerim) unitas, unaque pluralitas: cum in illa quoque patria, quando iam ipsa regnabit, nihilominus forte talis aliqua dispar quodammodo aequalitas futura sit? Inde etenim scriptum est: In domo patris mei mansiones multae sunt. Sicut itaque illic multae mansiones in una domo, ita hic multi ordines sunt in ecclesia una. & quo modo hic diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus: ita ibi distinctiones quidem gloriae, sed una domus. Porro unitas tam hic, quam ibi, una consistit in una charitate: diuersitas autem hic quidem in ordinum uel operationum multifaria diuisione, illic uero in quadam meritum notissima, sed & ordinatissima distinctione. Intelligens denique ecclesia hanc suam quadammodo discordiam concordiam, concordem uel discordiam, Deduxit me, inquit, super semitas iustitiae propter nomen suum. Ponens quippe semitas pluraliter, & iustitiae singulariter, nec diuersitatem pretermisit operationum, nec unitatem operantium. Prauidens quoque & illam in caelestibus discretam unitatem futuram, deuotissime laetata decantat: Plateae tuae Hierusalem sternentur auro mundo, et per omnes uicos tuos alleluia cantabitur. Audiens enim plateas & uicos, coronas & glorias diuersas intellige. In auro, quo uno metallo illa ciuitas ornata describitur, & uno alleluia quod cantandum perhibetur, dissimilium specierum similem pulchritudinem, & multarum mentium unam deuotionem attende. Non igitur una tantum semita inceditur, quia nec una est mansio quod tenditur. Viderit autem quisque quacumque incedat, ne pro diuersitate semitarum ab una iustitia recedat: quoniam ad quamlibet mansionem sua quisque semita peruenit, ab una domo patris exors non erit. Veruntamen ut stella ab stella differat in claritate, sic erit, ait, & resurrectio mortuorum. Nam etsi fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum: alij tamen alijs amplius, pro diuersitate meritum. Quae sane merita sciendum non sic in hoc seculo, ut in illo, facile ab homine posse discerni: quippe cum hic tantum opera uideantur, illic etiam corda nihil impediatur intueri. Siquidem radiante ubique sole iustitiae, tunc manifesta erunt abscondita cordum. Et sicut non est nunc qui se abscondat a calore eius, ita tunc non erit qui se occultet a splendore ipsius.

1. Cor. 14.
1. Cor. 13.
Psalm. 23.
Tob. 13.
1. Cor. 13.
1. Cor. 13.
Psalm. 118.

plius. Et de operibus quidem sepe incerta, & ob hoc periculosa sententia fertur, cum multotiens minus iustitiae habeant qui magis operantur.

Vnde nunc mihi conueniendi sunt quidam de ordine nostro, qui contra illam sententiam, Nolite ante tempus iudicare, quoad usque ueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: alijs ordinibus derogare dicuntur, & suam iustitiam solum uolentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti: quos profecto (si qui tamen huiusmodi sunt) nec nostri, nec cuiuspiam esse ordinis uerius dixerim. Quippe qui etsi ordinatē ut uentes, superbē tamen loquentes, ciues se faciunt Babylonis, id est confusionis, imō filios tenebrarum, ipsiusque gehennae, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Vobis ergo inquam fratres, qui etiam post auditam illam

Rom. 10.

10m. 10.

Matth. 7.

Roma. 14.

Matth. 7.

Luce. 18.

1. Cor. 6.

Psal. 49.

Domini de phariseo & publicano parabolam, de uestra iustitia praesumentes, ceteros aspernamini: dicitis (ut dicitur) solos uos hominum esse iustos, aut omnibus sanctiores: solos uos monachorum regulariter uiuere, ceteros uero regulam potius existeretranstgressores. Primum quid ad uos de alienis seruis? Suo Domino stant, aut cadunt. Quis uos constituit iudices super eos? Deinde si ita, ut dicitur, de ordine uestro praesumitis: qualis ordo est, ut antequam de suo quisquam trabem efficiat, in fratrum oculis tam curiose festucas perquirat? Qui in regula gloriamini, cur contra regulam detrahitis? Cur contra euangelium, ante tempus: & contra Apostolum, alienos seruos iudicatis? An regula non concordat euangelio, uel Apostolo? Alioquin regulam iam non est regula, quia non recta. Audite, & discite ordinem, qui contra ordinem alijs ordinibus derogatis. Hypocrita, inquit, eijce primum trabem de oculo tuo, & sic uidebis eijcere festucam de oculo fratris tui. Queris, quam trabem? An non grandis & grossa trabes est superbia, qua te putas esse aliquid, cum nihil sis? Insanisime tibi tanquam sanus exultas, & alijs uanissime trabem portans, de festucis insultas? Gratias, inquis, ago tibi Deus, quia non sum sicut ceteri hominum, intusli, raptores, adulteri. Sequere ergo & dic, detractores. Neque enim minima est haec festuca inter ceteras. Quare, cum tam diligenter alias enumeres, istam taces? Si pro nulla, uel minima habes, audi Apostolum: Neque maledici, ait, regnum Dei possidebunt. Audi et Deum in Psalmo comminantem: Arguam te, inquit, & statuum contra faciem tuam. Quod quia detractori loquatur, certum est ex precedentibus, Et quidem iuste ad se retorquendus, & se compellendus est intueri, qui auertens faciem suam a se, aliena potius masa quam sua solet curiosius perscrutari. At, inquit, quomodo regulam tenent, qui pellicijs induuntur, sani carnibus seu carniū pinguedine uestuntur, tria uel quatuor pulmentaria una die (quod regula prohibet) admittunt: opus manuum, quod iubet, nō

faciunt: multa denique pro libitu suo uel mutant, uel augent, uel minuunt? Recte. Non possunt haec negari. Sed attendite in regulam Dei, cui utique non dissonat institutio sancti Benedicti. Regnum Dei, inquit, intra uos est, hoc est, non exterius in uestimentis, aut alimentis corporis, sed in uirtutibus interioris hominis. Vnde Apostolus: Regnum Dei non est esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Et rursus: Regnum Dei nō est in sermone, sed in uirtute. De corporalibus itaque obseruatijs, fratribus calumniam struitis: & quae maiora sunt regulae, spiritualia scilicet instituta relinquitis, camelumque glutientes, culicem liquatis? Magna abusus. Maxima cura est ut corpus regulariter induatur, & contra regulam suis uestibus anima nuda deseritur. Cum tanto studio tunica & cuculla corpori procurentur, quatenus cui deerunt, monachus non putetur: cur similiter spiritui pietas & humilitas, quae profecto spiritualia indumenta sunt, non prouidentur? Tunicati & elati abhorremus pellicias, tanquam non melior sit pellicibus inuoluta humilitas, quam tunicata superbia: praesertim cum & Deus tunicas pelliceas primis hominibus fecerit, & Ioannes in eremo zona pellicea lumbos accinxerit: & ipse tunicarum institutor in solitudine non tunicis, sed pellicibus sese induerit. Repleti deinde uentrem faba, mentem superbia, cibis damnamus saginatos: quasi non melius sit, exiguo sagimine ad usum uesci, quam uentoso legumine usque ad ructum exsaturari: & praecipue cum Esau non de carne, sed de lente sit reprehensus: & de ligno Adam, non de carne damnatus: & Ionathas ex gustu mellis, non carnis, morti adiudicatus: e contra uero Helias innoxie carnem comederit, Abraham gratisimē carnibus angelos pauerit, & de ipsis sua fieri sacrificia Deus praecipuit. Sed & satius est modico uino uti propter infirmitatē, quam multa aqua ingurgitari per auiditatem: quia & Paulus Timotheo modico utendum uino consuluit: et Dominus ipse bibit, ita ut uini potator appellatus sit: apostolisque bibendum dedit: insuper & ex eo sacramenta sui sanguinis condidit: cum econtra rio aquam ad nuptias bibi non passus sit, et ad aquas contradictionis populi murmur terribiliter castigauerit. Dauid quoque aquam quam desiderauerat, potare timuerit: uirique illi Gedeonis, qui praesertim toto corpore prostrato, de flumine biberunt, digni ad praesens ire non fuerint. Iam uero de labore manuum quid gloriamini? cum & Martha laborans increpata, & Maria quiescens laudata sit: & Paulus aperte dicat, Labor corporis ad modicum ualet, pietas autem ad omnia? Optimus labor, de quo Propheta dicebat: Laboraui in gemitu meo. Et de quo alibi: Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum. At ne corporale intelligas exercitium: Et defecit, inquit, spiritus meus. Vbi autem non corpus, sed spiritus fatigatur, spiritualis proculdubio labor intelligitur. Quid ergo inquis? Sicci-

Luc. 17.

Rom. 14.

1. Cor. 4.

Gene. 2.

Matth. 3.

Hebr. 12.

Gene. 3.

1. Reg. 14.

3. Reg. 17.

Gene. 18.

Exod. 29.

2. Tim. 5.

Matth. 11.

Ioan. 2.

Matth. 26.

Ioan. 2.

Nume. 20.

2. Reg. 23.

Iudi. 7.

Luc. 10.

1. Tim. 4.

Palm. 6.

Palm. 76.

Ibidem.

ne

ne illa spiritualia persuades, ut etiam haec quae ex regula habemus corporalia damnes? Nequaquam: sed illa oportet agere, & ista non omittere. Alioquin cum aut ista omitti necesse est, aut illa: ista potius omittenda sunt, quam illa. Quanto enim spiritus corpore melior est, tanto spiritualis, quam corporalis exercitatio fructuosior. Tu ergo cum de horum obseruatione elatus, alijs eadem non obseruantibus derogas: nonne te magis transgressorem regulae iudicas, cuius licet minima quaedam tenens, meliora deuitas? De quibus Paulus: Aemulamini, ait, charismata meliora. De trahendo quippe fratribus, in quo temetipsum extollis, perdis humilitatem: in quo alios deprimis, charitatem: quae sunt proculdubio charismata meliora. Tu si tuum corpus multis & nimis laboribus atteris, ac regularibus asperitatibus mortificas membra tua quae sunt super terram, benefacis. Sed quid si ille quem similiter non laborantē diiudicas, modicum quidem habeat de hac quae ad modicum est utilis, corporali uidelicet exercitacione: amplius autē quam tu de illa quae ad omnia ualet, id est, pietate? Quis queso uestrum regulam melius tenet? An non melius, qui melior? Quis uero melior, humilior an fatigatior? An non is qui a Domino didicit, mitis esse & humilis corde: qui et cum Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab eo? Quod si regulam ab omnibus qui eam professi sunt, sic ad litteram tenendam censes, ut nullam omnino dispensationem admitti patiaris: audacter dico, nec tu eam, nec ille tenetis. Nam etsi ille, quantum quidem pertinet ad obseruationes corporeas, in pluribus offendit: impossibile est tamen, te quoque uel in uno non transgredi. Scis autem, quia qui in uno offendit, omnium est reus. Sin uero concedas aliqua posse mutari dispensatione: proculdubio & tu illam tenes, & ille, quanquam dissimiliter. Nam tu quidem districtus, at ille fortasse discretus. Neque hoc dico, quia haec exteriora negligenda sint: aut qui se in illis non exercuerit, mox ideo spiritualis efficiat, cum potius spiritualia (quanquam meliora) nisi per ista aut uix, aut nullatenus uel acquirant, uel obtineantur, sicut scriptum est: Non prius quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. Sicut nec Iacob, nisi prius cognita Lya desideratos Rachelis amplexus meruit obtinere. Vnde rursus in Psalmo: Sumite psalmum, & date tympanum. Quod est dicere: Sumite spiritualia, sed prius date corporalia. Optimus autem ille, qui discretē & congruē haec & illa operatur. Iam uero epistola, ut epistola remaneat, finit da erat: quando quidem & nostros (de quibus pater conquestus estis, quod ordini uestro detraherent) satis quantum potui, stylo corripui, & me quoque ab huiusmodi falsa suspicione purgavi, ut debui. Sed quoniam dum nostris minime parco, nonnullis de uestris nimis, in quibus non decet, uideor assentire: pauca quae & uobis displicere cognoui, & omnibus bonis uitae esse non

1. Cor. 12.

Matth. 11.

Luc. 10.

1. Cor. 15.

Psal. 80.

A dubito, necessarium reor subiungere: quae quidem etsi fieri uidentur in ordine, absint tamen ut sint de ordine. Nullus quippe ordo quippiam recipit inordinatum: quod uero inordinatum est, ordo non est. Vnde non aduersum ordinem, sed pro ordine disputare putandus erodis: non ordinem in hominibus, sed hominum uitia reprehendo. Et quidem diligentibus ordinem, in hac re molestum me fore non timeo: quin immo gratum proculdubio accepturi sunt, si persequimur quod & ipsi oderunt. Si quibus uero displicuerit, ipsi se manifestant, quia ordinem non diligunt, cuius utique corruptionem, id est, uitia damnari nolunt. Ipsis itaque illud Gregorianum respondeo: Melius est ut scandalum oriatur, quam ueritas relinquatur.

Dicitur, & ueraciter creditur, sanctos patres illam uitam instituisse, & ut in ea plures saluaretur, usque ad infirmos regulae temperasse rigorem, non regulam destruxisse. Absint autem ut credam tantas eos, quantas uideo in plerisque monasterijs uanitates ac superfluitates praecipisse, uel concessisse. Miror etenim unde inter monachos tanta intemperantia in commestationibus et potationibus, in uestimentis, & lectis, in uisceribus, & construendis aedificijs inolescere potuit, quatenus ubi haec studiosius, uoluptuosius, atque effusius fiunt, ibi ordo melius teneri dicatur, ubi maior putetur religio. Ecce enim parcitas, putatur avaritia: sobrietas, austeritas creditur: silentium, tristitia reputatur. E contra remissio, discretio dicitur: effusio, liberalitas: loquacitas, affabilitas: cachinnatio, iucunditas: mollities, uestimentorum, & equorum fastus, honestas: lectorum superfluous cultus, munditia. Cumque haec alterutrum impendimus, charitas appellatur. Ista charitas destruit charitatem: haec discretio discretionem confundit. Talis misericordia crudelitate plena est, qua uidelicet ita corpori seruitur, ut anima iuguletur. Quae enim charitas est carnem diligere, & spiritum negligere? Quae uel discretio totum dare corpori, & animam nihil? Qualis uero misericordia, ancillam reficere, & dominam interficere? Nemo pro huiusmodi misericordia speret se consequi misericordiam, quae misericordibus promittitur in Euangelio, ueritatis ore dicentis: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sed certissime potius poenam expectet, quam tali (ut ita dicam) impio misericordiam sanctus Iob magis prophetizando, quam affectando imprecatur: Non sit, inquit, in recordatione, sed conuertatur quasi lignum infructuosum. Dignae plane retributionis causam mox subinfert satis idoneam, dicens: Pauit enim sterile, & quae non parit, & uiduae non benefecit.

Matth. 18.

Iob. 24.

Ibidem.

Ioan. 6.

1. Cor. 13.

Hecl. 10.

placēs Deo. Bona misericordiā misereri animæ tuæ, nec potest nō mereri misericordiā, qua sit ut placeas Deo. Aliās autē non est misericordiā (sicut iam dixi) sed crudelitas: non est charitas, sed iniquitas: non discretio, sed confusio, sterilē quæ nō parit pascere, id est, inutilis carnis concupiscentijs inseruire, & uidet nil boni facere, animę uidelicet excolendis uirtutib. nullam operā dare. Quæ utiq; licet sponso interim sit uiduata cœlesti, sensus tamen de spiritu sancto cōcipere & parere non desinit immortales, qui uidelicet incorruptibilis cœlestisq; hæreditatis ualeant esse capaces, sed si piū habeant studiosumq; cultorem. Sub hac tamē abusione iam ferē ubiq; sic pro ordine tenentur, ferē iam ita ab omnib. sine querela atq; irreprehensibiliter obseruant, quam dissimiliter. Nonnulli quippe his omnibus tanquam non utentes utuntur, & ideo aut cum nulla offensa, aut cum minima. Aliquantū quippe hæc agūt ex simplicitate, aliq; ex charitate, aliq; ex necessitate. Quidā nanq; simpliciter ista tenent, quoniam sic eis præcipit, parati aliter agere si aliter præciperetur. Quidam autem ne discorditer uiuant ab eis cum quibus habitant, sectantes in his non suam libidinem, sed aliorum pacem. Alij uerō quia resistere non ualent multitudini cōtradictōis, qui hæc utiq; tanq; pro ordine libera uoce defendūt: & quotiens isti aliqua (prout ratio dicitur) restringere uel mutare incipiunt, illi mox tota eis autoritate resistunt. Quis in principio, cum ordo cœpit monasticus, ad tantam crederet monachos inertiā deuenire? O quantū distamus ab his qui in diebus Antonij extiteret monachi: Siquidem illi cum se inuicē per tempus ex charitate reuiderent, tanta ab inuicē aueritate panem animarū percipiebant, ut corporis cibum penitus oblitī, diem plerunq; totum ieiunis uentibus, sed nō mentibus transigerent. Et hic erat rectus ordo, quando digniori parti prius inseruiebatur. Hæc summa discretio, cum amplius fumebat quæ maior erat. Hæc denique uera charitas, ubi animæ, quarum charitate Christus mortuus est, tanta sollicitudine refocillabantur. Nobis autem convenientibus in unum (ut uerbis Apostoli utar) iam non est Dominicam cœnā manducare. Panem quippe cœlestē nemo qui requirat, nemo qui tribuat. Nihil de scripturis, nihil de salute agit animarū, sed nuge, & risus, & uerba proferunt in uentū. Inter prandendū quantū fauces dapibus, tantum aures pascunt rumoribus: quibus totus intentus, modū nescias in edēdo. Interim autem fercula ferculis apponuntur, & pro solis carnibus, a quibus abstinetur, grandia piscium corpora duplicantur. Cum que prioribus fueris satiatus, si secundos attigeris, uideberis tibi necdum gustasse pisces. Tanta quippe accuratiōe & arte coquorum cuncta apparantur, quatenus quatuor aut quinque ferculis deuoratis, prima non impediāt nouissima, nec satietas minuat appetitum. Palatum quippe dum

2. Cor. 11.

nouellis seducitur condimentis, paulatim dissiuere cognita, & ad succos extraneos, ueluti adhuc ieiunium, auide renouatur in desideria. Venter quidem dum nescit, oheratur: sed uarietas tollit fastidium. Quia enim puras (ut eas natura creauit) epulas fastidimus, dum aliæ alijs multifariē permiscetur: & spiritibus naturalibus quos Deus indidit rebus, quibusdam adulterinis gula prouocatur saporibus: transitur nimium meta necessitatis, sed necdum delectatio superatur. Quis enim dicere sufficit, quot modis (ut cætera taceam) sola oua uersantur & uexantur: quanto studio euertunt, subuertunt, liquantur, durant, diminuunt, & nunc quidem frisa, nunc assa, nunc sarfa, nunc mixtum, nunc singillatim apponuntur? Ut quid autem hæc omnia, nisi ut soli fastidio consulatur? Ipsa deinde qualitas rerum talis de foris apparere curat, ut nō minus aspectus quam gustus delectetur: et cum iā stomachus crebris ructibus repletum se indicet, necdum tamen curiositas satiatur. Sed dum oculi coloribus, palatum saporibus illicuntur, infelix stomachus cui nec colores lucent, nec sapor demulcēt, dum omnia suscipere cogitur, oppressus magis obruitur, quam reficitur. Iam uerō de aquæ potu quid dicā, quando ne ullo quidem pacto uinum aquatū admittitur? Omnes nimirum ex quo monachi sumus, infirmos stomachos habemus, & tam necessarium Apostoli de utendo uino consiliū merito non negligimus: modico tamen, quod ille præmisit, nescio cur prætermisso. Et utinam uel solo, cum etiā purum est, contenti essemus. Pudet dicere, sed magis pudeat acitari: & si pudet audiri, non pudeat emendari. Videas uno in prandio ter uel quater semiplenum calicem reportari, quatenus diuersis uinis magis odoratis, quam potatis: nec tam haustis, quam attactis, sagaci probatione & celeri cognitione, unum tandē pluribus, quod fortius sit, eligatur. Quale est autem illud, quod nonnulla monasteria ex more obseruare dicuntur, in magnis uidelicet festis uina delibuta melle pigmentorum resperfa pulueribus in conuentu bibere? Nunquid & hoc fieri dicemus propter infirmitatem stomachi? Ego uerō ad nihil aliud ualere uideo, nisi ut uel amplius bibatur, uel delectabilius. Sed cum uenę fuerint uino ingurgitata, toto in capite palpitantes, sic surgenti a mensa, quid aliud libet nisi dormire? Si autem ad uigillas surgere indigestum cogis, nō cætum, sed planctum potius extorquebis. Cum uerō ad lectum deuenero, requilitus incommo dum, plango: non crapulæ peccatum, sed quod manducare non queo. Ridiculum uerō (si tamen uerum est) quod relatum est mihi a pluribus, qui hæc se pro certo scire dicebant, reticendum esse non arbitror. Asunt enim, incolomes ac ualidos iuuenes conuentum solere deserere, in domo se infirmorum, qui non sunt infirmi, collocare, carniū esu (qui uix agrotis duntaxat, & omnino debilibus, ex regulæ discretio

1. Tim. 5.

discretionē pro uirium reparatione conceditur) non quidem corporis infirmantis ruinas reficere pro incōmodo, sed carnis luxuriantis curam perficere in desiderio. Rogo quæ est hæc securitas inter frendentiū undiq; hostiū fulgurantes hastas, & circūuolantia spicula, tanq; finito iam bello, et triumphato aduersario proijcere arma: & aut prandijs incubare longioribus, aut nudū molli uolitari in lectulo? Quid hoc ignauie est, o boni milites? Socijs in sanguine & cæde uersantibus, uos aut cibos diligitis delicatos, aut somnos capitis matutinos? Alijs, inquam, nocte & die cura peruigili festinantibus redimere tempus, quoniam dies mali sunt: uos e contrario & longas noctes dormitando cōsumitis, & dies fabulando ducitis ociosos? An dicitis pax, & nō est pax? Cur non uerecūdamini ad exprobrationem apostolicę indignationis? Nondum enim, ait, restitit usq; ad sanguinē. Imō iam ad eiusdem terribilis ualde cōminationis tonitruum, cur non expergiscimini? Cum dixerint, inquit, pax et securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & nō effugient. Delicata nimis medicina est, prius alligari, quam uulnerari: membrum nō percussū plangere, & necdū suscepto ictu admouere manum: fouere unguēto ubi non dolet, emplastrū adhibere ubi caesura non est. Ad discernendum deinde inter sanos & male habentes, baculos in manibus portare iubentur agrotates, planē necessarios, ut quam pallor in uultu, maciesq; non indicat, baculus sustentans mentiat in ualitudinem. Ridendas, an lugendas dixerim huiusmodi ineptias? Sic Macarius uixit: sic Basilius docuit: sic Antonius instituit: sic patres in Aegypto cōuersati sunt: sic deniq; sancti Odo, Maiolus, Odilo, Hugo, quos se sui utique ordinis principes & præceptores habere gloriantur, aut tenuerunt, aut teneri censuerunt: Sed hi omnes si sancti, imō quia sancti fuerunt, a sancto Apostolo nondi senserunt, qui nimirū ita loquitur: 1. Tim. 6. Habentes uictum & uestitum, his contenti simus. Nobis autem est pro uictu satietas: nec uestitum appetimus, sed ornatum. Queritur ad induendum nō quod uilius, sed quod subtilius inuenitur: non quod repellat frigus, sed quod subperbare compellat: non deniq; (iuxta regulam) quod uilius comparari potest, sed quod uenustius, imō uanius ostēdatur. Heu me miserū, qualem cunq; monachum. Cur adhuc uiuo uidere ad id deuenisse ordinem nostrum, ordinem scilicet qui primus fuit in ecclesia, imō a quo cœpit ecclesia, quo nullus in terra similior angelicis ordinibus, nullus uicinior ei quæ in cœlis est Hierusalem mater nostra, siue ob decorē castitatis, siue propter charitatis ardorem: cuius Apostoli institutores, cuius hi quos Paulus tam sæpe sanctos appellat, inchoatores extiterunt? Et quidē inter illos, cum nihil quod suum esset quispiam prout cuiq; opus erat: non igitur quod quisque

Hebr. 12.

1. Thes. 5.

1. Tim. 6.

Acto. 4.

pueriliter gestire poterat. Sanē ubi tantum quod opus erat accipiebatur, ibi nihil proculdubio ociosum admittebatur. Quanto magis nihil curiosum, quanto magis nihil superbum? Quod, inquit, opus erat. Hoc est, quantum ad indumenta, quod & nuditatem tegeter, & frigus repelleret. Putas ne ibi cuiquam galabrum aut issem brunum quærebatur ad induendum, cuiquā ducentorum solidorū mula parabatur ad equitandum? Putas ne, inquam, cuiuspiam ibi lectuli oportorium cattinum, aut discolor barricanus operiebat, ubi singulis diuidebatur tantum prout cuiq; opus erat? Non illic arbitror ualde curatum fuisse de precio, de colore, de cultu uestimentorum, ubi tam indefessum inerat studium in concordia ducit morum, animorū coherentia, profectuq; uirtutum. Multitudinis, inquit, credentium erat cor unum, & anima una. Vbi nunc illud unanimatis exercitiū? Fusi sumus exterius, & de regno Dei (quod intra nos est) relictis ueris ac perennibus bonis, foris quarimus uanam consolationē, de uanitatibus & inanijis fallis: ac iam religionis antiquæ non solum uirtutē amissimus, sed nec speciē retinemus. Ecce enim ipse habitus noster (quod & dolens dico) qui humilitatis esse solebat insigne, a monachis nostri temporis in signū gestatur superbiæ. Vix iam nostris prouincijs inuenimus, quo uestiri dignemur. Miles & monachus ex eodem panno partuntur sibi cucullam & chlamydem. Quis de seculo quantumlibet honoratus, etiam si rex, etiam si imperator ille fuerit, nō tamē nostra horrebit indumenta, si suo sibi modo præparata fuerint et aptata. Cæterum in habitu, inquis, non est religio, sed in corde. Bene. At tu quādo cucullā empturus, lustras urbes, fora circuis, percurris nundinas, domos scrutaris negociatorum, cunctam eueris singulorū supellestem, ingentes explicas cumulos pannorum, atrectas digitis, admoues oculis, solis opponis radio, quicquid grossum, quicquid pallidum occurrerit, respicis: si quid autem sui puritate ac nitore placuerit, illud mox quantolibet precio satagis tibi retinere. Rogo te, ex corde facis hæc, an simpliciter? Cum deniq; contra regulam, non quod uilius occurrerit, sed studiosissimē quæris, quod quia rarius inuenitur, preciosius emitur: ignorans facis hæc, an ex industria? Ex cordis thesauro sine dubio procedit, quicquid foris apparet uitiosum. Vanum cor, uanitatis notam ingerit corpori, & exterior superfluitas interioris uanitatis indicium est. Mollia indumenta, animi mollietē indicant. Non tanto curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta uirtutibus. Miror autem, cum regula dicat, ad magistrum respicere quicquid a discipulis delinquitur: & Dominus per Prophetam, sanguinem in peccato morientium, de manu pastorum requirendum esse minetur: quomodo abbates nostri patiuntur fieri talia, nisi forte (si audeam dicere) nemo sidenter reprehendit, in quo se esse

ibidem.

Luc. 17.

Eccl. 1.

irreprehensibile non confidit. Siquidem humanitatis est omnium, in quo sibi quisque indulget, alijs non vehementer irasci. Dicam, dicam, praesumptuosus dicar, sed uerum dicam. Quomodo lux mundi obtenebrata est? Quomodo sal terre infatuatus est? Quorum nobis uita, uia uitae debuit esse: dum exemplum in suis actibus ostendunt superbiam, caeci facti sunt duces caecorum? Quod enim (ut caetera taceam) speciem humilitatis est, cum tanta pompa & equitatu incedere, tantis hominum crinitorum stipari obsequijs, quatenus duobus episcopis unius abbatis multitudo sufficiat? Mentior, si non uidi abbatem sexaginta equos, & eo amplius in suo ducere comitatu. Dicam, si uideas eos transeuntes, non patres esse monasteriorum, sed Dominos castellorum: non rectores animarum, sed principes prouinciarum. Tum deinde gestari iubentur mappulae, scyphi, bacini, candelabra, & manticae suffaricatae, non stramentis, sed ornamentis lectulorum. Vix denique quatuor leucis a sua quisquam domo recedit, nisi cum tota suppellectili sua, tanquam sit uel iturus ad exercitum, uel transiturus per desertum, ubi non ualeant inueniri necessaria. An non posset eodem uasculo & aqua manibus uergi, & uinum bibi? An non posset ardens lucere lucerna, nisi in tuo quod portas candelabro, et hoc aureo, uel argenteo? An non posset dormire, nisi super uariu stratum, aut sub peregrino coopertorio? An non unus aliquis minister posset & iumentum ligare, & ad mensam seruire, & lectulum praeparare? Nunc ergo tanta multitudinis garlionum ac iumentorum, cur (uel ad solatium mali) nobiscum non ferimus necessaria, quatenus hospites non grauemus? Sed haec parua sunt. Veniam ad maiora, sed ideo uisa minora, quia uisitata. Ommitto oratoriorum immensas altitudines, immoderatas longitudoines, superuacuas latitudines, sumptuosas depolitiones, curiosas depictiones: quae dum orantium in seretorquent aspectum, impediunt & affectum, & mihi quodammodo repraesentant antiquum ritum Iudeorum. Sed esto, fiant haec ad honorem Dei. Illud autem interrogo monachos monachos, quod in gentilibus gentilis arguebat. Dicite, ait ille, pontifices, in sancto quid facit aurum? Ego autem dico: Dicite pauperes. Non enim attendo uersum, sed sensum. Dicite, inquam, pauperes (si tamen pauperes) in sancto quid facit aurum? Et quidem alia causa est episcoporum, alia monachorum. Scimus namque, quod illi sapientibus et insipientibus debitores cum sint, carnalis populi deuotionem quia spiritualibus non possunt, corporalibus excitant ornamentis. Nos uero qui iam de populo exiimus, qui mundi quaeque preciosa ac speciosa pro Christo reliquimus, qui omnia pulchre lucentia, canore mulcentia, suauolentia, dulce sapientia, tactu placetia, cum cetera denique oblectamenta corporea arbitrati sumus ut stercorea, ut Christum lucrifaciamus: quorum quae in his deuotionem excitare intendimus? Quem, inquam,

Perfusus.

ex his fructu requirimus? stultorum admirationem, an simplicium oblectationem? An, quoniam commixti sumus inter gentes, forte didicimus opera eorum, & seruimus adhuc sculptilibus eorum? Et, ut aperte loquar, an hoc totum facit auaritia, quae est idolorum seruitus: & non requirimus fructum, sed datum? Si quareis, quomodo: miro, inquam, modo. Tali quadam arte spargit aes, ut multiplicetur. Expenditur ut augetur, & effusio copiam parit. Ipso quippe uisu sumptuosarum, sed mirandarum uanitatium acceduntur homines magis ad offerendum, quam ad adorandum. Sic opes opibus hauriuntur, sic pecunia pecuniam trahit: quia nescio quo pacto, ubi amplius diuitiarum cernit, ibi offertur libentius. Auro tectis reliquijs signantur oculi, & loculi aperiuntur. Ostenditur pulcherrima forma sancti uel sanctae alicuius: & eo creditur sanctior, quo coloratior. Currunt homines ad osculandum, inuitantur ad donandum: & magis mirantur pulchra, quam uenerantur facta. Ponuntur dehinc in ecclesia gemmatae, non coronae, sed rotae: circumseptae lampadibus, sed non minus fulgentes insertis lapidibus. Cernimus & pro candelabris arboreas quaedam erectas, multo aeri potius, miro artificis opere fabricatas: nec magis coruscantes superpositis lucernis, quam suis gemmis. Quid putas in his omnibus queritur: praenitentium compunctio, an intuentium admiratio?

O uanitas uanitatum: sed non uanior, quam infansior. Fulget ecclesia in parietibus, et in pauperibus eget. Suos lapides induit auro, & suos filios nudos deserit. De sumptibus egenorum seruitur oculis diuitum. Inueniunt curiosi quod delectentur, & non inueniunt miseri quod sustententur. Ut quid saltem sanctorum imaginibus non reuerentur, quibus uictique ipsum quod pedibus conculcatur, scateat pauimentum? Saepespuitur in ore angeli, saepe alicuius sanctorum facies calcibus tunditur transeuntium: & si non facris his imaginibus, cur uel non paritur pulchris coloribus? Cur decoras quod mox caedendum est? Cur depingis, quod necesse est conculari? Quid ibi ualent uenustae formae, ubi pulvere maculantur assiduam? Denique quid haec ad pauperes, ad monachos, ad spirituales uiros? Nisi forte & hic aduersus memoratum Poeta uersiculum, propheticus ille respondeatur: Domine dilexi decorum domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae. Assentio. Patiamur & haec fieri in ecclesia: quia etsi noxia sunt uanis & auaris, non tamen simplicibus & deuotis. Caeterum in claustris coram legentibus fratribus, quid facit illa ridicula monstruositas, mira quaedam deformis formositas, ac formosa deformitas? Quid ibi immunda similia, quid feri leones, quid monstruosi centauro, quid semihomines, quid maculosa tygrides, quid milites pugnantes, quid uenatores tubicinantibus? Videas sub uno capite multa corpora: & rursus in uno corpore capita multa. Cernitur hinc in quadrupede cauda serpentis, illinc

Psalm. 101.

Eph. 7.

Psalm. 51.

1. Cor. 16.

illinc in pisce caput quadrupedis. Ibi bestia praefert equum, capram trahens retrò dimidiam: hic cornutum animal, equum gestat posterius. Tam multa denique, tamque mira diuersarum formarum ubique uarietas apparet, ut magis legere libeat in marmoribus, quam in codicibus: totumque diem occupare singula ista mirando, quam in lege Dei meditando. Pro Deo si non pudet ineptiarum, cur uel non piget expensarum? Multa quidem & alia suggererat addenda larga materia: sed auellit me et propria satis anxia occupatio: et tua, frater Ogeri, nimis festina discessio: qui uidelicet nec morari diutius acquiescis, nec abire tamè uis absque receti opusculo. Facio itaque quod uis: & te dimitto, et sermonem breuior. Praesertim, quia utiliora sunt pauca in pace, quam multa cum scandalo. Et utinam haec pauca scripserim sine scandalo. Enim uero uicia carpens, scio me offendere uitiosos. Potest tamè fieri uolente Deo, aliquibus quos me timeo exasperasse, potius placitum esse, sed si desinat esse uitiosus. Si uidelicet & districtiores desinat esse detractores, & remissiores amputet superfluitates. Si sic quisque bonum teneat quod tenet, ut alium aliud tenentem non iudicet. Si qui ceperit iam esse bonus, non inuideat melioribus: & qui sibi uideret agere melius, bonum non spernet alterius. Si qui districtius uiuere possunt, eos qui non possunt, nec aspernent, nec emulent: et qui non possunt, eos qui possunt, sic mirentur, ut temere non imitentur. Sicut enim non licet his qui maius aliquid forte uouerunt, ad id quod minus est descendere, ne apostantentur: sic non omnibus expedit de bonis minoribus ad maiora transire, ne praecipitentur. Scio quippe nonnullos de alijs & congregationibus & institutionibus ad nostrum ordinem peruolasse, pullasse, intrasse. Qui hoc quidem agendo, & suis scandala reliquerunt, & nobis nihilominus attulerunt: dum quantū illos sua temeraria discessione, tantū nos turbantur sua misera conuersatione. Et quoniam superbe spreuerunt quod tenebant, & temere praesumpserunt quod non ualebant, digno Deo exitu eorum tandem patefecit ignauia: quia & impudenter deseruerunt quod imprudenter arriperant, & turpiter redierunt ad id quod leuiter deseruerant. Cum enim claustra nostra sui potius ordinis impatientia, quam desiderio nostri expetierint, ostendunt quod sunt, dum a uobis ad nos, a nobis ad uos instabili leuitate peruolantes, & nobis & uobis, & omnibus bonis scandala faciunt. Quanquam ergo nonnullos eorum nouerimus, qui & fortiter Deo authore coeperunt, & ipso protectore fortius perseuerant: securius est tamen ut perseueremus in bono quod coepimus, quam quod incipiamus, ubi non perseueremus: & hoc pariter omnes studemus, quod secundum Apostoli consilium, omnia nostra in charitate fiant. Haec est nostra de nostro & de uestro ordine sententia: haec nostris & uestris: haec non de uobis, sed uobis me solere dicere, nullus melius mihi testis erit quam uos,

& si quis me nouit sicut uos. Quae in uestris laudabilia sunt, laudo & praedico: si quae reprehendenda sunt, ut emendentur, uobis & alijs amicis meis suadere soleo. Hoc non est detractio, sed attractio. Quod ut nobis a uobis semper fiat, omnino precor, & supplico. Valete.

DIVI BERNARDI ABBATIS, SUPER ILLUD EVANGELII, Ecce nos reliquimus omnia, Declamatio.

PROLOGVS.

Ut tibi dilectissime, praesentes exhortationis schedulas destinarem, quae ociosa esse non patitur, nimirum credens omnia, & omnia sperans, charitas persuasit. Vbi sanè non tibi me propria tradidisse putes, nec tanquam nostra suscipias, sed è multis sermonibus patrum, quorum digna satis laus est in ecclesia, quae huic uidebantur apte negotio noueris decerpisse sententias: & sub uanam utcumque formulam redigendo, cuiusdam copiosi declamatorij sermonis instar, hunc tuae dilectioni libellum edidisse. Hoc nimirum scribendi genus ad persuadendum efficacius arbitrabar, quod soleat amplius mouere lectorem, uiuidas magis uoces, quam multos apices representans. Caeterum quoniam suspecta mihi ignorantia propria, propriaque obliuio est: hortor et moneo, ut si qua deprehenderit digna reprehensione, aut ipse ea corrigere studeas: aut si id forsitan ex mansuetudine refugis & humilitate, mihi saltem quaecumque te mouerint, non dissimules ammicabiliter intimare. Atque id quidem de sententia dixerim. Nam de uerbis, erit forsitan inuenire nonnullos, ad quorum aures si uenerint, subsannent ea, dicentes: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitissimè? Verum nil tale mihi super tua reor eruditione uerendum. Quippe & metum hunc et pudorem suspitione carens, charitas foras mittit. Affectum magis, ni fallor, in his, quam uerba, pensabit amicus: praesertim quod non ostentationis, sed edificationis edere paginam cogitarim: optans magis (si possibile uideretur) & sine uerbis haec imprimere cordi tuo. Faciat hoc qui inuisibiliter operatur in cordibus electorum, et pia dignatione sua suam hanc uocem reputans, uocem ei uirtutis & efficaciae largiatur. Agit enim quod potest oprosa dilectio, oportune instans, fortassis & importune. Nulla sanè huic operi idonea magis occurrit, digniorue materia, quam euangelica lectio, ubi felicissimum illud Simonis et Iesu culogium continetur. Hanc ergo suscipere libuit, sed exhortationis magis gratia, quam expositionis: ut scilicet ex ea sermonis occasio sumeretur. Sed et sententias breuibus distinguere studui lectionem, ut distinctio ipsa fastidium non admittat.

SERMO DE UERBIS EVANGELII, Dixit Simon Petrus ad Iesum, Ecce nos reliquimus omnia. &c.



Dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Fidelis sermo, & dignum omni acceptione colloquium Simonis Petri & Iesu. Familiaris siquidem & amica familiaris obediencia est, sed obediencia firma & stabilis, quae fundata est super petram. Melior est enim obediencia, quam uictime: & acquiescere nolle, ut peccatum hariolandi est. Unde et uite quoque ipse Saluator praetulit hanc uirtutem, eligens magis animam ponere, quam obediencia non implere. **Postrema**

Matt. 19.

1. Reg. 17.

Postremo & ipsum nomen Iesu, quod est super omne nomen, & in quo flebitur omne genus, A postolo teste, obedientie remuneratio est. Libet proinde sacratissimo huic interesse colloquio, et intima cordis aure percipere quae dicunt. Arbitror enim verba lectionis huius ea esse, de quibus ad immortalē spōsum a finibus terrae clamat ecclesia: Propter verba labiorū tuorū ego custo diui vias duras. Haec enim sunt verba quae con temptum mundi in uniuerso mundo, & uoluntariam persuasere hominibus paupertate. Haec sunt quae monachis claustra replent, deserta anachoretis. Haec, inquam, sunt verba, quae Aegyptum spoliant, & optima quae eius uasa diripiunt. Hic sermo uiuus, & efficax, conuertens animas felici aemulatione sanctitatis, & ueritatis promissione fideli. Dixit enim Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia. Bene, optime, & non ad insipientiam tibi. Nam & mundus transit, & concupiscentia eius: & relinquere haec magis expedit, quam relinqui. Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Nimirum quia exultauit ut gigas ad currendam uiam, nec currentem sequi poterat. Sed nec inuisibilis commutatio, pro eo qui super omnia est, omnia reliquisse. Nam & simul cum eo damnantur omnia: et ubi apprehenderit eum, erit unus ipse omnia in omnibus, qui pro ipso omnia reliquerunt. Omnia sane dixerim, non tantum possessiones, sed etiam cupiditates, & eas maxime. Plus enim concupiscentia mundi, quam substantia nocet. Et haec fugiendarum causa diuitiarum praecipua est, quod aut uix, aut nunquam sine amore ualeant possideri. Limosa siquidem et glutinosa nimis non modo exterior, uerum etiam interior substantia nostra uidetur: & facile cor humanū omnibus quae frequentat, adharet. Age ergo qui relinquere uniuersa disponis, te quoque inter relinquenda numerare memeto. Imo uero maxime & principaliter abnega temetipsum, si deliberas sequi eum qui exinanitus propter te semetipsum: pone grauissimam sarcinam, pone asinaria molam, terrenam molam: pone illa quinq; non hominum plane iuga, sed boum, quae tibi insipienter emisti. Alioquin sequi sponsum, & uenire ad nuptias spirituales, quoniam hac pressus et oppressus corporis sensualitate non poteris: sed & si nouissimē ueneris & pulsaueris, minime profecto aperietur tibi: sed respondebitur deintus, quod non sit de bobus & asinis ceterisque iumentis insipientibus cura Deo. An uero comparatum iumentis esse quis dubitet hominē, qui sibi iuga emerit iumentorum, nisi quod eo sane ipsis quoque iumentis conuincit stolidior, & bestialior bestiis comprobatur, quod iuga necessitatis earū, propria ipse subeat uoluntate? Quod enim illis natura est, huic culpa: dum tanquam unum ex his quae ratione carent, sine ratione degens, & ipse sub corporeis similiter sensibus incuruatur. Sed quid eum iuga subisse causamur? Arguamus magis

emisse. Illud enim stoliditatis miserāde, istud extremāe demētia est. Dignus est operarius mercede sua. Nam ut mercedem pro opere tribuat, inauditum. Denique loquitur super hoc uerbo Dominus per Prophetam, sub typo mulieris fornicariae, scelera arguens Israelis: Omnibus, inquit, meretricibus dantur mercedes: tu autem de disti mercedes cunctis amatoribus tuis, & donas eis ut intrarent ad te undique ad fornicandū: factumque est in te contra consuetudinē mulierū in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio. In eo enim quod dedisti mercedes, & non accepisti, factum est in te contrarium. Planē & in eo, qui iuga emit, contrarium fieri manifestum est. Quid enim iuga emit, & iuga boum, cui iugum suauē gratis offertur? Nam iugum Christi, iugum hominis est: siquidē & Christus homo. Nec modō gratis tribuitur, sed & copiosa his qui tulerint illud, remuneratio est: ut a nemine, non dico emi, sed gratis sustineri queat. Quid ergo miser pro iugo boum distrahis animā tuam, qui iugum Christi suscipiens, emere poterat regnum Dei, mercari uitam, lucrifacere Christū? Nam sine iugo interim esse non potes, homo nimirum qui natus es ad laborem. Sed graue iugum super omnes filios Adam, utique qui sequuntur eum. Nam super eos qui Christum sequuntur, leue est, et suauē. Postremo ut cetera simileam, cum sine iugo esse non possint, quale hoc ipsum est, eligere potius quinq; quam unum? Quis enim potest seruire quinque dominis, nedum quinque tyrannis, quinque praeconibus? Siquidem oculus meus depradatur animam meam. An non saepe aliud gula exigit, ad aliud pruritus aurium uocat? Sic & odoratus & tactus diuersa imperant: interdum forsitan & aduersa, dum uterque communem sibi gestit praeripere seruum, & trahit sua quocumque uoluptas. Vides excusationem hominis, qui propterea Christum non sequitur, propterea se excusat a nuptiis, quod iuga boum emerit quinq;. Quid si eorum laborem & dolorem consideres: si numeros iuga, qui uariis seruiūt uitis morum, magis quam corporum sensibus? Erit profecto inuenire iam homines, qui multo magis in labore hominum non sunt, sed longē amplius aliena ab homine flagella sustineant. Erit inuenire ementes non modō quinq;, sed plusquam quinquaginta quinq;, non planē iumentorū iuga, sed daemonum. Contendunt ambitio & elatio cordis: altera nidum, altera foueam parat. Volare altera iubet, repere monet altera, cum neutrum profecto sit hominis. Quis enim es tu, ait haec: quis uero ille uel ille est, aut quae domus patris eorū, ut eis in aliquo cedas, ut reuerearis eos, ut aliquatenus eis blandiaris? At bonus sermo bonū inuenit locū, ait ambitio: & interdū quoque qui prodesse non potest, potest obesse, unde distimula: primum uinum bonum pone, donec ueniat hora tua. Auaritia quoque & appetitus laudis sibi inuicem aduertantur: & quod haec congregat,

congregat, hic dispergit. Nec minus contraria sunt quae simulatio & pusillanimitas suggerunt impudētia, impatiētiaque clamoribus, & utraque labor, & dolor, & afflictio spiritus. Haec autē omnia, similiaque ac dissimilia mala, ex una radice pullulant: propria scilicet uolūtatis. Huius enim sanguisuga duae sunt insatiabiles filiae, clamantes, Affer affer. Siquidē nec animus uanitate, nec uoluptate corpus aliquādo satiat, ut scriptum est: Non satiatur oculus uisū, nec auris impletur auditū. Fuge sanguisugam hanc, & omnia reliquisti. Haec enim omnia trahit ad se. Pone hanc, & iugum tam importabile quam multiplex abiecti. Non est enim Dominus crudelis ad illam, non est tyrannus tam impius et inhumans sic uergens seruulū, & non parcens. Fatigatum magis instigat, subditum premit durius. Inquietum malum, quod spiritui semper incubans, inexcogitabilia meditatur. O custos hominum, quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsum grauis. Nullū mihi onus importabilis, nulla grauior sarcina est. Factus sum mihi talētū plūbi, & resedit iniquitas super illud. Sed audia uocē solati, audia quid loquat magni consilij angelus. Venite, inquit, ad me, qui laboratis & onerati estis, & ego uos reficiam. Tollite iugū meum super uos, & inuenietis requiē animab. uestris. Verūm haec alia: inueniet forte in nouissimis locū sibi. Interim sane felices liquet esse, qui exonerati sunt, & sequuntur Dominū expediti. Arcuissimū enim nos foramen expectat. Si quē sequimur, consequi uolumus, per angustā contendamus ingredi portā necesse est. Quid tu camele gibbum, quid tu pecuniosē proditoris loculos tollis? Non sic impie, non sic ingredieris. Foramē acus huiusmodi sarcinas non admittit. Excusant aliqui fortasse dicētes, Abraham, Isaac, et Iacob, ceterisque sancti nunquid non terrenas diuitias habuisse legunt? Sufficit nobis esse sicut illi fuerunt, neque enim sumus nos patrib. meliores. Si culpabilis esset possessio diuitiarū, nunquē illi in diuitiis tantā a Domino gratiā obtinissent: aut tantam gratiam consecuti, diuitias nihilominus possedissent. Quid respōdebimus nouis imitatoribus sanctorū ueterū? Imponant certe uitulos super altare Domini, macent arietes, hircos immolēt, quia & hoc Abraham fecit: & hircus patrum, quibus non modō meliores non sumus, sed ne digni quidē soluere corrigiam calceamentorū eorū. Sed haec, inquit, statū ultra non habent: ubi reuelata est ueritas, transiere. Quid si ipsas quoque sanctorū diuitias temporales, uibrā fuisse dixerimus futurorū? In figura siquidē eis omnia legimus contigisse. Denique quidni terrenas palam diuitias possiderent sancti & perfecti uiri, cū sola adhuc terrena palam promitterent a Deo? Sicut enim sacrificijs illis, sic & diuitijs, carnalibus adhuc populis dispensatio diuina morem gerebat: nimirum ut tanquē paruuli paulatim a gentilibus secederēt ritu, eadēque gentes demonijs, Domino immolantes: ea-

demque & illi, sed a Domino, non a demonijs expectantes. Vbi sane coelestis promissio sonuit, spiritualia iam necesse est spiritualib. comparari, et mutari sacrificium spe mutata. Nouerāt haec quicumque uel eo tempore fuere perfecti, sed ex charitate populo coherebāt, ut in manifesto quidē et agere eadē et eadē querere uiderent. An forte uolēta uidef extortio, quod de umbra dicimus & significatiōe? Olim alter super haec scripserat in hunc modū: Nullus mihi opponat aurū templi Iudaeorum. Tunc enim hoc fuit, quādo sanguis immolabāt, quod totū figura fuit. Aurū ergo re pudemus, cum ceteris superstitionib. Iudaeorū: aut si aurum placet, placeant & Iudei. Postremo non multos legisse me recole, aut non afflictos grauius, aut non grauius in ipsa seculi huius prosperitate tentatos, forte & periclitatos. Nimirū longē aliud est in luto aquarū multarū diuisū fūdō maris iter carpere, terrena licite possidēdo: aliud, ipsam quoque nouis gressibus undā calcare, omnia relinquēdo. Sed tempori gratia perrogati uā haec debebat. Petro nouū iter, & nouū typus itineris seruabatur. Antiquorū sane patrū dieb. donec in terris uideretur & conuersaretur inter homines Dominus maiestatis, non erat euāgelicā forma perfectionis, sed spiritū Domini solo interim spiritu sequebant. At ubi uerbū caro factum est, & habitauit in nobis: iam nobis in eo tradita est imago uitae, et conuersationis exemplar, quod oportet etiam corporaliter imitari, ut utroque sequentes uestigio, non ulterius cum patriarcha Iacob altero tempore claudicemus. Vbi enim audiuius, quia dictum sit antiquis, Nisi quis renūciauerit omnib. quae possidet, non potest meus esse discipulus? Et item: Si uis esse perfectus, uade & uende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & ueni sequere me. Neque id dicimus tanquam saluari quis uel hoc tempore nequeat, si secus egerit: sed ut gradū agnoscat propriū, & locum perfectionis, aut discipulatus officium non usurpet. Habent euāgelia & perfectionis consilium, & remedium infirmitatis. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, haec perfectio est. Siquidē filius hominis ubi caput reclinaret, non habebat. Petro & Iohanni nec argentū nec aurū erat. Paulus uictu simplici uestitūque contentus, haec ipsa labore manuū acquirēbat. Sed non omnes capiunt uerbū hoc, sicut nec consiliū castitatis. Quid dicitur populo? Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in eterna tabernacula. Verba Domini sunt, & quod loquitur, tale est. Firma equidē stat immobilis sententiā, eos qui uolunt in hoc seculo diuites fieri, incidere in tentationem laqueumque diaboli: sed quia misereor super turbā, & ipsum quoque camelum (quod homo non potest) per foramē acus traducere possum. Cauete saltem a uerbo aspero, qui laqueū uenandū minime declinat. Vestite nudum, egenum alite, uisitante infirmitate forte audire contingat sermōnem durum

Philip. 2.
Psal. 16.
Exod. 12.
Psal. 18.
1. Cor. 9.

1. Tim.
Ezech.
Proh. 30.
Ecclesi. 1.
Iob. 7.
Zach. 5.
Matth. 11.
Ecc. 10.
Matth. 11.
Thre. 3.
Luc. 14.
1. Cor. 10.

demque & illi, sed a Domino, non a demonijs expectantes.
Ibidem 18.
Gen. 32.
Luc. 14.
Ibidem 18.
Matth. 5.
Luc. 9.
Act. 13.
Luc. 16.
1. Tit. 6.

Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui parati estis diabolo et angelis eius. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Ac si manifestius dicat: **Lucæ 6.** Vae uobis diuites, qui habetis consolationem uestram. Attamen unum iam superesse uidetur: Communicate eam pauperibus, quorum est regnum Dei, ut cum uenerit hora eorum, reminiscantur, & deficientes uos recipiant in tabernacula sua, & consolationem suam, quam modò prudenter expectant, dum uestram ipsi præripitis, misericorditer comunicent desolatis. Mensuram enim bonam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinus eorum: nec erit illud pallium breue, quod duos operire non possit, aut stratum coangustatum, unde decidat alter. Hinc est quod dotatas & ditatas uidemus ecclesias à potentibus & diuitibus huius seculi, qui in operibus bonis diuites, iuxta Euangelij admonitionem amicos sibi facere studuerunt de mammona iniquitatis, à quibus in æterna tabernacula recipiantur. Quid nisperarent ab his recipi, qui clauis uidentur habere? Sed heu, data est ipsa prouidentia eorum in occasionem carnis: & qui sibi pariter atque alij in cœlo tabernacula æterna parare debuerant, in terra coniungunt domum ad domum, & agrum copulant agro. Quis rapuit ab ore apostolorum tempore huius uerbum gratie, fiducia uerbum, **Matth. 19.** Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te? Ecce enim ut populus, sic sacerdos. Similiter uolunt in hoc seculo fieri diuites: similiter, imò abundantius suam hic præripiunt consolationem. Similiter amicis egent & ipsi, ut in aliena saltem tabernacula suscipiantur, utpote propria non habentes. Beati enim pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ceterum hominibus qui perfectionis obtinent locum, dignitate pollent, authoritate præeminent, fuguntur officio: an inter hæc infirmitatis & imperfectio- nis quam usque ad eum diffidentur, liceat saltem sperare remedium, ipsi hinc quoque sint iudices. Nam quod minime deceat, manifestum est: nobis sane liceat uel audire dicentem: Si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Ad nihilum ualeat ultra, nisi ut mittat foras, & conculetur. Sed & presbytero, cui forsitan derogare timebunt, quoniam sanctus est, ut liceat solita spiritus libertate, nulli blandiri, palpare neminem, sed nudè nudam promere ueritatē. Clericus, inquit, qui partem habet in terra, non habebit partem in cœlo. Itemque: clericus si quippiam habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia, si aurum, si argentum, si possessiones, si uariam supellectilem, cum istis Dominus pars eius fieri non dignatur. Videtur & sanctus David cauterio graui inurere quosdam, ipsi uiderint quos hæc parabola tangat. In labore, inquit, hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia. Habent enim singula quæque genera hominum laboris aliquid, aliquid uoluptatis. Sed aduertere est prudentiam aliorum, & mira

Ari, quemadmodum nouo inter hæc artificio discernentes, & abinuicem sequestrantes ea, totum quod delectat, eligunt et amplectuntur: quod molestum est, fugiunt & declinant. Cum militibus nempe superbie, fastus, amplam familiam, & nobiles apparatus, equorum phaleras, accipitres, aleas, & similia quæque frequentant: aliqui forte & dependentes à collo rubricatas murium pelles, ornatos thalamos, balnea, & mollitiem omnem atque gloriam uestiunt à mulierculis mutuuntur. Cautæ omnino lorice pondus, & insomnes in castris noctes, incertaque discrimina præliorum, muliebre quoque uerecundiam & disciplinam, aut si quid aliud sexus ille laboris habere cernitur, declinant. Sudant agricolæ, putant & fodiunt uiniores: & qui inter hæc torpent ocio, accedente fructuum tempore innouari sibi horrea iubent, & promtuarum eorum plena: utinam non præ illis, utinam uel cum illis, uiuant tritico, bibunt uuae sanguinem merzissimum, parum est, impinguntur & dilatantur adipe frumenti. Herbarum uiribus peregrinum mutuatur uina saporem, et additur oleum camino. Sed considera & negotiatores. Circueunt mare & aridam, in labore corporis, et periculo uitæ perituras sibi diuitias congregantes. Dura sunt hæc: caueant prudentes nostris, dulces interea capiunt somnos, ne dicam in stratis lasciuiant suis. Erit tamen inuenire in die festo graues uasis aureis & argenteis ministrorum dexteris, refertas uarijs opibus manticas, perticas oneratas, & in scrinijs tam multiplicibus loculos, ut si mensas adhibueris, numularios putes. Quid fabros aut camentarios, ceterosque eiusmodi operarios necesse est numerare? uictum sibi multo labore quarunt: illi madent delicijs, copijs affluunt ociosi. An non merito tales Poeta subsannet. Ne cum forte suas repetiuit uenerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula risum, Furtiuus nuda coloribus? Magis autem magnus ille propheta, & plus quam propheta, terribiliter increpat dicens: Genimina uiperarum, quis demonstrauit uobis fugere à uentura ira? Vbi enim sunt poenitentiae fructus? Cum coeperint resurgere homines uniusquisque in ordine suo, ubi putas generatio ista locabitur? Si ad milites forte diuerterint, exsufflabunt eos, quod minime secum labore aut pericula tolerant. Sic agricolæ, sic negotiatores, et singuli qui que ordines hominum à iuis eos similiter arcebunt finibus, utpote qui in hominum labore non fuerint. Quid igitur restat, nisi ut quos omnis ordo repellit pariter & accusat, eum fortiantur locum, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat? An forte ad electionem clerici audeant aspirare? Magnus enim uere eorum locus in regno Dei: & bonum sibi, sed qui bene ministrauerint, gradum acquirunt. Ceterum suus & ipsis nec modicus labor esse uidetur, & dicebat qui plus omnibus laborauit: Qui non laborat, non manducet. Et Petro dictum est: Simon Ioannis amas me? Pasce oues meas. Idemque tertio repetitum, Tertio dictum, pasce

pasce, nec mulge seu tonde, uel semel additum est. Spero ergo discipuli locum, gradum ministri, qui Domini pasce gregem satagit, quam tondere: pascere uero tripliciter, exemplo conuersationis, uerbo prædicationis, fructu orationis. Et pascere ad mandatum Christi, ut nemo sibi hunc sumat honorem, sed qui uocatus fuerit à Deo tanquam Aaron. Per eum nempe si quis introierit, saluabitur, & inueniet pasua. Si uero ascenderit aliunde, planè fur est & latro. Atque utinam uel queratur iam inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Nemo tamè indignetur nobis, aut molestè accipiat quæ dicuntur. Si sanctus est, & minime sibi conficius horum, congratulamur ei, doleat & ipse nobiscum in pluribus hæc inueniri. Nec enim reuelamus nunc occulta dedecoris: **Eccl. 12.** nec parietem fodimus, ut abominatio maior appareat: nullum adhuc de fornicatione fecimus uerbum, quamuis & hæc in multis etiam & multipliciter regnet, qui puritatis authori impuro corde & corpore ministrantes, non uerentur stare angelum Domini, qui fecet medios & disperdat: sed omnino aut dent agni immaculati sacras contingere carnes, & intingere in sanguine Saluatoris manus nefarias, quibus paulo ante carnes, pro dolor, meretricias attraxerunt, sic altaria circuire, sic frequentare psalmos: cum & eiusmodi laus execrabilis, & oratio sit in peccatum. Sed nec eorum sacrilegia recensemus, qui diligunt munera, sequuntur retributiones, uendunt sacramenta, iustitiam produunt: quorum guttur necdum traxit ad laqueum, necdum præcauit fauces uerbum blasphemie: uox sacrilega, sermo nequam: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? Videmus hæc omnia, sed quodammodo non uidentes: quibus quibus nec flagellum est, nec ille comedens zelus. Manifesta loquimur, & quæ uix aliqui erubescant. Postremo & nos in clero fuimus, liceat uel nostra scriptari. Videte uocationem uestram, ait uocatus Apostolus. Consideremus & nos an uocati uenerimus, & uocati à Deo: cuius nimirum hæc uocatio est. Nec communem modò uocationem dixerim, qua sanè iuxta eundem Apostolum, quos prædestinauit, hos & uocauit. Si quis uocauerit nos in honorem cleri, conuenire uelim conscientias singulorum, ut secundum preceptum Domini, ad cor Hierusalem loquar. Huic enim paruulo adhuc, aut forsitan necdum nato, ecclesiastica iam beneficia prouida sanè parentum sollicitudo parabat. Hunc nos, inquit, illi uel illi tradamus episcopo, apud quem habemus gratiam, aut cui forte seruiuimus: ut dicitur de bonis Domini, nec in tot liberos nostra diuidatur hereditas. Illum præpositus, aut decanus ut sibi succedere ret, plusquam materno educauit affectu: in delicijs enutriens, & delictis. Ille dignus archidiaconatu, utpote filius principis, magis aut si sit episcopi consobrinus: in quo nimirum tota est episcopata progenies. Alius undique circuit sedulus explorator, blanditur, obsequitur, simulat, & dissimulat,

miseramque sibi suffragia mendicare non erubescit, manibus & pedibus repens, si quo modò tandem aliquando sese ingerere queat in patrimonium crucifixi, & bona Domini, quæ sola ex omnibus hodie inueniuntur exposita. Nimirum pergere profectus est, sed in plenilunio forte, ut sua districtè repetat rediturus. Quis ea intentione gradus ecclesiasticos, & ministeria sanctuarij quærit: imò quærit (quærit nempe, quam quærere ipse debuerat) ut sine curis seculi, in sanctimonia cordis & corporis illuminandis accedat ad Dominum, & suam pariter ac proximorum operetur salutem, orationis studio deditus, & uerbo prædicationis? Nam si eos eo quærit aut tenet animo, eoque intuitu, ut huius uitæ habeat necessaria: euangelizat ut manducet, & peruerso nimis ordine cœlestibus terrena mercatur. Quam certe dignius ampliusque consentaneum rationi, ut pro carnali uictu carnalia magis opera & negotia exerceret: nec fieret inuersor rerum, aut inhonoraret ministerium spirituale? Sed modico est natura contenta: nec multi sola in his necessaria quærit, quippe minori facile satis obtinenda periculo. Honorati incedere uolunt, placere student hominibus, delectari & superbiere, & huic seculo per omnia conformari. Audi querelas Domini, quid super hac tanta hominum temeritate loquatur patiens redditor, poenitentiam cupiens, quam uindictam. Ipsi, inquit, regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & ego non uocaui eos. **Offic. 8.** Vniuersos siquidem in ordinibus ecclesiasticis, ceterisque ad sanctuarium pertinentibus honorem quærentes proprium, aut diuitias, seu corporis uoluptatē: postremo quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, manifestè prorsus & indubitanter, non ea quæ Deus est charitas, sed aliena à Deo, & quæ omnium radix malorum, cupiditas introducit. Quid istud temeritatis, imò quid insanitæ est? Vbi timor Dei, ubi mortis memoria, ubi gehennæ metus, & terribilis expectatio illa iudicij? Sponsa **Cantic. 7.** nec cubiculum, nec cellam ingredi, nisi rege introducte presumit: tu irreuerenter irruis, nec uocatus, nec introductus? Trahe me post te, ait illa, in odorem unguentorum tuorum curremus. Nunc autem trahit sua quemque uoluptas: & odorem turpis lucri sectantes, quæstus æstimant pietatē: quorum certa est damnatio. Verum et si irreprehensibilis uideatur ingressus, & intentio casta, nihil ne ultra timendum est? Timendum quidē, & maxime. Neque enim quicumque spiritum coeperint, etiã **Galat. 3.** spiritu consummantur, sed carne nonnulli. Denique & Saul princeps constitutus à Domino, & **1. Reg. 9.** ludas non ab alio electus in Apostolum memoratur. Nonne ego, inquit, uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? Utinam in duodecim **1. Thim. 6.** decim unus hodie Petrus, unus qui reliquerit omnia, unus qui loculis careat, inueniatur. Vnus, inquit, ex uobis diabolus est. A duobus utique holis diabolus dicitur: & ludas non loculus, sed loculos habet. Utinam sapiens miser, & intelligeres cum thesauro pecuniæ thesaurum iræ para-

ter cumulari: utinam nouissima prouidens animaduertentes, facile per foramen acus transeuros non diuitiarum cumulos, sed delictorum. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Sanè argentum & aurum non nihil est, sibi utrunque retinet mundus. Inexorabilem constituit ianitor: foramen angustum est, nihil ex omnibus asportare licebit. Nam peccatum, quoniam nihil est, nulla potest foraminis angustia retineri. Solum hoc te sequitur quocumque ieris: quacumque intraueris, pellem hanc non depones. Quæ autem parasti insipienter, cuius erunt? Væ, uæ, in domo Dei horrendum uidemus. Quid nisi idololatrias ministrantes? Mentior, si non idolorum seruitus auaritia est: si non quibusdam etiam uenter situs, factus est deus suus. Quod enim quisque præ ceteris colit, id sibi Deum constituisse probatur. Quantos sanè uidimus qui diligunt munera, sequuntur retributionem? Quantos qui Christo Domino non seruiunt, sed suo uentri? Quis putas est fidelis seruus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis escam in tempore? Quæris forte quam escam? Meus, inquit, cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei. Nimirum uita in uoluntate eius, qua quidem nec pasci ipse, ne alios pascere poterit, nisi fidelis sit & prudens, ut eam & intelligat & diligat: diligat autem fortiter, diligat & feruenter. Quando enim excusare ignorantia possit hominem, qui se magistrum infantium, doctorem insipientium profiteretur? Ignorans utique ignorabitur, imò & multos ignorare faciet, & ignorari. Quid enim periculi sit, ubi non inuenit pastor pasua; ignorat dux itineris uiam, uicarius nescit Domini uoluntatem, ecclesia quotidie multipliciter & miserabiliter experitur. Est enim ut sanctissima, sic & sacratissima res uoluntas Dei, & occultum omnino consilium, de quo & apostolus gloriatur: Puto, inquiens, quod & ego consilium Dei habeam. Vnde & ipsa ueritas: Nemo scit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui est in ipso. Sic & quæ Dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus Dei qui in ipso est. Utilis proinde lectio, utilis eruditio est, sed multo magis unctio necessaria, quippe quæ sola docet de omnibus. Vnde autem scire uidebis quæ sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta: qui nec pulsare, nec querere, nec petere consueuit, qui donec alienarum curam susciperet animarum nunquam suæ gessisse curam, sed in uano eam usus est accepisse? Atque utinam uel tunc curaret suam, ut eam quoque postea curaturum sperare liceret: & de suo prius oculo festucam eijceret, ut de meo uideret eijcere trabem. Nam de his quidem qui & ubi forte intelligunt Domini uoluntatem, negligunt tamen: & quantum præualent aduersantur ei, qui dederunt manus morti, & cum inferno iniere fœdus, ut odientes bonum, adherentes malo, parati sint gratis consentire peccato, fouere malitiam, fauere iniquitati: quoniam odi-

abiles Deo, & mundo execrabiles esse constat, melius est filere quam loqui. Sanè nemo reputetur turpissimus, & uix aliquis in hunc affectum nequitiam, nisi praua consuetudine pertransiit. Sunt enim infirmi & tepidi amatores iustitiæ, quibus aut uigor, aut feruor deest, aut fortassis uterque, cum uterque summopere necessarius, inter prospera quippe et aduersa uersantur. Etenim uigoris esse dignoscitur nequaquam cedere tribulationi, sed per iustitiam persecutionem uiriliter sustinere: sic feruori uidetur attributendum nullis capi uoluptatibus, nullis illecebris eneruari. Quæ quidem tum omni populo, tum maximè & specialiter ducibus, populi sunt necessaria, ne forte in perniciem omnium errare contingat. Quid enim referri qua occasione uiam deserant ueritatis, sed ueritate ignari, sequantur spontanei, compellantur inuisti, seu attrahantur illecti, quid interest, dummodo eant in perditionem? Sic enim Eua prudentia, Adæ temperantia, Cain omnino iustitia, Petrus defuit fortitudo. Quam quidem uirtutis quadrigam per sefectionem & cathedram sanctitatis omnimodo exigit ministerium hoc de quo loquimur, ut hac dote carens, frustra sibi tanquam per Christum introierit, blandiatur. Siquidem dicitur ignoranti: Si cæcus caeco ducat non praestet, nonne ambo in foueam cadunt? Et iterum: Sacerdotes non dixerunt, ubi est Dominus, & tenentes legem nescierunt me. Ipsi prophetae & pastores abierunt in terram quam ignorauerunt. Dicitur et iniquo: Fur non uenit, nisi ut mactet & perdat. Et illud: Dilexisti malitiam super benignitatem. Dicitur pusillanimiti: Mercenarius & qui non est pastor, uidet lupum uenientem, & fugit. Dicitur ei qui post concupiscentias suas uadit: Mors est polita secus introitus delectationis. Dicitur iterum: Omnes quæ sua sunt querunt, non quæ lesu Christi. Verum hoc haec tenus. Iam qui per Christum sibi in sortem ministerii huius introisse uidetur, de cetero quæ madmodum ei seruiat: quemadmodum ministrum, quemadmodum pascit tripliciter, ut praediximus, gregem Domini, sollicita secum examinatione discutiat. Indignus enim lacte et lana conuincitur, si non pascit oues. Si non uigilat in custodia gregis, iudicium sibi manducat & uestit. Væ uero tibi clerice, mors in olla. Mors in ollis carni, mors in huiusmodi delicijs est. Non modo quia secus introitus delectationis posita esse cognoscitur, sed ob id maximè, quia populi constat esse peccata quæ comedis. Sumptus ecclesiasticos gratis habere te reputas? Cantando (ut aiunt) tibi prouenire uidentur, sed bonum erat magis fondere, aut etiam mendicare. Peccata enim populi comedis ac si propria tibi minus sufficere uiderentur. Sollicitus esto tanquam redditurus rationem pro eis, gemitus fundere, dignos agere poenitentiae fructus. Alioquin tibi ea noueris imputanda, quæ modo inter delicias comedis & paruipendis, & dissimulas tanquam nihil at tinentia tibi. O iudiciorum Dei abyssus multa. O terribilis Deus in consilijs super filios hominum.

Frustra

1707 Frustra tunc incipient miseri dicere montibus: Cadite super nos, & collibus, operite nos. Venient ueniet ante tribunal Christi, audietur populi querela grauis, accusatio dura, quorum uixere stiperditijs: nec diluere peccata, quibus facti sunt duces caeci, fraudulentissimi mediatores. Quid tibi insipientes deliciae sapunt? quid diuitiarum illececos delectat oculos, quibus mercaris tam graue iudicium, tam dure temetipsum obligas rationi? Uniuersa siquidem usque ad quadrantem nouissimum exigeris. Sed esto studiose quis & fructuose laboret: dignus plane est operarius mercede sua, ut qui altario seruit, de altario uiuat. Viuat inquam de altario, ut iuxta eundem apostolum alimenta & quibus tegatur habens, his contentus sit. Tertium ei hoc periculum est. De altario, inquit, uiuat: non superbiat, non luxurietur, denique non ditetur, nec contra sancti cuiusdam plane dignam omni acceptance sententiam, ex clericatu ditior fiat. Non si bi de bonis ecclesiae ampla palatia fabricet, mutantur quadrata rotundis: nec loculos inde congregat, nec in uanitate aut superfluitate dispergat: non extollat de facultatibus ecclesiae confanguineos suos, aut neptes (ne filias dixerim) nuptui tradat. Res pauperum non pauperibus dare, per facilem legem crimine esse dignoscitur. Sanè patrimoniam pauperum, facultates ecclesiarum, & sacrilega eis crudelitate surripitur, quicquid sibi ministri & dispensatores, non utique domini uel possessores, ultra uictum accipiunt & uestitum. Nec enim ordinauit Deus his qui Euangelio seruiunt, de Euangelio querere aut habere delicias, uel ornatum, sed uiuere (ait Paulus) ex eo: ut uiuere sint contenti alimenta corporis, non irratamenta gulae, aut incentiua libidinis, & quibus tegantur, non quibus onentur, accipere. Sanè qui non fideliter introiit, neque per Christum, quid nisi infideliter agat & contra Christum? Manifestam sine dubio faciet arborem fructus, radi dicem palmas, opus intentionem. Faciet ad quod uenit, ut mactet utique & disperdat. Quando utique altario seruiat qui eiusmodi est, seruiat autem in spiritu & ueritate? Tales nimirum pater adoratores querit. Alioquin ministratio mortis est in iudicium & condensationem. Aut quando poterit necessarijs esse contentus, qui eo animo introiit ut stipendia clerici in usus uoluptatis, curiositatis & uanitatis congregat, seruet, expendat? Triplex ergo funiculus, qui difficile rumpitur, hominem miserum in perniciem trahit, qui impure intrat, indignè ministrat, sed & ipso fructu abutitur temporalis. Quid enim si in hoc mundo floret et prosperat in uia sua? Arescet uelociter, citò decidet flos sceni, & uapor ad modicum parens. Parci uirga, quoniam inuenitur iniquitas eius ad odium utique, non ad iram. Virga, inquit, tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Habet enim uirga, sed habet etiam baculum. Et hec consolatio est, quod is qui uirga caditur, baculo sustentetur. Aut certe portat pastor uirga & baculum, illam ouibus, illum lupo, omnia autem propter

A electos. Siquidem & uirga eos consolatur a stimulis conscientiae, dum hoc modo sentiunt sibi peccata dimitti, dicente Domino: Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas. Et baculus iuuat ad tolerantiam uirga, dum illius comparatione fit leuior. E contra uero dicitur induratis, Fros mulieris meretricis facta est tibi, erubescere noluit. Et addit: Recessit zelus meus a te, ultra non irascat tibi. Quæ enim diligit arguit, et flagellat omnem filium quem recipit. Liqueat proinde eos qui in labore hominum non sunt, & cum filijs non flagellantur, nec diligit a Deo, nec recipit. An tu forte quos in mundo florere conspicias, ab auctore mundi diligi putas? Audi quid super hæc scriptura loquat: Omnis qui uoluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei constituitur. Et alio loco: Charissimi, nolite diligerem mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Verba sunt apostolorum. Primum quidem uerbum Iacobi, secundum eius discipuli quem diligebat Iesus, qui & ipse ignorare non posset animum. Sed uis nosse quis sit, qui diligit mundum? Neque enim creaturas Dei iuberis odisse: sed quæ a Deo non sunt, ea diligere prohiberis. Quæ uero sint hæc, Iohannes ipse loquatur adiiciens: Nolite, ait, diligerem mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Omnia enim quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quæ non sunt, inquit, ex patre, sed ex mundo. Viderit hic quisque cuius sit spiritus, quid diligit, quid cupiat, quid sectetur. Ecce enim speculum ueritatis, tantum ne quis considerato uultu conscientiam suam prætereat, & qualis fuerit obliuiscatur. Ambitio, curiositas, et uoluptas non ex patre sunt, sed ex mundo. Aut certe quia multi codices habent non ambitionem seculi, sed superbiam uitæ, concupiscentiam carnis, uniuersam accipe corporalium sensuum delectationem, qua quidem ne ipsa curiositas caret. Ac deinceps concupiscentiam oculorum, quæcunque ad humanum diem (quem Propheta minime concupiuit) & seculari gloriam, & extrinsecam pertinent uanitatem. Potro in superbia uitæ, elationem cordis intellige. Hæc enim tria qui diligit, mundum diligit, & Dei constitutus est inimicus. Suscipiat autem qui eiusmodi est, reconciliatoris officium, non mediatoris, qui etiam proditoris scelere inimizias cumulauit, ut merito iam non ut hostis, sed ut traditor iudicetur, ut ludas utique, non ut Saulus. Nam impudentia et frontositas cum obduruerit ut non pauet, non horreat, non contremiscat, ea iam demum desperatio est. Quid enim? Horum sibi conscius homo, tanquam qui iustitiam fecerit, diuino sese uultu sistere non ueretur, tanquam domesticus intrat & exit, magistrum salutat, genua flectit, osculat ore sacrilego, dolose agit, sed in conspectu Dei, ut inueniatur iniquitas eius ad odium. Odibilis plane Deo frontosa temeritas, & impudentia execranda. Propter quod enim irritauit im-

Ccc 2 pius

Luce 12.
Col. 3.
Phil. 3.
Matt. 24.
Ioh. 4.
Psalm. 29.
1. Cor. 14.
1. Cor. 7.
1. Cor. 2.
Rom. 12.
Matt. 7.

1. Tit. 5.
1. Cor. 9.
1. Ti. 6.

Matt. 11.
1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

Phil.

Ioh. 4.

Eccl. 4.

Psalm. 36.

Psalm. 35.

Psalm. 22.

Esaie. 43.

Hiere. 3.

Ezec. 16.

Hebr. 12.

Psalm. 72.

Iaco. 4.

1. Ioh. 2.

Ibidem.

Hiere. 17.

Psalm. 39.

Psalm. 9.

Matth. 4.

1. Cor. 1.

Mich. 7.

Matth. 5.

Luce 9.

Matth. 5.

1. Cor. 3.

omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Dignū planē apostolica fide & deuotione uerbum. Iam reliquisti omnia: iam Dominum Petre secutus es, & nunc demum quid sis accepturus interrogas? Verē Simon, uerē obediens in auditione auris, sine pacti conuentione. Ad uenit enim iusionis uocem, Petrus & Andreas relicti omnibus secuti sunt redemptorē. Quod si hominī carnali stultitia fortē uidetur, audiat: Quod stultū est Dei, sapientius est hominibus: Et, Quoniam placuit Deo per stultitiā prädicationis saluare credentes, quippe cum mundus eum in sapientia minime cognouisset. Quantos enim mundi sapientia maledicta supplantat, & conceptū in eis extinguit spiritum, quem uoluerat Dominus uehementer accēdit? Noli, inquit, praeipitanter agere, diu cōsidera, diligētius intuerē. Magnum est quod proponis, & opus habens multa deliberatione. Experire, quid possis: amicos cōsule, ne post factum poenitere constringat. Hæc sapientia mundi terrena, animalis, diabólica, inimica salutis, suffocatrix uite, mater tepiditatis, quæ solet Deo uomitū prouocare. Caue tibi, ait. Ut quid enim? Cum a Deo uerbum esse non dubites, quid opus est deliberatione? Vocat magni cōsiliū angelus, quid aliena cōsilia praeftolaris? Quis enim fidelior, quis ue sapientior illo? Deduc me Domine, & deducar: fortior esto, & inualece. Noui ego quæ nam sint quæ oportet fieri citō: Ab ore putei gehennæ eripior: & inducias petam, & retardabor, & cunctabor exire, si fortē interim fiat aliquid? Abscōdi ignem in sinu meo, & exulto iam latere, iam nudatis uisceribus, iam sanie defluētē, diu mihi et deliberandū est, an expergiscar, an excutiam, an abijciam illum? Magnum omnino est quod offerē: sed eo utiq; libentius & festinantius suscipiendum, & obuijs arripiendum manibus, cum feruore & hilaritate. Probet autem seipsum, qui de propria uirtute præsūmit. Nam diuina quidē omnino probata est. Amicos cōsulat, qui nō legūt, Inimici hominis domestici eius. Quid frequentat Euangelium, qui Euangelio non obedūt? At in eo sanē legimus promittenti cuidam sequi Dominum, sed defunctum prius patrem sepelire uolenti, respōsum ab eo, ut sineret mortuos sepelire mortuos suos. Alteri quoque, tantum suis qui in domo erant, ualedicere cupienti: Nemo, inquit, mittens manum ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei. Sed quid audierat primus? Magister, ait, uolo te sequi quocumq; ieris. Cui respondit Dominus: Vulpes, inquit, foueas habent, & uolucres cœli nidum: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet: prudentiam carnis in fouea uulpis, in nido uolucris arguens cordis elationem. Est enim interdum uidere nonnullos, qui relicti omnibus, abrenunciare seculo disponentes, cum recte offerre uelint, nolunt diuidere rectē, calliditate humana totos sese diuino committere nutui formidantes: sed referuantes nescio quid fermenti, ut

A totam massam corrumpat: quod in multis frequenter expertum est. Alius sine duce & præceptore spirituale studium apprehendere facile cogitans, ambulat in magnis & mirabilibus super se, ut uulgo dicitur, saliens antequam uideat, caesus antequam debeat. Petrus cogitatum suum iactans in Domino, & omnē sollicitudinē suam in eum prouiciens, certus quod illi foret cura de eo, reliquit omnia, secutus est Dominum, ne in interrogans quidem de premio, donec ex periculo diuitū, quod Saluator prosequēbatur, sumeret occasionem percōtandi. Quid ergo erit nobis? Ait illi Iesus: Amen dico uobis. Verbum confirmationis præmittit, magnū noueris esse quod sequitur. Amē dico uobis, quod uos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis, &c. Quid est quod dicit, in regeneratione, aut quæ est hæc noua regeneratio? Neq; enim iam ignoramus, quoniam oportet hominē nasci denuo, nō ex sanguinibus, neq; ex uoluntate uiri, sed ex aqua & spiritu sancto. Cæterum cum nullatenus ad eam regenerationem ualeat hæc promissio pertinere, fortē & altera regeneratione opus esse uidetur: nec solum denuo, sed et tertio hominē nasci necesse est. Infelix ego homo, & miserabilis casus meus, cui non una sufficit, cui duplex est necessaria regeneratio. Nimirū ex corpore & anima constitutus, cecidi totus simul, simul totus omnino resurgere non possum. An uerō dignū non est, ut ea quæ uideat potior priorq; portio, reparatur? At ipsam sanē animam esse, nemo sane mētis ignorat. Prior ergo reficiatur, quæ prior corruit: præsertim quod ab eius culpa, alterius poena prodierit: & ipsius corruptio, corporeæ quoq; fuerit causa corruptionis. Hinc est quod animabus primū Saluator aduenit, tollere utiq; peccata mundi, non molestias carnis. Quod sanē manifestius docuit in seipso, poenis omnibus corpus exponens, animā autem immunem prorsus custodiēs a peccato. Non sic hodie filij hominum, non sic, sed anime curam negligūt: curam autem carnis perficiunt in omni desiderio. Neq; enim peccare metuūt, sed puniri: nec uirtuti cordis opera datur, sed ualetudini corporis, imō etiam uoluptati. De schola Hippocratis et Epicuri didicerūt hæc, neq; enim suis Christus discipulis horū quippiam tradidit: sed, Discite, inquit, a me, quia mitis sum, & humilis corde. Filij hominum usquequō graui corde, ut quid diligitis uanitatē, & queritis mendacium? Tempus hoc animabus, non corporibus est assignatū: dies salutis, utiq; non uoluptatis. Omnia tempus habent, animabus nunc operam dare necesse est. Nam in carne qui seminatur, solam exinde metet corruptionē. At nemo, inquit, carnē suam odio habuit. Verum est: sed zelum habens absq; scientia, dum prodesse festinat, inuenitur obesse. Cum enim iudiciū carnis ex anima pendeat, carni nihil potest utilius q̄ salus animæ prouideri, ut uidelicet in tempore sit respectus illius, & sociā passionis, felicitatis quoq;

Prouerbi

Mat. 19.

Ioan. 3.

Phil. 3.

Psal. 16.

Acto. 10.

Cam. 1.

Psal. 18.

Gene. 3.

Mat. 11.

Psal. 4.

Ecclesi. 3.

Galat. 6.

Ephes. 1.

quocq; consortium mereatur. Vnde Apostolus inquit: Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christū, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Requiesce in hac spe caro misera, qui propter animam uenit, pro te quoq; uenturus est: qui reformauit illam, tui quoq; nō obliuiscet in finē. Regeneretur interim anima, & tanq; præscita & prædestinata a Domino conformis fiat imagini filij eius in mansuetudine cordis, & humilitate. Ipsius enim merito te quoq; noueris aliquando regenerandā, et conformandam corpori eius in gloria & claritate. In regeneratione, inquit, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis et uos, etc. Consequimini, ait, quem sequimini: ut cum ipse sederit, & uos pariter sedeat. Quando enim ille resedit in mūdo, quando substitit, quando reclinauit caput? Exultauit ad currendam uiam, benefaciendo pertransiit: quippe nec nidum, nec foueā, nec locū habens in diuersorio, donec opere tandē quod susceperat consummato, sedendi præceptū mereretur accipere: & diceret Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Inspiciens tu qui præsedere eligis, quā cōsiderē, quærens in itinere diuerticula. Ille ministrare uenit, non ministrari: ut supra magistrū, & Domino maior: imō nec discipulus, profectō nec seruus, recumbere iam festinas. Paululū dormies, paululum dormitabis, paululum cōferes manus: ille salit in montibus, transiit colles. Clamat ad eum anima mea: Trahe me post te, in odorem unguentorū tuorū curremus. Alioquin quando eum remorando, tepescendo, paufando consequi speras? Exultauit ad currendam uiam, hilarem sine dubio diligit secutorem. Necdum ad brauium peruenisti, nec dum apprehendisti metam. Grandis adhuc restat uia: noli sistere gradum, noli in medio itinere residere. In sudore, inquit, uultus tui comedes panem tuum, donec in terram de qua sumptus es reuertaris. Extunc sanē tempus erit requiei, nimirum quando iam spiritus ipse dicit: Ut requiescas a laboribus tuis. Necdum tamē erit consummata pax, necdum perfecta quies: deniq; necdū sessio plena: In regeneratione, inquit, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos. Felix regeneratio. Quādo enim renascat ad sessionē, miser homo natus ad laborem? O si unquam sedero totus, cuius modō ne minima quidem portio sedet: in quo nil tranquillum, nihil quietum, sedatum nihil, nihil unquam in eodē permanens statu. Sedebitis & uos. O sessio. Quis mihi tribuat ut dignis exprimā uerbis, quod de sessione hac cordis affectione concipio? Imō quis tribuat mihi sessio nis huius imperturbata frui requie, quā desidero, quam cupio, quam requiro? Ecce enim dixi, nil in me sedet, sed cuncta in motu sunt, omnia nutāt, fluctuāt uniuersa. Postremō ubi concupi scit adhuc caro aduersus spiritum, spiritus aduersus carnē, quid nā hominis sedere uidetur? Nec

A sola iam concupiscentia pacem impedit, turbat sessionē, uerat esse sedatum: sed duplex quoq; secundum corpus miserum hominem contritio uexat: præsentis uidelicet sensus doloris, & mortis metus futura. Nimirum cum & passibile sit, & mortale: duplex nihilominus animam agitare sollicitudo uidetur: spei utiq; & timoris. Inter hæc nempe fluctuat iugiter, donec peccati corpus inhabitat, ascendens usq; ad cœlos, & iterū usq; ad abyssos descendēs, tabescens in malis, & ad bona nihilominus inardescēs. Erit autē cum luteum hoc egrediens domiciliū, a timore quidē penitus liberabit, sed necdū ab expectatione. Extunc enim iam non erit timor in sinibus nostris, sed in spe singulariter constituti psallemus singuli mente et spiritu, quod prælibauerat quodammodo qui dicebat: Conuertere anima mea in requiē tuā, quia Dominus benefecit tibi: quia eripuit animā meam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu. Cæterum de expectatione idem ipse sic ait: Me expectant iusti, donec retribuas mihi. Nec modō numerum fratru ut cōpleatur, sed & ipsum corpus ut sua regeneratione restituatur, expectant. Imō uerō & expetunt cum desiderio, sub altare Dei uociferātes ad ipsum. At qui audire meruit, potuit & testificari. Nam corpus quidem illo in tempore sedere quis dicat, dum effluit, & in saniem pulueremq; redigitur? In regeneratione, inquit, sedebitis & uos. Seminatur enim corpus animale, resurget corpus spirituale. Seminatur in ignominia, surget in gloria. Vbi iam tunc mors uictoria tua? Siquidem & tu inimica nouissima destrueris. Corpus enim resurrectionis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Sed & dolor & gemitus omnis abscedet, quoniam absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum: & iam non erit amplius neq; luctus, neque clamor, sed neq; ullus dolor, quoniam priora transierunt. Felices lachrymæ, quas benigna manus cōditoris absterget: et beati oculi qui in talibus liquefieri flētibus elegerūt, quā eleuari in superbia, quā omne sublimē uidere, quā auaritiæ & petulantie famulari. Sedebit igitur corpus immortalitatis et impassibilitatis gemina quadam felicitate dotatū, liberum ab omni necessitate, ab omni corruptione securum, alienū & immune ab omni concupiscentia, plenum gloria, configuratū deniq; claritati corporis Christi. Sedebit & anima sicut nil metuens, sic nec cupiēs ultra, nimirum plena beatitudine, & secura plenitudine fruens: nullos iam cogitationū fluctus, nullos tentationum conflictus, nullos affectionū sentiens motus, sed æternē illi incommutabilitati prorsus immersa, et sic adherens Deo, ut unus iam spiritus sit facta cū eo. Sed quando hæc, aut quibus hæc erūt? Vos, inquit, qui secuti estis me, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos. Iam quidē sedet filius hominis in sede maiestatis, si quidem ascendens in cœlū sedet a dextris

Psal. 114.

Psal. 141.

Apoc. 6.

1. Cor. 15.

Roma. 8.

Apoc. 21.

Dei. Sed cum sederit dictum est, hoc est, cum ap-
 paruerit sedens, sicut Apostolus ait: Cum enim
 Colof. 2. Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos ap-
 parebitis cum illo in gloria. An magis audebi-
 mus dicere & ipsum adhuc stare quodammodo,
 utpote cuius necdum sedes consummata uidetur,
 necdum pedibus eius scabello supposito quod
 a patre promissum est: Non quod illi plenitudi-
 ni quippiam desit, sed quod membra caput expe-
 cter. Audeat hoc testari, qui meruit intueri. Ec-
 ce, ait Stephanus, uideo coelos apertos, et filium
 Acto. 7. hominis stantem a dextris uirtutis Dei. Paulus
 Heb. 9. quoque sic scribit: Christus assistens pontifex fu-
 turorum honorum, introiit semel in sancta, aeter-
 na redemptione inuenta. Ceterum in regenera-
 tione corporum sedebit in sede maiestatis, qui
 pro animarum regeneratione stetit in ignominio-
 so supplicio crucis, interrogatus contumeliosus pa-
 riter & tormentis, nec modò durissima morte,
 sed & turpissima condemnatus. Quoniam enim
 Philip. 2. obediens patri factus est usque ad mortem, mor-
 tem autem crucis: propter hoc exaltauit illum,
 & donauit illi nomen, quod est super omne no-
 men, ut in nomine Iesu omne genu flectat. Hæc
 autem dixerim fratres, ut noueritis quæ nã sunt
 duo latera scalarum, quæ uolentibus sequi Dominum
 proponuntur ascendenda, quæ bases eorum, quæ
 capita, quæ uel gradus, quorum summitati Deus
 innixus est. Oportet nos siquidem domare car-
 nem, calcare mundum, ut uoluptatem corporis
 declinantes, caueamus nihilo minus seculi uani-
 tatem. Hæc nimirum abominationes Aegyptio-
 rum, quas immolamus Domino Deo nostro.
 Exod. 8. Et totum quod a uia uitæ & disciplinæ deterret
 filios huius seculi, totum quod exercet interim
 seruos Dei, in his duobus est, quæ sub uno uer-
 su Propheta commendat: Vide, inquit, humili-
 tatem meam, & laborum meum. Hæc ergo sint
 latera scale, uilitas, et asperitas: quibus deinceps
 internæ uirtutis & gratiæ gradus firmiter infera-
 tur. Est enim uidere homines mundanam gloriam
 contemnentibus, fauorē calcantes populi, non desi-
 derantes humanam diem, sed non adeò fortes in
 tolerantia molestiæ corporalis, non adeò reijcien-
 tes mollia, non adeò carnis illecebras superantes.
 Quid istos dixerim nisi latus alterum non tene-
 re: Porro uni tantum lateri innitentis periculosus
 nimis ascensus, & proximus est ruinæ. Quod si
 periclitatur, qui circa carnem uidetur plusquam
 oporteat infirmari, licet mundi respuat gloriam,
 nec contumeliosus moueatur: profecto longè hor-
 ribilius est periculum, et multo magis inexcusa-
 bile, si quis forte, licet castigans utiliter corpus,
 & non parcens eius afflictioni, inueniatur tamē
 minus resistens gloriæ desiderio, minus patiens
 iniuriarum, minus puritatis & solidæ humilitatis
 habens, minus immunis a seculi uanitate. Quid
 enim tibi infelix homo, cum his nugis & calami-
 tatibus, cum hoc fastu & uanitate ista, quæ nec
 anime, nec corpori prodest: Quid irritaris, quid
 inflammaris ad uerbi statum, quod nec carnem

uulnerat, nec inquinat mentem? Nihil sic alienum
 a natura tua, nil tam contrarium rationi. Neque
 enim sic dicere possum, quid tibi cum cibus & ue-
 stibus, aut frigore, uel esurire quid moueris? cum
 unita personaliter anima non huic mundo, sed
 corpori, longè minus carnem possit odisse, quam
 mundum: quippe quæ huic multum debeat, illi
 nihil. Quod quidem dixerim non ut uoluptas
 proinde excusetur, sed ut uanitas & impuritas
 ante omnia fugiatur. Sanè ubi sic stabilieris &
 firmaueris in corde tuo, asperitatem corporalis
 abstinentiæ & laboris amplecti, & omni uilitate
 & extremitate esse contentus: bona sunt late-
 ra, securus iam inferre gradus exercitij spiritua-
 lis: ut totum quod mundo et carni subtrahis, stu-
 dio pietatis impendas, oblitus quæ retrò sunt, et
 extentus in anteriora, ut ascensionibus disposi-
 tis, de uirtute proficias in uirtutem, ut uidere
 Deum deorum in Sion merearis. Et primùm qui-
 dem per desertum proprii cordis, & conuallē plo-
 rationis ascendes, ascendes ut uirgula fumi: de-
 hinc iam in serenis quidem elapsus, ascendes eti-
 am de deserto delicijs affluens, innixus super
 dilectum, ductus de claritate in claritatem tanquam a
 Domini spiritu, illo utique qui scrutatur etiã alta
 Dei. Nec paucos in his gradus inuenies gratiæ
 multiformis. Verum hæc spiritualia sunt, & spi-
 ritualibus utique comparanda. Nunc uerò ad ini-
 tiandos potius sermo dirigatur, cuius tota inten-
 tio est reuocare ad cor præuaticatores. Ceterum
 habent proficientes editum olim de duodecim
 gradibus humilitatis ex sermonis occasione libel-
 lum, quos uidelicet gradus ille iustorum omnium
 spiritu plenus in regula sua tradidit, uerè per
 omnia Benedictus. Ille enim spiritualement nobis
 erexit scalam, cuius utique summitas coelos attingit:
 quod in eius glorioso transitu euidenti legitimus
 miraculo commendatum, beato papa Gregorio
 sic scribente: Inter discipulorum manus im-
 becillia membra sustentans, erectis in cœlum ma-
 nibus stetit, & ultimum spiritum inter uerba o-
 rationis efflauit. Qua scilicet die duobus fratri-
 bus uni longius posito, alteri autem in cella cõ-
 moranti, reuelatio unius atque indissimilis uisio-
 nis apparuit. Viderunt namque, quia strata pallijs
 & innumeris corusca lampadibus uia recta, Ori-
 entis tramite ab eius cella in cœlum usque ten-
 debarur. Cui uenerando habitu uir desuper cla-
 rus assistens, cuius esset uia quæ cernebat, inquit
 siuit. Illi uerò, se nescire professi sunt. Quibus il-
 le ait: Hæc est uia, qua dilectus Domini cœlum Be-
 nedictus ascendit. Quæ est enim uia ab eius cel-
 la progrediens, nisi ordo quem idem uir beatus
 instituit, & forma uitæ quæ ab eo sumpsit exor-
 dium? Quæ nimirum uia Domini dilectus ascendit,
 quia non potuit uir sanctus aliter docere quam
 uixit. Et hæc quidem eorum uel maxima fidu-
 cia est, qui ipsius utcunque student inherere uesti-
 gijs, ipsum præceptorem præuiumque sequuntur.
 Neque enim uenire aliquatenus in dubium potest,
 quin omnino sacer sit modus conuersationis, &
 diuina

1719 DE BONIS DESEREND. DECLAMATIO. 1720
 diuina magis inspiratione atque consilio, quam hu-
 mana prudentia uel adinuetione formatus: quo
 nimirum tantam in uita gratiam sanctitatis, tan-
 tam post obitum gloriam felicitatis idem uerè Be-
 nedictus obtinuit. Sed hæc hæc hactenus, ne quis for-
 te (quod longè sit semper a cordibus nostris) de-
 rogare nos potius eis qui sibi uarios, prout cuique
 uisum est, religiose uiuendi formauere modos,
 quam alios consolari & animare uoluisse cause-
 tur. Eam tamē quam uidemus in ecclesijs hodie
 formam cleri (ne informem dixerim uitam) a quo
 sanctorum habuerint, quis unquam uel in nouo
 uel in ueteri testamento sic uixerit, sic uiuere do-
 cuerit homines, utinam ipsi sese interrogent sin-
 guli, nec conscientias super hæc conuenire pro-
 prias dissimulet. Quantos enim uidemus sectato-
 res uiarum, quæ uidentur quidem hominibus bo-
 nae, sed in profundum finis earum inferni descen-
 dit? Quantos ascensores scale, non cuius sum-
 mitas coelos tangit, sed quæ illi omnino contra-
 ria est, habens latera concupiscentiæ carnis, & con-
 cupiscentiam oculorum: gradus uerò superbiam
 uitæ, quæ ex mundo sunt, non ex patre? At eius
 sanè quam uobis commendare uolumus, scale
 gradus & latera ex patre utique sunt, non ex mun-
 do, cui nimirum innixus apparuit. Sobrie, ait A-
 postolus, & pie & iuste uiuamus in hoc seculo.
 Sobrietas uoluptatem carnis impugnat, iustitia
 seculi uanitatē: dum uidelicet cuique reddēs quod
 suum est, & adulantem deplorat, & compatitur
 irascenti. Denique & ipse Saluator dum Baptistæ
 manibus celsum illum uerticem inclinaret: Sic,
 inquit, decet nos implere omnem iustitiam: solā
 nimirum humilitatem, iustitiam reputans. Exhi-
 beatur ergo sobrietas nobis, iustitia proximo,
 pietas Deo. Pietas enim cultus Dei est. Sanè ut
 uoluptas & uanitas elationem cordis fouere no-
 scuntur: sic sobrietas et iustitia pietatem, ut inter
 hæc latera de fide in fidē spe mediante proficiēs,
 super eminentiam aliquando teneat charitatis.
 Innituntur hæc latera balibus, quas suppositus
 artifex sapientia, duobus forsitan lignis crucis.
 Vbi enim ille mulctatur morte, cruce turpatur,
 quis suorum delicias seu gloriam sustinere queat,
 nedum audeat querere? Flagellatus Christus, et
 spatus illitus, balulat sibi crucem, & ludibrio fa-
 ctus irrisoria ueste, arundineo sceptrō, corona
 spinea, foeditur clauis, annumeratur sceleratis, in
 ligno extenditur, etiam mortuus uulneratur: &
 hæc intuens, qui dicitur Christianus, proprijs ni-
 hilo minus uoluptatibus indulgere, & florere
 uelle in seculo nullatenus erubescit? Ceterum si
 omnīs qui se dicit in Christo manere, debet sicut
 1. Toth. 2. ille ambulauit, & ipse ambulare: multo magis
 qui pro eo manere se dicit, qui pro eo legatione
 fungitur, qui ei ministrat, si eum non sequitur, in-
 excusabilis est. Sanè nisi abnegauerit semeti-
 ipsum, & tulerit crucem suam, sequi eum omni-
 no non potest. Quid uerò crucem tollere est, nisi
 laborem amplecti, & humilitatem? Sicut scri-
 ptum est: Elegi abiectus esse in domo Dei, sed

fortasse minus adhuc firmiter stabilita hæc ui-
 deantur, si tantum fuerint subnixæ balibus, non
 etiã desuper coheræntia capitellis. Hinc est quod
 minimè suis contentus exemplis Saluator, etiam
 præmia repromittit: ut quæ forte non prouocat
 inuitatio præcedentis, trahat uel desiderium re-
 tributionis: & si quis uoluptuosus est, illum litiat
 torrentem uoluptatis: si gloriæ cupidus, aspīret
 ad illam celsitudinem iudicarię potestatis. Sede
 bitis, ait, & uos super sedes duodecim iudicantes
 duodecim tribus Israel. Ac si dicat, pro consilio
 ne uestra duplici & rubore pars uestra laudabi-
 tur. Propterea enim in terra sua duplicia posside-
 bunt, & lætitiā sempiterna erit in Christo. In exi-
 lio uobis afflictio duplex, humilitatis utique, &
 laboris. Sed consolamini, & nolite deficere: quo-
 niam in terra uestra, terra utique uiuentium, duplex
 uos nihilominus remuneratio manet, sublimitatis
 & delectationis. In sedibus enim quies imper-
 turbata est, in iudicio dignitatis eminentia com-
 mendatur. Quis uerò secularis honor excogita-
 ri potest, qui non prorsus in tantæ sublimitatis
 comparatione uilescat? Non unius siquidem ci-
 uitatis, aut populi, seu regionis unius, sed uni-
 uersitatis iudices habent præsidere cum Chri-
 sto: nec solum homines, sed & ipsos angelos iu-
 dicabunt, qui parentem ad modicum uaporem
 præsentis gloriæ dedignant & exsuffiantes,
 impropriū Christi uniuersis præferunt titulis
 dignitatū. Nolite timere pusillus grex, quoniã
 complacuit patri uestro dare uobis regnum. Dif-
 finitum est consilium, quod non euacuabitur.
 Propositum immutabile perseverat. Denique iu-
 rauit Dominus, & non poenitebit eum. Amen di-
 co uobis, quod uos qui secuti estis me in regene-
 ratione, cum sederit filius hominis in sede maie-
 statis suæ, sedebitis & uos iudicantes. Quid glo-
 riosius? Iudicent nunc, & præiudicent superbiæ
 filij: cum rege suo sedeant, qui sibi latera Aquilo-
 nis elegit. Exaltentur & leuentur sicut cedi liba-
 ni. Transibimus, & ecce non erunt. Opprimant
 nunc quos possunt, blasphemant, congregent
 maledicta, ueniant super nos opprobria expo-
 brantium Christo, quoniam merces nostra co-
 piofa est in cœlis. Gloriamque ab inuicem habent,
 utique uanam & mēdacem: quoniam uani filij ho-
 minum, mēdaces filij hominum. Gloriam enim
 quæ a solo Deo est nolunt, uerã utique & manen-
 tem: quoniam ipse est ueritas, & ipse est qui est.
 Infelix prorsus ambitio, quæ ambire magna non
 nouit, quærens de modico crescere, & de maxi-
 mo minui. Amant enim cathedras primas, quæ
 uelut grossi ficuū uelociter sunt casuræ. Sunt e-
 nim grossi primæ quædã ficus prorsus inutiles,
 solā habentes speciē ficuū, non saporē: nec tam
 fructus, quam futurorum quædam præfagia fru-
 ctuum, quas et decidere necesse est, ut eis aliq̄ hu-
 mano ului & esui aptæ succedant. Vnde spon-
 sa in Cantico canticorum: Hyems transiit, imber
 abiit & recessit. Et post pauca: Ficus, inquit, pro-
 tulit grossos suos: quod uidelicet persecutione
 cellante,

Colof. 2.

Acto. 7.

Hebr. 9.

Philip. 2.

Exod. 8.

Psal. 24.

A

B

C

Proh. 14.

Phil. 3.

Psal. 93.

Cant. 1.

ad Tit. 2.

Matth. 3.

1. Toth. 2.

Matth. 16.

Psal. 83.

Matth. 19.

Esai. 61.

Luc. 14.

Psal. 105.

Cantic. 2.

cessante, in dya facta sit ecclesia, posita in super-
 biam seculorum. Quam sanè sublimitarè & ex-
 cellentiam dignitatū congruè satis grossos uo-
 cat, ut futura in his moneat quam presentia co-
 gitare. Quæ enim uidetur, temporalia sunt: quæ
 non uidentur, æterna. Cauentur igitur qui primas
 cathedras amant, ne contingat carere secundis:
 & qui primos nunc recubitus eligunt, incipiant
 cum rubore locum tenere nouissimum. Sedebi-
 tis, inquit, super sedes duodecim, iudicantes duo-
 decim tribus Israel. Hæc iam ficus erunt, non utiq;
 grossi. Has nimirum sedes præuiderat, qui de lu-
 perna ciuitate dicebat: Illic federunt sedes in iu-
 dicio, sedes super domum Dauid. Illic planè, non
 hic. Quomodo enim sedent quas hic uidemus
 sedes, quæ totiens nutant, totiens titubant, to-
 tiens subuertuntur? Nimirum ergo grossi ficuū
 sunt, quos tenuis aura deijcit & disperdit. Cæte-
 rum quid sibi uult quod duodecim tribus Israel
 iudicatores fore promittit, in quibus etiā mūdus
 ipse cognoscitur iudicandus? An quia notus tan-
 tum adhuc in Iudæa Deus, uniuersitatē fidelium
 appellatione xij. tribuum uoluit designari: &
 quasi solas meminit iudicandas, propter illud:
 Qui non credit, iam iudicatus est: Hæc enim est
 perfectorum gloria singularis, inter ipsos etiā
 eminere fideles, & cæteris quoq; saluandis præ-
 eminere autoritate iudiciariæ potestatis, ut iux-
 ta illud de Psalmo, sedeat supra domū Dauid.
 Quid istud miseræ est, quod ad uerbum tantæ
 promissionis negligentia humana dormitat?
 Popule meus, ait Dominus, quid tibi debui face-
 re, & non feci? Quid causæ est quod inimico meo
 uestroq; libet seruire, quam mihi: neq; enim ille
 creauit uos, sed nec pascit quidem, aut tempora
 uestra ipse disponit. Si parua hæc uidentur in-
 gratis: non ille, sed ego redemi uos. Sed quo pre-
 cio? Non utiq; corruptibilibus auro & argēto,
 non sole uel luna, non saltem aliquo angelo-
 rum, sed proprio uos cruore redemi. Cæterum
 si neq; tam multiplici iure debitū a uobis elicere
 est famulatū, omisis his omnibus, mecum saltē
 ex diurno denario cōuenite. Nihil uobis ille no-
 cuerit, nihil ipse uideat profuisse: ei obtēperate
 qui plura uobis & potiora pollicetur, apud quē
 certior copiosiorq; remuneratio est: ut illud quo
 que benignissima miseratione dissimulē, quod
 bonorum uestrorum non egens, uobis tantum-
 modo uelim esse consultū, ne presentia suscipe-
 re detrectetis, quæ nunc offero dona gratiæ, fu-
 turis gloriæ muneribus eadem coronanda pro-
 mittens. Quid ad hæc cōscientia humana respon-
 det? Cum improperari cōperint hæc in die iudi-
 cij, quomodo miseri sustinebunt? Quid excusa-
 tionis poterunt habere de peccato? Nunquid
 tunc dicere incipiet, modò, ecce modò, sine pau-
 lulum? Sic enim tunc dissimulant infelices, &
 modò & modò, non habet modum: & sine pau-
 lulum, in longum uadit. Bonus est, inquit,
 Deus, qui in proximo iuuat. Magna quidē diu-
 na promissio, sed longa ualde dilatio, et molesta

Psal. 121.

Ioan. 3.

Esai. 5.

expectatio est. Terrenas deserere sortes, & nec-
 dum obtinere cœlestem, afflictio intolerabilis,
 & inconsolabilis dolor. Quid accelerare necesse
 est ut miseria prolongetur? Misera prorsus, & se-
 ductoria cogitatio. Noua siquidē hæc quærela
 est, nec prolixiorē uitam filij hominū hæc tenus
 causabatur. Breues dies hominis sunt, donec cō-
 scientia stimulantē, de poenitentia & conuersio-
 ne uel intus a spiritu, uel foris cōmoueantur ab
 homine. Extunc sanè nouum concipitur tædium
 longioris uitæ, differendæ mortis oritur fiducia
 noua. Sed esto multa tibi annorum curricula re-
 stant, adolescens es, usq; ad senectutē uicturus,
 & senium: quid necesse habes amittere tempo-
 ra tanta, perdere tanta lucra? Nihil preciosius
 tempore: sed heu, nihil hodie uilius æstimatur.
 Transeunt dies salutis, & nemo recogitat, ne-
 mo sibi non reditura momenta perille causa-
 tur. An putas o homo, biennij tantum, aut tri-
 ennij opus ab omnipotente posse recompensa-
 ri? Sic abbreviata est manus Domini, in cœtum
 annorū non possit remunerare laborem? Sede,
 computa quid diebus singulis acquirere ualeas,
 certus equidē apud Deum nullū omnino bonū
 irremuneratū fore: & sicut non capillū de corpo-
 re, sic nec momentū de tempore periturū. Quid
 illud Sapiētis consiliū ingerā: Ne tardes cōuer-
 ti ad Dominum? Nescis quid superuentura pa-
 riat dies. Quid insaniam causer de futuro tam tē-
 merariè præsumptis, quasi uerò tempora et mo-
 menta pater in tua, & non magis in sua posuerit
 potestate, uel uoluntate? Postremò quid de in-
 certo fine, & quid de certa breuitate laboris, re-
 tributionis æternitate loquar? Nouit Dominus
 figmentum nostrū, consulit pusillanimitati no-
 stræ, humanæ obuiat cogitationi, anxietatem a-
 bigit, prauentit trepidationem. Sequitur enim:
 Et omnis qui reliquerit patrem, aut matrem,
 aut domum, aut agrum, propter nomen meum,
 centuplum accipiet, & uitam æternam posside-
 bit. Quid ultra dicetis filij hominū, quando et in
 hoc medio tanta uobis promissa sunt, ut dormia-
 tis inter medios ceros, de quibus paulo antè
 causabamini: & exeūtes a sorte terrena amplior
 statim excipiat consolatio, qua non modò patie-
 ter, sed etiā gratulanter expectetis sortem san-
 ctorum in regeneratione promissam? Siquidem
 & expectatio iustorum læticia est. Centuplum,
 inquit, accipiet, & uitam æternā possidebit. Ha-
 betis filij Adam promissionē uitæ eius quæ nūc
 est pariter & futura, ut obstruatur omne os lo-
 quentium iniqua, & confundantur omnes ini-
 qua agentes superuacue. An non superuacue pe-
 nitus agit iniqua, qui non modò fructuosius, sed
 etiā iucundius, non modò salubrius, sed etiā
 suauius Deo poterat seruire, quam mundo? Et
 attēde, quod Petro quidē Dominus tantū de fu-
 turo respōdit. Neq; enim super his quæ experie-
 batur presentialiter, hesitare poterat, aut opus ha-
 bebat interrogare. Deniq; non quid nobis est, di-
 xit: sed quid erit? An uerò quis dubitat instan-
 tis e e

Ecclesi.

Matth. 19.

te esse temporis centupli promissionē? Mani-
 feste id quidem ipsa uerborum cōsequentia pro-
 bat, ubi centuplum accepturi, & possessuri dici-
 mur uitam æternam. Cæterum ne quis omnino
 impudenti remaneat obstinationi locus, mitto
 uos ad Euangelium secundū Marcum, ubi pro-
 missio eadem descripta manifestius inuenitur.
 Ait enim Dominus: Nemo est qui reliquerit pa-
 trem, aut matrē, aut filios, aut agros, aut domū
 propter me, & propter Euangelium, qui non ac-
 cipiat centies tantū nunc in tempore hoc. Atq;
 ut uehementius admiretur carnalis anima, non
 percipiens quæ sunt spiritus Dei, sed frutitiam
 reputās, addit signanter, cum persecutionibus.
 Fortè enim cum audisset in tempore hoc centu-
 plum promitti, coniectabatur etiam de tempo-
 ralibus exhiberi: sed præcipit hunc intellectum,
 nomen additū persecutionis. Quid enim terre-
 næ est cōsolationis, quod non faciliè terrena per-
 secutio tollat? Quid terrenum inter persecutio-
 nes sancti martyres acceperunt, quando & ipsa
 quoq; beatorū corporū terra data est in manus
 hominū impiorū? Interim tamē undecunq; cen-
 tuplum sint accepturi, dummodo sit centuplū,
 dum ualeat centupliciter, centupliciter placeat,
 consoletur, delectet, ametur: quid insanix est
 quod cunctatur homines relinquere simpla pro-
 centuplis? Vbi est cupidus, ubi est ambitiosus,
 ubi conquisitor huius seculi? Quid ad fidele ne-
 gocium & mundanas quætuosissimas auaritia
 intepuit & obdormiuit humana? Cui id Iudæo
 negares o homo, qui in uanum accepisti nomē
 Domini nostri Iesu Christi? cui sacrilego dare
 quicquid habes pro centuplo cunctareris? Sed
 execrabilis tibi est manus Domini, ut nullam ab
 eo cōmurationē recipere, non ei in ratione dati
 uel accepti cōmunicare penitus acquiescas. An
 forte non ex odio, sed ex incredulitate, ex crudeli-
 tate detrectas? Nam id mihi, fateor, credibilius
 est. Nemo enim perire magis optaret minime cū-
 iuspia cōsolationis obtentu, qm in maxima exul-
 tatione saluari. Sed non est omnium fides, ne eorū
 quidem qui nominatenus sunt fideles. Poteram
 sanè multorum uobis exempla proponere, mul-
 tos producere testes, qui id profecto sic credide-
 re, sic sentiunt, sic audierunt, sic experiuntur. A-
 bundat huiusmodi testimonijs, huiusmodi car-
 bonibus desolatorijs, omnis natio regionis, &
 omnis lingua, ubicunq; sanctorum cōgregatio
 est. Sed quando humanis credat experimentis,
 qui ueritati non creditur promittenti? Illud ego
 uehementius arbitror admirandum, quod d fide-
 les magis in maximo quam in modico uideami-
 ni. Non enim difficile est ei dare centuplum in
 presenti, qui daturus est uitam æternam in futu-
 ro. Qui daturus est, quod nec oculus uidit, nec
 auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, non
 modò centuplum dare potest? Sed quomodo,
 inquit, possunt hæc fieri? Qua ratione accipit cē-
 tuplū, qui nihil sibi relinquit ex omnibus? Nem-
 pe hoc est quod paulo antè commemorauī, Tol-

lite iugum meū super uos, & inuenietis requiē.
 Mira nouitas: sed eius qui noua omnia facit. Iu-
 gum tollens, inuenit requiem: relinquens om-
 nia, centuplum habet. Nouerat hoc & ille nimirum
 homo secundū cor Dei, qui ei loquebatur
 in Psalmo: Nunquid adheret tibi sedes iniquita-
 tis, qui fingis laborem in præcepto? An non fi-
 ctus in præcepto labor, onus leue, suauē iugum,
 crux inuncta? Huius enim rei sacramentum est,
 quod in dedicatione ecclesiarū depictas in parie-
 te cruces oleo sancto pontifex linat. Sic & olim
 quidē Abrahæ dictum est: Tolle filiū tuum quē
 diligis Isaac, & offeres mihi eum in holocaustū.
 Labor fictus est in præcepto. Oblatus siquidē I-
 sac, sanctificatus est, non mactatus. Et tu igitur si uo-
 cem Domini audieris intus in animo, & dica-
 tur tibi ut offeras Isaac, tuum quodcumq; est gau-
 dium immoles Deo (interpretatur enim Isaac
 gaudium, seu iustus) fideliter & cōstanter obedi-
 re ne timeas. Nimirum etli rem grandem tibi di-
 cit Propheta, facere debes, & obtemperandum
 ei per omnia, etiam si oportuerit ipsum Isaac iu-
 gulari. Nunc autem quicquid affectio propria
 iudicat, securus esto: non Isaac, sed aries morie-
 tur: non peribit tibi læticia, sed cōtumacia: cuius
 utiq; cornua uepribus hærent, & sine punctio-
 nis anxietatis esse non potest. Tentat enim te
 Dominus Deus tuus, nec mactabis Isaac ut opi-
 naris: uiuens uiuet, sed eleuatus est utiq; super li-
 gna, ut in sublime gaudeas: nec in carne pro-
 pria, sed in cruce Domini glorieris, per quem ni-
 mirum crucifixus & ipse es: sed crucifixus mun-
 do, nam ei uiuis. Hæc nimirum conuersatio per-
 fectorum, hæc sanctorum uita, hæc gratia spiri-
 tualis. Deniq; tanquam tristes, inquit, semper
 autem gaudentes: tanquā nihil habentis, & om-
 nia possidentes: tanquā morientes, & ecce uiui-
 mus. Qui uidebant me foras, fugerunt a me, di-
 cit & filia regis, ea utique cuius gloria omnis ab-
 intus est. Vnde & clamitat in Cantico cantico-
 rum, adolescētulas reuocans, quas exteriori sua
 incompositione deterritas uidet: Nigra sum,
 sed formosa, filiæ Hierusalem, sicut tabernacula
 Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me confi-
 derare quod fusca sum, quia decolorauit me sol.
 ac si manifestè spiritualis quispiā dicat, teneras
 & infirmas mentes exhortans: Quid laboriosa
 quæq; et humilia cōuersationis nostræ tam sedu-
 lo numeratis? Saga cilicina sunt, & pelles arietū
 rubricatæ, quibus interior ille splendor, & inter-
 na tegit gloria, ut illæsa a pulueris et imbris iniu-
 ria conseruet. Nolite me cōsiderare quod fusca
 sum, nolite pauere, nolite mirari. Neq; enim tri-
 stitiæ aut necessitatis est exterior iste neglectus,
 & nigredo forinseca, sed occultus splendoris, &
 exultationis internæ. Decolorauit, inquit, me
 sol, lux interior exterioris impatiēs. Nimirum i-
 gnis est, & inania folia non admittit. Alioquin
 aut exuri folia, aut certe si præualuerint, ignem
 extinguī necesse est. Quod quidē omnino cauē-
 dum Apostolus docet: Spiritū, inquit, nolite
 extinguere,

Psal. 93.

Gen. 22.

1. Cor. 13.

Psal. 30.

Cantic. 1.

1. Thes. 5.

Matth. 23.

extinguere. Magis autem id Christus prohibet, uolens eum uehementer accendi. Igitur sponsa quidem nigra, sed formosa: Apostoli tanquam tristes, semper autem gaudentes: ipsi Christo, si ludicris consideretur oculis, non erat species neque decor. E contra sane alios dealbatis ueritas comparat monumentis, foris quippe splendidos & nitentes, intus sordidos et foetetes. Ambulant enim in stolis, et primas (ut dicitur est) cathedras amant, gloriosi, honorati, et magni in oculis hominum: intus autem ubi Deus uidet, pleni auaritia, inuidia, ambitione, superbia, luxuria fortasse nonnulli. Quando enim talibus detur preciosum illud continentie munus, nisi forte ad iudicium & condensationem, nequando paueant et respiscant, et conuertantur a studiis suis: sed obdormiscant in peccatis, & deterius pereant ex ipsa sua irreuerentia & securitate. Sane ut exercitij spiritualis & cure cordis indicium euidentis est contemptus exteriorum, sic eorum sollicitudo certum nihilominus signum mentis incultae. Scriptum quippe est: In desiderijs est omnis otiosus. Et item: De stercorebus boi lapidabit piger. Vae uae misero, dum stercorem, putas ornari. Bos erat Paulus, triturans in area Domini, & suum utique agnoscens possessorem. Vnde & dicebar, Propter Christum omnia detrimentum feci, & arbitrator ut stercorea, ut Christum lucrificarem. Haec ample xatur stercorea, etiam si quondam nutritus fuerit in croceis: his lapidatur stercorebus piger, qui Christum lucrificare negligens, corde uacuo & deserto foras cogitur euagari. Siquidem legitur in Aegyptu, & prodigus ille filius seruire porcis, esurire siliquas egestate coactus est.

Sed quid dicit scriptura? Habenti dabitur, & abundabit: non habenti autem & hoc ipsum quod uidetur habere, auferetur ab eo. Arescet foenum, & decidet flos, ipse quoque fenestrae claudentur, ut nihil ultra terrenae ualeant consolationis haurire. Denique arguam te (ait Dominus) & statueram contra faciem tuam. Quid illud confusionis erit, quid miseriae, quid doloris, quando dissipatis folijs & dispersis, uniuersa nudabitur turpitudine, reuelabitur ignominia, sanies apparebit, quando iam immortalis factus internus ille conscientiae uermis, tota malignitate corrodet, sed non consumer animam infelicem: nec erit omnino dissimulationis locus, aut spes ulla consolationis? Quid enim causa est, quod ne modo quidem conscientiae stimulos sustinere aliquatenus possunt, sed auertunt oculos cordis, & ad consolationes miseras conuertuntur: aut certe dissimulationibus aliquibus decipiunt semetipsos, & mentitur iniquitas sibi, nisi quod intolerabilis ille est cruciatus (licet adhuc blandiatur spes, & extenuet omnino dolorem) dum sibi ipsis pro sibi tu tempora metunt: & omne quod agunt, facile diluendum, deferendumque quod appetunt, temeraria praesumptione promittunt: Sed et ipsa consuetudine & incuria stupidi & insensati corde, ferē

Ecd. 22.

Phil. 3.

Gene. 4.6.

Luc. 15.

Matth. 23.

Psal. 49.

nihil sentiunt: quae quidem omnia longius aberunt, ubi fiet quod scriptum est, Argua te, & statueram contra faciem tuam. Quanto enim sibi uicinior, & naturali necessitudine charior anima carne sua est, tanto acrius doleat necesse est: & molestius ferat propriam quam corpoream lationem, ubi a stupore isto & insensibilitate fuerit excitata: sicut contra bona propria, & delicias spirituales, internamque animi uoluptatem ubi contigit experiri, eo utique delectabilius amplectatur, iucundiusque fruatur oportet, quo propius & expressius eam tangunt, nec exterius mendicatur. Nemo quippe eo modo iumentum sui, quo corporis sui refectione poterit delectari, placet quidem & illa, sed longe aliter ista sapit, aliterque sentitur. Quod si iumentum animae corpus esse fateris, eadem utique ratio tibi obseruanda est & in ipsis. Noli ergo errare, noli seduci, ut non magis in spiritualibus spiritum credas, quam in corporalibus oblectari. Vel humanam consule rationem, si fides in te penitus obdormiuit. Tres in carcere quondam fuisse legimus, tres in cruce. Ioseph siquidem cum pincerna & pistore regis carcerali custodiae mancipatus, Christus uerus Ioseph cum sceleratis duobus utique reputatus est. Et illi quidem in carcere uidere somnia, & audire interpretationem: isti in cruce uerba locuti sunt, & unus accepit promissionem. Priorum siquidem alter propinabat regi, & audiuit: Restitueris in gradum pristinum. Alter pascebat aues, & reipsum mortis accepit. Ipsi quippe sunt porci, quos pauit ille prodigus adolescens. Spurci siquidem & elati, merito porcorum & auium nomine designantur. Porro eorum qui crucifixi sunt cum Salvatore, alteri utique contenti dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, alteri quidem blasphemanti, non quidem a Domino (neque enim tunc ille iudicabat quenquam) sed a socio responsum est: Neque times Deum, qui in eadem damnatione est? Quid ergo putamus, quid duobus illis quorum alteri dictum est, restitueris post res dies: alteri, hodie mecum eris in paradiso: praeter ipsam sane dilationem interim potuit esse molestum? Quid uero illum potuit delectare, cui dictum est, truncato capite post triduum suspenderis, auium esca futurus? Sane in hoc positi sumus omnes, & nemo nisi in carcere, sine cruce interim nemo. Quippe ubi nec innocens inuenitur immunis, quando peccator requiem sperat: Ceterum si quis uolens sustinet, dicens, nos quidem iuste: mercedem habebit. sin autem inuitus et blasphemans, et negans Deum factis, duplex ei contritio est. Si quis testimonium habet salutis, etiam et caro eius requiescit in spe: & Prophetae farinula pulmentum condit atque dulcorat, ut in olla iam non mors, sed uita sit. Denique nemo sanae mentis ampliore esse in uitis credat, quam in uirtutibus delectationem: praesertim cum sit Deus uirtutum, totius uere iucunditatis fons, laetitiae et exultationis origo. Neque enim carni seu mundo, aut maligno principi, sed Christo utique seruire,

Ibidem

Gene. 4.

Luce. 21.

Luce. 15.

Luce. 21.

1. Reg. 4.

Matth. 10.

1. Cor. 5.

Psal. 118.

Rom. 5.

1. Cor. 2.

Luce. 21.

Matth. 10.

1. Cor. 5.

seruire, regnare est. Audi hominem de propria utique experientia perhibentem fidele testimonium ueritati: In uia, inquit, testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Quid erit in patria, si tanta est copia delectationis in uia? Sic & Apostolus non in spe solum, sed etiam in tribulatione docuit gloriari. Ille quidem sic ait: Amicus huius seculi, authoris seculi inimicus. Ille quidem sic, ego forte non ita. Delicatus sum, homo peccator sum, nec subsistere in tanto labore sine gratia multa, nec ipsam gratiam ualeo promereri: quasi uero gratia non sit gratia, sed operum merces: quasi non omnes peccauerint, aut non omnes egeant gratia Dei. Aestimamus o homo, quia personarum acceptio sit apud Deum, & non omnes omnia relinquentes tam copiose consolentur? Noli esse incredulus, acquiesce uel ueritati, de cuius testimonio nulli licet dubitare fidei. Et omnis, inquit, qui reliquerit patrem, aut matrem, aut domum, aut agrum, propter nomen meum, centuplum accipiet. Neminem Christus excipit. Miseri igitur qui dicunt, praeter nos qui excludunt semetipsos, et excipiunt a beneficio generali. Nimirum indignos se iudicant multo magis uitae aeternae, qui nec ipsum quidem centuplum sperant. Sed quia Deus uerax est qui promittit, homo utique mendax est qui diffidit. Et omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut domum, aut agrum, propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam aeternam possidebit. Facile ego poteram contradictionem sustinere linguarum, si id loquerer ex me ipso. Siquidem non percipit carnalis homo, quae sunt spiritus Dei: sed stultitia illi uidentur. Nunc autem ipse id loquitur, cuius uerba etiam caelo & terra transeuntibus, non transibunt. Sed audiui, ait homo, qui perditionis sumit occasionem, & (ut uulgo dicitur) festucam quaerit, unde sibi eruat oculum: audiui inquit, de illo & illo qui reliquerant omnia, & ad uomitum suum reuersi. Quomodo illi acceperant centuplum? Exurge Domine, iudica causam tuam, & istorum nempe calumniam, & murmur ipsorum qui forte omnia relinquere uisi sunt, & minime tamen centuplum acceperunt: non contra nos, sed contra te est, qui dixisti, Omnis qui reliquerit patrem, & centuplum accipiet. Quid tamen dicimus? An ex collegio discipulorum roprobari quis potest, nisi loculos habens? Sunt enim loculi non modo pecuniae, sed propriae uoluntatis. Scrutentur proinde uias suas, & studia sua, qui promissam centupli gratiam sibi deesse causant: nec dubium quin inueniat angulum & diuersorium, reclinatumque non quidem filij hominis, sed aut foueam uulpis, aut uolucris nidum. Magis autem perfectius, obsecro, relinquat omnia, & solus sequatur Christum, iactans cogitatum suum in Deo, enutriendus ab eo, & centuplum sine dubio percepturus. Neque enim potest solui scriptura, quae tam certa ueritate subnixae, omnibus, id sine exceptione promittit. Nihil sibi retineat, nihil suis, ne modicum fermentum totam massam corrumpat. Sunt enim

qui sibi retinet aliquid, Domiticae uocis oblitus, qui non suam uenit facere uoluntatem: & in ipsis quoque sanctorum collegijs proprio aut desiderio, aut fortasse consilio importunius adherentes, sciolos sese faciunt, de se sibi aliquid retinentes, quos penitus abnegasse, & diuinae providentiae, ac obedientiae patrum, consilij quoque spiritualium uirorum debuerant commisisse. Sunt enim qui propinquis retinent & amicis, quod abijciunt a se ipsis, pro eorum prosperitate praesenti, inani profusus & seculari sollicitudine astantes. Crudeles planè, qui nequaquam proximos diligant tanquam se: crudeles, inquam, uel in se, uel in suos, imò quod uerius est, in utroque. Nemo ergo cum se uidet non omnia reliquisse, centuplum non accepisse miretur. Preciosa siquidem diuina consolatio est, nec omnino tribuitur admittentibus alienam. Infelix tu Esau, qui dixisti: Num unam tantum benedictionem habes pater? Quanto melius e. Psal. 26. rat dicere cum Propheta: Vnam petij a Domino, hanc requiram? Indignus enim benedictione caelesti conuincitur, qui dubio quaerit affectu, duplici petit intentione: aliud sibi refugium parans, si forte eam obtinere contingat. Maior est iniquitas mea (ait fratricida primus) quam ut ueniam merear. Quid ergo? renuat consolari animam tua, si ueniam non meretur. Hoc solum deplora, hoc solum plange. Aliud ne cogites quidem. Sed nunc, inquit, Cain, omnis qui inuenierit occider me. Graue scilicet damnum, grandis iactura, si perimatur corpus, quandoquidem anima perijt. Sed occidendu sese causabatur infelix, tanquam pro magno beneficio habiturus, si prohiberetur occidi. Quod et factum est. Consolationem miseram obtinuit, quam quaerebat: & oblitus est consolationis maximae, pro qua multo studiosius supplicare & remedium quaerere oportebat. An non idem & de Saule legitur? Vbi enim perstitit sententia Samuel sanctus, nunc, inquit, honora me uel coram populo. Ad quid tibi haec honoratio miser? Haec enim erat tota illa supplicatio, Peccauit, ora Dominum pro me? Merito sane non percipit, qui intuebatur cor. Falsa non poterat supplicatione moueri. Vix adhuc dixerat David, Peccauit, & responsum illi est: Dominus transtulit peccatum tuum a te. Sic nimirum, sic usque hodie dilectissimi, cuius ad alias consolationes mens inhiat, & penitus in caducis & transitorijs non reuauit consolari, ipse sibi profecto caelestis subtrahit gratiam consolationis. Quam si digna deuotione, pleno affectu, desiderio uehementi petere, quaerere, pulsare satageret: sine dubio petens acciperet, quaerens inueniret, pulsanti aperiretur. Alioquin si forte (quod absit) pudendum illum apostasie saltum praesumpserit, certum omnino sit testimonium ueritatis accipientibus, aut nunquam eum omnia reliquisse: aut ipsum quoque postea deseruisse centuplum, quod acceperit. Non nulli siquidem cum spiritu ceperint, heu carne postea consummantur. Quod si insanum est centuplum nolle recipere, uelle relinquere plusquam infanum

Gene. 27.

Psalm. 26.

Gene. 4.

Ibidem.

1. Reg. 19.

2. Reg. 19.

Galat. 3.

sanum iure censetur. An uero plangendus tibi uidetur, qui abstractus & illectus a concupiscentia sua, sponte id deserit, libens abiicit, uoluntarie derelinquit: & qui nutrebat in croceis, amplexatur stercorea? Non est unde causetur qui eiusmodi est, tanquam in eo uideatur irritum uerbum Domini, aut euacuata promissio. Dum enim reliquit omnia, habuit sine dubio repromissam centupli benedictionem. Sine causa contendit: non ei magis quam Christo credimus, nec omnino acquiescimus mendacem eum facere qui promissit. Centuplum, inquit, accipiet, & uitam aeternam possidebit. Illud enim in uia, haec in patria est. Imo haec patria, illud uia. Illud consolatio praesentis laboris, haec futurae felicitatis consummatio est. Sic nimirum et operarij huius seculi solent cibis in opere, merces in fine dari: similitanibus & stipendia ministrantur pro necessitate laboris, & nouissimè donatiu maius erogatur pro quantitate laboris. Sic & filijs Israel donec terram promissionis intrarent, in deserto manna non defuit. Erat ecclesia post quaesitum regni coelestis aduentu, quotidianus panis petitur in oratione, quam ipse Saluator instituit. Habes hanc duplicem promissionem & in Propheta euidenter expressam, ubi ait: Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum, & deducet illos in uia mirabili. Ipsa est enim uia testimoniorum Domini, in qua Propheta alius sicut in omnibus diuinitis delectatum se esse testatur. Vt quid ergo in incredulitate moriemini filij hominum? At forte adhuc secularis ad haec quispiam dicat: Ostende mihi centuplum quod promittis, & libens uniuersa relinquo. Vt quid ostendat? Fides enim non habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum. An potius homini ostendenti, quam ueritati crederes promittenti? Deficis scrutas scrutinio. Nisi credideris, non intelliges. Manna absconditum est, quod in Apocalypsi Ioannis uictori promittitur. Nouum nomen est, quod nemo scit, nisi qui accipit. Videtur enim forte nonnullis praesentem sanctorum communionem, facultatum pariter & uoluntatum hoc loco centupli nomine designari. Et magna quidem haec ipsa consolatio, sed non adeo generalis, ut possit uniuersaliter omnibus conuenire. Quantos enim sanctorum, aut uoluntarie eam deseruisse, ut anachoreras: aut uoluntarie persecutionis, ut martyres exilio relegatos, humana consolatione nouimus caruisse? Datum optimu est centuplu hoc, desursum descendit a patre luminu. An non denique omnia possidet, cui omnia cooperant in bonu? An non centuplu habet omnium, qui impletur spiritu sancto, qui Christum habet in pectore? Nisi quod longe plusquam centuplu est uisitatio paracliti spiritus, & praesentia Christi. Quam magna, inquit, multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te, perfecisti eis qui sperant in te. Vides quo modo memoriae abundantiae suauitatis huius erucluet anima sancta, quo modo exprimere gesties uerba multiplicet? Quam magna, inquit, multitudo

Sap. 10

Psal. 118

Apoc. 2

Psal. 30

do. Hoc ergo centuplu adoptio filiorum est, libertas & primitie spiritus, deliciae charitatis, gloria conscientiae, regnum Dei quod intra nos est, non utique esca uel potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Gaudium sane non modo in spe gloriae, sed etiam in tribulationibus. Hic est ignis, quem uoluit Christus uehementer accendi. Hec uirtus ex alto, quae Andream fecit amplecti crucem, Laurentium ridere carnificem, Stephanum pro lapidantibus flectere genua ad orationem. Haec illa pax, quam suis reliquit Christus, quando dedit & suam. Si quidem donu & pax est electis Dei: pax utique praesentis, & donu futurae. Illa superat omnem sensum: sed & huic quicquid sub sole placet, quicquid in mundo concupiscit, non poterit comparari. Haec gratia deuotionis, & unctio docens de omnibus, quam expertus nouit, in expertus ignorat: quonia nemo scit nisi qui accipit. Utinam hic filiorum hominum concupiscentia uigilet, utinam uel curiositas exciteat, ut dicant in cordibus suis: non uidetur hoc uerbum adinventionis humanae, cui sic consonant uno ore testimonia scripturarum. Quod si ita est, sine dubio uehementer erramus. Probare libet an haec cita se habeant, gustare quid hoc absconditum manna sapiat, experiri quid sit hoc centuplu, quale gaudium in spiritu sancto. Cras profecto respondebit ei iustitia sua, qui id studiose quaesierit: confestim ut gustauerit, uidebit quam suauis est Dominus: quoniam bonus non modo tenenti, sed & quaerenti se, animae speranti in se. Alioquin uenite & arguite me, dicit Dominus, si non omnis qui reliquerit patrem & matrem, aut domum, aut agrum, propter nomen meum, centuplu acceperit nunc in hoc tempore. Parum est, & uitam aeternam possidebit. Verum si in praesentis commendatione centupli sermo deficit, & ex abundantia cordis angustia oris obstruit: quid ni ad promissionem aeternae uitae defertum propriu ipsa etiam cogitatio fateat? Si id quod ex parte est, non ualeat eloqui: nec expertus, quid in expertus de perfectione balbutire conetur? Oculus non uidit, Deus absque te, quae preparasti diligentibus te. Pax enim est quae exuperat omnem sensum, pax super pacem, indeficiens exultatio, torrens uoluptatis diuinae, flumè laetitiae, gaudium plenum. Cogita quicquid uis, quicquid potes exopta: excedit cogitatum omnem, desiderium omne exuperat illa felicitas, aeternitas illa, beatitudo illa. Ad quam nos sua miseratione perducatur praueiens in benedictione dulcedinis, et indeficenter interim tribuens promissam centupli gratiam, ad solatium utique & remedium laboris huius, ne deficiamus in uia: ut de exhibitione praesentium munerum firma sit expectatio futurorum: qui uenit ut uitam habeamus, & abundantius habeamus, Iesus Christus Dominus noster,

Luc. 12

Sap. 3

Apoc. 1

Gen. 30

Thren. 3

FINIS

Hactenus

Ad Lectorem.
~~Ad Lectorem. Charissimis fratribus et dominis, N. Priori, et ceteris, sabatum delicatū. Penè impudenter, et plusquam decebat os meum patet ad uos charissimi fratres in Christo: non possum tacere, Deus scit. Ignoscite, quia cor meum dilatatum est. Dilatamini et uos, obsecro, in uisceribus uestris, et capite nos, quia totus uester sum, in eo in cuius uisceribus inuicem cupimus uos. Ideo ex quo recessi a uobis, usque nunc, qualemcumque laborē meum quotidianu statui dedicare non uobis, qui non indigni, sed fratri Stephano et socijs eius, fratribus iunioribus et nouitjs, uentibus ad uos, quoru doctor Deus solus est: ut habeat et legat, si forte ibi aliquid inuenerint utile sibi ad solatium solitudinis suae, et sancti propositi incitamentu. Offero quod possum, bonam uoluntate.~~

PRAEFATIO IN EPISTOLAM, siue tractatum de uita solitaria, ad fratres de monte Dei.

Charissimis fratribus et dominis, N. Priori, et ceteris, sabatum delicatū. Penè impudenter, et plusquam decebat os meum patet ad uos charissimi fratres in Christo: non possum tacere, Deus scit. Ignoscite, quia cor meum dilatatum est. Dilatamini et uos, obsecro, in uisceribus uestris, et capite nos, quia totus uester sum, in eo in cuius uisceribus inuicem cupimus uos. Ideo ex quo recessi a uobis, usque nunc, qualemcumque laborē meum quotidianu statui dedicare non uobis, qui non indigni, sed fratri Stephano et socijs eius, fratribus iunioribus et nouitjs, uentibus ad uos, quoru doctor Deus solus est: ut habeat et legat, si forte ibi aliquid inuenerint utile sibi ad solatium solitudinis suae, et sancti propositi incitamentu. Offero quod possum, bonam uoluntate. Ipsamque a uobis repeto cum fructibus suis. Dauid saltando placuit Deo, non propter saluum, sed propter affectu. Similiter et mulier quae unxit pedes Domini, laudata est a Christo, non quia unxit, sed quia amauit: et quia quod habuit, hoc fecit, in eo iustificata est. Deinde uobis etiam arbitratu sum dedicandum aliud quoddam opusculu, quod in consolatione suam et in adiutoriū fidei facere me copulit, fratru quorundam plus anxia quam periculosa necessitas: quorum tristitia plurimu mihi solet facere gaudium, nisi quod eos contristatos uidere non possum. Prae magnitudine quippe non solum fidei, sed etiam amoris, exorsum adeo habent, quicquid uidetur esse contra fidem, ut si uel ad modicum seu ex spiritu blasphemiae, seu ex ipso sensu carnis fuerint super hoc attentati uel pulsati, quasi ex solo auditu uel tactu lesam omnino in semetipsis aestiment conscientiae pietate, uel puritate, et miserabiliter desceant semetipsos quasi reprobos circa fidem. Quibus et contingit a seculi tenebris ad purioris uitae exercitia uenientibus, quod contingere solet repente prodeuntibus ad lucem a diuinis tenebris: ut sicut in illis lux ipsa, qua caetera uidentia sunt, primo irruens, infirmis oculis sit molesta: sic et isti ad primum fidei lumen caecutiant, nec insolitos nouae lucis radios possint sustinere, donec ipso lucis amore assuescant.

EPISTOLA, SIVE TRACTATUS AD FRATRES DE MONTE DEI.



Ratribus de monte Dei, orientale lumen, & antiquum illum in religione Aegyptium feruorem tenebris occiduis & Gallicanis frigoribus inferentibus, uita scilicet solitariae exemplar, & coelestis formam conuersationis. Occurre & concurre in gaudio sancti spiritus anima mea, & risu cordis in seruire pietatis, & in omni obsequio deuotae uoluntatis. Quid ni etenim epulari & gaudere in Domino oportet: quia Christianae deuotionis ac religionis speciosissima portio, quae caelos propinquius tangere uidebatur, mortua erat, & reuixit: perierat de mundo, & inuenta est. Auditum auribus audieramus, nec credebamus, legebamus in libris, & mirabamur

de antiqua uita solitariae gloria, & magna in ea gratia Dei: cum subito inuenimus eam in campis syluae, in monte Dei, in monte pingui. Vbi iam pinguescunt speciosa deserti, & exultatione colles accinguntur. Ibi enim etiam per uos offert se omnibus, & in uobis se demonstrat, & ignota haecenus innotescit in paucis simplicibus, ipso eam uobis ingerente, qui in paucis simplicibus totum olim sibi mundum subiecit, ipso mundo mirante. Licet enim magna & diuina planè fuerint miracula quae Dominus gestit in terris, hoc tamen unum super omnia alia enituit, & caetera cuncta illustrauit: quod sicut dictum est, in paucis simplicibus totum mundum & omnem sapientiae eius altitudinem sibi subiecit. Quod etiam nunc cepit operari in uobis. Ita pater, ita: quoniam sic beneplacitum est ante te. Abscondisti enim haec a sapientibus & prudentibus huius mundi, & reuelasti ea paruulis. Nolite ergo timere pusillus grex, ait Dominus, sed omnino confidite, quia complacuit Deo patri dare uobis regnum. Videte fratres mei, uidete uocationem uestram. Vbi sapiens inter uos? ubi scriba? ubi conquisitor huius seculi? Nam etsi sunt aliqui sapientes inter uos, per simplices tamē sapientes aggregauit, qui reges olim & philosophos mundi huius per piscatores sibi subiecit. Sinite ergo, sinite sapientes huius seculi de spiritu huius mundi tumetes, alta sapientes, & terram lingentes, sapienter descendere in infernum. Vos autem dum fodit peccatori fovea, sicut coepistis stulti facti propter Deum, per stultum Dei, quod sapientius est omnibus hominibus, Christo duce humilè apprehendite disciplinam ascendendi in coelum. Vestra nanque simplicitas iam multos prouocat ad aemulationem. Vestra sufficiensissima & altissima paupertas, iam multorum confundit cupiditatem. Vestrum secretu, iam earum rerum quae tumultum faciunt, uel facere uidentur, pluribus incutit horrorem. Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatiu charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera misericordiae, implete gaudiu non meum tantummodo, sed omnium diligentiu nomen Dei: ut in uarietate uestitus deaurati de auro sapientiae Dei reginae assistentis a dextris sponsi: uestro studio, uestra instantia, ad Dei gloriam, et magnam coronam uestram, & gaudiu omnium bonorum, hoc sanctae nouitatis instauret ornamentum. Nouitatem uero dico propter linguas nequam (a quarum contradictione abscondat uos Deus in abscondito faciei suae) hominu impioru: qui cum manifestu lumen ueritatis obnubilare non queunt, de solo nouitatis nomine cauillant, ueteres ipsi, & in ueteri mente nescientes noua meditari: utres ueteres, non capientes uinum nouum, quod si eis infunderet, rumperentur. Sed haec nouitas, non est nouella uanitas. Res enim est antiquae religionis, perfectae fundatae in Christo pietatis, antiqua haereditas ecclesiae Dei, a tempore prophetaru praemonstrata, iamque noua

Psal. 64

Luc. 10

Luc. 12

1. Cor. 1

Ibidem

uæ gratiæ sole exorto, in Ioanne Baptista inſtaurata et innouata: ab ipſo Domino familiariffimè celebrata, ab eius diſcipulis ipſo præſente cõcupita: cuius trãſfigurationis gloriã cum uidiſſent qui cum eo in monte ſancto erant, cõtinuò Petrus in eo quidẽ abreptus ſibi, & neſciens quid diceret, quia uifa Dei maieſtate cõmune bonũ intra priuatũ ſuum uifus eſt concludiſſe, in eo autem præſentiſſimus ſibi, & ſcientiſſimus quid diceret, quia ſua uita eiuſ guſtata optimũ ſibi iudicauit in hoc ſemper eſſe, uitam hanc in cõtubernio Dei & ciuiũ ſupernorũ, quos cum eo uiderat, cõcupiuit, dicens: Domine bonũ eſt noſ hic eſſe: Si uis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, & Heliaẽ unum. In quo ſi auditus fuiffet, facturũs proculdubio erat poſtmodum alia tria: ſibi unum, Iacobo unum, & Ioanni unum. Poſt paſſionẽ uerò Domini calente adhuc in cordib. fidelitũ effuſi eius ſanguinis recenti memoria, ſolitariã hanc uitam eligẽtib. paupertatẽ ſpiritus ſectantibus, & in ſpiritualibus exercitijs, & in cõtemplatione Dei pingue ocium altero in alterum zelantibus, deſerta repleta ſunt. Ex quibus legimus Paulum, Macarium, Antonium, Arſenium, & alios quã plures in ſancte huius cõuerſationis republica cõſulares uiros, egregia nomina in ciuitate Dei, nobiles & triumphales titulos habentes de uictoria huius ſeculi, & principis huius mundi, & corporis ſui, de cultu animi, & Domini Dei ſui. Sileant ergo qui in tenebris de luce iudicãtes, uos arguũt nouitatis ex abundantia malæ uolũtatis, ipſi potius arguendi uetuftatis & uanitatũ. Sed & laudatores & detractores ſemper eſtis habituri, ſicut & Dominus. Laudatores præterite, & bonũ quod in uobis amãt, hoc in eis amate. Detractores diſſimulate, & pro eis orate. Et obliti quẽ retrò ſunt, prætermiſſis ſcandalis, quæ iuxta iter uobis à dextris et à ſiniſtris poſita ſunt, in anteriora ueſtra uos extendite. Si enim ad ſingula uolueritis uel laudatorib. reſpõdere, uel cum detractoribus litigare, tempus perditis, cuius in poſito ſancto nõ leuis eſt iactura. A terris enim ad cœlos feſtinantẽ qui moratur, & ſi non detinet, plurimũ tamẽ nocet. Nolite ergo negligere, nolite tardare, grandis enim uobis reſtat uia. Altiffima enim eſt profeſſio ueſtra. Cœlos tranſit, par angelis eſt, angelicæ ſimilis puritati. Non enim ſolum uouiffis omnẽ ſanctitatẽ, ſed omnĩs ſanctitatis perfectionẽ, & omnĩs cõſummationis finẽ. Non eſt ueſtrũ circa cõmunia præcepta languere, neq; hoc ſolum attendere quid præcipiat Deus: ſed quid uelit, probantes quæ ſi uoluntas Dei bona, et beneplacẽs, et perfectã. Aliorum eſt enim Deo ſeruĩre, ueſtrum adharere. Aliorum eſt Deum credere, ſcire, amare, reuereri: ueſtrum eſt ſapere, intelligere, cognoscere, frui. Magnum eſt hoc, arduum eſt hoc. Sed omnipotens et bonus eſt Deus, qui in uobis eſt pius promiſſor, fidelis redditor, et indefeſſus adiutor: qui magno eius amore magna proſitentibus, & in ſi

de & ſpe gratiæ eius maiora uiribus ſuis aggredientibus, & uoluntatẽ & deſideriũ ſuggerit in idipſum: et qui uolũtatis gratiã prærogauit, ſubrogabit etiam uirtutem ad prouentũ. Cui cum ſi deliter fecerit homo quod poſuerit, calumniante calumniatore ipſe miſericorditer pauperi ſuo iudiciũ faciet: quia quod habuit hoc fecit. Abſite tamen fratres, à conſcientiẽ ueſtre æſtimatione, à paruitate et humilitate ueſtra, ab ore ueſtro omnis altitudo: quia altum ſapere mors eſt, & facile eſt in alto ſe cõuentem obſtupeſcere, & de uita periclitari. Nomen aliud ueſtræ profeſſioni imponite, aliũ titulũ ordini ueſtro inſcribite. Feras uos potius indomitas, & incaueas beſtias (quæ aliter cõmuni hominũ more domari non poterant) exiſtimate & appellate, longẽ ſupra uos uirtutẽ eorũ ſuſpicientes, & admirantes gloriã, qui ambidextri fortiſſimi (ſicut Aho dicitur iudex fortiſſimus Iſrael, qui utraq; manu utebatur pro dextera) et quandiu licet, deuotiſſimè intus uacare amant charitati cõtemplandæ ueritatis: & cum neceſſitas uocat, uel officium trahit, promptiſſimè ſe foras mutant, non dant, pro ueritate adimplendæ charitatis. Cauete etiam ſerue Dei, caue ne quocunq; imitari non uis, damnare uidearis. Volo hoc facias in egritudine tua, quod cũ ſaniffimus eſſet, faciebat, qui dicebat: Venit Ieſus Chriſtus peccatores ſaluos facere, quorũ primus ego ſum. Neq; enim hoc dicebat Paulus mentiendi præcipitatione, ſed æſtimatedi affectione. Qui enim perfectẽ examinando ſemetipſum intelligit, ſuo peccato nullius peccatum par eſſe exiſtimat, quod nõ ſicut ſuum intelligat. Nolo ergo ut nuſquam arbitrer lucere ſolem cõmunem diei niſi in cella tua, nuſquam eſſe ſerenum niſi penes te, nuſquam operari gratiã Dei niſi in cõſcientia tua. An ſolitariorum Deus tantum? Imò & omnium. Miſeretur enim omnium Deus, & nihil odit eorum quæ fecit. Malo te cogitare ubiq; eſſe ſerenum, niſi penes te: & peius de te, quã de aliquo exiſtimare. Cum timore potius & tremore ueſtram ipſorum ſalutẽ operamini. Nec quales ſint alij, ſed quales ex uobis ſiant (quantum in uobis eſt) cogitate, non ſolummodo qui modò ſunt, ſed & qui poſt futuri ſunt, quos in poſito ſancto eſtis habituri imitatores. Ex uobis enim, ex ueſtro exemplo et ueſtra authoritate in regione hac pẽdere habet tota poſteritas huius ueſtri ordinis ſancti. Vos in eo patres, uos in eo inſtitutores cum debita imitationis reuerentia appellabimini à ſucceſſoribus ueſtris. Quicquid à uobis ſtatutũ, quicquid uobis tenentibus & ſeruãntibus in conſuetudinem fuerit miſſum, abſq; omni retractatione à poſteris ueſtris tenendum erit & ſeruandum, nec fas erit aliquid immutari. Sic enim de uobis erit apud eos, ſicut de incommutabilibus legibus ſummæ & æternæ ueritatis eſt apud nos, quas ſcrutari omnibus expedit & ſcire: non autem licet alicui diiudicare. Deo autem gratias, quia nec indignum uobis erit, nec inutile poſteris, ſi fortiter

& uos tenueritis, & ipſi in uobis fideliter imitẽtur, quod interim tenetis. Et ſi quid adhuc aliter ſapere oportuerit, & hoc Deus uobis reuelabit. Salua enim per omnia Cartuliæ debita ſanctitate, & cum omni laude prædicanda reuerentia, multa in alpinis illis horridis et cõtinuis frigidibus neceſſaria ſunt, quæ frugalẽ ſufficiẽtiã, & uoluntariã paupertatẽ ſectantibus, in his duntaxat regionibus non adeò neceſſaria uidentur. Inrelligitis quæ dico: dabit enim uobis Dominus intellectum. Gaudeo enim in uobis, & licet abſens corpore, ſed præſens ſpiritu: & uidens ordinem ueſtrũ, ſed ſeruoſẽ ſpiritus, ſed abundantiam paciẽ, ſed gratiã ſimplicitatis, in propoſito rigorem, in dilectione mutua ipſam ſancti ſpiritus ſua uitaẽ, & plenam omnino in cõuerſatione ueſtra formã pietatis. In recordatione montis Dei totus exulto, & primitias ſancti ſpiritus, & pignus gratiæ in ſpe crescentis in eo religionis deuotus adoro. Nam & ipſum montis Dei nomen bonæ ſpei præfert omen, ſcilicet quod ſicut Pſalmiſta dicit de monte Dei, habitatura ſit in eo generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob, innocens manibus, & mundo corde: qui nõ accepit in uano animã ſuam. Ipſa eſt enim profeſſio ueſtra quærere Deum Iacob, non cõmuni hominum more: ſed quærere faciẽ Dei, quam uidit Iacob, qui dixit: Vidi Dominũ faciẽ ad faciẽ, & ſalua facta eſt anima mea. Faciẽ Dei, hoc eſt, cognitionẽ eius quærere. Faciẽ ad faciẽ, quam uidit Iacob, de qua etiam dixit Apoſtolus: Tunc cognoscã ſicut & cognitum ſum. Et, Nunc uidemus per ſpeculũ in ænigmatẽ, tunc autem faciẽ ad faciẽ uidebimus eum ſicuti eſt: hanc in hac uita ſemper quærere per innocentiam manuũ & munditiã cordis, ipſa docet pietas: quæ ſicut dicit Iob, cultus Dei eſt. Quam qui nõ habet, in uano accepit animã ſuã: hoc eſt, fruſtra uiuit, uel omnino non uiuit, dum non uiuit ea uita propter quam ut in ea uiueret, accepit animã ſuam. Pietas enim hæc eſt iugis Dei memoria, cõtinua intentionis actio ad intelligentiã eius, indefeſſa affectio in amorem eius: ut nulla nunquam inueniat ſeruũ Dei, nõ dicam dies, ſed hora, niſi uel in exercitij labore, & proficiẽdi ſtudio, uel in experientiã dulcedine, et fruendi gaudio. Hæc eſt pietas, de qua Apoſtolus dilectum ſibi diſcipulũ admonet, dicens: Exerce temetipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt: pietas uerò ad omne opus bonum eſt utilis, habens promiſſionẽ uitæ quæ nunc eſt, et futuræ. Pietatis enim non ſolummodo formã, ſed & ueritatẽ in omnibus & præ omnibus habitus ueſter repromittit, propoſitum ueſtrum requirit. Nam ſicut Apoſtolus dicit, Sunt aliqui formam quidem pietatis habentes, uirtutem autem eius abnegantes. Hanc quicunq; ueſtrum non habet in cõſcientia, non exhibet in uita, non exercet in cella, nõ ſolitarius, ſed ſolus dicẽdus eſt: nec cella ei cella, ſed reclusio & carcer eſt. Verè enim ſolus eſt, cum quò

Deus non eſt: uerè reclusus eſt, qui in Deo liber non eſt. Solitudo enim & reclusio ſunt nomina miſeriæ. Cella autẽ nequaquã debet eſſe reclusio neceſſitatis, ſed domiciliũ paciẽ, oſtium clauſum: non latebræ, ſed ſecretum. Cum quò enim Deus eſt, nunquam minus ſolus eſt, quã cum ſolus eſt. Tunc enim liberè fruitor gaudio ſuo, tunc ipſe ſuus eſt ſibi, ad fruendum Deo in ſe, & ſe in Deo. Tunc in luce ueritatis, in ſereno mundi cordis ultro patet ſibi pura conſcientia, & liberè ſe inſundit affecta de Deo memoria: & uel illuminatur intellectus, & bono ſuo fruitor affectus, uel ſeipſum deſerit humanæ fragilitatis defectus. Propter hoc ſecundum formam propoſiti ueſtri habitantes in cœlis potius quã in cellis, excluſo à uobis toto ſeculo, totos uos incluſis cum Deo. Cellæ ſiquidem & cœli habitatio cognatæ ſunt: quia ſicut cœlum & cella ad inuicem uidentur aliquam habere cognitionem nõ minus, ſic & pietatis. A celando enim cœlum, & cella nomen habere uidentur: & quod celatur in cœlis, hoc & in cellis. Quod geritur in cœlis, hoc & in cellis. Quid nam eſt hoc? uacare Deo, frui Deo. Quod cũ ſecundũ ordinẽ piẽ & fidelitẽ celebrat in cellis, audeo dicere, ſancti angeli Dei cellas habent pro cœlis, & æquẽ delectantur in cellis ac in cœlis. Nam cum in cella iugiter cœleſtia actitantur, cœlum celle & ſacramenti ſimilitudine, & pietatis affectu, & ſimilis operis effectũ proximũ efficiunt: nec iam ſpiritu oranti, uel etiam à corpore exeuntĩ, à cella in cœlum longa uel difficilis uia inuenitur. A cella enim in cœlum ſæpe aſcenditur, uix autẽ unquã à cella in infernũ descenditur, niſi ſicut dicit Pſalmiſta, Descendant in infernum uiuentes, uidelicet ne descendant morientes. Hoc enim modo ſæpe cellarum incolæ in infernum descendunt. Sicut enim aſidue cõtemplando reuiſere amant gaudia cœleſtia, ut ardentius ea appetant: ſic & dolores inferni, ut horreant & refugiant. Et hoc eſt quod imprecantur inimicis ſuis orantes, ſcilicet ut descendant in infernũ uiuentes. Moriens autem uix, aut nunquam aliquis à cella in infernum descendit: quia uix unquam aliquis niſi cœlo prædeſtinatus, in ea uſq; ad mortem perſiſtit. Filium enim gratiæ, fructum uentris ſui cella ſouet, nutrit, amplectitur, & ad plenitudinem perfectionis perducit, et colloquio Dei dignum efficit: alienũ uerò uel ſuppoſitum abdicat à ſe citius, et proijcit. Vnde ait Dominus ad Moysen: Solue calceamenta pedum tuorum: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Morticinum enim mortuarum affectionum, uel hominem mortuũ à corde, locus ſanctus uel terra ſancta nequaquã diũ patitur. Cella terra ſancta, & locus ſanctus eſt: in qua Dominus & ſeruus eius ſæpe colloquuntur, ſicut uir ad amicũ ſuum. In qua crebro fidelis anima uerbo Dei coniungitur, ſponſa ſponſo ſociatur, terrenis cœleſtia, humanis diuina uniuntur. Siquidem ſicut templum ſanctum Dei, ſic cella eſt ſeruũ Dei. Et in templo enim, &

in cella diuina tractantur, sed crebrius in cella. In tēplo uisibiliter & figuratiuē aliquando Christiana pietatis sacramenta dispenfantur: in cellis uerō sicut in cœlis ipsa ueritate, ipso ordine, et si nondum ipsa puritatis maiestate, uel æternitatis securitate, res ipsa omnium sacramentorū fidei nostræ assidue celebratur. Ideo sicut dictum est, alienū, qui non est filius, citius à se projicit quasi abortiuum, euomit tanquam inutilem ac noxiū cibum, nec diu talē pati post in uisceribus suis officina pietatis: uenitq; pes superbiæ, & asportat eum manus peccatoris, & mouet eum: et expulsus non potest stare, sed fugit miser, nudus & tremebundus sicut Cain à facie Domini, expositus uitij & demōnibus, ut qui prior inueniret eum, morte animę eum afficiat et occidat: uel si aliquandiu durauerit in ea nō uirtutis constantia, sed pertinaci miseria, sic ei cella est quasi carcer, aut sicut uiuētī sepultura. Pestilente uerō flagellato, sapiens sapientior erit: & lauabit iustus manus suas in sanguine peccatoris. Sicut ergo dicit Propheta: Si conuerteris Israel, ad me conuertere: hoc est, perfectæ conuersionis culmen apprehende. Nulli enim in eodem statu diu esse cōceditur. Seruo Dei aut semper proficiendum, aut deficiendum est: aut sursum nititur, aut in inferiora urgetur. Ab omnibus autem uobis perfectio exigitur, licet non uniformis. Sed si incipis, incipe perfecte. Si iam in profectu es, & hoc ipsum iam perfecte age. Si autē perfectionis aliquid attigisti, te ipsum in temetipso metire, et dic cum Apostolo: Non quod iam apprehēderim, aut perfectus sim: sequor autem si forte comprehendam, in quo & comprehensus sum. Vnum autem, quæ quidem retrō sunt obliuiscens, et ad ea quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum prosequor brauiū supernæ uocationis in Christo Iesu. Deinde addit: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus. In quo manifeste Apostolo docente declaratur, quia perfecta eorū quæ retrō sunt obliuio, & perfecta in anteriora extensio, ipsa est hominis iusti in hac uita perfectio: & perfectio huius perfectionis ibi erit, ubi erit brauij supernæ uocationis perfecta apprehensio. Hoc autē modo sicut stella à stella distat in claritate, sic cella à cella in conuersione, scilicet incipientiū, proficientiū, & perfectiorū. Incipientium status potest dici animalis, proficientium rationalis, perfectiorū spiritualis. Ignoscendū est in aliquibus aliquādo eis qui adhuc sunt animales, in quib. ignosci non debet eis qui iam habentur quasi rationales. Rursumq; rationalibus in quibusdā ignoscitur, in quibusdā nō ignoscitur spiritualibus: quorū perfecta omnia esse debent, & imitationē & laude potius quam reprehensione digna. Et cum ex his tribus hominum generibus constet omnis status religionis, quę sicut proprijs nominibus distinguuntur, sic etiam dignoscuntur ex suorū proprietate studio rī: debent omnes filij Dei in die qui est, semper diligenter prospicere quid desit sibi, unde uene-

Proverb. 19.

Psal. 57.

Philip. 3.

rint, quousq; peruenierint, & in quo proficiendū statu singulis diebus, uel horis sua se æstimatio deprehendat. Sunt etenim animales, qui per se nec ratione aguntur, nec trahuntur affectu: & tamē uel autoritate permoti, uel doctrina cōmōniti: uel exemplo prouocati approbant bonum ubi inueniunt, & quasi cæci, sed ad manum trahiti sequuntur, hoc est, imitantur. Sunt rationales, qui per rationis iudiciū & naturalis scientiæ discretionē habēt & cognitionē boni, et appetitū, sed nondū habēt affectū. Sunt perfecti, qui spiritu aguntur, qui à sancto spiritu plenius illuminantur. Et quoniā sapit eis bonum cuius trahuntur affectu, sapientes uocant. Quia uerō induit eos spiritus sanctus, cuius affectu trahuntur, sicut induit olim Gedeonem spiritus sancti indumento, spirituales appellatur. Primus status circa corpus se habet, secundus circa animā se exercet, tertius non nisi in Deo requiē habet. Quorum singuli sicut habēt certam proficiendū rationem, sic in genere suo certam habent perfectionis suæ mensuram. Initium boni in conseruatione animalis, perfecta obedientia est. Perfectus, subijcere corpus suum, & in seruitutē redigere. Perfectio, usu boni cōsuetudinē uertisse in delectationē. Initium uerō rationalis est intelligere, quæ in doctrina fidei apponuntur ei: perfectus, talia praparrare, qualia apponuntur. Perfectio, cum in affectum mentis transit iudiciū rationis. Perfectio uerō hominis rationalis, initium est hominis spiritualis. Perfectus eius, reuelata facie speculari gloriam Dei. Perfectio uerō, transformari in eandem imaginem, à claritate in claritatem, sicut à Domini spiritu. Primum igitur prosequendum de primo, scilicet de animalis. Animalitas est uitæ modus, sensibus corporis seruiens, scilicet cum anima quasi extra se per sensus corporis circa dilectorum delectationes corporum affecta, eorum fruitione pascit, uel nutrit sensualitatem suam: seu cum intra se regrediens, & corpora quibus forti glutino amoris & consuetudinis adhaeret, in locum incorporea naturæ secum ferre nō preualens, eorum illuc secum trahit imagines, & amicaliter ibi cum eis conuersat: quibus assuefacta, nil putat esse, nisi uel quale foris reliquit, uel quale intus cōtraxit: inde quandiu licet, iucundum habet secundum delectationes corporis uiuere. Cum autem ab eis auertitur, nescit nisi corpore imaginando cogitare. Cum uerō ad cogitanda spiritualia uel diuina se erigit, non aliud de eis quàm de corporibus, uel de corporalibus potest æstimare. Hæc auersa à Deo fit stultitia, cum nimium intra semetipsam fuerit remissa, & tam bruta ut regi uel nolit, uel non possit. Cum uerō ipsa sibi per superbiam extra se nimium fuerit abrepta, fit prudētia carnis, & ipsa sibi sapientia esse uidetur, cum stultitia sit, dicente Apostolo: Di-

Rom. 7.

in Iob,

in Iob, qui dictus est uir simplex & rectus, ac timens Deum. Propriē enim simplicitas est perfectē ad Deum conuersa uoluntas, unam petens à Domino, hanc requirens, non ambiens multiplicari in seculo. Vel est simplicitas, in conuersatione uera humilitas, scilicet uirtutis magis conscientiam amplectens quàm famam, cum non refugit uir simplex uideri stultus in seculo, ut sit sapiēs in Deo. Vel simplicitas est sola ad Deum cōuersa uoluntas, sed nondum ratione formata ut amor sit, id est formata uoluntas, nondum illuminata ut sit charitas, hoc est amoris iucunditas. Simplicitas ergo initium aliquod in seipsa habens creaturæ Dei, hoc uoluntatem simplicem & bonam, quasi futuri boni hominis informem materiam, in primordio conuersionis suæ aufert authori suo eam formandam. Iam enim cum bona uoluntate habens initium sapientiæ, id est, timorem Domini: ex ipso colligit, nec per se eam formari posse, nec quicquam tam expedire stulto, quàm seruire sapienti. Itaque homini se propter Deum subijciens, ipsam ei bonam uoluntatem committit in Deo formandā in sensu & spiritu humili. Iam timore Dei incipiēte operari in eo omnem uirtutum plenitudinem, dum per iustitiam defert maiori, per prudentiam non credit se sibi, per temperantiam refugit discernere, per fortitudinem totum se obedientiæ subijcit, non discernendæ, sed adimplendæ. Hæc enim uxor est, cui à Domino præcipitur, Et ad uirum tuum erit conuersio tua. Vir eius, ratio uel spiritus est suus, uel alterius. Huic enim uiro rectē obedit uir simplex & rectus in semetipso. Rectus autem sæpe ac tutius in altero, quàm in semetipso. Ex præcepto ergo Dei, & ipso ordine naturæ habere debet uxor ad uirum, animalitas ad spiritum suum, uel spirituales aliquem uirum, conuersionem legitimam, hoc est, obedientiam perfectam. Perfecta uerō obedientia est maxime in incipiente indiscreta, hoc est non discernere quid uel quare præcipiatur, sed ad hoc tantū niti, ut fideliter & humiliter fiat, quod à maiore præcipitur. Lignum enim scientiæ homini & mali in paradiso, censura discretionis est in conuersatione religionis penes patrem spirituales, qui diiudicat omnia, ipse uerō à nemine iudicatur. Ipsius est discernere, aliorum est obedire. Adam gustauit in malum suum de ligno uetito, edoctus ab eo qui suggerendo ait, Quare præcepit uobis Deus ut de ligno non comederetis: Ecce discretio, cur præceptum sit. Et addit: Sciebat enim, quia qua die comederitis, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dii. Ecce ut quid præceptum sit, scilicet quod deos fieri non sinat. Discreuit, comedit, & inobediens factus est, & de paradiso eiectus est. Sic & animale discretum, nouitium prudentem, incipientem sapientem in cella diu posse consistere, in congregatione durare impossibile est. Stultus fiat, ut sit sapiens: & hæc sit omnis eius discretio, ut in hoc nulla sit ei discretio. Hæc omnis sapienti-

Gen. 3.

Ibidem.

eius sit, ut in hac parte nulla ei sit. In eo uerō in quo se sibi animalitas ratioq; cōterminant, in natura animæ humanæ relictus est à creatore bono intellectus & ingenium: & in ingenio ars, in quo constituit Deus hominem super opera manuum suarū, & omnia secularia ista subiecit sub pedibus eius. Animalis superbo, in testimonium naturalis dignitatis, & similitudinis Dei amiffæ. Simpliciter uerō & humili, in auxilium recuperandæ dignitatis, & conseruandæ similitudinis. In hoc notum Dei, manifestū est in illis. In hoc æstimatur de creatura creator. In hoc cognoscitur iustitia Dei: & quia qui bene agunt, digni sunt uita: qui uerō aliter, digni sunt morte. In hoc creatura quæ sponte homini seruit, ad naturam subijcit et aptatur, ut seruiat ad eam quæ ex peccato est necessitatem, & ad uoluntatem & uoluptatem. Hinc etiam quot & quanta uitæ huic necessaria, & bonis & malis utilia, & in genere suo pulcherrima, & à bonis & à malis hominibus facta sunt & fiant, omnibus manifestum est. Hinc enim in literis, uel opificijs, uel ædificijs, per innumerabiliter multiplices hominum adinventiones, tot processerunt modi studiorum, tot genera professionum, subtilitates, exquisitæ scientiæ, artes, eloquentiæ, dignitatum officiorumq; uarietates, & innumerabiles conquisitiones huius seculi, quibus homines illi etiam qui dicuntur sapientes huius mundi, cum eis qui sunt simplices & filij Dei, pariter utuntur ad necessitatem & utilitatem. Sed illi abutuntur eis ad curiositatem, & uoluptatem, & superbiam: hi autem utuntur eis propter necessitatem, alibi habentes suam suauitatem. Ideo illos seruos sensuum suorum & corporum suorū sequuntur fructus carnis suæ, qui sunt fornicatio, immunditia, superbia, luxuria, inimicitia, cōtentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, inuidiæ, comestationes, ebrietates, et his similia: quę quicunque agunt, regnum Dei non consequentur. Hos autē fructus spiritus, qui sunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, longanimitas, bonitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas & pietas, promissionem habens uitæ quę nunc est, & futurę. Hi utriq; quādiu simul sunt in actu, homines uident similes actiones: Deus autem uoluntates discernit & intentiones. Cum uerō unusquisq; redit in sua, unumquęq; ex fructibus intentionis suæ pascit conscientia sua: nec tamen ab utroque æquę ad conscientiam reditur, quia nemo ad eam redire amat post actionem, qui recta intentione ad agendum ab ea non proficiscitur. Qui tamen redit ad conscientia, si nondum uicit concupiscentiam suam, inuenit ibi de ipsa concupiscentia sua, uel suauis delectationes, uel graues corrosiones, et inde multiplicat cogitationes. Qui uerō iam concupiscentiam uicit, quandiu tamen uerit boni maior concupiscentia, uel maior delectatio mentem eius non obtinuerit, cum exosa quadam uoluptate, gestorū, uisorum uel audito

Rom. 7.

Galat. 5.

Ibidem.

rum patitur imaginationes: unde in utroque lumbi implentur illusionibus delectationum, & ad cogitanda diuina uel spiritualia lumen suorum oculorum, & ipsum non est secum: qui cum pugnat contra concupiscentias, patitur molestias: quia uincere adhuc non praeualet ad perfectum affectiones. Qui uero iam ad libertatem aspirat, excutere a se non potest affectionum imaginationes, & noxias uel occupatorias uel ociosas, quae exinde passim oriuntur, cogitationes. Hinc in tempore psalmodiae uel orationis, ceterorumque exercitorum spiritualium, in corde serui Dei, etiam nolentis & reluctantis imaginationes uoluntur, & phantasmata cogitationum uersantur: a quibus, uelut ab auius immundis insidientibus uel circunuoletantibus, sacrificium deuotionis, uel omnino rapitur de manu tenentis, uel saepe polluitur usque ad lachrymas offerentis. Fitque mirabilis & iniqua miseræ animæ diuisio, spiritu & ratione uoluntate cordis & intentionem, & corporis sibi promptum obsequium defendente: animali uero improbitate sibi affectum prae ripiente & intellectum, mente saepius sine fructu remanente. Hinc in animis infirmioribus, & in quibus concupiscentia carnis et seculi necdum perfecte mortificatae sunt, uitia passim curiositatis ebulliunt. Hinc solitudinis et silentij quaruntur inordinatae, & proposito inimicæ consolationes: in uia regia communium institutionum furtiuae propriae uoluntatis diuerticula, solitorum fastidium, praesumptio nouitatum: quae quidem aegri animi pruritus & tedium quasi confricando uidentur ad horam lenire, sed calefaciunt & accendunt, & ut postea nequius ferueat, & amplius pruriat, efficiunt. Hinc quotidie sunt nouae occupationes, nouae actionum & laborum adinventiones: lectiones diuersae, non ad aedificandum animum, sed ad fallendum tardantis diei tedium: ut cum damnauerit solitarius omnia uetera, omnia solita, & defecerint noua, non restet nisi odium cellae, & fuga matura. Propter quod pia simplicitas, & in professione religionis & solitudinis nouus homo, qui non habet uel rationem ducentem, uel affectum trahentem, uel discretionem moderantem: sed ut quadam uertitur in semetipsum, tanquam a figulo figmentum, lege quadam mandatorum Dei, quasi manibus alienis faciendus est, & formandus in omni patientia, & in rota uolubilis obedientiae, et in igne probationis suae, plasmatoris & formatoris sui uoluntati & arbitrio subdendus. Nam etsi caller ingenio, si uiget arte, si praeminet intellectu, instrumenta sunt haec tam uitorum quam uirtutum. Non ergo refugiat doceri uti eo in bono, quo & in malo uti potest: quia hoc primum uirtutis opus est. In genium corpus adaptet, ars naturam informet: & intellectus non elatum faciat animum, sed docibilem. Ingenium quippe, ars, intellectus, & alia huiusmodi gratuito habentur, aliter uirtus. Virtus enim uult doceri cum humilitate, queri cum labore, haberi cum amore. Nam cum omnibus

his digna sit, nec aliter uel doceri, uel queri, uel haberi potest. Primum quidem docendus est rudis incolae eremi, secundum apostolicam Pauli institutionem, ut exhibeat corpus suum hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium suum. Qui etiam comescens in nouitio feruorem animalis hominis, qui nondum percipit ea quae Dei sunt, circa spiritualia ac diuina praeproperam & curiosam inquisitionem subiunxit, dicens: Dico enim per gratiam Dei quae data est mihi, omnibus qui sunt inter uos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Quia enim omnis, uel praecipue animalis hominis institutio circa corpus est, et exterioris hominis compositionem, docendus est rationabiliter mortificare corpus suum, & membra sua, quae sunt super terram, & inter carnem ac spiritum, quae inuicem iugiter aduersum se concupiscunt, iustum rationis ac discretionis habere iudicium, nec alicuius eorum in iudicio accipere personam. Docendus est sic habere corpus suum, sicut agrotum commendatum: cui etiam multum uolenti, inutilia sunt neganda: utilia uero & nolenti ingerenda. Sic de eo agere, sicut de non suo, sed eius a quo precio magno empti sumus, ut glorificemus eum in corpore nostro. Rursumque docendus est cauere, quod peccatori populo Dominus per Prophetam improperat: Proiecisti me, inquiens, post tergum uestrum. Multumque esse cauendum, ne pro necessarijs huius uitae uel commodis, a proposito rectitudine, uel dignitate naturae, in amorem uel honorem corporis sui sinat in aliquo degenerare spiritum suum. Ideoque durius tractandum est corpus, ne rebellet, ne insolescat: sic tamen, ut seruire sufficiat, quia ad seruendum spiritui datum est. Nec sic habendum est tanquam propter illud uiuamus, sed tanquam sine quo uiuere non possumus. Foedus enim quod habemus cum corpore, non quando uolumus, possumus abrumpere: sed legitimum eius resolutionem patienter nos expectare oportet, & interim quae legitimi foederis sunt obseruare. Sic ergo nobis est cum eo conuiuendum, uel conueniendum, quasi non diuisus sit cum eo commorandus: sicque ut si aliter euenierit, non urgeamur ad exeundum. In quo multum & scrupulose laborandum, & periculose saepe fuerat errandum, nisi lex obedientiae & cellae plenam communis institutionis formam semel tradens, in gradienti de uictu & uestitu, de labore & quiete, de silentio & solitudine, & omnibus quae ad exterioris hominis cultum uel necessitatem spectant, fratrem obedientem, & patientem, & quietum, in reliquum cautum redderet & securum. In quibus sic semel circumcisa sunt omnia, & praecisa superflua: sic intra congruae sufficientiae terminos, & generalis continentiae limites circumscripta sunt omnia necessaria: ut sit quod fortes cupiant, & infirmi non refugiant: nec ulterius quantitas concessorum laedere possit in aliquo uentium cum gratiarum actione conscientiam,

nec

nec quae sunt amputata, tentare debeant aliqua tenus in seruo Dei corporis bene morigerati, et recte educati sufficientiam. In quibus, sicut Salomon dicit, Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui uero mentis est dura, corruiet in malum. Licet enim necessitas sic sit ordinata, ut nec querela sit locus ullus, et omnis sit superfluitas amputata: si quid tamen uel publice, uel priuatim addendum est, uel minuendum, hoc in prioris est arbitrio, absque omni scrupulo obedientium subditorum, uel periculo. Instituentus est ergo nouus eremita ad communis institutionis normam, concupiscentias carnis suae praeteritorum peccatorum poenitentia continua domare, & ad contemnenda caetera ad sui ipsius contemptum uenire. Praemuniendus est assidue contra tentationes, acrius in solitarij nouitium defauientes, cum seruum Dei gratis Deo seruientem non cessent sollicitare uitia mercede oblatae delectationis, diabolo suggerente, carne concupiscente, seculo concupiscenda ingerente. Tentat enim nos Dominus Deus noster, ut sciat si diligamus eum, an non: non ut ipse quasi nesciens agnoscat, sed ut plenius hoc in ipsa nobis tentatione innotescat. Sed illae tentationes facile uincuntur, & facile a ratione eis occurrunt, quae uel suspectae sunt, uel prima facie male esse innotescunt. Quae uero sub specie boni se ingerunt, & difficilius discernuntur, & periculosius admittuntur. Sicut enim difficillime tenetur modus in eo quod bonum esse creditur, ita non semper tutus est omnis boni appetitus. Omnium autem tentationum & cogitationum malarum & inutilium sentina, ocium est. Summa etenim mentis malitia est ocium iners. Nunquam ociosus sit seruus Dei, quauis a Deo feriatu sit. Nomen quippe tam suspectum & uanum & molle, rei tam certae, tam sanctae, tam seuerae imponendum non est. Ociosum non est uacare Deo, imò negocium negociorum omnium hoc est. Quod quicumque in cella non agit fideliter & seruenter, quodcumque agit, quod propter hoc non agit, scilicet ut Deo seruiat, in eo quod agit, ocium est. Vbi pro uitando ocio, ociosa sectari ridiculum est. Ociosum autem est, quod nullam habet utilitatem, uel utilitatis intentionem. Non autem hoc tantummodo agendum est, ut cum aliqua delectatione, uel sine grandi nausea ocium dies transigatur: sed ut etiam de perfecta die ad profectum mentis semper aliquid in conscientia resideat, aliquid quotidie in thesaurum cordis congeratur. Nec ea die bonus cellita se uixisse debet existimare, in qua nil eorum se egisse recolat, propter quae in cella uiuit. Quaeis quid agas, uel in quo te occupes? Primum extra quotidianum orationum sacrificium, uel lectionis studium, quotidianae conscientiae discussioni, emendationi, morum compositioni pars sua diei neganda non est: deinde operandum est aliquid manibus quod iniungit, non tam quod animum delectando ad horam detineat, quam quod spiritualibus studijs delectationem conseruet, & non

triat, in quo remittatur ad horam animum, non resoluatur. Vnde se facile mox, ut sibi ad se ipsum redeundum esse uisum fuerit, expediat sine controuerfia inhihentis uoluntatis, absque contagio contractae delectationis, uel memorie imaginantis. Non enim uir propter mulierem, sed mulier propter uirum. Non spiritualia exercitia sunt propter corporalia, sed corporalia propter spiritualia. Propterea sicut uiro creato collatum est, uel comparatum ei adiutorium simile sibi ex ipsa hominis substantia: sic cum in adiutorium spiritualis studij necessaria sunt, non tamen in hoc semper aequae conuenire uidentur omnia corporalia exercitia, sed quae cum spiritualibus propiorē uidentur habere similitudinem et affinitatem, sicut ad aedificationem spiritualem meditari quod scribatur, uel scribere quod legatur. Subdualia enim exercitia & opera, sicut sensus distrahunt, sic saepe etiam spiritum exhauriunt, nisi cum grauiore ruralium labore operum sit maior contritio corporis usque ad contritionem & humilitationem cordis. Fatigationis enim suae pressura, exprimit saepe uehementioris affectum deuotionis. Quod etiam in labore ieiuniorum, uigiliarum, & omnium in quibus afflictio corporis est, crebro fieri manifestum est. Seruus tamen animus & prudens ad omnem se comparat laborem: nec in eo dissoluitur, sed per eum magis in seipsum colligitur: qui semper praec oculis habens, non tam quod agit, quam quo agendo intendit, omnis consummationis attendit finem. Quo in quantum uerius innititur, in tantum etiam feruentius & fidelius manibus operatur, totius sibi corporis sui subiciens seruitutem. Coguntur enim in unum sensus ad disciplinam bonae uoluntatis: nec lasciuire eis uacat a pondere laboris, sed subacti & humiliati in obsequium spiritus, docentur conformari ei, & in laboris participatione, & in consolationis expectatione. Inordinata enim natura per peccatum, & a conditionis suae rectitudine exorbitans, si ad Deum fuerit conuersa, recuperat citò pro modo timoris & amoris quem habet ad Deum, quaecumque perdidit auersa: & ubi ceperit spiritus reformari ad imaginem conditoris sui, mox etiam reflexens caro, ex uoluntate sua incipit conformari reformato spiritui. Nam & contra sensum suum incipit eam delectare quicquid delectat spiritum suum. Insuper & pro multiplici defectu suo ex poena peccati multipliciter sitiens ad Deum, nonnunquam etiam contendit praecedere rectorum suum. Delectationes enim non perdimus, sed mutamus de corpore ad animum, a sensibus ad conscientiam. Panis fursureus, & simplex aqua, & olera, & legumina simplicia, nequaquam res delectabiles sunt: sed in amore Christi, & desiderio internae delectationis, uentri bene morigerato gratanter ex his satisfacere posse, ualde delectabile est. Quot milia pauperum ex his, uel ex aliquo horum delectabiliter satisfaciunt naturae? Facillimum quippe et delectabile

bile esset adiuncto amoris Dei condimento secundum naturam uiuere, si insaniam nostram permitteret. Qua sanata, statim naturalibus natura aridet. Eodem modo & de labore. Rusticus durus habet nervos, fortes lacertos: exercitatio hoc facit. Sine eum torpere, mollescit. Voluntas facit usum, usus exercitium, exercitium uires in omni labore subministrat. Sed redeamus ad propositum. Hoc omnibus modis agat & labor, & otium nostrum, ut nunquam simus ociosi: & hoc semper sit negotium nostrum, ut perfecte consummetur in nobis, quod dicit Apostolus animalibus, & incipientibus: Humanum, inquit, dico propter infirmitatem carnis uestrae. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiae, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem. Audiatur hoc attentius amicum corporis sui mancipium, animalis homo qui iam incipit corpus suum subdere spiritui, & adaptare semetipsum ad ea quae Dei sunt percipienda, et ad excedendam fide seruitutis necessitatem, et carnis suae dominantem consuetudinem, ut se accingat, necessitatem faciens sibi contra necessitatem, & consuetudinem contra consuetudinem, & affectum sibi formet contra affectum, donec plenius mereatur accipere delectationem contra delectationem, ut delectationibus carnis ac seculi secundum consilium Apostoli saltem tantum eum delectet carere, quantum eum delectabat primo eas habere: tantum delectet eum de membris sui corporis seruire iustitiae in sanctificationem, quantum prius delectabat eum seruire immunditiae & iniquitati ad iniquitatem. Haec est perfectio animalis hominis in suo statu, uel nouitij incipientis. Qui cum consummauerit hoc animale uel humanum, si non respexerit retrò, sed fideliter in anteriora se extenderit, citò perueniet ad illud diuinum, ut incipiat apprehendere sicut apprehensus est, & cognoscere sicut cognitus est. Hoc autem opus, non in uno sit momento conuersionis: non est unius diei, sed multi temporis, multi laboris, multi sudoris: secundum gratiam Dei miserentis, & studium hominis uolentis & currentis. Omnium uero bonorum horum officina est cella, & stabilis perseverantia in ea. In qua cuiuscumque cum sua paupertate bene conuenit, diues est: & quicumque bonam uoluntatem habuerit, secum habet quicquid ad bene uiuendum ei opus est: quamuis bonae uoluntati non semper credi expedit, sed frenanda est, sed regenda est, & maxime in incipiente. Regat sanctae obedientiae regula bonam uoluntatem, illa uero corpus: & doceat illud posse consistere in loco, cellam pati, se cumque morari: quod in proficiente bonae compositionis initium est, & certum bonae spei argumentum. Impossibile est hominem fideliter figere in uno animum suum, qui non prius alicui loco perseveranter affixerit corpus suum. Nam qui aegritudinem animi, migrando de loco ad locum effugere nititur, sic est, sicut qui fugit umbram cor-

Rom. 6.

Ibidem.

1. Cor. 13.

poris sui. Seipsum fugit, seipsum circumfert: locum mutat, non animum. Eundem ubique se inuenit, nisi quod deteriore facit ipsa mobilitas: sicut laedere solet agrum, qui circumferendo concutit eum. Aegrum enim se sciat, & uacet circa causarias partes aegritudinis suae. Si non interrumpitur quies, remedia continuata cito proficiunt: & sanatus animus ab alienationibus, uel captiuitatibus et tentationibus suis, totus in Deo suus efficitur. Cura eget, et non modica: non inquinata, sed infecta natura. Incumbat ergo immobiliter uale tudinario suo (sic enim solent appellare medici uale tudinum curandarum officinam) & remedij suscepti prosequatur usum usque ad sanitatis experimentum. Valetudinarium tuum, o aegrote, o languide, cella tua est: remedium in quo curari coepisti, obedientia est, obedientia uera. Sed scito quod remedia crebro mutata nocent, naturam disturbant, & agrum determinant. Nam et qui aliter quod pergit, si unam certam tenuerit uiam, cito perueniet quod tendit, et itineris et laboris faciet finem. Si uero multas aggreditur uias, errat, nec laboris aliquando finem facit, quia error finem non habet. Non ergo remediū mutas, nec aliud pro alio accipias, sed usque ad terminum perfectae sanitatis, medicinalis obedientiae remedio utere: nec abijcias eam, ut ingratus, cum factus fueris sanus, sed tamen in reliquum alio modo ea uti permittentis. Si ergo ad sanitatem festinas, uide ut nil, uel modicum de temetipso agere praesumas, medico inconsulto: a quo si operam medicantis expectas, necesse est ut uulnus tuum semper ei detegere non erubescas. Erubescere, sed tamen reuela totum, nec abscondas. Sunt enim qui confitendo quasi fabulam enarrant suorum historiam peccatorum, aegritudines animae suae sine confusione dinumerant, & penes sine poenitentia, & sine affectu doloris. Cito enim lacrymas inuenit, et resouitur in gemitum, qui habet sensum doloris. Si uero mala aegritudini desperabilior stupor accesserit, hic in eo quod non dolet, quanto sanitati uidetur esse propinquior, tanto ab ea fit remotior. Quod si medicus quasi clementior fuerit, ut quasi unguentis & emplastris lenioribus omnia uoluerit curare, tu age pro temetipso, & remedij fortioris & celerioris audis, sanitatis ferrum require, cauterium exproce. Medicus tibi semper praesto est, paratus est. Ne enim horridi sit tibi tua solitudo: & ut tutius in cella habites, tres tibi deputati sunt custodes, scilicet Deus, conscientia, & spiritualis pater. Deo debes pietatem, cui te totum impendas: conscientiae tuae honorem, coram qua peccare erubescas: patri spirituali obedientiam charitatis, ad quem de omnibus recurras. Insuper ut gratum me habeas, addam tibi & quartum, et quam diu paruulus es, et donec plenius addiscas diuinam cogitare praesentiam, paedagogum tibi procurabo. Elige tibi tuipse hominem consilio meo, cuius uitae exemplar sic cordi tuo insederit, reuerentia inhaerit, ut quotiens

quoties eius recordatus fueris, ad reuerentiam cogitati assurgas, & temetipsum ordines et componas: qui cogitatus ac si praesens sit, in affectum mutuae charitatis emendet in te omnia emendanda, & tamē nullum patiatur damnū secreti sui solitudo tua. Hic praesens tibi adsit quando uolueris, occurrat saepe & cum nolueris. Inreparationes eius describe tibi, cogita sanctae ueritatis, consolationes, pietas & benignitas, exemplum, sanctae uitae sinceritas. Nam omnes cogitationes tuas cum ab eo uideri cogitabis, ac si uideat, ac si arguat, emendare cogitabis. Sic secundum praecipitum Apostoli sollicitē temetipsum custodi: & ut temetipsum semper inspicias, semper ab omnibus oculos auerte. Egregium instrumentum corporis est oculus: si sicut caetera, sic etiam uidere posset semetipsum. Quod cum interiori oculo concessum sit: si ad exterioris exemplum seipsum negligēs, uacat circa aliena, etiam cum uult, non sufficit redire ad seipsum. Tibi uacat: multa tuipse tibi sollicitudinis materia es. Excludit etiā ab oculis exterioribus, quod defueuisti uidere: ab interioribus, quod amare: quia nil tam facile recrudescit quam amor, & maxime in interioribus & recentioribus animis. Aude etiā nonnunquam sapere, et amulari charismata meliora, & tu ipse tibi esto parabola aedificationis. Alia cella tua exterior, alia interior. Exterior est domus, in qua habitat anima tua cum corpore tuo. Interior est conscientia tua, quam inhabitare debet omnium interiorum tuorum interior Deus, cum spiritu tuo. Ostium clausurae exterioris, signum est ostij circumspectionis interioris: ut sicut sensus corporis per exteriorē clausuram foris uagari non permittitur, sic interior sensus ad suum semper interiorē cohibeatur. Dilige ergo interiorē cellam tuam, dilige exteriorē, & unicuique suum impende cultum. Tegat te exterior, non abscondat: non ut pecces occultius, sed ut tutius uiuas. Non enim scis, o rudis incolla, quid cellae debeas, si non cogitas quomodo in ea, non solummodo a uitijis tuis curaris, sed etiam non habes rixari cum alienis. Nescis enim quem conscientiae tuae debeas honorem, quicumque in ea non experiris gratiam sancti spiritus, & internae suauitatis dulcedinem. Da ergo utriusque cellae honorem suum, & tu tibi in ea uendica primatum tuum. Disce in ea secundum communis instituti leges tu tibi praesse, & uitam ordinare, & mores componere, & temetipsum iudicare: teipsum apud teipsum accusare, saepe etiam condemnare, nec impunitum dimittere. Sedeat iudicans iustitia, stet rea & seipsam accusans conscientia. Nemo te plus diligit, nemo te fidelius iudicabit. Manē praeteritae noctis fac a temetipso exactiorem, & uenturae diei tu tibi indicito cautionem. Vespere diei praeteritae rationem exige, & superuenientis noctis fac indicationem. Sic districto, nequaquam tibi aliquando lasciuire uacabit. Singulis horis secundum communis instituti canonem sua distribue exercitia: cui spiritualia, spiritualia-

alia: cui corporalia, corporalia: in quibus sic soluat omne debitum spiritus Deo, corpus spiritui: ut si quid fuerit intermissum, si quid neglectum, si quid imperfectum, suo modo, suo loco, suo tempore non abeat impunitum, uel irrecompensatum. In quibus extra illas horas de quibus dicit Propheta, Septies in die laudem dixi tibi: matutinum ac uespertinum sacrificium, ac mediae noctis est maxime obseruandum. Non enim frustra ait Propheta, Manē astabo tibi & uidebo: sed quia tunc a curis exterioribus adhuc sumus ieiuni. Et, Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum, sacrificium uespertinum: quia tunc ab huiusmodi impedimentis iam quodammodo inuenimur digesti. Qui & in nocturnis uigilijs nostris (in quibus media nocte surgimus ad confitendum nomini Domini) confessionis eiusdem ordinem contexens: In die, inquit, tribulationis meae Deum exquisiui manibus meis, nocte contra eum, & non sum deceptus. Iste enim horis potissimum coram Deo debemus nosmetipsos constitutere, quasi facie ad faciem, & in lumine uultus eius perspicere tribulationem, & dolorem nobis de nobis ipsis inuenire: & nomen Dei inuocare, scopando spiritum nostrum donec incalescat, ambiendo ad memoriam abundantiae suauitatis suae, donec ipse in cordibus nostris dulcescat. Sed tunc maxime nobis agendum est, quod dixit Apostolus: Malo in ecclesia quinque loqui uerba sensu meo, quam decem milia uerborum sine intellectu. Et illud: Psallam spiritu, psallam & mente. Orabo spiritu, orabo & mente. Tunc enim menti & spiritui aggregandi sunt fructus sui, ut exinde uel in abundantia benedictionis Dei in quietem noctis relaxemur, uel surgentibus nobis ad laudes Dei, omnis exinde tenor operis nostri in ipsius laudibus formet ac uiuificetur. Idcirco in praesentibus nocturnis uigilijs non expedit multitudine Psalmorum obruere intellectum, & exhaurire spiritum, uel extinguere: sed quam diu sobrius inuenitur, pietati afficiendus est, & suo itinere dirigendus ad Deum, donec dilatato corde decurrere incipiat usque ad finem operis Dei: postmodum feruoris sui modum, siue tenorem habiturus, nisi magna intercidatur negligentia, uel omittatur uoluntaria miseria. Scit etiam quicumque sensum Christi habet, quantum pietati Christianae expedit: quantum Dei seruū, & seruū redemptionis Christi deceat: et utile ei sit una saltem aliqua diei hora, passionis et redemptionis ipsius attentius recollere beneficia, ad fruendum suauiter in conscientia, & recondendum fideliter in memoria: quod est spiritualiter manducare corpus Christi, & bibere eius sanguinem in memoriam eius. Qui omnibus in se credentibus praecipit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. In quo etiam propter peccatum inobedientiae, quam impius sit hominem tantae Dei pietatis immemor esse, palam omnibus est: cum amici hominis abeuntis sub quolibet signo commedatam memoriam nefas sit obli-

Psalm. 118.

Psalm. 5.

Psalm. 140.

Psalm. 119.

Psalm. 75.

1. Cor. 14.

Luce 12.

obliuisci. Siquidem sanctæ huius ac reuerendæ A
 cõmemorationis mysteriũ, suo modo, suo tẽpo
 re, suo loco celebrare licet paucis hominib. qui-
 bus hoc creditum est mysterium: rem uerẽ sacra-
 menti uel mysterij in omni tẽpore, & omni loco
 dominationis Dei, modo quo traditũ est, hoc
 est, debitæ pietatis affectu, agere, cõrectare, &
 sumere sibi in salutẽ omnibus in promptu est:
 1. Pet. 2. quibus dicitur, Vos autẽ genus electũ, regale sa-
 cerdotiũ, gens sancta, populus acquisitionis, ut
 uirtutes annũciatis eius, qui de tenebris uos uo-
 cauit in admirabile lumẽ suũ. Nam & sacramen-
 tum sicut accipit ad uitam dignus, sic ad mortẽ
 suam & iudicium indignus. Rem uerò sacra-
 menti nemo percipit, nisi dignus & idoneus. Sa-
 cramentum enim sine re sacramenti, sumẽti mors
 est. Res uerò sacramenti, etiã præter sacramen-
 tum fumentũ, uita æterna est. Si autem uis, & ue-
 rẽ uis, omnibus horis tam diei quã noctis, hoc
 tibi in cella tua præstõ est. Quotiens in commemo-
 rationẽ eius qui pro te passus est, hoc factõ e-
 ius piẽ ac fideliter fueris affectus, corpus eius
 manducas, & sanguinem bibis. Quandũ in eo
 manes per amorẽ, & ipse in te per sanctitatis &
 iustitiæ operationem, in eius corpore & mẽbris
 eius computaris. Deinde etiã certis horis, cer-
 tã lectiõni uacandum est. Fortuita enim & ua-
 ria lectiõ, & quasi casu reperta, non ædificat, sed
 reddit animum instabilem: & leuiter admissa, le-
 uis recedit à memoria. Sed certis ingenijs im-
 morandũ est, & assuefaciẽdus est animus. Quo
 enim spiritu scripturæ factæ sunt, eo spiritu legi
 desiderant, ipso etiã intelligendæ sunt. Nun-
 quã ingredieris in sensum Pauli, donec usu bo-
 nã intentionis in lectiõne eius, et studio assidue
 meditationis, spiritũ eius imberberis. Nunquam
 intelliges Dauid, donec ipsa experientia ipso
 Psalmorum affectus indueris. Sicq; de reliquis.
 Et in omni scriptura tantũ distat studium à lecti-
 one, quantum amicitia ab hospitio, socialis affe-
 ctio à fortuita salutatione. Sed de quotidiana le-
 ctione aliquid quotidie in uentrẽ memoriæ de-
 mittendum est, quod fidelius digeratur, & sur-
 sum reuocatum, crebrius rumineatur, quod pro-
 posito cõueniat, quod intẽtioni proficiat, quod
 detineat animum, ut aliena cogitare non libeat.
 Hauriendus est sæpe de lectiõnis serie affectus,
 & formanda oratio, quæ lectiõnem interrumpat:
 & non tam impediãt interrumpendo, quã pur-
 riorem continuò animum ad intelligentiam le-
 ctionis restituat. Intentioni seruit lectio. Si uerẽ
 in lectiõne Deum querit, qui legit: omnia quæ
 legit cooperantur ei in bonum, & captiua sensus
 legentis, & in seruitutẽ redigit omnẽ lectiõ-
 nis intellectum in obsequium Christi. Si in a-
 liud declinat sensus legentis, omnia trahit post
 semetipsum: nihilq; tam sanctum, tam piũ in-
 uenit in scripturis, quod seu per uanam gloriã,
 seu per distortũ sensum, seu per prauũ intellectũ
 non applicet uel malitiæ, uel uanitati. In omni-
 bus enim scripturis legentis inĩtium debet esse

timor Domini, ut in eo primò solidetur intẽtio
 legentis, & ex eo ordinetur, & exurgat totius
 lectiõnis intellectus & sensus. A spiritualibus
 uerò exercitijs in corporalia nunquã longẽ, uel
 in totum recedatur: sed faciliẽ ad ea posse redire
 animus assuescat, et cũ illis se mutuat, istis sem-
 per inhareat. Sicut enim supra dictũ est, nõ uir
 propter mulierẽ, sed mulier propter uirũ. Nec
 spiritualia propter carnalia, sed carnalia ppter
 spiritualia. Corporalia uerò exercitia nunc di-
 cimus, quæ manuali opere corporaliter exercen-
 tur. Nam sunt et alia corporis exercitia, in quib.
 necesse est corpus laborare: sicut sunt uigiliæ, ie-
 iunia, & alia huiusmodi: quæ spiritualia non im-
 pediunt, sed iuuant, si cum ratione discretiõnis
 fiant. Quæ si ex indiscretiõnis uitio sic agantur,
 ut uel deficiente spiritu, uel languente corpore
 spiritualia impediãtur: qui sic est, corpori suo tu-
 lit boni operis effectũ, spiritui affectũ, proximo
 exemplũ, Deo honorẽ, sacrilegus est, & horum
 omniũ in Deum reus. Non quod secundũ Apo-
 stoli sensum non uideat humanũ etiã hoc, &
 non deceat, & iustũ non sit caput aliquãdo do-
 lere in seruitio Dei, quod olim sæpe usq; ad do-
 lorẽ laborauit in uanitate seculi: esurire uentũ
 usq; ad rugitũ, qui sæpe repletus est usq; ad uomi-
 tũ: sed modus omnib. habẽdus est. Attingendũ
 est corpus aliquãdo, sed nõ conterendum. Nam
 corporalis exercitatio ad modicũ quidẽ ualet,
 & pietas ad omnia utilis est. Propter quod & ad
 modicum, hoc est, non in cõcupiscentijs, sed ta-
 men cura carnis agenda est. Agenda uerò est so-
 brietas, & cum spirituali quadam disciplina, ut ne-
 que in modo eius, neq; in qualitate, neq; in quã-
 titate appareat aliquid, quod non deceat seruũ
 Dei. Eis enim quæ inhonestas sunt nostra, abun-
 dantiorem honorem circundare debemus. Hone-
 sta uerò nostra nullius egent. Non solũ autẽ
 hoc, sed & omnem uitam nostram (quãuis ho-
 minibus occultam) exhibere debemus Deo san-
 ctam & honestam, & omnem conuersationem
 nostram sanctis angelis conspicabilem agere &
 delectabilem, quãuis inter domesticos parietes
 inclusam. Omnia uestra (inquit Apostolus) ho-
 neste fiãt in uobis. Grata Deo res est honestas,
 & sanctorum angelorum amica. Propter quod
 etiã iubet Apostolus uelari mulieres, propter
 angelos, qui cũ procul dubio tam die quã nocte
 nobiscum sint in cellis nostris, nos custodiẽ-
 tes, & nostris studijs congaudentes, & cooperã-
 tes: placet eis, ut etiã nullo homine uidente,
 omnia nostra honeste fiant. Siue ergo manduce-
 tis, siue bibatis, siue aliquid aliud faciatis, omnia
 in Domino agite, piẽ, sancte, & religiose. Si mã-
 ducas, mensam tuã per se satis sobriã, sobrietas
 tua perornet. Et cum mãducas, nequaquã totus
 manduces, sed corpore tuo suam refectionẽ pro-
 curante: mēs suam non negligat, sed de memo-
 ria suauitatis Domini, uel scripturarũ aliquid,
 quod eam pascat meditando, uel saltem memo-
 rãdo secũm ruminet & digerat, Sed & ipsa ne-
 cessitas,

1. Cor. 11.

1. Tim. 4.

1. Cor. 14.

cessitas, non seculariter, non carnaliter explea-
 tur: sed sicut decet monachum, sicut cõuenit ser-
 uo Dei. Nam etiã quoad sanitatẽ corporis: ci-
 bus quanto honestius & ordinatius sumit & in-
 geritur, tanto facilius et salubrius digeritur. Ob-
 seruandus est ergo sumẽdi modus & tempus, ci-
 bi quantitas & qualitas: fugiẽda superflua & a-
 dulterina cõdimenta. Obseruandus est ergo su-
 mendĩ modus, ut non effundat qui comedit, su-
 per omnem cibum animã suam: tempus, ne an-
 te horas: qualitas, uti quibus utitur cõmunitas
 fraternitatis, excepta causa manifestæ necessita-
 tis. De cõdimentis uerò sufficiat, obsecro, ut cõ-
 mestibiles fiant cibi nostri, nõ etiã concupisci-
 biles uel delectabiles. Sufficit enim concupiscẽ-
 tia malitia sua: quæ cũ uix, aut nullo modo per-
 transire possit ad finem explendæ necessitatis,
 nisi per uiam quantæcũq; delectationis: si cõ-
 perit accipere irritamẽta ab eis qui perpetuũ su-
 sceperit bellũ aduersus eius oblectamenta, fiunt
 duo contra unum, & sic periclitatur cõtinentia.
 Deinde sicut de cibo dictũ est, sic & de som-
 no. Cave inquantũ potes, serue Dei, ne totus a-
 liquando dormias: ne sit somnus tuus non re-
 quies lassus, sed sepultura corporis suffocatus: non
 reparatio, sed extinctio spiritus tui. Suspecta
 res est somnus, & ex magna parte ebrietati si-
 milis. Exceptis enim uitijs, quibus in dormien-
 te cum corpore dormitante ratione, non est qui
 cõtradicat quantum ad debitum continui profe-
 ctus: nihil tantum tam deperit de uita nostra,
 quã quod somno deputat. Iturus ergo ad som-
 num, semper aliquid defer tecũ in memoriã uel
 cogitatione, in quo placidẽ obdormias, quod
 nõ nunquam etiã somniare iuuer: quod etiã
 euigilantẽ te excipiant, in statũ hesternæ inten-
 tionis restituat. Sic tibi nox sicut dies illumina-
 bitur, et nox illuminatio tua erit in delicijs tuis.
 Placidẽ obdormies, in pace quiesces: faciliẽ eu-
 gilabis, & surgens facilis, & agilis eris ad redeũ
 dum in id, unde nõ totus discessisti. Sobrium e-
 nim cibum, sobriumq; sensum, sequitur sobrius
 somnus. Carnalis uerò somnus, & brutus, & si-
 cut dicitur letheus, abominãdus est seruo Dei.
 De quo uerò post congruam quietem faciliẽ est
 sensus corporis & mentis euocare, & quasi ser-
 uos domus patrisfamilias ad opera necessaria
 spiritui suscitare & emittere, huiusmodi somnus
 tempore suo, modo suo aspernandus nõ est. Sic
 prudẽs & Deo deditus animus habere se debet
 in cella sua, in conscientia sua, sicut prudens pa-
 trisfamilias in domo sua. Non habeat, sicut Salo-
 mon dicit, Mulierem litigiosam carnem suam:
 sed ad sobrietatem moderatam & assuefactam
 ad obedientiam, & ad laborem paratam, ubiq;
 institutam & esurire, & saturari: & abundare, &
 penuriam pati. Habeat sensus exteriores nõ duc-
 ces, sed seruientes: interiores sobrios & effica-
 ces. Habeat omnem omnino domum, uel fami-
 liam cogitationum suarum sic ordinatam & di-
 sciplinatam, ut dicat huic, uade, & uadat: & a-

Ir ueni, & ueniat: & seruo corpori, fac hoc, &
 absq; contradictione faciat. Qui sic semetipsum
 ordinat, & regit in conscientia sua, optimẽ sibi
 credendus et committendus est in cella sua. Sed
 hoc est perfectõrum, uel perfici iam incipien-
 tium: quod ideo propositum incipientibus &
 nouitijs, ut sciant quid desit sibi, & quò extẽde-
 re habeant intentionem studij sui. Sciendum
 uerò est, quia cum de carnali, uel de animali sen-
 su, uel de rationali sententia, uel de spirituali sapi-
 tia differimus, unum hominem describimus in
 quo secundum diuersos profectus & profectũ
 prouentus, & intentionis affectus, hæc omnia
 diuersis temporibus possibile est inueniri, &
 tria hominum genera singula secundũ statuum
 horũ proprietates, in professione religionis in
 cellis militantiã: quanuis cellæ dignitas, & san-
 ctæ solitudinis secretum, & solitariae professio-
 nis titulus, nõ nisi perfectis conuenire uideretur:
 quorum, sicut Apostolus dicit, est solidus cibus, Hebr. 5.
 & qui pro cõsuetudine exercitatos habent sen-
 sus ad discretiõnẽ boni & mali: in quo etiã ratio-
 nalis (qui proximus est sapienti) utcũq; uide-
 retur esse tolerandus: sed certẽ animalis qui non
 percipit ea quæ Dei sunt, penitus putaretur ar-
 cendus. Sed occurrit Petrus apostolus, dicens de
 quibusdam: Si spiritum sanctum ipsi acceperunt, A. 7. 11.
 sicut et nos: ego quis eram qui prohiberẽ Deũ?
 Spiritus enim sanctus bona uolũtas est. Nec e-
 nim sine grandĩ scrupulo mentis, à quacũque
 professionis altitudine arcẽdus est, cui testis in-
 habitantis & trahentis spiritus sancti bona uo-
 luntas est. Siquidem ex duobus hominũ gene-
 ribus cellarũ habitatio supplenda est: scilicet uel
 de simplicibus, qui & sensu & uoluntate ad asse-
 quendam religiosam prudentiã feruentes appa-
 ruerint & humiles: uel de prudẽtibus, quos reli-
 giosæ & sanctæ simplicitatis cõstiterit esse amu-
 latores. Stulta uerò superbia, uel superba stulti-
 tia, à tabernaculo iustorũ semper procul sit. Est
 autem omnis superbia stulta, quanuis non om-
 nis stultitia sit superba. Stultitia enim sine super-
 bia, nõ nunquam simplicitas inuenitur: quæ si i-
 gnorat, forsan est docibilis: & si nequit doceri,
 forsan est tractabilis. Et est propria ciuitas refu-
 gij simplicitati, cohabitatio religionis, nisi sit ra-
 lis quæ nolit humiliari: uel tam bruta, ut nõ pos-
 sit regi, uel tractari. Bona tamẽ uolũtas, etsi mul-
 tum sit bruta, non tamen est deferenda: sed salu-
 tari consilio ad laboriosam & actuosam uitam
 transmittẽda. Superba autem quantumuis pru-
 dens sibi uideatur, dimittenda sibi est, et abigen-
 da. Si enim admittitur superbus, prima die qua
 ingreditur habitare, incipit leges dare. Nimum
 uerò stultus discere non potest, quas inuenit. So-
 licitẽ ergo & prudenter perpendẽdum est quis
 admittatur ad habitandũ secum. Qui enim habi-
 tat secum, non nisi seipsum qualis ipse est, habet
 secum. Malus autem homo nunquã tutẽ secum
 habitat, quia cũ malo homine habitat: & nemo-
 molestior ei est, quã ipse sibi. Nam insanĩ et ni-

Hebr. 5.

A. 7. 11.

Psal. 138.

Prover. 21.

mitum dementes, & qui non satis quacunq; de causa mentis suae bene compotes sunt, custodiri solent: nec sibi relinqui, uel committi, ne solitudine sua male utantur. Admittantur ergo animales homines, pauperes spiritu ad cohabitationem cellarum, sed ut fiant ipsi rationales ac spirituales: non ut propter eos ipsi qui iam hoc esse meruerunt, conuertantur retrò, & efficiantur animales. Suscipiantur in omni beneuolentia charitatis, portentur in omni patientia benignitatis. Sed qui eis compatiuntur, non eis cõformentur: nec sic quærant eorum profectum, ut propter eos cogantur incurrere propositi in religione rigoris defectum. Iam enim subintrauit de are alieno sumptuosa, & quantum pudor sinit ambitiosa cellarum ædificatio: & abiecta sancta simplicitate & rusticitate (sicut Salomon dicit) ab altissimo creata, quasi religiofas quasdam nobis creamus habitationum honestates. In quibus tantum compassum est animalibus, ut penè omnes in hoc effecti simus animales. Dimissam enim nobis à patribus nostris iure hæreditario formam paupertatis, & sanctæ simplicitatis speciem, uerum decorem domus Dei alienantes à nobis, & à cellis nostris, per manus artificum exquisitorum cellas non tam eremiticas, quam aromaticas ædificamus nobis, singulas in titulo centum solidorum, concupiscentias oculorum nostrorum de elemosynis pauperum. Amputa Domine opprobrium centum solidorum à cellis pauperum tuorum. Cur non potius centum denariorum? Cur non potius nullorum? Cur non potius gratis filij gratiæ ipsi sibi ædificant? Quid responsum est Moyfi, cum cõsummaret tabernaculum? Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar, quod ostensum est tibi in monte. Non à seculi homini bus decet fieri tabernaculum Dei cum hominibus. Ipsi quibus in altitudine mentis ostenditur exemplar ueri decoris domus Dei, ipsi ædificent sibi. Ipsi quibus sollicitudo interiorum suorum contemptum, & negligentiam indicit omnium exteriorum, ipsi ædificent sibi formam paupertatis, & sanctæ simplicitatis speciem, & paternæ frugalitatis lineameta. Nulla sic aptabit artificium industria, sicut eorum negligentia. Ergo obsecro in peregrinatione huius seculi, in militia hac super terram ædificemus nobis, non domos ad habitandum, sed tabernacula ad deserendum: ut potè citò inde uocandi, & emigraturi in patriam et ciuitatem nostram, et in domum æternitatis nostræ. In castris quippe sumus, in alieno militamus, in alieno laboramus: facile est quicquid naturale est. Nunquid non facile est solitario, et sufficiens naturæ, & utile conscientiæ, ipsi sibi cellam de uirgibus cõtessere, de luto plasmare, undecunq; operire, & decentissime inhabitare? & quid amplius est requirendum? Credite fratres, et utinam experiri uobis non contingat, quia pulchritudines istæ & foris honestates, citò uirile propositum eneruant, & masculinum animum effeminant. Nam etsi ipso sæpe usu sopiuntur

Eccl. 7.

Exod. 25.

earum delectationes, etsi sint aliqui qui utantur huiusmodi quasi non utentes: tamen cõtemptu melius, quam usu extirpantur, & uincuntur huiusmodi affectiones. Conferunt etiam non modicum interioribus nostris exteriora nostra ad similitudinem mentis aptata et composita, et bono proposito suo modo respondenti. Pauperior enim cultus in alijs franat concupiscentiam, in alijs circa amorem paupertatis afficit conscientiam. Sed & intentum interioribus suis animam, magis decent inculca omnia & neglecta exteriora: quibus animus ipse dum sæpius alibi conuersari dignoscitur, sæpè alibi magis occupatam intentionem sancta denunciat, & efficaciter bonæ conscientiæ conciliat interiora, cui omnia exteriora uiluisse renunciat. Obsecro ergo ut maneat cella illæ delicatior sicut facta sunt, sed non crescat numerus earum. Sintq; in ualeudinaria fratribus animalibus & infirmioribus, donec conualescant: hoc est, incipient desiderare, non ualeudinaria infirmorum, sed tabernacula militantium in castris Dei. Maneant in exemplum posteris uestris, quia tales habuistis & spreuistis. Vos autem qui spirituales estis, sicut Hebraei: id est, transeuntes, non habentes hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirentes, ædificate uobis sicut petistis, casulas in quibus habitetis. In casulis enim habitauerunt patres nostri, habitantes in terra repromissionis quasi in aliena: cum cohæredibus repromissionis expectantes ciuitatem habentem fundamenta, cuius artifex & conditor est Deus: non accepit repromissionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes, & confitentes, quia hospites sunt & peregrini super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere meliorem, hoc est, cœlestem. Idcirco patres nostri in Aegypto & Thebaida, sanctæ huius uitæ ardentissimi æmulatores, in solitudinibus degentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, ipsi sibi cellas ædificabant, in quibus tecti tantummodo & circumscripti, à turbine & à pluuia tutabatur: in quibus eremiticæ frugalitatis delicijs affluentes, locupletabant multos, ipsi egentes. Quos quo nomine dignius appellem, nescio: homines cœlestes, angelos terrestres, degentes in terris, sed conuersationem habentes in cœlis. Laborabant manibus suis, & de labore suo pauperes pascebant, esurientes ipsi, de uastitate eremi urbium carceres alebant: & infirmos, & in quibuslibet necessitatibus positos sustentabant, uiuentes de labore suo, et habitantes in labore manuum suarum. Quid ad hæc dicemus nos, non animales, sed animalia terrena, adhærentes terræ, & sensibus carnis nostræ, in sensu carnis nostræ ambulantes, & ex alienis manibus pendentes? Quamuis consolet nos in hoc ipsum aliquatenus ille qui cum diues esset, pauper pro nobis factus est: & qui uoluntariæ paupertatis dedit præceptum, imple eiusdem paupertatis in semetipso nobis formam dignatus est demonstrare. Ut enim sciant euangelici

Heb. 11.

1. Cor. 1.

euangelici pauperes quid eis faciendum sit, ipse etiam à fidelibus pasci uoluit: nonnunquam & ab infidelibus (sed ut fideles faceret) uite necessaria accipere non recusauit. Sed etiam in primitiua ecclesia pauperes illos sanctos, qui pro Christo rapinam bonorum suorum perpessi fuerant, uel (secundum perfectionis consilium) omnia reliquerant & uendiderant, ac fratribus fidelibus communia effecerant, quanta sollicitudine, quanta pietate sancti apostoli alendos à fidelibus procurabant, & liber Actuum apostolorum, & Paulus in epistolis suis manifestè demonstrat. Quod etsi cõceditur liberius, hoc ipsum Domino præcipiente & ordinante, Euangelium annuntiantibus de Euangelio uiuere: ex apostolorum tamè autoritate nõ negatur, etiam euangelicè uiuentibus, sicut sanctis illis pauperibus, qui tunc erant in Hierusalè: qui etiam sancti pauperes ob hoc uocantur, quia in professione sanctitatis & communis uite nomè dederant, & semetipsos in hoc ipsum spontè pauperes effecerant. Quod enim Apostolus seuerissima autoritate quibusdam denunciat, ut qui non uult operari, non manducet: continuo ostendens de quibus diceret, subiunxit, dicens: Audiuimus enim quosdam ambulantes inter uos inquietè, nihil operantes, sed curiose agentes. His autem qui huiusmodi sunt, denunciamus & obsecramus in Domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes panem suum manducant. Suum, hoc est, suo labore partum et acquisitum. Et tamen ne illos quauis inquietos, nihil operantes, & curiose agentes, nomen tamè Domini inuocatum super se habentes, quasi exposuisse uideretur & abiectis, statim intulit, dicens: Vos autem fratres, nolite deficere benefacientes in Christo Iesu Domino nostro. Ac si diceret: Etsi illi perseverant in malitia, siue negligentia sua: uos tamen in sustentandis eis nolite deficere à beneficentia uestra. Cum ergo seuerissime superius denunciauerit, non manducandis uolentibus operari: postmodum uerò uolentibus operari, sed nihil operantibus, aliquanto se exhibuerit clemẽtiorem: possemus dicere secundum textum uerborum eius (nec omnino aberrare à uero) non uolentibus, quamuis uolentibus, intentam esse illam seueritatem: uolentibus autem, sed non ualentibus, indulgentiam istam. Sed etiam cum istis denunciaret, & obsecraret in Domino Iesu Christo, ut cum silentio panem suum manducant: uidentur panem non suum manducare, nisi eum suum efficiant operando, quantum operari possunt sub testimonio Dei et conscientiæ suæ. Ignosce Domine, ignosce, excusamus, tergiuerfamur, sed non est qui se abscondat à lumine ueritatis tuæ: quod sicut illuminat conuersos, sic etiam ferit auersos. Non est enim occultatum os nostrum à te, quod fecisti in occulto hominum. Nos autem nobismetipsis facimus id occultum: quia uix est aliquis in eis quæ ad te sunt, qui experiri uelit quid possit, & quod promptissime potest, quandoq; secundum carnem uel se-

L. Mc. 18.

Rom. 15.

1. Thef. 3.

Ibidem

Psal. 128.

culum, siue timor impulerit, siue cupiditas traxerit: sed & si fallimus homines incios, nõ nos permittas, ut quasi uolentes fallere te, fallamus nosmetipsos. Nos non laboramus: quia uel non possumus, uel non posse nobis uidemur, uel consuetudine ocij et deliciarum nostrarum nos nõ posse efficiamus. Adoremus ergo semper, & proci damus, & ploremus coram te, qui fecisti nos, & qui in hoc ipsum peccato nostro manifesto, iudicio tuo occulto formasti nos, ut forsitan quia non multum hoc uolumus, non possumus: uel quia non uolumus cum potuimus, cum uolumus nõ possumus. Vescamur saltem secundum penam Adæ panem nostro, si non possumus in sudore uultus nostri, in dolore cordis nostri: in lachrymis doloris, si non possumus in sudore laboris. Magnam hanc acturam professionis nostræ superpleat pietas, ac deuotio conscientiæ humilis. Sint nobis lachrymæ nostræ panes die ac nocte: quando dicitur anime nostræ, ubi est Deus tuus? hoc est, quando peregrinamur à Domino Deo nostro, & à lumine uultus sui. Vnum quidem erat necessarium. Sed qui nec in uno figimur, nec in multis exercemur, in quo ordine cõputabimur? Utinam cum illo de quo Apostolus dicit, Ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputabitur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei. Utinam cum peccatrice, cui multum dimissum est, quia multum dilexit. Et beata anima quæ hoc iudicio apud Deum meruerit iustificari, iudicio diligentium nomen Domini: ut omnia omni iustitia operum, & fiducia meritorum, in hoc solo iustificetur, quoniam dilexit multum. Nam in diligendo te Deus, retributio magna est diligenti conscientiæ ipsa dilectio tua, deinde uerò uita eterna. Sic fratres, obsecro uos, non excusemus nos, sed accusemus nos, & confiteamur. Et qui magni nominis umbram, & personale quoddam figmentum perfectionis apud homines induimus: apud Deum conscientia nostræ cognoscentes paupertatè, nõ ut que quæq; recedamus à ueritate, & ueritas libera bit nos. Deinde docendus est animalis incipiens, & Christi tyrunculus Deo appropinquare, ut & Deus appropinquet ei. Sic enim admonet Propheta: Appropinquate Deo, & ipse appropinquabit uobis. Non solum enim faciendus est homo & formandus, sed & uiuificandus. Primum enim formauit Deus hominem, deinde inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est homo in animam uiuentem. Formatio hominis, institutio est moralis: uita eius, amor Dei. Hunc fides cõcipit, spes parturit, charitas formatur & uiuificat. Amor enim Dei, uel amor Deus, spiritus sanctus, amor hominis se infundens, afficit eum sibi. Et amans semetipsum de homine Deus, secum unum efficit, & spiritum eius, & amorem eius. Sicut enim nõ habet corpus unde uiuat, nisi de spiritu suo: sic affectus hominis (qui amor dicitur) nõ uiuit, hoc est nõ amat Deum, nisi de spiritu sancto. Amorem ergo Dei in homine ex gratia genitum, la

Psal. 41.

Rom. 4.

Luc. 7.

Iaco. 4.

Gene. 2.

Et lectio, meditatio pascit, oratio confortat & illuminat. Animalis uero & nouo in Christo homini, ad exercitanda eius interiora melius, & tutius proponuntur legenda et meditanda redemptoris nostri exteriora: et ostenditur in eis exemplum humilitatis, prouocatio charitatis, & affectus pietatis, & de scripturis sanctis & sanctorum tractatibus patrum moralia quæcque & planiora. Proponenda sunt ei gesta, & passiones sanctorum, ubi nec laborandū ei sit in planitie historia: & semper aliquid occurrat quod nouitij animum excitet ad amorem Dei et contemptū sui. Porro alia historiae delectant quidē cum leguntur, sed non ædificant: quin potius mentem inficiunt, et in tempore orationis uel spiritualis meditationis, inutilia quæcque uel noxia faciunt scaturire de memoria. Lectionis quippe modum si milis meditatio sequi solet. Difficilius etiam lectio scripturarū fatigat, nō reficit teneriorem animum, frangit intentionē, hebetat sensum uel ingenium. Docendus est etiam in oratione sua sursum cor leuare, spiritualiter orare, a corporibus uel corporū imaginibus, cum Deum cogitat, quantum potest recedere. Admonendus est quantum potest puritate cordis intēdere in eum, cui sacrificium orationis suæ offert: seipsum attendere qui offert, intelligere quod offert. Quantum enim uidet, uel intelligit eum cui offert, tantum ei in affectu est, & ei amor ipse est intellectus. Quantumque ipse ei in affectu est, tantum sapit ei hoc ipsum, si dignū Deo est quod offert: et in eo sibi bene est. Huiusmodi homini orati uel meditati, melius ac tutius (sicut iam dictum est) proponitur imago Domine natiuitatis, passionis & resurrectionis: ut infirmus animus, qui nō nouit cogitare nisi corpora & corporalia, habeat aliquid cui se afficiat, cui iuxta modū suū pietatis intuitu inhæreat. Est quippe in forma mediatoris, in quo, sicut legitur in Iob, uisitans homo speciem suam, nō peccet: hoc est, cum intentionis suæ intuitum in eum dirigat, humanā in Deo specie cogitando, a uero non usquequaque recedat: & dum per fidē ab homine Deum non diuidit, Deum aliquando in homine apprehendere addiscat. In quo pauperibus spiritu, & simplicioribus filiis Dei, tanto primū solet esse affectus dulcior, quanto humanæ naturæ propinquior. Postmodum uero fide migrante in affectum, amplexantes in medio cordis sui dulci amoris amplexu Christum Iesum, totum hominem propter hominem assumptū, totum Deum propter assumptū Deum, incipiunt eum non iam secundū carnem cognoscere, quamuis eum necdum secundū Deum plenē possint cogitare. Et sanctificādo eum in cordibus suis, offerre ei amant uota sua, quæ distinxerūt labia sua, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones, pro tempore, pro causa congruentes. Sunt enim orationes alia breues ac simplices, sicut eas format uoluntas, seu necessitas orantis pro causa incidenti. Aliae prolixiores & rationa-

Iob. 1.

biles, sicut in inquisitione ueritatis petentes, querentes, pulsantes, donec accipiant, inueniant, & aperiantur eis. Aliae alacres spirituales & fecundæ, in affectu fruētis, & gaudio gratiæ illuminantis. Et ipsæ sunt quas Apostolus alio ordine diuenerat, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones. Nam postulatio, quā primam posuimus, est circa obtinenda temporalia, & necessaria aliqua uitæ huius, in qua Deus postulantis quidem approbans bonam uoluntatem: facit tamen ipse quod melius iudicat, & dat libet ei quod bene postulat. Ipsa est de qua Psalmista ait, Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum. Hæc est etiam hominū impiorum, quia omnium commune est, sed maxime filiorum seculi huius, desiderare tranquillitatem pacis, sanitatem corporis, temperiem aeris, & alia quæ ad uitæ huius uoluptatem, & necessitatem, & abutentium uoluptatem. Pro quibus qui fideliter postulant, quamuis non ea postulant nisi ad necessitatem: tamen in hoc ipso uoluntati Dei suam semper subiiciunt. Obsecratio uero est in exercitijs spiritualibus anxia ad Deum instantia, in quibus ante gratiam succurrentē, qui apponit scientiam, apponit & dolorem. Oratio uero est hominis Deo adhaerentis affectio, & familiaris quædam, & pia allocutio, & statio illuminata mentis ad fruendum, quandiu licet. Porro gratiarum actio, est in intellectu, et cognitione gratiæ Dei, bonæ uoluntatis indeficiens ad Deum, & indefessa intentio: etiam si aliquando uel non sit, uel torpeat, siue actio exterior, siue interior affectio. Hæc enim est de qua dicit Apostolus: Velle adiacet mihi, perficere autem bonū non inuenio. Ac si dicat: Semper quidem uelle adest, sed aliquando iacet, hoc est inefficax est: quia perficere opus bonū quero, sed non inuenio. Hæc est charitas, quæ nunquam deficit. Ipsa est enim sine intermissione oratio, seu gratiarum actio: de qua Apostolus ait, Semper sine intermissione orantes, semper gratias agentes. Est enim iugis quædam bonitas mentis & bene compositi animi, & ad patrem Deum in filiis Dei bonitatis eius quædam similitudo, orans pro omnibus semper, & gratias agens in omnibus: tot modis in oratione, uel gratiarum actione in Deum se iugiter refundens, quot in suis necessitatibus uel cōsolationibus, in proximi etiam uel cōpationibus, uel cōgratulationibus, causales in hoc materias inuenit pius affectus. Hæc autem iugiter in gratiarū actionibus est: quia qui sic est, semper in gaudio sancti spiritus est. In postulationibus ergo pie ac fideliter orandū est, sed non est in illis pertinaciter inhærendum: quia nos nescimus, sed pater cœlestis scit, quid in temporalibus istis necesse nobis sit. Obsecrationibus uero insistendum est, sed in omni humilitate & patientia: quia nō afferunt fructum, nisi in patientia. Nonnunquam enim cum celerius gratia non subuenit, sit obsecranti cœlum æneum, & terra sua ferrea. Et cum

1. Tim. 2.

Psalm. 140.

Ecclesiastes 2.

Rom. 7.

1. Thes. 5.

Math. 15.

Psalm. 50.

Iudic. 13.

Psalm. 84.

Et cum relicta sibi cordis humani duritia, ad uolum exaudiri non meretur, anxietas desiderantis negari sibi æstimat, quicquid differit. Cumque sicut Chananaea illa præteriri se ac despici ingemiscit, quasi immundiciæ canis præterita sibi peccata sua imputari, uel impropèri imaginatur. Nonnunquam uero sine labore petens accipit, querens inuenit, & pulsanti aperitur. Et cōsolationes ac suauitates orationis inuenire tandē aliquando meretur labor obsecratoris. Nonnunquam etiā puræ orationis affectus, & bona illa orationis suauitas nō inuenit, sed quasi inuenit eum nō petentē, non querentē, non pulsantē, & quasi nescientē gratia præuenit: & tanquam genus feruorum recipitur in mensa filiorum, cum rudis adhuc & incipiens animus in eum orandi allumitur affectum, qui pro præmijs sanctitatis reddi solet meritis perfectorum. Quod cum fit, agit ut uel in iudicium suum nō liceat scire negligenti quid negligat, uel ut prouocatio charitatis amorē in eo ultrō se offerentis accendat. In quo pro dolor, plurimi falluntur, quia cum pascuntur pane filiorum, iam se esse filios arbitrantur: et deficientes, unde proficere debebant, ex uilitate gratia euanescent a conscientia sua, arbitantes se aliquid esse, cum nihil sint: & de bonis Dei non emendantur, sed indurantur, et fiunt de quibus Psalmista dicit: Inimici Domini mētiti sunt ei, & erit tempus eorū in secula. Et cibauit illos ex adipe frumētū, et de petra melle saturauit eos. Pascuntur enim a patre Deo, aliquando de precioso gratiæ substantia ferui, ut affectent esse filij. Ipsi uero gratia Dei abutentes, efficiuntur inimici. Ut enim abutantur etiam scripturis sanctis in peccatis, uel in cōcupiscentijs suis, redeunt ad eas per orationes, dicunt sibi illud uxoris Manne: Si Dominus uoluisset nos occidere, nō suscepisset sacrificiū de manib. nostris. Quam dilecta tabernacula tua Domine uirtutum, in quibus passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, ubi reponat pullos suos. Passer inquam, naturaliter animal uitiosum, mobile, leue, importunum, garrulum, ac pronum in libidine. Et turtur luctus amica, opacæ solitudinis familiaris incolata, forma simplicitatis, exemplū castitatis. Ille sibi inuenit in eis domū quietis & securitatis. Illa nidum sibi, ubi reponat pullos suos. Quæ sunt hæc, nisi iuuenum naturaliter calidus sanguis, & feruidus animus, ætas labilis, curiositas in quiete: & uirilium maturitas, serius animus, castus, sobrius, pertæsus exteriorum quantum potest, & intra semetipsum recondens semetipsum. Quorum alterum in tabernaculis Domini uirtutum, in disciplina cellarum inuenit sibi ab omnibus uitijs quietem, firmamentum stabilitatis, & mansionem securitatis. Alterum uero in secreto cellæ secretiorem recessum conscientia, ubi reponat & nutriat sanctarum affectionū suarum fructus, & spiritualis sensus contemplationis. Passer solitarius in tecto: hoc est in altitudine cōtemplationis, calcare amat habitationem carna-

lis cōuersionis. Turtur in inferioribus fecundatur, & gaudet in fructibus humilitatis. Perfecti enim quicque & spirituales, qui turturis nomine designantur, cum ad firmamentū et robur uirtutis suæ per uirtutē obedientiæ & subiectionis perueniūt, premunt se semper ac desciunt in id quod insipientiū est: & unde infra se descendūt, inde ascendunt supra se: & humiliando se magis proficiunt, propter fructus solitudinis, qui sunt frequentes & sublimes excessus cōtemplationis, non arbitantes esse negligendā cōscientiam uoluntarię subiectionis, usum socialis uitę, et dulcedinē fraternę charitatis. Ideo uir spiritualis & corpore suo spiritualiter utens, seruitutē eius quam habet animalis homo per uim coactā, rationalis per consuetudinem subactam, accipere meretur quasi naturaliter affectam. Vbi illi est obedientia necessitatis, iste eam habet charitatis. Vbi ille uirtutes laboris plenas, iste habet eas uersas in mores. Illi uero passeres Dei sursum nitentes ad ea quæ sunt perfectorum, non elationis præsumptione, sed pietatis amore, in paupertate spiritus sui sublimati, non repelluntur ut elati, sed suscipiuntur ut deuoti: & aliquando hoc merentur experiri, quo spirituales frui: & semper affectant imitari eorum uitam actiuam, ad quorum ambiunt consolationem contemplatiuā. Sicque uno spiritu, licet nō uno gressu gradientes, æque proficiunt & spirituales in humili, & incipientes in sublimi. Et hæc sunt cellarum bene ordinarum sancta commercia, studia ueneranda, oia negociosa, quies operosa, charitas ordinata, mutuo in silentio sibi colloqui, & in absentia ab inuicem se adiuticem magis frui, proficere de inuicem: & cum se non uident ad inuicem, in alio uidere quod imitandū est, in se ipsis non nisi quod flendum est. Ego uero, sicut dicit Hieremias, uir uidens paupertatē meam, cum alienas diuitias cōputo, in memetipso erubescō, & suspiro: quia quod tracto in alieno, mallem experiri in proprio. De duobus quippe malis tolerabilius est, quod amas nō uidere, quam uidere et non habere: quamuis non sic de bonis Domini. Bona enim Domini uidere, amare est: amare uero, habere est. Ideo nitamur, in quantum possumus, ut uideamus, uidentem intelligamus, & intelligendo amemus, ut amando habeamus. Domine, super hoc ante te omne desiderium meum, & gemitus meus a te non est absconditus. De animalis uero statu transeuntes ad rationalē, ut de rationali transeamus ad spiritualē tractādo, & utinā proficiendo: primo scire debemus, quia sapientia (sicut in libro nominis eius legitur) præoccupat eos qui se cōcupiscunt: et occurrit eis, et ostēdit se in uis suis hilariter, sicut in proficiendo, sic & in meditando & tractando attingens ubique propter suū munditiā. Adiuuat enim Deus uultu suo se inuentem, mouet ac promouet, & attrahit specie summi boni se cōtemplantem. Cumque ratio proficiendo in amorem sursum ascendit, amanti &

Thren. 3.

Sapient. 6.

Sapient. 7.

desideranti gratia condescendit. Vnum saepe fiunt, quae illos duos status efficiunt, quae sunt ratio & amor, et quae ex eis efficiuntur, scilicet scientia & sapientia. Nec iam possunt aliter traclari uel cogitari, quae iam unum et unius operationis ac uirtutis sunt, & in sensu intelligentis, et in gaudio fruuentis. Quamuis ergo distinguenti bus sit alter ab altero, tamē cum sic se res obtule rit, & cogitandus & tractandus erit alter cum al tero, & in altero. Quia ergo (sicut iam supra di ctum est) quemadmodū in profectu religionis, status animalis uigilat circa corpus & hominē exteriorem componendū, & aptandū studio uirtutis: sic rationalis circa animū agere debet, uel faciendum si non est, uel excolendū & ordi nandum si est: primò uidendū est quis, uel quid sit animus ipse, quem ratio rationalē facit: quid ipsa ratio, quae animal mortale faciendo rationa le hominem perficit. Sed primò dicendū est de anima. Anima est res incorporea, rationis capax, uiuificando corpori accommodata. Haec a nimalia constituit homines, quae carnis sunt sap ientes, sensibus corporis inhaerentes. Quae ubi perfectae rationis incipit esse, nō tantum capax, sed & particeps, continuo abdicat à se nomē ge neris foeminini, & efficitur animus particeps ra tionis, regendo corpori accommodatus, uel se ipsum habēs spiritus. Quamdiu enim anima est, citò in id quod carnale est, effoeminat. Animus uerò uel spiritus, non nisi quod uirile est & spi rituale meditat. Spiritus enim hominis in ap petitu boni subtilis & efficacis naturae cōditus, & in arte creatricis sapientiae omni corpore me lior, omni etiam luce corporea lucidior ac di gnior, ob imaginem cōditoris, & capacitatem ra tionis: uicio tamē carnalis originis implicitus, peccati seruus effectus est, & captiuus in lege peccati, quae est in membris. Nec tamē omnino amisit arbitriū, id est, iudiciū rationis in iudi cando & discernendo, quamquam libertatem suam amiserit in eligēdo et agendo. Nam in pe cā peccati, et testimoniū amisse dignitatis natu ralis, positum est in signum ei arbitriū, sed capti uum. Quod etiam ante cōuersionem, & libera tionem uoluntatis, nunquam perdere potest ex toto ulla auersione ipsius uoluntatis. In quo e riam cum eo abutitur in eligendo malū pro bo no (sicut dictum est) melior est & dignior om ni corporea natura, non in se, sed in arte creatri cis ueritatis. Liberatur uerò uoluntas, quando efficitur charitas: cum charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctū, qui da tur nobis. Et tunc uerē est ratio, hoc est, habitus mentis per omnia conueniens ueritati. Cum e enim liberata uoluntate per liberantem gra tiam, spiritus agi incipit libera ratione, tūc suus est: hoc est, seipso liberē utens efficitur, & fit ani mus, & bonus animus. Animus, inquam, in quantū bene animans, & perficiens animal suū supplemento liberae rationis. Bonus autem, in quantū iam amans bonū suum, quo bonus sit, et

Anima.

Rom. 5.

sine quo nec bonus, nec animus esse potuit. Fit autem bonus animus et rationalis, diligens Do minum Deum suum in toto corde suo, et in tota anima sua, & in tota mente sua, & in omnibus uiribus suis, & non nisi in ipso seipsum, & proxi mum suum sicut seipsum. Fit autem bonus ani mus Deum timens, & mandata eius obseruans: hoc est enim omnis homo. Ratio uerò sic diffini tur à diffiniētibus, uel describit à describētibus. Aspectus animi est, quo per seipsum, non per corpus, uerum intruetur, aut ipsa ueri contempla tio, aut ipsum uerum quod cōtemplatur, aut ui ta rationalis, uel rationale obsequiū, in quo con formatur ueritati contemplat. Ratiocinatio ue rō est rationis inquisitio, hoc est aspectus eius, morio per ea quae aspicienda sunt. Ratiocinatio querit, ratio inuenit. Aspectus hic in rem aliqua cōiectus, cum eam uidet, scientia est: cū non ua let, ignorantia est hominis. Haec ergo ratio est, & instrumentum, per quod operatur, & opus quod operatur. Haec semper exerceri amat in eo quod utile est & honestū, exercitio proficiens, desidia uerò in semetipsa marcescēs. Nullum ue rō dignius et utilius exercitiū est homini eam ha bent, quam in eo quod melius habet, & in quo caeteris animalibus, et caeteris partibus suis pre eminet, quae est ipsa mens uel animus. Menti ue rō uel animo, cui caetera pars hominis regenda subdita est, nec dignius est aliquid ad quarend um, nec dulcius ad inueniendū, nec utilius ad habendū, quam quod solum ipsam mentem su pereminet, qui est solus Deus. Nec longē est ab uno quoque nostrū, qui in ipso uiuimus, moue mur, et sumus. Et non sicut in aere isto, sic in Do mino Deo nostro: sed in ipso uiuimus per fidē, mouemur & promouemur per spem, figimur per amorē. Ab ipso enim & per ipsum conditus est rationalis animus, ut ad ipsum sit cōuersio e ius, ut sit ipse bonū eius. Hic autē ex illo bono bonus, ad imaginē & similitudinē eius cōditus est, ut quamdiu hic uiuif, q̄ propius potest, acce dat ad eum similitudine, a quo sola recedit di s similitudine: ut sit is sanctus, sicut ille sanctus est: in futuro futurus beatus, sicut ille beatus est. Deniq; hoc solum magnū & bonum est, quum magnus & bonus animus suscipit, miratur & affectat quod supra eum est: & adherere festi nat similitudini suae deuota imago. Ipse enim imago Dei est. Et per hoc quod imago Dei est, intelligibile ei fit, & se posse & debere inhaerere ei cuius imago est. Ideo et in terris regit corpus sibi commissum, meliore tamē parte sui, scilicet memoria, intelligentia, et amore ibi semper con uersari amat: unde quicquid est, quicquid ha bet, se nouit accepisse, et ubi in perpetuū se man surum, et cum plena Dei uisione plenā Dei simi litudinē adepturū, quantum in hoc homini spe randum est, sperare ei licet, si bonae spei uitam suam nō negligat cōformare. Illuc ergo spectat, unde pendet, plus cum hominibus cōmorans, ut uiuificet eos uita Dei ad quarendā & capien da diuina

Ecclesi. 12. Ratio.

Ratiocinatio.

Psal. 110. 2. Cor. 6.

Acto. 17.

1. Cor. 11.

da diuina, quam ut animet uita ista mortali & humana. Sicut enim corpus quod animat, natu rali statu suo erigitur in caelū, quod natura & lo co, et dignitate, & loca omnia & corpora supere minet: sic spiritualis ipse natura, ad ea quae in spi ritualibus praeminēt, hoc est ad Deum, et diuina erigere semper amat semetipsum, nō superbe sapiēdo, sed pie amando, sobrie, & iuste, et pie ui uendo: qui quanto altius est quo nitit, tanto for tioribus exercitiorum studijs exercendus est: & quae eum nō perfundant, sed intingāt, sic q̄ affi ciant, ut perficiant. Studia uerò haec est literis a liquando adiuuant & utantur, non tamen litera toria sunt, nō cauillantia, nō disputantia, nō gar rula, sed spiritualia, pacifica, & humilia, humili bus cōsentientia. Quae etsi foris exercent, intus potius aguntur in spiritu mentis, ubi renouatur homo de die in diem, induens nouū hominem, qui secundū Deum creatus est, in sanctitate & iustitia ueritatis. Ibi enim fit animus, ibi fit intel lectus bonus omnibus facientibus eum: cum se cundum regulam ab Apostolo datam, in omni bus exhibemus nos sicut Dei ministros, in mul ta paciētia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in laboribus, in uigilijs, in carcere cellae, in ieiunijs, in castitate, in sciētia, in longa nimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in chari tate nō ficta, in uerbo ueritatis, & uirtute Dei, per arma iustitiae à dextris & à sinistris, per glo riam & ignobilitatē, per infamiam & bonam fa mam, ut seductores & ueraces, sicut ignoti et co gniti, quasi morientes, & ecce uiuimus, ut casti gati, & nō mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locu plerantes: tanquā nihil habētes, & omnia possi dentes: in labore et aerumna, in fame & siti, in fri gore & nuditate. Haec & huiusmodi sunt studia sancta, exercitia apostolica, in quibus discunt se animus, & inuenit, & emendat, mundans se ab omni inquinamēto carnis, ac spiritus perficiens sanctificationē in timore Dei. Studia haec silen tium amant, quietem desiderant cordis in labo re corporis, paupertatē spiritus, & pacem in ex terioribus pressuris, & bonā conscientia in om ni puritate cordis & corporis. Haec faciunt ani mum: quia unde faciant, habēt. Vana uerò illa, nugigerula, uerbosa, contentiosa, curiosa, ambi tiosa, etiam sanctū animū, uel iam perfectum dis sipant & corrumpūt. Haec studia scrutant uirtu tum, nō tam flores, quam radices, nō ut luceāt, sed ut sint: non ut sciant, sed ut habeant. Vitiōrū uerò plus in semetipsis metuūt appetitū, quam ab alijs impetū: plus contagiū, quam malitiam. Sicut enim aliquando magno labore, & studio perseverante, uirtutes trahunt in affectū & men tem bonā: sic uicia leuissima remissionis licentiae opportunitate transeunt in consperionem, & quasi naturalia efficiunt. Sed nullum uitium na turale est, uirtus uerò omnis, homini natura lis est. Consuetudo tamē uel uolūtatis corrupte, uel inolitae negligentiae, plurima saepe uicia quali

naturalia in neglecta conscientia efficere solet. Consuetudo quippe, sicut philosophi dicere so lent, est secunda natura. Omnis tamē malus ani mus priusquam indurescat, molliri potest mali tia eius: sed nec postquam induruerit, desperan dus est. Haec enim maledictio est Adā, ut in ter ra laboris nostri, & in agro cordis uel corporis nostri, noxia uel inutilia gratuito passim ubiq; proueniāt: utilia uerò uel necessaria et salubria, cum labore. Virtus tamē quoniam naturae res est, cum uenit in animū aliquando, nō uenit sine la bore: sed uenit in locum suū, & sedet fideliter, et bene cum ea naturae cōuenit, cum nullū praemiū potius sit ei, quam in Deo conscientia sui. Vitiū uerò cum nihil aliud esse credatur, quam priua tio uirtutis, tamē uastitas eius & enormitas tan ta nonnunquā quali sentitur, ut obruat & oppri mat: foeditas tanta, ut inquinet & inficiat: adhæ sio tam pertinax cōsuetudinīs, ut uix à se eam na tura exeat. Omnis enim uitij frustra siccat ri uis, si fons non fuerit obturatus. Verbi gratia: Remissa uoluntas facit mentis leuitatē, ex qua prodeunt instabilitas mentis, incōstantia morū, uana laetitia saepe usq; ad lasciuia carnis, uanā tristitia nonnunquā usq; ad aegritudinem corpō ris, & multa alia in negligentia uel transgressio ne propositi ex leuitatis uitio ueniētia. Sic etiam superba ex usu uoluntas, in magna saepe cordis inopia tumentem efficit animum. Vnde proce dunt uana gloria, fiducia sui, negligentia Dei, ia ctantia, inobedientia, cōtemptus, praesumptio, & caeterae animi pestes, quae profluere solent ex tumore, et usu superbiae. Et in hunc modum om nia genera uitiorum ex aliquo malae uoluntatis affectu, uel malae consuetudinīs usu, suam lingu la ducunt matricem originem: quae quanto diu tius menti inolita est, tanto fortius haeret, & for tioribus remedijs eget, et curam requirit diligen tiorē. Huiusmodi enim pestes uitiorū, usq; in ultimam solitudinem solitarium persequuntur. Et sicut bene concreta uirtus, & fideliter animo insidens, possessorem suum in nulla deserit mul titudine: sic uitium consuetudinīs, possessum suum liberum esse non patitur in qualibet soli tudine. Nam nisi pertinaci studio, & prudenti opera expugnata fuerit consuetudo, leniri po test, uinci uix potest: & quomodocumq; se com ponat animus, & in quauis solitudine habitet, secretum uel silentium cordis esse non patitur. Cui quo maiorem contigerit inesse usum con suetudinīs & uoluntatis, eo nequior & rebel lior in eo inuenitur, non tam malitia spiritualis, quam quasi manibus expellēda multiplex que dam collectio & dura corpulentia necessitatis. Sed redeamus ad laudem uirtutis. Quid est uirtus? Filia rationis, sed magis gratiae. Vis enim quaedam est ex natura. Ut autem uirtus sit, habet ex gratia. Vis est ex iudicio approbantis rationis: uirtus autem ex appetitu illuminatae uoluntatis. Virtus enim est uoluntarius in bo num assensus. Virtus, est aequalitas quaedā uitae,

B

C

virtus.

per omnia congruentes rationi. Virtus est ad iudicium rationis usus liberae uoluntatis. Virtus quaedam est humilitas. Virtus quaedam est patientia. Virtus quaedam est obedientia. Virtutes sunt prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia, & aliae quamplures: in quibus singulis non est aliud uirtus, quam (sicut dictum est) ad iudicium rationis usus liberae uoluntatis. Bona enim uoluntas in animo est origo omnium bonorum, & omnium mater uirtutum. Sic econuerso mala uoluntas, est origo omnium malorum et uitiorum. Ideo custos animae suae, ualde sollicitus esse debet circa custodiam uoluntatis suae, ut prudenter intelligat & discernat quid in totum uelit, uel uolendum sibi sit, sicut est amor Dei: quid propter illud, sicut est amor proximi. Ut enim in illo tuta sit omnis indiscretio, in hoc semper secundum obedientiae regulas cauta & prudens debet esse dilectio. In dilectione quippe Dei non alia ratio, non alia discretio est, nisi ut sicut ille cum dilexisset nos, in fine dilexit nos: sic, si fieri potest, in infinitum diligamus eum nos, sicut beatus uir qui in mandatis eius cupit nimis. Sed cum nullum finem, uel terminum habere debeat deuotio amantis: tamen terminos suos, fines & regulas habere debet actio operantis. Vbi ne aliquando oberret nimia uoluntas, necesse est quod semper adsit mediante obedientia custodis ueritas. Nihil enim in bonum hominis in Deum proficientis, tam sibi conuenit, quam uoluntas & ueritas. Haec duo sunt, quae, sicut dicit Dominus, si consenserint in unum, quodcumque petierint, fiet eis a Deo patre. Si duo haec in unum perfecte consenserint, omnem in se continent uirtutum plenitudinem, sine uitio intercurrente omnia possunt in homine etiam languere, omnia habent et possident in homine nihil habente: dant, mutuunt, conferunt, profunt in homine secum quiescente. Gloria & diuitiae in conscientia sancti uiri illius, ex fructibus bonae uoluntatis eius. Foris uero non ex uno latere, sicut scutum huius mundi, sed undique eum circumdat scutum ueritatis Dei. Hilaritatem enim eum & iucundum intus semper efficit bona uoluntas: in exteriori uero actione feruor & graue, tutum ac securum reddit ueritas. Ideoque supergressus humana homo ille, semper in sereno est: sicut de aere illo homines ferunt, qui super globum lunae est. Voluntas, naturalis quidam animi appetitus est, alius in Deum, & circa interiora sua: alius circa corpus, & circa exteriora & corporalia. Haec cum sursum tendit, sicut ignis ad locum suum: hoc est, cum sociatur ueritati, & mouet ad altiora, amor est. Cum uero promouetur, & lactatur a gratia, dilectio est. Cum apprehendit, cum tenet, cum fruit, charitas est, unitas spiritus est, Deus est. Deus enim charitas est. In his autem cum consummauerit homo, tunc incipit: quia nulla horum in hac uita plena perfectio est. Cum uero declinat in ea quae carnis sunt, concupiscentia carnis est. Cum in curiositate seculi, concupiscentia oculorum est. Cum uero

Psal. 111.

Matth. 18.

1. Ioan. 4.

Eccl. 18.

in ambitione gloriae uel honoris, superbia uitae est. Quando tamē huiusmodi utilitati seu necessitati naturae seruit, natura est, uel appetitus eius. Cum uero in superflua se exponit, uel noxia, uel uitium naturae est, uel sui ipsius. Quorum primo appetitu uel accessu, de temetipso tibi hoc capere licet argumentum. Cum in eis quae ad corpus spectant, in rebus necessarijs, uoluntas primo appetitui finem facit, naturalis animi appetitus est. Cum uero in appetendo semper ad ulteriora progreditur, ipsum se prodat: quia iam non tam uoluntas, quam uitium uoluntatis, est auaritia uel cupiditas, uel aliquid huiusmodi. Voluntati enim in huiusmodi citò satis est: uitij uero eius nunquam satis est. Haec in spiritualibus & in eis quae ad Deum sunt, cum uult quod potest, laudanda est: cum uult quod non potest, & plus quam potest, regenda est: cum non uult quod potest, excitanda est & prouocanda. Saepē enim si non frenat, impetum facit, & agitur in praecipit. Saepē si non excitatur, dormit, et tardat, et obliuiscitur quod tendebat: & facile declinat, quasi a latere in obligationes oblatae delectationis. Ideoque sicut in corpore etiam solet fieri (melius enim corpus hominis ab alio uidetur, quam seipsum uideat) in huiusmodi nos saepe melius uidet alienus oculus, quam nosmet: & alius qui non est pariter in seruire eiusdem uoluntatis, rectior saepe iudex est actionis: quia saepe uel negligentia, uel privato amore nostri erramus in nobis. Bona ergo custos uoluntatis est obedientia, siue imperij illa sit, siue consilij, siue subiectionis, siue solius charitatis. Purius enim ac dulcius secundum Apostolum Petrum, ad pares, seu etiam ad minores suos, filij obedientiae castificant corda sua in obedientiam charitatis, quam ad maiores subigant per obedientiam necessitatis. In illa enim sola uel praecipit uel consulit, & obedit charitas. Hic autem poenā timet, uel minas imperiosa necessitas. Et in illa obediēti saepe debetur maior gloria: in ista uero inobediēti maior semper infertur poena. Ergo in homine sursum cor habente propter exteriora sua regenda, moderauda, componenda, palam omnibus est quam necessaria sit uoluntati custodia sua, amplius autem propter interiora sua. Animo enim saepe seipsum uel Deum cogitantē, ipsa uoluntas in omni cogitatione princeps est: & necessariò principium uoluntatis sequitur omnis tenor cogitationis. Tria enim sunt quae cogitationem faciunt, uoluntas, memoria, et intellectus. Voluntas cogit memoriam ut proferat materiam: cogit etiam intellectum ad formandum quod profertur, adhibens intellectum memorie, ut inde formetur: intellectui uero aciem cogitantis, ut inde cogitetur. Quae quia in unum cogit uoluntas, & facili quodam nutu copulat, a cogendo cogitatio nomen accepisse uidetur. Hinc sunt cogitationes omnes, aliae bonae & sanctae, & dignae Deo: aliae malae & peruersae, quae separant a Deo: aliae ociosae & uanae, a quibus se aufert Deus. Hinc enim dicitur, quod peruersae cogitationes separant a Deo,

1. Pet. 5.

Sap. 1.

Deo: & quia spiritus sanctus aufert se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu. In quibus uerbis aduertendū est, quia sine omni intellectu nullatenus cogitari potest, & nulla omnino cogitatio sine omni intellectu est. Sed alius est intellectus ex ui naturalis rationis, alius ex uirtute mentis rationalis. Intellectus quidem idē ipse est, qui quocumque seu in bonum seu in malum applicatus fuerit, naturaliter uiget. Sed alius inuenitur sibi relictus, alius a gratia illuminatus. Ille seculi rebus, & serijs & nugatorijs se non negat. Hic autem non nisi dignis se rebus, & similibus sibi seipsum accommodat. Ille saepe operatur sicut sibi relictus, et uitio infectus ex uir rationis, et uitio corrupte uoluntatis, texens peruersas cogitationes, quibus semetipsum qui cogitat, sponte separat a Deo. Hic autem semper sicut illuminatus, & uirtuti affectus, operatur pietate, quae cogitantē coniungit Deo. Quae uero secundo loco ponuntur cogitationes sine intellectu, ipsae sunt uanae ille & ociosae neutro intellectui per cogitantis intentionem se applicantes: non repente perimentes, sed sensim et paulatim corruptentes, occupantes tempus, necessaria impediētes, & animum inficientes: non tam cogitationes, quam ex ueris et imaginarijs recordationibus simulachra quaedam cogitationum, seu ipsae recordationes ultro & multipliciter de memoria scaturientes. In quibus passio quaedam uoluntatis potius uidetur esse quam actio: cum nulla sit in eis cogitantis intentio: cum quod sponte ebullit de memoria, formandum se offert intellectui non curanti, & quicquid agitur, uidetur potius agi in somnio dormientis, quam in acie cogitantis. Vbi tamen etsi a se repellere spiritum sanctum non est in uoto cogitantis, sit tamen ex culpa negligentis, ut spiritus sanctus disciplinae merito auferat se a cogitationibus indisciplinatis. Quae quamuis fiant per uim quandam occultam rationis, non tamē sunt ex ratione, & trahitur in eas intellectus, cum nullus sit in eis intelligentis assensus. Vbi uero serio de rebus serijs bene cogitatur, uoluntas libero arbitrio de memoria euocat, quodcumque opus habet, & intellectum formantem memoriam adhibet, formatumque quicquid illud est intellectus adhibet acie cogitantis, & sic peragitur negotium cogitationis. Cum uero de his quae de Deo uel ad Deum sunt cogitatur, & uoluntas eò proficit ut amor fiat, continuo per uiam amoris infundit se spiritus sanctus, spiritus uitae, & omnia uiuificat, adiuuans seu in oratione, seu in meditatione, seu in tractatu infirmitatem cogitantis. Et continuo memoria efficitur sapientia, cum suauiter ei sapiunt bona Dei, & quod ex eis cogitatum est formandū in affectu, adhibet intellectui. Intellectus uero cogitantis, efficitur contemplatio amantis, & formans illud in quodā spiritualis uel diuinæ suauitatis experientias, afficit ex eis aciem cogitantis, illa uero efficitur gaudium fruētis. Et tunc de Deo bene cogitatur secundum humanum modum, si tamen cogitatio dicitur

da est, ubi nil cogit, nec cogitur, sed tantummodo in memoriam abundantiae suauitatis Dei exultat, iubilatur, & uere sentitur de eo in bonitate, ab eo qui in simplicitate cordis quaesiuit illum. Sed modus hic cogitandi de Deo non est in arbitrio cogitantis, sed in gratia donantis, scilicet cum spiritus sanctus, qui ubi uult spirat, quando uult, & quomodo uult, & quibus uult, in hoc aspirat. Sed hominis est iugiter praeparare cor, uoluntatem expediendo ab affectionibus alienis, rationem uel intellectum a sollicitudinibus, memoriam ab ociosis & negociosis, nonnunquam & a necessarijs occupationibus, ut in die bona Domini et in hora beneplaciti eius, cum audierit uocem spiritus spirantis, ea quae cogitationem faciunt, continuo libere concurrant sibi, & cooperentur in bonum, & quasi symbolum faciant in gaudium cogitantis: uoluntas exhibendo in gaudium Domini puram affectionem, memoria materiam fidelem, intellectus experientiam suauitatem. Sic ergo uoluntas neglecta facit cogitationes ociosas, & indignas Deo. Corrupta peruersas, quae separant a Deo. Recta, necessaria ad usum uitae huius. Pia, efficaces ad fructum spiritus, & ad fruendum Deo. Fructus autem spiritus sunt, sicut Apostolus dicit, charitas, pax, gaudium, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Et in omni genere cogitationis, omnia quaecumque cogitanti occurrunt, conformantur intentioni uoluntatis, agente in eis misericordia & iudicio Dei, ut iustus iustificetur adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Ideo homini Deum amare uolenti, uel iam amanti, suus semper consulendus est animus, examinanda conscientia, quid sit quod in totum uult, & propter quod uult, quicquid aliud uult spiritus uel odit, quicquid contra illud caro concupiscit. Incidentes enim quasi extrinsecus & decidetes cogitationes, et praeteruolitantes uoluntates quibus modò uult, modò non uult, nequaquam inter uoluntates, sed penè inter ociosas deputandae sunt cogitationes. Nam etsi aliquando fiunt usque ad delectationem animi, citò tamē inde se excutit animus compos sui. Quod autem in totum uult, primò considerandum est ei quid illud sit quod sic uelit, deinde quantum uelit, & quomodo uelit. Sic quod in totum uult, Deus est, discutiendum est ei quantum uelit, & quomodo uelit, & utrum usque in contemptum suipsum, omniumque quae sunt uel esse possunt: et hoc non tantum ex iudicio rationis, sed etiam ex affectu mentis, ut iam uoluntas plusquam uoluntas sit, ut amor sit, ut dilectio sit, ut sit charitas, sic unitas spiritus. Sic enim diligendus est Deus. Magna enim uoluntas ad Deum, amor est, dilectio, adhesio siue coniunctio, charitas, fruitio. Vnitas uero spiritus cum Deo homini sursum cor habenti, proficientis in Deum uoluntatis est perfectio, cum iam non solummodo uult quod Deus uult, sed sic est non tantum affectus, sed in affectu perfectus, ut non possit uelle nisi quod Deus uult,

Galat. 5.

Apo. 20.

uult. Velle autē quod uult Deus, hoc est iam si
 milē Deo esse. Non posse uelle, nisi quod Deus
 uult: hoc est iam esse qd Deus est, cui uelle & ef-
 se idipsum est. Vnde bene dicit, quod tunc ple-
 ne uidebimus eum sicuti est, cum similes ei eri-
 mus: hoc est, erimus quod ipse est. Quibus enim
 potestas data est filios Dei fieri, data est pote-
 stas, non quidem ut sint Deus, sed sint tamen
 quod Deus est: sint sancti, futuri plene beati,
 quod Deus est. Nec aliunde hic sancti, nec ibi
 futuri beati, quam ex Deo, qui eorū & sanctitas
 & beatitudo est. Er hæc hominis est perfectio,
 similitudo Dei. Perfectū autem nolle esse, delin-
 quere est. Et ideo huic perfectioni nutrienda est
 semper uolūtas, amor præparandus, uolūtas co-
 hibenda, ne in aliena dissipef: amor seruandus,
 ne inquinetur. Propter hoc enim solum creati
 sumus & uiuimus, ut Deo similes simus, cum ad
 Dei imaginē creati simus. Est autem Dei simili-
 tudo quædā, quam nemo uiuens nisi cum uita
 exiuit, quam omni homini in testimoniū amillæ
 melioris & dignioris similitudinis, creator om-
 nium hominū reliquit, quam habet et uolens et
 nolens: & qui eam cogitare potest, et qui tam he-
 bes est ut eā cogitare nō possit: scilicet quod si-
 cut ubiq; Deus est, & ubiq; totus est in creatura
 sua, sic & in corpore suo omnis uiuēs anima. Et
 sicut semper sibi indissimilis Deus, indissimili-
 ter dissimilia in creatura operaf: sic anima homi-
 nis quāuis totum corpus uiuificās indissimili ui-
 ta, in sensibus tamen corporis, & in cogitationi-
 bus cordis, indissimiliter operaf assidue dissimi-
 lia. Hæc similitudo Dei in homine, quantum ad
 meritū eius, nullius apud Deum est momēti, cū
 naturæ, nō uolūtatē eius sit, uel laboris. Sed est
 alia magis Deo propinqua similitudo, in quan-
 tum uolūtarīa, quæ in uirtutibus cōsistit: in qua
 animus uirtutis magnitudine summī boni qua-
 si imitari gestit magnitudinē, & perseueratiæ in
 bono cōstantiæ, æternitatis eius in cōmutabilita-
 tē. Super hanc autē alia est adhuc similitudo Dei.
 Hæc est de qua iā aliquāta dicta sunt, intantū p-
 priē ppria, ut nō iām similitudo, sed unitas spiri-
 tus nominēf: cū sit homo cū Deo unus spiritus,
 nō tantū unitate uolendī idem, sed expressiōre
 quadā unitate uirtutis (sicut iam dictū est) aliud
 uelle nō ualendi. Dicitur autem hæc unitas spiri-
 tus, non tantū quia efficit eam, uel afficit ei spiri-
 tum hominis spiritus sanctus, sed quia ipsa ipse
 est spiritus sanctus: Deus charitas, cum per eum
 qui est amor patris & filij, & unitas, & suauitas,
 & bonum, & osculū, & amplexus, & quicquid
 commune potest esse amborū in summa illa uni-
 tate ueritatis, & ueritate unitatis: hoc idem ho-
 mini suo modo fit ad Deum, quod cum substan-
 tiali unitate filio est ad patrē, uel patri ad filium,
 cum in amplexu & osculo patris & filij mediam
 quodammodo se inuenit beata cōscientia, cum
 modo ineffabili in cogitabiliq; fieri merēf homo
 Dei, nō Deus, sed tamē quod Deus est ex natu-
 ra, homo ex gratia: unde in catalogo spiritaliū

exercitiorum Apostolus prudenter interseruit
 spiritum sanctum, dicens: In castitate, in sciētia,
 in lōganimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in
 charitate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute
 Dei. Vide enim quomodo tanquā omnia faciē-
 tem, ordinantem, et uiuificantem, in medio bo-
 narum uirtutū, sicut cor in medio corporis, con-
 stituit spiritum sanctum. Ipse est enim omni-
 tens artifex, creans hominis ad Deum bonā uo-
 luntatem: Dei ad hominē faciens propitiatio-
 nem, formans affectionē, dans uirtutem, iuuans
 operationem, agens omnia fortiter, & disponēs
 omnia suauiter. Ipse uiuificat spiritum hominis,
 & continet in unum: sicut & ille uiuificat, & in
 unum cōtinet corpus suum. Homines doceant
 Deū quærere, angelī adorare: solus ipse est qui
 docet inuenire, habere & frui. Ipse enim est &
 sollicitudo bene quærentis, & pietas in spiritu et
 ueritate adorantis: & sapientia inuenientis, & a-
 mor habentis, et gaudium fruētis. Quicquid ta-
 men de uisione & cognitione Dei hic fidelibus
 impartitur, speculum est & anigma, tantum di-
 stans à futura uisione & cognitione, quantum à
 ueritate distat fides: uel tempus ab æternitate,
 nisi cum aliquādo fit, quod de eo in libro Iob le-
 gitur: Qui abscondit lucem in manibus, & præ-
 cipit ei ut rursū oriatur: & annūciat de ea dile-
 cto suo quod possessio eius sit, & ad eam possit
 peruenire. Electo enim & dilecto Dei, aliquan-
 do uicissim lumen quoddā uultus Dei ostendit
 (sicut lumen clausum in manibus patet et la-
 tet ad arbitrium tenentis) ut per hoc quod quasi
 in transcursum uel in pūcto permittit uidere, in-
 ardescat animus ad plenam possessionem lumi-
 nis æterni, & hæreditatē plenæ uisionis Dei: cui
 ut innotescat aliquatenus id quod ei deest, nō-
 nunquā (quasi pertransiēs) gratia pstringit sen-
 sum amātis, & eripit ipsum sibi, et rapit in diem,
 qui est à tumultu rerū ad gaudia silentia. Et pro
 modulo suo ad momentū, ad punctū, idipsum
 ostendens ei uidentū, sicuti est: interim etiam et
 ipsum efficit in idipsum, ut sit suo modo sicut il-
 lud est. Vbi cum didicerit quid inter sit inter mū-
 dum & immundū, redditur sibi, & remittitur ad
 mundandū cor ad uisionem, ad aptandū ani-
 mum ad similitudinē, ut si aliquādo rursū ad-
 mittatur, sit purior adhuc ad uidentū, & stabili-
 or ad fruendū. Nusquam enim se melius depre-
 hendit modus humanæ imperfectionis, quam
 in lumine uultus Dei, in speculo diuinæ uisio-
 nis. Vbi in die qui est, plus & plus uidens quid
 sibi deest, emēdat in dies similitudinē, quicquid
 deliquit dissimilitudinē: similitudinē ei appro-
 pinquans, à quo longē factus est per dissimilitu-
 dinem. Et sic expressiorem uisionem expressior
 semper similitudo comitatur. Impossibile quip-
 pe est uideri summū bonum, & non amari: nec
 non tantum amari quantum datum fuerit uide-
 ri, quousque amor proficiat in aliquam simili-
 tudinem amoris illius, qui Deum similem fe-
 cit homini per humiliationem humanæ con-
 ditionis,

1. Ioh. 1. 3.

Gene. 1.

1. Cor. 6.

Iob. 16.

ditionis, ut hominē similem Deo constituat per
 glorificationem diuinæ participationis. Et tunc
 dulce est homini cohūmilitari summæ maiestati,
 compauperari filio Dei, diuinæ sapientiæ cōfor-
 mari, hoc sentienti in seipso, quod & in Christo
 Iesu Domino nostro. Hic enim est sapientia, a-
 mor cum timore, exultatio cum tremore, cum co-
 gitatur & intelligitur Deus humiliatus usq; ad
 mortem (mortem autem crucis) ut hominem ex-
 altet usq; ad similitudinē diuinitatis. Hinc ema-
 nat fluminis impetus lætificans ciuitatem Dei,
 memoria abundantie suauitatis eius in intelli-
 gendis & cogitādis circa nos bonis eius. In quo
 cum ad Deum amandum faciliē hominem addu-
 cant pensata, uel etiam contemplata eius amabi-
 lia, per seipsa in affectu cōtemplantis elucētia,
 potentia eius, uirtus eius, gloria, maiestas, boni-
 tas, beatitudo: hoc potissimum amantem rapit
 in amabile, quod ipse in semetipso est quicquid
 in eo amabile est, qui est totum quod est, si tamē
 totū est ubi pars non est. Cui bono, amore ipsius
 boni, sic se intendit pius affectus, ut non se inde
 reuocet, donec unum uel unus cum eo spiritus
 fuerit effectus. Quod cum in eo fuerit perfectū,
 iam solo mortalitatis huius uelo diuiditur ac dif-
 fertur à sanctis sanctorū, à summa illa beatitudi-
 ne supercœlesti: qua tamē cum iam in fide & spe
 eius quem amat fruitur in conscientia, iam quod
 superest uite huius, tolerabili præstolatur patien-
 tia. Et hæc est destinatio solitarij certaminis, hic
 finis, hoc præmium, hæc requies laborum, con-
 solatio dolorum. Et ipsa est perfectio & uera ho-
 minis sapientia, omnes in se amplectens & con-
 tinens uirtutes, nō aliunde collectas, sed natura-
 liter insitas sibi, ad similitudinē illam Dei, qua
 est ipse quicquid est: cum sicut Deus est id quod
 est, sic circa bonū uirtutis, habitus bonæ uolunta-
 tis in bonam mentē, sic consolidatus & affectus
 est, ut ex ardentissima boni incommutabilis ad-
 hæsiōne, nullatenus uideatur iam posse mutari
 ab eo quod est. Cum enim sit circa hominē Dei
 assumptio illa Domini & sancti Israel regis no-
 stri, sapiens & pius animus per illuminantem &
 adiuuantem gratiam in contemplatione summī
 boni, speculatur etiam regulas incommutabilis
 ueritatis, in quantum ad eas pertingere meretur
 intellectu amoris: & exinde format sibi modū
 conuersationis cuiusdam cœlestis, & formam
 sanctitatis. Speculatur enim summam uerita-
 tem, & quæ ex ea uera sunt: summum bonum,
 & quæ ex eo bona sunt: summam essentiam, &
 quæ ex ea sunt. Illi ueritati, illi charitati, illi æter-
 nitati se conformans, in istis se ordinans: illis nō
 superuolūtas iudicando, sed suspiciens deside-
 rando, uel inhærens amando: ista suspiciens, &
 eis se coaptans & cōformans, non sine discretio-
 nis iudicio, non sine examine ratiocinationis, &
 iudicio rationis. Ex quo concipiuntur & oriun-
 tur uirtutes sanctæ, & imago Dei reformatur in
 homine: & uita illa Dei ordinatur, à qua homi-
 nes quosdā alienatos coqueritur Apostolus, &

colligitur robur uirtutis, et duo illa in quibus cō-
 templatiuē perfectio constat, & actiue: de qui-
 bus iuxta antiquos illos interpretes legitur in
 Iob: Ecce pietas est sapiētia: abstinere uero à ma-
 lo, scientia est. Sapiētia enim pietas est, hoc est
 cultus Dei, amor quo eum uidere desideramus:
 & uidentes in speculo & in anigmate credimus
 & speramus, et in hoc proficimus, ut eum uidea-
 mus in manifestatione. Abstinere uero à malis,
 scientia temporalium est, in quibus nos sumus:
 in quibus intantū abstinemus à malis, in quantū
 ad bonā studemus. Ad hanc scientiā & ad hanc
 abstinētiā spectare inueniuntur primò omniū
 uirtutū exercitia, deinde omniū artū uita huius
 in qua uersamur disciplina. Quorū alterū, id est
 studiū uirtutū respicere potius uidef ad superio-
 ra, quasi superioris sapientiæ præferētia uirtutē,
 & redolentia suauitatē. Alterum, quod circa cor-
 poralia fit exercitia, nisi fidei religioe religef,
 defluit in inferiorū uanitatē. In quibus, cū scien-
 tia sit res siue ratione, siue sensibus corporis com-
 prehēsa, & memoriæ commendata: si bene res
 perpenditur, id propriē quod apprehendimus
 sensibus, omnino scientiæ deputandū est. Quod
 uerò per semetipsam ratio in huiusmodi appre-
 hendit, hoc iam est, in quo se sibi scientia atq; sa-
 pientia conterminant. Quicquid enim aliunde
 discitur, scilicet per sensus corporis, quasi alienū
 & aduentitiū menti ingeritur. Quod uerò spon-
 tē uenit in mentem siue ex ipsa uī rationis, siue
 incommutabilium legum incommutabilis ueri-
 tatis naturali intelligentia, ex qua etiam impijsi
 mi homines nonnunquam rectissimē iudica-
 re inueniuntur, hoc sic ipsi inest rationi, ut hoc
 ipsum ipsa ratio sit: nec tam commendatur ei per
 doctrinam aliquam, ut scientia sit, quam uel alio
 cōmonente, uel ipsa commemorante hoc ipsum
 sibi inesse, naturaliter intellectus ei sit. In quo
 hoc potissimum est, cum quod notum est Dei,
 Deo naturaliter reuelante manifestum sit homi-
 ni etiam impio. Deinde affectus uirtutum natu-
 ralis, de quo licuit dicere ethnicū Poetam, Ode-
 runt peccare boni uirtutis amore: deinde per in-
 quisionem ratiocinationum quelibet discretio
 rationabilium. Infima uerò pars est scientiæ, &
 deorsum uergēs sensibilibus animalis experien-
 tia, quæ fit per quinque sensus corporis, & concu-
 piscētiā et experientiam carnis, siue oculorū,
 siue superbiæ huius uitæ. Cum ratio ergo sapien-
 tiæ conformata, format sibi conscientia, & ordi-
 nat uitam: in inferioribus scientiæ aptat sibi ser-
 uitudinem, et sufficientiam naturę, in ratiocinatio-
 nibus & rationabilibus ordinem uitæ, in obtentu
 uirtutum formam cōscientiæ. Sicq; ab inferiori-
 bus promotā, à superioribus adiuta, pergens in
 id quod rectum est, & iudicio rationis, & assensu
 uoluntatis, & mētis affectu, & operis effectū,
 erumpere festinat in libertatem spiritus & uni-
 tatem: ut, sicut iam sæpe dictum est, fidelis ho-
 mo unus spiritus efficiatur cum Deo. Et ipsa est
 (de qua paulo antē diximus) uita Dei, quæ non
 tam

Iob. 28.

Horatius.

ram rationis est profectus, quam iam in sapientia perfectionis affectus. Hæc enim quia iam sapiunt sapienti, sapiens est: quia factus est unus spiritus cum Deo, spiritualis est. Et hæc in hac uita hominis perfectio est. Iam enim qui hæc tenus fuit solitarius uel solus, efficitur unus, & solitudo ei corporis uertitur in unitatem mentis. Et impletur in eo, quod Dominus pro discipulis in clausula omnis perfectionis orauit dicens: Pater, uolo ut sicut ego & tu unum sumus, ita & ipsi in nobis unum sint. Hæc enim unitas hominis cum Deo, uel similitudo ad Deum, in quantum propinquat Deo, in quantum inferius suum conformat sibi, infimum illi: ut spiritus & anima & corpus suo modo ordinata, suis locis disposita, suis meritis æstimata, suis etiam proprietatibus cogitentur: ut incipiat homo perfecte nosse seipsum, & per cognitionem sui proficiendo, ascendere ad cognoscendum Deum. Quod cum primum exurgere et aspirare incipit, proficientis affectus, in cognitione huius similitudinis plurimum cauendus est error dissimilitudinis: scilicet ut spiritualibus spiritualia, & diuinis diuina comparando, non aliter de eis cogitetur, quam quod res habet. Cogitans ergo animus similitudinem Dei & sui, primo in hoc formet & aptet cogitationem suam, ut omnino fugiat secundum corpus cogitare seipsum: Deum uero non solum non secundum corpus sicut locale, sed neque secundum spiritum sicut mutabile. Quæ enim spiritualia sunt, tantum diuersa sunt à corporum qualitate & natura, quantum ab omni locali circumscriptione remota. Quæ uero diuina sunt, tantum supereminet omnia & corporalia & spiritualia, quantum ab omni loci uel temporis lege, uel mutabilitatis suspitione aliena, in suæ incommutabilitatis & æternitatis beatitudine incommutabilia manent & æterna. In quibus sicut quæ corporalia sunt discernit animus per corporis sensus: sic quæ sunt rationalia uel spiritualia, discernere non potest nisi per semetipsum. Quæ uero sunt Dei, non nisi à Deo querat uel expectet intellectum. Et quidem de nonnullis quæ ad Deum spectant, fas est & possibile homini ratione habenti aliquando cogitare et discquirere: sicut de dulcedine bonitatis eius, de potentia uirtutis, & alijs huiusmodi. Ipsum uero quod est id ipsum, id quod est cogitari omnino non potest, nisi quantum ad hoc sensu illuminati amoris attingi potest. Credendus est tamē Deus, & in quantum spiritus sanctus adiuuerit cogitandus, quædā uita æterna uiuens & uiuificans, immutabilis, mutabilia omnia immutabiliter faciens, intelligēs, et creans omnē intellectū et intelligentē: sapientia faciens omnē sapientē, ueritas fixa, stans indeclinabilis, ex qua uera sunt omnia quæ uera sunt, in qua sunt æternaliter rationes rerū omnīū euenientīū tēporaliter. Cuique uita ipsa essentia est, ipsa natura. Cui uita uiuens ipse sibi est, quæ est ipsa diuinitas, æternitas, magnitudo, bonitas, & uirtus in seipsa existēs &

A subsistens: excedēs omnem locum uirtute nature illocalis, æternitate uero omne tempus, quod uel ratione uel opinione cōprehēdi potest: quæ longē uerius est & excellentius, quam quolibet sentiendi genere sentiat. Certius tamen sensu humilis & illuminati amoris, quam quolibet cogitatu rationis attingitur: & semper melius est quam cogitatur, melius tamen cogitatur quam dicitur. Ipsa est enim summa essentia, ex qua omne esse proficitur: ipsa est summa substantia, non subiecta prædicamentis uocum, sed rerum omnium subsistens causale principium, in quo esse nostrum non moritur, intellectus noster non errat, amor non offenditur: qui semper queritur, ut dulcius inueniatur: dulcissimē inuenitur, ut diligentius queratur. Hoc ergo ineffabile (cum non nisi ineffabiliter uideatur) qui uult uidere, cor mundet: quia nulla corporis similitudine dormienti, nulla corporea specie uigilanti, nulla rationis indagine, nisi mundo corde humiliter amantis uideri potest, uel apprehēdi. Hæc est enim facies Domini, quam nemo potest uidere, & uiuere mundo: hæc est species, cui contemplandæ suspirat omnis qui affectat diligere Dominum Deum suum in toto corde suo, in tota anima sua, in omni mente sua, & in omnibus uiribus suis. Ad quod etiam non desinit excitare proximum suum, si diligit eum sicut seipsum. Ad quod cum aliquando admittitur, in ipso lumine ueritatis indubitanter uidet præuenientē gratiam. Cum inde repellitur, in ipsa sui cæcitate intelligit puritati eius non conuenire immunditiam suam. Et si amat, flere dulce habet, & non sine multo gemitu cogitur redire in conscientiam suam. Ad quod cogitandum omnino impares sumus, sed ignoscit quem amamus: & de quo dignē nos non posse uel dicere uel cogitare, confitemur. Et tamē ut dicamus & cogitemus, amore eius, uel amore amoris eius prouocamur & trahimur. Cogitans ergo est in omnibus humiliter semetipsum, glorificare in semetipso Dominum Deum suum. In contemplatione Dei uel lesere sibi. In amore creatoris subiectum esse omni humanæ creaturæ. Exhibere corpus suum hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationale obsequium suum. Præ omnibus autem non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & secundum datam à Deo mensuram fidei bona sua non ponere in ore hominum, sed calare in cella sua, & recondere in conscientiam, ut hunc quasi titulum & in fronte conscientiæ, & in fronte cellæ semper habeat. Secretum meum mihi, secretum meum mihi.

FINIS.

MEDI.

MEDITATIONES DEVOTISSIMAE AD HUMANAE CONDITIONIS COGNITIONEM, ALIAS LIBER DE ANIMA.

Quid conferat nobis uirium animæ consideratio Cap. I.



MULTA sciunt, & seipsum nesciunt. Alios inspicunt, & seipsum deserunt. Deum querunt per ista exteriora, deserentes sua interiora, quibus interior est Deus. Idcirco ab exterioribus redeam ad interiora, & ab interioribus ad superiora ascendam, ut possim cognoscere unde uenio, aut quod uado, quid sum, uel unde sum: & ita per cognitionem mei ualeam peruenire ad cognitionem Dei. Quanto namque in cognitione mei proficio, tanto ad cognitionem Dei accedo. Secundum interiorē hominem, tria in mente mea inuenio, per quæ Deum recolo, conspicio & concupisco. Sunt autem hæc tria, memoria, intelligentia, uoluntas siue amor. Per memoriam reminiscor. Per intelligentiam intueor. Per uoluntatem amplector. Cum Dei reminiscor, in memoria mea eum inuenio, & in ea de eo, & in eo delector, secundum quod ipse mihi donare dignatur. Intelligentia intueor quid sit Deus in seipso, quid in angelis, quid in sanctis, quid in hominibus, quid in creaturis. In seipso est incomprehensibilis, quia principium & finis. Principium sine principio, finis sine fine. Ex me intelligo quam incomprehensibilis sit Deus, quoniam me ipsum intelligere non possum, quem ipse fecit. In angelis est desiderabilis, quia in eum desiderant prospicere. In sanctis est delectabilis, quia in eo aspiduē felices lætatur. In creaturis est admirabilis, quia omnia potenter creat, sapienter gubernat, benignē dispensat. In hominibus est amabilis, quia eorum Deus est, & ipsi sunt populus eius. Ipse in eis habitat tanquam in templo suo, et ipsi sunt templum eius. Non dedignatur singulos, neque uniuersos. Quisquis eius meminit, eumque intelligit ac diligit, cum illo est. Diligere eum debemus, quoniam ipse prior dilexit nos, ad imaginem & similitudinē suā nos fecit, quod nulli alij creaturæ donare uoluit. Ad imaginem Dei facti sumus, hoc est ad intellectum & notitiam filij, per quem intelligimus & cognoscimus patrem, & accessum habemus ad eum. Tanta cognatio est inter nos & Dei filium: quod ipse imago Dei est, & nos ad imaginē eius facti sumus: quam cognitionem etiam ipsa similitudo testat, quoniam non solum ad imaginem, sed ad similitudinē eius facti sumus. Oportet itaque id quod ad imaginem est, cum imagine cōuenire, & non in uacuum nomen imaginis participare. Repraesentemus ergo in nobis imaginē eius in appetitu pacis, in intuitu ueritatis, & in amore charitatis.

Teneamus eum in memoria, portemus in conscientia, & ubique præsentem ueneremur. Mens siquidem nostra eoispo eius imago est, quo eius capax est, eiusque particeps esse potest. Non propterea eius imago est, quia sui meminit mens, sed intelligit ac diligit: sed quia potest meminisse, intelligere, ac diligere à quo facta est. Quod est factum, sapiens ipsa fit. Nihil enim tam simile est, illi summæ sapientiæ, quam mens rationalis, quæ per memoriam, intelligentiam & uoluntatem in illa trinitate ineffabili consistit. Consistere autem in illa non potest, nisi eius meminerit, eamque intelligat ac diligit. Meminerit itaque Dei sui, ad cuius imaginem facta est, eumque intelligat, diligit, atque colat, cum quo potest semper esse beata. Beata anima apud quā Deus requiem inuenit, & in cuius tabernaculo requiescit. Beata quæ dicere potest: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Negare siquidem requiem cœli ei non poterit. Cur ergo nos deserimus, & in his exterioribus Deum querimus, qui apud nos est, si nos uelimus esse apud eum? Reuera nobiscum est, & in nobis, sed adhuc per fidem, donec uidere mereamur per speciem. Nouimus, inquit, Apostolus, habitare Christum per fidem in cordibus nostris: quia Christus in fide, fides in mente, mens in corde, cor in pectore. Per fidem ergo recolo Deum creatorē, adoro redemptorē, expecto saluatorē: credo uidere in omnibus creaturis habere in seipso, & quod his omnibus ineffabiliter iucundius atque beatius est cognoscere in seipso. Patrem namque & filium cum sancto spiritu cognoscere, uita est æterna, beatitudo perfecta, summa uoluptas. Oculus non uidit, nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit, quanta claritas, quanta suauitas, & quanta iucunditas maneat nos in illa uisione, quando Deum facie ad faciem uidebimus, qui est lux illuminatorum, requies exercitatorū, patria redeuntium, uita uiuentium, corona uiuentium. Ita in mente mea quandam imaginem illius summæ trinitatis inuenio, ad quā summā trinitatem recolendam, inspiciendā & diligendā, ut eius recorder, ea delecter, & eam complectar & contempler, totum id quod uiuo, debeo referre. Mens imago Dei est, in qua sunt tria: id est, memoria, intelligentia, & uoluntas. Memoriam attribuimus omne quod scimus, etiam si non inde cogitemus. Intelligentiæ tribuimus omne quod uerum cogitando inuenimus, quod etiam memoriam commendamus. Per memoriam patri similes sumus: per intelligentiam, filio: per uoluntatē, spiritui sancto. Nihil in nobis tam simile spiritui sancto est, quam uoluntas, uel amor, siue dilectio, quæ excellentior uoluntas est. Dilectio namque donū Domini est, ita quod nullū hoc dono Dei est excellentius. Dilectio namque quæ ex Deo est, & Deus est, proprie spiritus sanctus dicitur, per quem charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per quem tota trinitas in nobis habitat.

Fit Quid

Quid ortus nostri. mortis consideratio nobis conferat. Cap. II.

Secundum exteriorem hominem de parentibus illis uenio, qui me ante fecerunt damnatum, quam natum. Peccatores peccatores in peccato suo genuerunt, & de peccato nutruerunt. Miseri miserum in hanc lucis miseriam induxerunt. Nihil ex eis habeo, nisi miseriam & peccatum, et corruptibile hoc corpus quod gesto. Ad illos uero festino, qui morte corporis hinc exierunt. Cum eorum sepulchra respicio, non inuenio in eis, nisi cinerem & uermem, foetorem & horrorem. Quod ego sum, ipsi fuerunt: & quod ipsi sunt, ego ero. Quid sum ego? Homo de humore liquido. Fui enim in momento conceptionis de humano semine conceptus. Deinde spuma illa coagulata modicum crescendo caro facta est. Postea plorans & euilians traditus sum huius mundi exilio, & ecce iam morior plenus iniquitatibus & abominationibus. Iam iam praesentabor ante districtum iudicem, de operibus meis rationem redditurus. Ve mihi misero, cum uenerit dies illa iudicij, & aperti fuerint libri in quibus omnes mei actus & cogitationes Domino praesentandae recitabunt. Tunc demisso capite praefusione malae conscientiae in iudicio coram Domino stabo trepidus & anxius, utpote commemorans scelera commissa meorum. Et cum dicetur de me, ecce homo & opera eius, reduca ante oculos omnia delicta & peccata mea. Quadam nanque uel diuina si et, ut cuique sua opera bona uel mala in memoria reuocentur: & mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset, uel excuset scientia conscientiam, atque ita simul & singuli & omnes iudicent. Iudicium faciet gestorum quisque suorum. Cunctaque cunctorum cunctis arcana patebunt. Quod enim nunc confiteri erubescimus, tunc omnibus manifestabitur: & quicquid hic dissimulando palpamus, totum illic uindex flammae. Ignis ubique ferocis raptus regnabit habentis. Quanto diutius Deus nos expectat ut emendemus, tanto districtius iudicabit si neglexerimus. Cur ergo tanto opere uitam istam desideramus, in qua quanto amplius uiuimus, tanto plus peccamus? Quanto est uita longior, tanto culpa numerosior. Quotidie nanque crescunt mala, & subtrahuntur bona, asidue uariatur homo per prospera et aduersa, & ignorat quando moriatur. Sicut enim in caelo stella coruscans uelociter currit, et repente deficit: & sicut scintilla ignis subito extinguitur, & in cinerem redigitur, sic cito finita datur istam cernere uitam. Dum enim libenter ac iucundissime moratur homo in mundo, diuque se uicturum arbitrat, ac multa in longa tempora disponit agenda, subito rapitur in mortem, & ex improviso anima aufertur a corpore. Veruntamen cum magno metu magnisque doloribus anima separatur a corpore. Veniunt enim angeli assumere illam, ut perducant eam ante tribunal iudicis meruendi: & tunc illa memorans opera sua mala & pessima, quae die nocteque gessit, con-

ns dicitur

A tremiscit, & querit illa fugere, induciasque petere dicens, Date mihi uel unius horae spatium. Tunc quasi loquentia simul opera dicent, Tu nos egisti, opera tua sumus, non te deseremus: sed tecum semper erimus, tecum pergemus ad iudicium. Victoria quoque multis & multiplicibus criminibus eam accusabunt, multaque falsa testimonia aduersus illam inuenient: quanquam uera ad damnationem eius satis possent sufficere. Daemones uero terribili uultu & horribili aspectu eam terrebunt. Ingenti furore eam persequentur & comprehendent tam terribiliter, quam horribiliter uolentes retinere & possidere, nisi sit qui eripiat. Tunc anima inueniens oculos clausos & os, aliosque corporis sensus, per quos solebat egredi & delectari in his exterinribus, reuertetur ad se: & uidens se sola & nudam, ingenti horrore concussa, desperatione deficiet in se, & cadet sub se: & quia amore mundi, & carnis uoluptate, Dei amore dereliquerat, derelinquet a Deo misera in hora tantae necessitatis, atque daemonibus tradetur in inferno crucianda. Sic anima peccatoris in die qua ignorat, & hora qua nescit, rapit a morte, & segregatur a corpore: pergitque miseris plena, tremens & dolens, & cum nulla excusatione habeat, quam pro peccatis suis possit obtendere, corabescit & per timescit ante Deum apparere. Ingenti horrore concutit, & multiplicibus cogitationum aestibus agitur: cum urgente solutione carnis, & subductis e medio omnibus se & illum terminum considerat, cui appropinquat, & post paululum hoc inuenit quod in perpetuum mutari non poterit. Considerat plane quam districtus ueniat aeternus iudex, & ante seueritatem tantae iustitiae, quas rationes uitae suae ponat. Si enim cuncta opera quae intelligere potuit, deuotaui: uentura tamen coram districto iudice illa magis quae in semetipsa non intelligit, pertimescit. Crescit pavor, cum cogitat quod uiam uitae huius nequaquam sine culpa transire potuit: nec hoc quidem quod laudabiliter uixit, sine aliquo reatu est, si remota pietate iudicet. Quis enim considerare ualeat quanta mala per momenta temporum perpetramus, et quanta bona facere negligimus? Sicut enim peccatum est perpetratio mali, sic delictum est desertio boni. Grauis siquidem iactura est, cum nec bona facimus, nec bona cogitamus: sed cor nostrum per uana & inutilia sinimus uagari. Nimis tam difficile est cor tenere, & ab illicita cogitatione seruare. Nimis etiam difficile terrenas occupationes absque peccatis ministrare. Quapropter nullus semetipsum diiudicare, & comprehendere per se potest: sed multis cogitationibus occupatus, sibi metipsum aliquo modo manet incognitus ut omnino quod tolerat, nesciat. Propterea urgente exitu, subtiliori terret metu, quia & si illa quae sciuit, nunquam se praetermisisse meminit, formidat tamen ea quae nescit. O anima Dei in se cognita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redempta sanguine, deputata cum angelis, capax beatitudinis, haeres benedictionis,

simulacrum quod ubi

in se

1779 **MEDITATIONES DEUOTISSIMAE.**

Esa. 64. **1779** **MEDITATIONES DEUOTISSIMAE.** **1780**

nitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne, unde ista pateris. Propter carnem aliena peccata tibi imputantur, & tuae iustitiae quasi pannus menstruatus reputatur, atque tu ipsa ad nihilum es redacta, & quasi nihilum & inane reputata. Nihil aliud est caro (cum qua tanta est tibi societas) nisi spuma caro facta, fragili uestita decore: sed erit, quando erit, cadaver miserum & putridum, & cibus uermium. Nam quantumcumque excolat, semper caro est. Si diligenter consideres quid per os & nares ceterosque corporis meatus egrediatur, uilius sterquilinum nunquam uideris. Si singulas eius miserias enumerare uelis, quam sit onerata peccatis, irretita uitij, pruriens concupiscentijs, occupata passionibus, polluta illusionibus, pro-na semper in malum, & in omne uitium procliuus, plena omni confusione & ignominia inuenies.

Psal. 113. Propter carnem homo uanitati similis factus est, quia ex illa uitium concupiscentiae traxit, quo capitiuus tenet & incuruat ut diligit uanitatem, & iniquitate operet. Attende homo quid fuisti ante ortum, & quid es ab ortu usque ad occasum, atque quid eris post hanc uitam. Profecto fuit quod non eras, postea de uili materia factus, & uilissimo panno inuolutus, menstrualis sanguine in utero materno fuisti nutritus, & tunica tua fuit pellis secundina. Sic indutus & ornatus uenisti ad nos: nec memor es quam sit uilis origo tua, Forma, fauor populi, feruor iuuenilis, opesque, Subripue re tibi noscere quid sit homo. Nihil aliud est homo, quam sperma foetidum, faccus stercoreum, cibus uermium. Post hominem uermis, post uermem foetor & horror. Sic in non hominem uertitur omnis homo. Cur ergo superbis homo, attendens quod fuisti uile semen & sanguis coagulatus in utero: Deinde miseris huius uitae expositus & peccato, postea uermis & cibus uermium futurus in tumulo. Quid superbis pulvis & cinis, cuius conceptus culpa, nasci poena, labere uita, necesse mori? Cur carnem tuam preciosis rebus impinguas et adornas, quam post paucos dies uermes deuoraturi sunt in sepulchro: animam uero tuam non adornas bonis operibus, quae Deo & angelis eius praesentanda est in caelis? Quare animam tuam uilipendis, & ei carnem praeposis? Domine nam ancillari, & ancillam dominari, magna abusio est. Totus quidem iste mundus ad unius animae precium aestimari non potest. Non enim pro toto mundo Deus animam suam dare uoluit, quam pro anima humana dedit. Sublimius ergo est animae precium, quae non nisi sanguine Christi redimi potuit. Quam ergo commutationem dabis pro anima tua, qui pro nihilo das illam? Nonne Dei filius cum esset in sinu patris, a regalibus sedibus pro ea descendit, ut eam liberaret a potestate diabolici? Quam cum uidisset peccatorum furnibus irretitam, iamiamque daemonibus tradendam, ut morte perpetua damnaretur: fleuit super illam, quae flere se nesciebat. Nec solum fleuit, sed etiam

Psal. 106.

A occidi se permisit, ut precioso sanguinis sui precio eam redimeret. Aspice mortalitas, pro te datur hostia talis. Agnosce homo, quam nobilis est anima tua, & quam grauis fuerint eius uulnera, pro quibus necesse fuit Christum Dominum uulnerari. Si non essent haec ad mortem, & mortem semper ternam, nunquam pro eorum remedio Dei filius moreretur. Noli ergo uilipendere animam tuam passio-nem, cui a tanta maiestate tanta uides exhiberi compassione. Fudit ipse lachrymas pro te, laua & tu per singulas noctes lectum tuum cordis concupitione, & lachrymarum assidueitate. Fudit ipse sanguinem suum, funde & tu tuum quotidiana corporis afflictione. Quem si semel ponere pro Christo non potes, saltem mitiori quodam, sed longiori martyrio pone. Noli atterere quid caro uelit, sed quid spiritus possit. Tunc enim gloriosus erit, cum ad Deum suum redierit: ita tamen si esse corpore nullum peccatum secum tulerit, & deterferit omne fordidum.

Quid futurae nostrae conditionis recordatio nobis conducat. Caput III.

Si uero dicis, durus est hic sermo, non possum mundum spernere, & carnem meam odio habere: dic mihi ubi sunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiscum erant? Nihil ex eis remanet, nisi cineres & uermes. Attende diligenter quid sunt, uel quid fuerunt. Homines fuerunt sicut tu, comederunt, biberunt, riserunt, duxerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Hic caro eorum uermibus, & illic anima ignibus deputatur, donec rursum infelici collegio colligati, sempiternis inuoluantur incendijs, qui socij fuerunt in uitijs. Vna nanque poena implicat, quos unus amor in crimine ligat. Quid profuit illis inanis gloria, breuis laetitia, mundi potentia, carnis uoluptas, falsa diuitiae, magna familia, & mala concupiscentiae? Vbi risus, ubi iocus, ubi iactantia, ubi arrogantia? De tanta laetitia, quanta tristitia? Post tantillam uoluptatem, quam grauis miseria? De illa exultatione ceciderunt in magnam miseriam, in grandem ruinam, et in magna tormeta. Quicquid illis accidit, tibi accidere potest, quia homo es. Homo de humo, limus de limo. De terra es, & de terra uiuis, & in terram reuerteris, quando uenerit dies illa ultima, quae subito uenit, & forsitan hodie erit. Certum est quia morieris, sed incertum quando, aut quomodo, uel ubi. Quoniam mors ubique te expectat, tu quoque si sapiens fueris, ubique eam expectabis. Si carnem sequeris, punieris in carne. Si in carne delectaris, cruciaberis in carne. Si curiosas uestes requiris, pro ornatu uestitum subter te sternetur tineae, & operimentum tuum erunt uermes. Iustitia enim Dei aliud iudicare non potest, nisi quod meretur opera nostra. Qui enim plus diligit mundum quam Deum, seculum quam claustrum, gulam quam abstinentiam, luxuriam quam castitatem, sequitur diabolum, & ibit cum eo in supplicium aeternum. Quis putas tunc moeror erit, quis luctus, quae tristitia, cum separabitur impij a

Job 21.

Sapientia mundi Enim Expectatio

Esa. 64.

consortio sanctorum, & a uisione Dei: & traditi in potestate demonum, ibunt cum ipsis in ignem eternum, ibique semper erunt sine fine in luctu & gemitu. Procul quippe a beata paradisi patria exulati, cruciabuntur in gehenna perpetua, nunquam lucem uisuri, nunquam refrigerium adepturi: sed per milia milium annorum in inferno cruciandi, nec inde unquam liberandi. Vbi nec qui torquet, aliquando fatigatur: nec qui torquetur, aliquando moritur. Sic enim ignis ibi consumit, ut semper referuet: sic tormeta aguntur, ut semper renouentur. Iuxta uero qualitatem culpae poenam sustinebit unusquisque gehennae, & similis culpae rei suis similibus iungetur cruciandi. Nihil aliud ibi audietur, nisi fletus & plangens, gemitus & ululatus, mœrores atque stridores dentium: nihil quod uidebitur, nisi uermes, & laruales facies tortorum, atque teterrima monstra demonum. Vermes crudeles mordebunt intima cordis. Hinc dolor, inde paor, gemitus, stupor, & timor horrens. Ardebuntque miseri in igne aeterno in aeternum, & ultra. In carne cruciabuntur per ignem, in spiritu per conscientiae uermem. Ibi erit dolor intolerabilis, timor horribilis, foetor incomparabilis, mors animae & corporis, sine spe ueniae, & misericordiae. Sic tamen morientur, ut semper uiuant: & sic uiuent, ut semper moriantur. Ita anima peccatoris aut in inferno pro peccatis cruciatur, aut in paradiso pro bonis meritis collocatur. Nunc ergo alterum e duobus eligamus, aut semper cruciari cum impijs, aut perpetuo laetari cum sanctis. Bonum siquidem & malum, uita & mors, ante nos sunt posita, ut ad quod uoluerimus, manum extendamus. Si tormenta non terrent nos, saltem intrent praemia. Praemium est uidere Deum, uiuere cum Deo, uiuere de Deo, esse cum Deo, esse in Deo, qui erit omnia in omnibus: habere Deum, qui est summum bonum. Et ubi est summum bonum, ibi est summa felicitas, summa iucunditas, uera libertas, perfecta charitas, aeterna securitas, & secunda aeternitas: ibi est uera laetitia, plena scientia, omnis pulchritudo, & omnis beatitudo. Est ibi pax, pietas, bonitas, lux, uirtus, honestas. Gaudia, laetitia, dulcedo, uita perennis. Gloria, laus, requies, amor, & concordia dulcis. Sic cum Deo homo beatus erit, in cuius conscientia peccatum inuentum non fuerit. Videbit Deum ad uoluntate, habebit ad uoluptatem, fruetur ad iucunditatem. In aeternitate uigebit, in ueritate fulgebit, in bonitate gaudebit. Sicut habebit permanendi aeternitatem, sic cognoscendi facilitate, & requiescendi felicitate. Cuius siquidem erit illius sanctae ciuitatis, cuius angelicius sunt, Deus pater templi, filius eius splendor, spiritus sanctus charitas. O ciuitas caelestis, mansio secunda, patria fertilis & ampla, totum continens quod delectat, populus sine murmure, incolae quieti, homines nullam indigentiam habentes. Quam gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, sicut in laetitia et exultatione, omnes delectant de deo.

aus aspectus pulcher, factes decora, eloquium dulce. Delectabilis est ad uidentum, suauis ad habendum, dulcis ad perfruendum. Ipse per se placet, & per se sufficit ad meritum, sufficit ad praemium: nec extra illum quicquam quaeritur, quia totum in illo inuenitur, quicquid desideratur. Semper libet eum aspiceret, semper habere, semper in illo delectari, & illo perfrui. In illo clarificatur intellectus, & purificatur affectus ad cognoscendam & diligendam ueritatem. Et hoc est totum bonum hominis, nosse scilicet & amare creatorem suum. Quae ergo nos angit uesania, uitiorum litire absinthium, huius mundi sequi naufragium, uitae labentis pati infortuniu, impiae tyrannidis ferre dominium, & non magis conuolare ad sanctorum felicitate, ad angelorum societate, ad solennitatem supernae laetitiae, & ad iucunditatem contemplatiuae uitae, ut possimus intrare in potentias Domini, & uidere superabundantes diuitias illas bonitatis eius: ibi uocabimus, et uidebimus quam dulcis est Dominus, & quam magna multitudo dulcedinis eius. Videbimus gloriae decorem, sanctorum splendorem, & regiae potestatis honorem: cognoscemus patris potentiam, filij sapientiam, spiritus sancti benignissimam clementiam, & ita habebimus notitiam illius summae trinitatis. Nunc corpora per corpus uideamus, imagines etiam corporum spiritu cernimus: tunc uero ipsam trinitate puro mentis intuitu uidebimus. O beata uisio uidere Deum in seipso, uidere in nobis, & nos in eo felici iucunditate, & iucunda felicitate. Quicquid desiderabimus, totum habebimus, nihil amplius desiderantes. Et quicquid uidebimus, amabimus, ipso amore beati. Beati dulcedine amoris, & suauitate contemplationis. Haec erit summa illius contemplationis, haec erit summa illius felicitatis: quonia intelligit in suo puro esse sincera diuinitas, comprehenditur in ea incomprehensibilis trinitas. Patebunt arcana diuinitatis, uidebitur & amabitur Deus: & haec uisio, & delectatio totum cor hominis implens & satians, tota erit illius beatitudinis consummatio. Vna erit omnium lingua, iubilatio indefessa, unus affectus, amor aeternus. Patebit ueritas, implebitur charitas, & erit integra corporis & animae societas. Fulgebit sicut sol humanitas glorificata. Quieta erit & concors carnis & spiritus societas. Angelorum & hominum unum erit gaudium, unum colloquium, unum conuiuium. Non languebit amor, nec liquefiet dilectio. Praesentibus omnibus bonis, nulla erit dilatiois afflictio, quonia beatifica diuinae maiestatis praesentia omnibus erit omnia: & erit communis omnium omnipotentia, sapientia, pax, iustitia, & intelligentia. Non erit illa pace diuersitas linguarum: sed pacifica & concors concordia morum & affectuum. In torrente illius uoluptatis nihil ultra appetet cumulata satietas, tanta erit felicitas. Ibi siquidem erit cumulus felicitatis, supereminens gloria, & superabundans laetitia.

Quomodo

Quomodo affectus esse debeat in genere, qui ad uitam eternam adspiret. Cap. IIII.

179 penitent
Sed ad haec quis idoneus? Profecto uerus poenitens, bonus obediens, amabilis socius, fidelis seruus. Verus poenitens semper in labore & dolore, dolet de praeteritis, laborat pro futuris caendis. Vera siquidem poenitentia est, sine temporis intermissione de peccatis dolere. Sic plangit comissa, ut non committat plangenda. Irrisor nanque est & non uerus poenitens, qui adhuc agit quod poeniteat. Si ergo uis uerus poenitens esse, cessa a peccato, & noli amplius peccare: quonia inanis est poenitentia, qua sequens conquinat culpam. Omnis bonus obediens dat suum uelle & suum nolle, ut possit dicere, Paratum cor meum Deo, paratum cor meum. Paratum quodcumque preceperis facere, paratum ad nutum nutu citius obedire, paratum tibi uacare, proximis ministrare, me ipsum custodire, & in caelestium contemplatione requiescere. Amabilis socius omnibus est officiosus, & nulli onerosus. Omnibus est officiosus, quia deuotus ad Deum, benignus ad proximum, sobrius ad mundum, Domini seruus, proximi socius, mundi Dominus. Superiora habet ad gaudium, aequalia ad confortium, inferiora ad seruitium: nulli est onerosus, sed inferiora redigit ad utilitatem mediorem, & ad honorem superiorum: superiora sequens, inferiora trahens: ab illis possessus, ista possidens: fidelis seruus est in contemplatione Dei, & custodia sui. Custodia ergo tuae adhibe prius omnem diligentiam. Deinde intelliges te nunquam posse sufficere ad te custodiendum tua industria, diuinam implora clementiam: itemque ad contemplandum in te creatoris tui uoluntatem bonam, & beneplacitatem, atque perfectam angelicam exora tutelam, patrociniumque omnium cum Christo regnantium super te roga: curre per singulos, supplica singulis, & similibus omnibus. clama & dic: Misere mei, misere mei, saltem uos amici mei, recipite fugitiuum uelstrum, sed fratruel, sed consanguineum in sanguine redemptoris. En pauper stat ad ostium, clamat & pulsat, aperite pulsanti, & conducite eum usque ad regem, ut prostratus coram eo indicem ei omnes miseras, & omnes necessitates quas patior. Ad extremum uero praelato tuo cor tuum cum omni ingenio consigna, nullum in eo remaneat peccatum quod non pura confessione deleatur. Iesum Christum etiam super cor tuum sicut signaculum pone. Cum enim Christus cordis ostium custodit, & est cordis ostiarius, ut per illum ingrediantur & egrediantur omnes familiae cordis, consequenter adfunt milia milium angelorum ad fores exteriorum sensuum excubantium: nec audeat alienigena irrumpere terribiles illas acies, propter ostiarj reuerentiam, & angelorum custodiam.

Quam diligens esse debeat uita nostrae inquisitio Caput V.

180
Integritatis tuae curiosus explorator, uita tua in quotidiana discussione examina. Attende diligenter quantum proficias, uel quantum deficias.

qualis sis in moribus, & qualis in affectibus: quod similis sis Deo, uel quam dissimilis: quod prope, uel quam longe, non locorum interuallis, sed morum affectibus. Stude cognoscere te: quia multo melior & laudabilior es, si te cognoscis, quam si te neglecto, cognosceres cursum siderum, uires herbarum, complexionem hominum, naturas animalium, & haberes omnium caelestium & terrestrium scientiam. Redde ergo te tibi, etsi non semper, uel sepe, saltem interdum. Rege tuos affectus, dirige actus, corrige gressus. In te nihil remaneat indisciplinatum, pone omnes transgressiones tuas ante oculos tuos. Statue te ante te, tanquam ante alium, & sic temetipsum plange. Plora iniquitates & peccata, quibus Deum offendisti: indica ei miseras tuas, ostende illi malitiam aduersariorum tuorum. Cumque coram eo in lachrymis te maceraueris, precor te ut memor sis mei. Ego enim ex quo cognoui te, in Christo diligo te: & illuc mentionem tui defero, ubi & illicita cogitatio supplicium, & honesta promeretur praemium. Ad altare nanque Dei cum peccator isto, sed sacerdos, tui me comitatur memoria. Tu uero mihi uicem reddes si me amaueris, & orationum tuarum participem feceris. Ibi recordatione tecum esse praesens desidero, ubi pro te & tuis familiaribus deuotas preces coram Deo fundis. Nec mireris si dixi, praesens: quonia si me amas, & ideo amas, quia imago Dei sum: ita tibi praesens sum, ut tu ipse tibi. Quicquid enim tu es substantialiter, hoc ego sum. Imago enim Dei est, omnis anima rationalis. Proinde qui in se imaginem Dei quaerit, tam proximum quam se quaerit: & qui illum in se quaerens inuenit, in omni homine eam cognoscit. Visio enim animae, intellectus est. Si ergo te uides, me uides: qui nihil aliud sum, quam tu. Et si Deum diligis, me imaginem Dei diligis: & ego Deum diligendo, diligo te. Et ita dum unum quaerimus, & ad unum tendimus, semper inuicem praesentes sumus, sed in Deo, in quo nos diligimus.

Quanta cura orationi adhibenda sit. Cap. VI.

Cum ad orandum siue ad psallendum ecclesiam intraueris, fluctuantium cogitationum tumultus exterius relinque, curamque exteriorum penitus obliuiscere, ut soli Deo possis uacare. Fieri enim non potest, ut aliquando cum Deo loquatur, qui cum toto mundo etiam tacens fabulatur. Intende ergo illi, qui intendit tibi: audi illum loquentem tibi, ut ipse exaudiat te loquentem sibi. Ita fiet, si diuinis laudibus soluendis debita reuerentia & sollicitudine assistas, super singula uerba diuinae scripturae diligenter intedas. Non quod ego ista faciam, dico: sed quod facere uelle, & non fecisse poenitet, & non facere piget. Tu uero cui maior gratia concessa est, uotis & de uotis precibus pias aures Domini ad te flecte, lachrymis & suspirijs pro tuis excessibus illum clementer exora, atque canticis spiritualibus in omnibus operibus suis illum lauda & glorifica. Nil enim magis supernis ciuibus spectare libet, nil regi summo iucundius exhibet, sicut ipse te.

ff 3 statur:

Psalm. 45. statur: Sacrificiū laudis honorificabit me. O q̄ felix esses, si spiritalib. oculis semel intueri posses, quomodo prouenerit principes, cōiuncti psal. *Psalm. 67.* lentibus in medio iuencularū tympanistrariū? Videres proculdubio, qua cura quoue tripudio interfunt cantantibus, afsistūt orantibus, adfunt meditantibus, supersunt quiescentibus, prouidentibus atq̄ pcurantibus presunt. Diligunt siquidē suos concius superna potestates, & proijs qui hereditatem capiunt salutis, sollicitē congaudent, confortant, instruant, protegunt, prouidentq̄ omnibus. Omnes enim ipsi desiderant aduentū nostrum, quoniam ipsi de nobis expectant ciuitatis suae ruinas restaurari. Diligenter quærunt, & libenter audiūt bona de nobis: solliciti discunt medij inter nos & Deum, nostros gemitus fidelissimē ad eum portantes, ipsiusq̄ gratiā deuotissimē ad nos reportantes. Non dedignabuntur esse socij nostri, qui iam facti sunt ministri nostri. Exultare eos fecimus, quādo cōuersi sumus ad poenitentiam. Festinemus ergo de nobis eorum lætitiā adimplere. Vae tibi quicumq̄ es, qui desideras redire ad uomitum, reuertī ad lutum. Purasne placatos habebis eos in iudicio, quos tanto & tam sperato prituare uis gaudio? Exultauerunt quando uenimus ad religionē, tanq̄ super his quos ab ipsa inferni porta cernerēt reuocari. Quid uerò tunc erit, si ab ipsa ianua paradisi uiderint redire, & retrorsum abire eos, qui iā alterum pedē habebāt in cælo? Nā si corpora inferius, sed corda sursum. Curramus ergo nō passibus corporis, sed affectibus, sed desiderijs, sed spiritijs: quoniam non solum angeli, sed angelorū creator nos expectat. Expectat nos Deus pater tanquam filios & hæredes, ut constituat nos super omnia bona sua. Expectat nos Dei filius tanquam fratres & cohæredes, ut fructum suae natiuitatis et precij sui sanguinis Deo patri offerat. Expectat nos spiritus sanctus, ipse siquidem est charitas & benignitas, in qua ab æterno prædestinati sumus: nec dubium, quin prædestinationem suam adimpleri uelit. Ergo quia omnis celestis curia expectat nos & desiderat, desideremus eam quanto possumus desiderio. Cum magna nanq̄ cōfusione & rubore ad illam ueniet, quisquis uidere eā uehemēter nō desiderat. Qui cunq̄ uerò iurgi oratione & assidua cogitatione in illa cōuersat, & securus hinc egrediet, & cū magna lætitiā recipietur in illa. Vbicunq̄ ergo fueris, infra temetipsum ora. Si longē fueris ob oratorio, noli quærere locum, quoniam tu ipse locus es. Si fueris in lecto, aut in alio loco, ora: & ibi est templum. Frequenter orandum, & flexo corpore mens est erigenda ad Deum. Sicut enim nullum est momentum, quo homo non utatur, uel fruatur Dei bonitate & misericordia: sic nullum debet esse momentum, quo eum presentem nō habeat in memoria. Sed dicis: Ego quotidie oro, & orationis meae nullum fructum uideo: sed sicut accedo ad illam, sic & redeo, nemo mihi respondet, nemo loquit, nemo quippi-

A am donat, sed incassum laborasse uideo. Sic loquitur humana stultitia, non attendens quid inde ueritas promittat dicens: Amen dico uobis, quia quicumq̄ orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet uobis. Noli ergo uilipendere orationem tuam, quoniam ille ad quem oras, non uilipendit eam: sed antequam egrediatur de ore tuo, ipse scribi eam iubet in libro suo. Et unum ē duobus, indubitanter sperare debemus, quoniam aut dabit nobis quod petimus, aut quod nobis nouerit esse uilius. Cogita itaque de Deo quicquid melius potes, & de te quicquid deterius uales. De illo amplius credere debes, quam cogitare potes. Omne tempus in quo de Deo nō cogitas, hoc te computes perdidisse. Omnis siquidem res aliena est a nobis, tēpus aut tantū nostrum est. Vaca ergo, & ubicunq̄ fueris, tuus esto. Noli te tradere, sed commodare. Quocunq̄ loco consistis, cogitationes tuas iacta in Deum, & aliquid salutare in animo tuo uersa. Omnis siquidem locus ad meditando cōgruus est. Totā ergo facilitate animum colligens, liberē tecū habita: & in latitudine cordis tui deambulans, ibidem cœnaculum grande stratum Christo exhibe. Mens nanq̄ sapientis semper est apud Deum. Illum semper ante oculos habere debemus, per quem sumus, uiuimus, & sapimus. Ipsum nā que ut essemus, habemus authorem: ipsum etiā ut sapientes simus, debemus habere doctorem, & ut beati simus, interne suauitatis largitorem. Et in hoc imaginē eius, hoc est illius summæ trinitatis in nobis cognoscimus. Nam sicut ille est, & sapiens est, & bonus est: sic & nos pro modo nostro, & sumus, & nos esse scimus, & id esse & nosse diligimus. Vere igitur teipso uelut Dei templo, propter illud quod in te est simile Deo. Honor siquidem Deo summus est, illum uenerari & imitari. Imitaris, si pius es. Templum enī sanctum est Deo mens pia, & altare optimum cor eius. Veneraris, si misericors es, sicut ipse omnibus misericors est. Hostia siquidem acceptabilis est Deo, facere bonū omnibus pro Deo. Fac omnia sicut filius Dei, ut dignus sis eo qui te dignatus est filiū uocare. In omnib. uerò quæ agis, Deū esse presentē cognosce. Caue ergo ne in eo quod malē delectat, uel uisio tua uel cogitatio tua remoret: nec dicas neq̄ facias, quod non licet, etiā si libet, nec aliquo facto uel signo Deū offendas: qui ubiq̄ præsens cernit quicquid facis. Magna custodia tibi necessaria est, quoniam ante oculos iudicis uiuis cuncta cernentis. Cum illo tamen semper es securus, si talem te preparaueris, ut tecum adesse dignetur. Si tecum nō est per gratiā, adest per uindictam. Sed uae tibi, si ita tecū est. Imò uae tibi, si ita tecum nō adest. Illi nanq̄ irascitur Deus, quē peccantē non flagellat. Nam quē flagellando non emendat, in futuro damnat.

Purgandū esse animum crebra confessione. Capitulum VII.

Certum est quoniam mors ubiq̄ minatur tibi, diabolus inlidia ut rapiat animam tuam, quando

quando egredietur de corpore: tu uerò noli timere, quoniam Deus qui in te habitat (si tamen in te habitat) eripiet te & a morte, & a dæmone. Fidelis enim socius est, nec deserit sperantes in se, nisi ipse prior deseratur. Deseritur autē, cum cor per prauas & inutiles cogitationes uaga mente discurrat. Idcirco omni sollicitudine & custodia illud custodire & tenere debes, ut in illo Deus requiescere possit. In omni nanq̄ creatura quæ sub sole mundi uanitatibus occupatur, nihil humano corde sublimius, nihil nobilius, nihil Deo similius reperitur. Quapropter nihil aliud quærat a te, nisi cor tuum. Munda ergo illud per puram confessionem, & assidua orationem, ut mundo corde Deū uidere possis per continuā Dei circumspectionē. In omni loco esto ei subiectus & intentus, & compone mores tuos, ut sis in te placatus: dilige omnes homines, & omnibus te amabilem exhibe, ut sis pacificus, & Dei filius. Sic eris bonus monachus, sanctus, humilis & rectus: & cum talis fueris, memento mei.

Forma confessionis. Cap. VIII.

Vae mihi qui ista dico, & ista non facio: & si aliquando facio, non diu perseuero. Ista habeo in memoria, & non seruo in uita. Habeo in sermonibus, & non in moribus. Legem in corde & in ore tota die rumino, & contraria legi ago. Lego de religione in ea, & plus diligo lectionem quam orationem: ueruntamen nil aliud me docet diuina scriptura, nisi religionem amare, unitatem seruare, charitatē habere. Ego autem miser & miserabilis, citius curro ad lectionem quam ad orationem: libentius uolo legere, quam missas auscultare. Expectat me aliquis uolens de necessitate sua mihi loqui, ego uerò librum aliquem accipio, quē ille uel ille uellet habere, lego in eo, et legēdo amitto fructus charitatis, pietatis affectus, compunctionis fletus, missarum utilitatem, cœlestium contemplationē. Nil tamen in hac uita dulcius sentitur, nihil audiūsum sumitur, nil ita mentem ab amore mundi separat, nil sic animam contra tentationes roborat, nil hominē ita excitat & adiuuat ad omne opus bonum, et ad omnē laborem, quam gratia contemplationis.

De uanis precibus.

Miserere mei Deus, quoniam ibi plus pecco, ubi peccata mea emendare debeo. In monasterio nanq̄ saepe dum oro, non attendo quod dico. Oro quidem ore, sed mente foris uagante orationis fructu priuor. Corpore sum interiorius, sed corde exteriorius, & ideo perdo quod dico. Parum enim prodest sola uoce cantare sine cordis intentione. Propterea magna peruersitas, imò magna insania est, quando cū Domino manifestatis loqui in oratione præsumimus, & insensati autem auertimus, & ad nescio quas ineptias conuertimus cor. Magna quoq̄ insania, & grauiter uindicanda, cum uilissimus puluis loquentem ad se audire dedignatur creatorem uniuersitatis, ineffabilis uerò est dignatio diuinæ bonitatis.

tis, quæ quotidie conspiciat nos infelices aures auertentes, obdurantes corda, & nihilo minus clamat ad nos dicens: Redite prauaricatores ad cor. Vacate & uidete, quoniam ego sum Deus. Loquitur mihi Deus in psalmo, & ego illi: nec tamen cum psalmum dico, attendo cuius psalmus sit. Idcirco magnam iniuriam Deo facio, cum illum precor, ut meā precem exaudiat, quam ego, qui fundo non audio. Deprecor illum, ut mihi intendat: ego uerò nec mihi, nec illi intendo, sed quod deterius est, immunda et inutilia in corde uersando, foetore horribile eius aspectibus ingero.

De uanis cogitationibus.

Nihil est in me corde meo fugacius, quod quotiens me deserit, & per prauas cogitationes defluit, totiens Deum offendit. Cor meum cor uanum, uagum & instabile, dum suo ducitur arbitrio, & diuino caret cōsilio, in seipso nō potest consistere: sed omni mobili mobilis, per infinita distrahitur, & hac atq̄ illac per innumera discurret. Et dum per diuersa requiem quærunt, non inuenit. Sed in labore miserum, a requie uacuum manet, sibi non concordat, a se dissociat, a se resilit: uoluntates alternat, consilia mutat: ædificat noua, destruit uetera: destructa reædificat, eadem iterum alio & alio modo mutat & ordinat: quia uult & nō uult, & nunquam in eodem statu permanet. Sicut enim molendinum uelociter uoluitur, & nihil respuit: sed quicquid imponitur molit, si autem nihil apponitur, se ipsum consumit: sic cor meum semper est in motu, & nunquam requiescit, sed siue dormiam, siue uigilem, somniat & cogitat quicquid ei occurrat. Et sicut molendinum arena si imponatur exterminat, pix inquinat, palea occupat: sic cor meum cogitatio amara turbat, immunda maculat, uana inquietat & fatigat. Ita cor meum dum futurum non curat gaudium, nec diuinum quærunt auxilium, ab amore cœlestium elongatur, & in amore terrestrium occupatur. Cumq̄ elabit ab illis, & inuoluit in istis, uanitas illud recipit, curiositas deducit, cupiditas allicit, uoluptas seducit, luxuria polluit, torquet inuidia, turbat iracundia, cruciat tristitia: sicq̄ miseris casibus submergitur omnibus uitijs, quoniam unum Deū (qui ei sufficere poterat) dimisit. Per multa dispergitur, & huc illucq̄ quatit ubi requiescere possit, & nihil inuenit quod ei sufficiat, donec ad ipsum redeat. A cogitatione in cogitationē ducitur, & per uarias occupationes, & affectiones uariatur, ut saltem uarietate ipsarū rerū impleatur, quarum qualitate satiari non potest. Sic labitur cordis miseria subtracta diuina gratia. Cumq̄ ad se reuertitur, & discutit quod cogitauit, nil reperit: quia non opus fuit, sed importuna cogitatio, qua componit multa de nihilo: sic deniq̄ decipit imaginatio, quā dæmonū format illusio. Imperat mihi Deus ut præbeam illi cor meum: & quia imperanti Deo non sum obediens & subditus, mihi sum rebellis & contrarius. Vnde de mihi subiugari non potero, donec illi fuero

subiectus: mihiq; seruiā nolens, qui ei nolo seruire uolens. Idcirco plura machinatur cor meū uno momento, quā omnes homines perficere possent uno anno. Cum Deo nō sum unitus, & ideo in meipso sum diuisus. Cum illo uerō uniri non possum nisi per charitatem, nec subijci nisi per humilitatem, nec uerē humilis esse nisi per ueritatem. Expediit ergo ut in ueritate me discutiam, & cognoscam quā uilis, quā fragilis, & quā labilis sum. Deinde cum omnes miseras meas cognouero, necesse est, ut illi inhaeream, per quem sum, sine quo nihil sum, & nihil facere possum. Et quia à Deo peccando recessi, nisi per ueram cōfessionem ad illum redire non possum. Fateri ergo oportet quod fatendum est, quia nunquam eo modo, aut ea intentione qua peccaui, peccata confessus sum: nec omnium recordatus sum, aut propter uetustatē, aut propter multitudinem. Si autem confessus sum, non purē confessus sum, propter turpitudinem. Confessionem etiam meā diuisi, ut diuersis sacerdotibus diuersa manifestarem, & ita uenia carui, ad quam per partes peruenire putauit. Execranda nanque fictio est peccatum diuidere, & superficiere nus radere, non intrinsecus eradere. Non enim utilis est confessio, nisi sit in oris ueritate, et cordis puritate. Et ut tres sint qui testimonium nobis dicant in caelo, pater, filius, & spiritus sanctus: addamus testes sacerdotes cordi nostro & ori, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Sed dicis, Sufficit mihi soli Deo confiteri, quia sacerdos sine eo à peccatis me absoluerē nō potest. Ad quod nō ego, sed beatus Iacobus respondet dicens: Confitemini alterutrū peccata uestra. Conueniens nanque ualde est, ut nos qui peccando Deo contumaces fuimus, poenitendo supplices sacerdotibus & ministris eius simus, ut homo qui ad gratiam conseruandam mediator non eguit, tam eam recuperare non nisi per mediatorem hominem possit. Gemat ergo & suspiret, & anxius pro peccato timeat, & expauescat: sollicitus discurrat, auxiliatores & intercessores quarat, prosternat se humiliter homini, qui humiliter altare noluit creatori. Nam & hoc saluberrimum est, ut homo corde poeniteat, & ore delictum suum confiteatur, quatenus Deus, qui pius adest per gratiam, cor ad poenitentiam compungat: deinde adsit, ut confitenti peccatorum ueniam tribuat. Quod si forte peccator uerē poeniteat, sed in tercurrente articulo necessitatis, ad confessionem peruenire non possit, confidenter credere debemus, quod summus sacerdos cōplet in eo, quod mortalis non potuit. Et iam apud Deum factū constat, quod homo quidem uerē uoluit, sed nō ualuit adimplere: quia confessionem non contemptus exclusit, sed impediuit necessitas.

De excusatis erroribus.

In capitulo, ubi peccata mea emendare debui, peccatis peccata addidi. Cum de illis accusatus fui, aut aliquo modo excusatus, aut ex toto ne

A gaudi, aut quid deterius est, defendi, & impatienter respondi, cum nullum sit peccatum à quo nō sim contaminatus, aut contaminari nō possim. Iustus est ergo, ut omni occasione remota, emendationem promittam, undecunq; aut à quocunq; que accuser, quatenus sic liberari ualeam à peccato perpetrato, uel perpetrando.

Multitudinem iniquitatum mearum expauescens, aliorum transgressiones reprehendere timui: & ideo mortis auctor extitit, quia uirus, quod clamādo expellere potui, nō expulsi. Indignatus sum aduersus alios, qui me de uitijs meis reprehendebant: & quos amare debui, odiui. Illa quae mihi nocebant uel displicebant, desiderari ut non essent. Sciebam tamen quod in natura sui erāt bona, & à bono factore facta: sed ideo mihi nocebant, quia malus erā, & malē illis utebar. Nihil enim mihi contrariū est, nisi ego ipse. Mecum est quicquid mihi nocere potest, & ego ipse mihi sarcina sum. Optaui etiā ut Deus peccata mea nesciret, aut punire nollet, aut nō posset: & ita uolui Deum esse insipientem, iniustum, & impotentem: quod si esset, Deus non esset. Non est superbia super superbiam meam, propterea longe à salute mea, uerba delictorum meorum. Suspecta est siquidem Deo superbia, & odiosa, nec fieri potest, ut cum eo in gratiā reuertatur. Diuersum utriusq; hospitium, nec in eodē cohabitāt animo, quibus nō licuit cohabitare in caelo. In caelo nata est, sed uelut immemor quā uia inde cecidit, illuc postea redire non potuit.

De intermissis ordinis monastici legibus.

Cum aer pluuia uel nimio frigore aut calore turbatus fuit, contra Deum iniquē murmurauit. Omnia nanq; quae ad usum uitae accepi mus, ad usum culpae conuertimus. Quapropter iustus est, ut qui in cūctis peccaui mus, in cūctis feriamur. Saepē ad sacrū mysteriū uocē meā fregi, ut dulcius cantarem: magis delectabar in uocis modulatione, q̄ in cordis compunctione. Deus uerō cui non abscondit quicquid illicitū perpetratur, non quaerit uocis lenitatem, sed cordis puritatem. Nam dum cantor mulcet populū uocibus, Deum irrat prauis moribus. Licentiā loquendi uel aliquid faciendi, saepe nimia importunitate, uel calliditate à praelatis meis extorsi, non attendens miser: quoniam ille se decipit, qui occultē uel apertē fatagit, ut hoc ei pater spiritalis iniungat, quod ipse desiderat. Acum, uel cultellum, uel aliquid uile multotiens nimium desiderauit, nec confessus sum: quia peccatum non aestimabam, propter rei uilitatem. Veruntamen non multum distat quaecunq; substantia uilis, uel preciosa requiratur, dum aequaliter sit corruptus affectus. Non enim cultellus in uitium est, sed cultelli appetitus: neque aurum in uitium est, sed auri cupiditas. In labore non laboraui quantum debui, uel quantum potui. In silentio etiā fui otiosus, quod est maximum peccatum. In silentio nanque nemo sic debet

sic debet esse otiosus, ut in eodē ocio utilitatem non cogitet proximi: nec sic otiosus, ut cōtēplationem non requirat Dei. Parum enim proficit, qui alteri non prodest, cum potest. De uitijs meis multotiens me iactaui, putans esse insignē uirtutis, ubi erat lapsus criminis. De uirtutibus etiam uitia feci. Iustitia nāq; dum suum modum excedit, crudelitatis uitium gignit. Et nimia pietas dissolutionē disciplinā parturit, sic saepē uitium est quod uirtus putatur. Sic remissa segnitates mansuetudo creditur, & pigritia uitiū quietis uirtutem imitatur. Finixi me esse quod non eram, dixi me uelle quod nolebā, uel nolle quod uolebam: aliud ore dicebam, & aliud corde uolebam, & ita sub ouina pelle uulpinam cōscientiam conseruabam. Vulpina planē cōscientia, est tepida conuersatio, animalis cogitatio, ficta confessio, breuis & rara compunctio, obedientia sine deuotione, oratio sine intentione, lectio sine aedificatione, sermo sine circumspectione. **O** quam dura mihi sunt ista quae loquor, quoniam me ipsum loquendo seruo. Veruntamen quia me peccatorē nō nego, sed peccatū meum cognosco: erit fortasse apud Deū piū iudicem ipsa cognitio culpae, impetratio ueniae. Dicam ergo, dicam miseriam meā, si forte sua pietas moueat illum. Dicam peccatū meum, quoniam notitia peccati inuitium est salutis. Magnam porto coronam, & uestem rotundam, regulam seruo ieiuniorum, statutus psallo horis, sed cor meum longē est à Deo meo. Exteriorem superficiē intuentis, salua mihi omnia arbitror, nō sentiens uerem interiorem, qui interiora corrodit. **Vnde** Oseas: Comederunt alieni robur meū, & ignoraui: & ideo pergens totus in ea quae foris sunt, & ignarus interiorum meorum, sicut aqua effusus sum: & ad nihilum redactus sum, praeteritorum obliuiscens, praesentium nesciens, futura non prouidens. Ingratus sum ad beneficia, pronus ad mala, & tardus ad bona.

De infinitis alijs peccatis.

Si me non inspicio, nescio me ipsum. Si autem me inspicio, tolerare me non possum. Tanta inuenio in me quae digna sunt reprehensione, & confusione: & quanto me subtilius & sepius discutio, tanto plures abominationes in angulis cordis meis inuenio. Ex quo nanq; peccare coepi, nunquam unū diem sine peccato transire potui: nec adhuc peccare cesso, sed de die in diem peccata peccatis addo: & ea quae praeculis habeo, inspicio, nec gemo: erubescenda uideo, nec erubesco: dolenda intueor, nec doleo, quod est mortis signum & damnationis indicium. Membrum enim quod dolorem nō sentit, mortuum est: & morbus insensibilis, est incurabilis. Leuis sum & dissolutus, nec me corrigo, sed ad peccata quae confessus sum, quotidie redeo: nec caueo foueam in quam miser ego cecidi, uel alios cade re feci, aut uidi. Cumq; plorare et orare deberem pro malis quae feci, & bonis quae neglexi, proh dolor, uersum est mihi in contrarium. Nam te-

A pui & frigui à seruore orationis, & iam sine sensu frigidus remali: & ideo flere me ipsum nō possum, quoniam gratia lachrymarū recessit à me.

De morsu conscientiae.

Peccata mea celare non possum, quoniam quocunq; uado, conscientia mea mecum est, secum portans quicquid in ea posui, siue bonum, siue malum. Seruat uiuio, restituet defuncto depositum quod seruandum accepit. Si malē facio, adest illa: si autem bene facere uideo & inde extollor, adest illa. Adest uiuio, sequitur mortuum, ubiq; mihi gloria uel confusio est inseparabilis pro qualitate depositi. Sic sic in domo propria, & à propria familia habeo accusatores, testes, iudices, & tortores. Accusat me conscientia, testis est memoria, ratio iudex, uoluptas carcer, timor tortor, oblectamentum tormentum. Quotquot enim fuerint oblectamenta mala, tot erunt tormenta dira in poena. Nam inde punimur, unde delectamur.

De omnium sensuum peruersitate.

Adiura me Domine Deus meus, quoniam inimici mei animā meam circumdederūt, corpus scilicet, mundus, et diabolus. A corpore fugere non possum, nec ipsum à me fugare. Circumferre illud necesse est, quoniam alligatū est mihi: perimere non licet, sustinere cogor, & cū illud impinguo, hostem meū aduersum me nutrio. Si enim satis comederō, & id robustum fuerit, sanitas & fortitudo eius mihi aduersantur. Mundus uerō circūcingit & obsidet me undiq; & per quinque portas, uidelicet per quinque corporis sensus, scilicet uisum, auditum, gustum, odoratum, & tactum, sagittis suis me uulnerat, & mors intrat per fenestras meas in animam meā. Respicit oculus, & mentis sensum auertit. Audit auris, & intentionem cordis inflectit. Odoratus cogitationem impedit. Os loquitur, & fallit. Per tactum ardor libidinis pro aliqua parua occasione excitatur: & nisi illico respuatur, subito totum corpus occupat, urit, & incendit. Primo carnem cogitatione modicum titillat, deinde delectatione turpi mentem maculat, & ad extremum per consensum prauitatis sibi mentem subiugat. Porro diabolus quem uidere non possum, & ideo minus ab eo mihi cauere, tetendit arcum suum, & in eo parauit sagittas suas, ut uulneret me repente, narrauit ut absconderet laqueos suos, & dixit: Quis uidebit eos? Laqueum posuit in auro & argento, et in omnibus quibus abutimur, cum illis malē delectamur & illa queamur. Nec solum laqueum posuit, sed & uiscum. Viscus est amor possessionis, affectus cognationis, cupiditas honoris, & carnis uoluptas, quibus anima inuiscatur & irretitur, ne pennis contemplationis per plateas supernae Sion uolare possit. Sagittae diaboli sunt ira, inuidia, luxuria, & caetera quibus anima uulneratur. Et quis est ille qui iacula eius ignea extinguere possit? Proh dolor, his telis superat saepe anima fidelis. Heu mihi, quia undiq; bella mihi uideo, undiq; tela

1789, 1792

1. Cor. 13.

Iacobi 5.

f. p. m. i. u. s. i. n. e. s. i. s. i. t. n. e. c. e. s. s. a. r. i. u. m. c. o. n. f. e. s. s. i. o. n. e. m. i. n. i. s. t. e. r. n. e. m. t. e. m.

Psalm. 21.

Oseas 7.

Hier. 9.

Psalm. 7.

Psalm. 63.

rela volant, undiq; tentamenta, undiq; pericula. Quocūq; me uertam, nulla securitas est. Et quæ mulcent, & quæ tristant uel molestant, omnia timo: efuries, & refectio, somnus, & uigilia, labor & quies pugnant contra me. Non minus spectus est mihi iocus quam ira, multos siquidē iocando scandalizauit. Nec minus prospera uereor, quam aduersa: prospera nāq; suauitate sua incautum me faciunt, & decipiunt. Aduersa uerò, quia aliquid amaritudinis habent, uelut portiones amaræ me suspectum & timidum faciunt. Magis timeo malum quod facio in abscondito, quam quod in aperto. Malum nanq; quod nemo uidet, nullus reprehendit: & ubi nō timeretur reprehensor, securus accedit tentator, & facilius perpetratur iniquitas. Nimirū utrobicq; bellum, utrobicq; periculum, utrobicq; timendum. Et sicut in hostili regione uersantibus hac illacq; circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circum agenda est ceruix.

De tribus hostibus, carne, mundo & diabolo.

Caro suggerit mihi mollia, mundus uana, diabolus amara. Quia quoties carnalis cogitatio mentem importunè pulsât de cibo & potu, de somno, cæterisq; similibus ad carnis curâ pertinentibus, caro mihi loquitur. Cum de ambitione seculi, de factantia, de arrogantia cogitatio uana in corde uersatur, de mundo est. Quando aut ad iram & iracundiam, & amaritudinem animi prouocor, diabolica suggestio est: cui nō aliter, quam ipsi diabolo resistendum est: nec aliter ab ea cauendum, quam ab ipsa damnatione. Dæmonum officium est suggestiones malas ingerere, nos frum est illis non consentire. Nam quotiens resistimus, diabolum superamus, angelos lætificamus, Deum honorificamus. Ipse enim nos hortat ut pugnemus, adiurat ut uincamus. Certantes in bello spectat, deficientes subleuat, uincentes coronat. Caro mea de luto est, & ideo lutas & uoluptuosas cogitationes ab illa habeo: uanas et curiosas à mundo, à diabolo malas & malitiosas. Isti tres inimici me impugnant & persequuntur, nunc quidem aperte, nunc uerò occulte, semper aut adiutorio carnis, quoniā magis nocet domesticus hostis. Illa uerò ad subuersionem meam cum illo scædus iniit, utpote de peccato nata, & in peccato nutrita, uitij corrupta ab ipsa origine: sed multo amplius uitata praua consuetudine. Hinc est quod tam acriter concupiscit aduersus spiritum: quod assidue murmurat, & impatiens est disciplinæ: quod illicita suggerit, nec rationi obtemperat, nec inhibetur ullo timore. Huic accedit, hanc adiuuat, hac utitur tortuosus ille serpens, hostis humani generis: cui nullum aliud est desiderium, nullum negotium, nullum studium, nisi perdere animas nostras. Hic est qui iugiter malum machinatur, argute loquitur, artificiose suggerit, callidè decipit. Illicitos motus insufflat, & uenenatas cogitationes inflammat, mouet bella, nutrit odia, incitat gulam,

A mouet libidinē, desideria carnis instigat, & peccati occasiones parat, & mille nocendi artibus corda hominum pulsare non cessat. Hinc est q; baculo nostro nos cedit, & manus nostras proprio cingulo ligat, ut caro quæ data est nobis in adiutorium, fiat nobis in ruinam & scandalum. Grauis lucta, & graue periculū est aduersus domesticum hostē pugnare: maxime cum nos ad uenæ sumus, & ille ciuis. Ille suam inhabitat regionem, nos exules sumus et peregrini. Magnū quoq; discrimen est aduersus diabolicæ fraudis astutiam tam crebros, imò continuos sustinere consiliatus, quem astutum fecit tam natura subtilis, quam longa exercitatio malitiæ huius.

Quomodo excitandus sit iterum animus ad uitæ innocentiam post factam confessionem. Cap. IX

Ripe me de inimicis meis Deus meus, & *Psal. 38.*
Eah his qui oderunt me, quoniā confortati sunt super me. Ego uerò, qui usq; ad hunc diem contra me uixi, iam iam per tuam gratiam mihi uiuere incipiam. Sic enim in hoc mundo uiuere debemus, ut cū corpus coeperit à ueribus deuorari in sepulchro, anima lætetur cum sanctis in celo. Illuc spiritus dirigendus est, quod est iturus. Illuc festinare debemus, ubi semper uiuamus, & ubi mori amplius non timeamus. Si sic amamus istam labilem & caducam uitam, ubi cum tanto labore uiuimus, ubi comedendo, bibendo, dormiendo uix carnis necessitatibus satisfacimus: multo magis amare debemus uitam æternam, ubi nullum laborē sustinebimus, ubi summa semper iucunditas, summa felicitas, felix libertas, & felix beatitudo: ubi similes erunt homines angelis Dei, & fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū. Qualis putas tunc erit splendor animarum, quando solis splendorem habebit lux corporum? Nulla erit ibi tristitia, nulla angustia, nullus dolor, nullus timor: nullus ibi labor, nulla mors, sed perpetua sanitas semper ibi perseuerat. Non suggerit ibi malitia, nec carnis miseria, nulla est ibi ægritudo, nulla omnino necessitas: nō est ibi fames, nō sitis, nō frigus, nō æstus, nō lassitudo ieiunij: nec ulla tentatio inimici, nec peccandi uoluntas, nec delinquendi facultas: sed totū lætitia, totum exultatio possidet: homines quoque angelis sociati, sine ulla carnis infirmitate in perpetuū manebūt. Ibi erit iucunditas infinita, beatitudo sempiterna, in qua qui semel suscipitur, semper tenetur. Ibi est requies à laboribus, pax ab hostibus, amœnitas de nouitate, securitas de æternitate, suauitas atq; dulcedo de Dei uisione. Et quis non illic habitare uehementer desideret & propter pacē, & propter amœnitatem, & propter æternitatē, & propter Dei uisionē? Nullus est ibi peregrinus, sed quicūq; illuc uenire merebūtur, securi in propria patria manebunt, semper læti, & semper satiati de uisione Dei. Et quanto plus aliquis hic Deo obediens fuerit, tanto ampliore ab eo mercedem ibi recipiet: quantoq; amplius Deum amabit, tanto propius uidebit, quem cernere cupit. *Dies*

Matth. 13.


Psal. 49.

Dies hominis sicut umbra super terram, et nulla est mora, et tunc proprie nihil est, cum stare uideatur. Cur ergo thesaurizat in terra homo, cū sine dilatione trāseat, & illud quod colligitur, & ipse qui colligit? Et tu homo quē fructū expectas in mundo, cuius fructus ruina est, cuius finis mors est? Utinā sapieres & intelligeres, ac nouissima prudenter prouideres. Scio quendā qui per annos plurimos tecum familiariter uixit, ad mensam tuam sedit, cibū de manu tua fumpsit, in sinu tuo dormiuit, cum uoluit tecum colloquium habuit, hic iure hæreditario seruus tuus est. Sed quia ab ineunte ætate delicatè nutriti eum, & uirgæ pepercisti, contumax effectus est, leuauit calcaneum suum super caput tuum, & te in seruitutem redegit, & tui crudeliter dominatur. Sed fortasse dices, quis est hic? Vetus homo tuus, qui conculcat spiritum tuum, qui pro nihilo habet terrā desiderabilem, qui sola quæ carnis sunt sapit. Homo iste à natiuitate cæcus est, sed surdus & mutus, inueteratus dierum malorum, rebellis uirtuti & ueritati, inimicus crucis Christi, deridet innocentem, & simpliciter trāseunt ambulat in magnis & in mirabilibus supra se, arrogantiæ eius est plusquā fortitudo eius, nullum reueretur: dicit in insipientia sua, nō est Deus, tamen scit bonis, & malis pascitur alienis: immundis cogitationibus pascitur, non fatigabitur in illis, transgrediens usq; ad finem: dispergit et dissipat propria, sicut prodigus: cupit & rapit aliena, sicut auarus, turpitudinem & ignominiam cōgregat sibi, simulans et callidus prouocat iram Dei. Homo iste totus in peccatis natus est, & sic nutritus, amicus iniquitatis, filius mortis, uas iræ in contumeliam, aptus ad interitum. Qui cum talis sit, enarrat iustitias Dei, & assumit testamentum eius per os suum. Odit disciplinam, proijcit Dominum suum post dorsum suum. Cum uidet furem, currit cum eo, & cum adulteris portionē suam ponit. Aduersus filium matris suæ ponit scandalum, super terram etiam thesaurizat iram in die iræ: uult à te hæreditatem tuam tollere, & desuper terram auferre, & tu tantam iniuriā non uindicas, sed dissimulas: nec ei uerbum duriloqueris, nec uultum iratū ostendis: sed blandienti tibi arrides? Ludis cū illo, nescis quia Hismael est, qui tecum ludit? Ludus iste nō est pueritia, nec simplicitatis uel innocentia, sed illusio est animæ, sed persecutio, sed mors. Iam te in foueam quam fecit, precipitauit: iam effoeminatus es, iam iugo miserrimæ seruitutis pressus, sub pedibus eius miserè & uiliter conculcaris. O miser & miserabilis homo, quis te liberabit de uinculo improprietatis huius? Exurgat Deus, & cadat armatus iste, cadat & cōteratur inimicus homo, contemptor Dei, cultor sui, amator mundi, seruus diaboli. Quid tibi uideatur? Si rectè sentis, mecum dices: Reus est mortis, crucifigatur. Nō si ergo dissimulare, noli differre, noli parcere: sed festinanter, audacter, instanter crucifige hominem istum, sed cruce Christi, in qua est salus

A & uita: ad quem si ex corde clamaueris, crucifixus tuus audiet te benigne respondens, Hodie mecum eris in paradiso. O Christi pietas, o inopinata salus miseris. Tam gratuita est & probata dilectio Dei, tam stupenda dulcedo, tam inopinata dignatio, tam inuicta māsuetudo, ut qui ad eum clamauerit, exaudiat illum, quoniā misericors est. O quāta est misericordia Dei, quāta ineffabilis mutatio dexteræ excelsi. Heri eras in tenebris, hodie in splendore lucis. Heri in ore leonis, hodie in manu mediatoris. Heri in porta inferni, hodie in delicijs paradisi. Sed quid profunt hæc literæ admonitionis, nisi deleas de libro conscientia tuae literas mortis? Quid profunt hæc scripta, lecta, & intellecta, nisi temetipsum legas & intelligas? Da ergo operam internæ lectioni, ut legas, inspicias, & cognoscas teipsum: legas ut diligas Deū, ut pugnes & uincas mundum & omnem inimicum, quatenus labor conuertatur in requiem, luctus in gaudium, & post tenebras huius uitæ uideas ortum surgentis aurora: uideas etiam meridianum solem iustitiæ, in quo sponsum cum sponsa prospicias, unum eundemq; Dominū gloriæ, qui uiuit & regnat per infinita secula.

F I N I S.

DE INTERIORI DOMO,
 IDEST, CONSCIENTIA
 ædificanda, tractatus utilis.



Domus hæc in qua habitamus, ex omni parte sui ruinā nobis minatur. Idcirco quia in breui est casura, alia nobis est ædificanda. Redeamus ergo ad nos, & discutiamus conscientia nostram. Nam sicut corpus nostrū tabernaculum dicitur, in quo militamus: sic conscientia nostra domus uocatur, in qua post militiam requiescimus. & ille rectè militat, qui per militiam, quam exercet in corpore, domum ædificat conscientie. Diligenter exerce agrum tuum, ait Sapiens, ut postea ædifices domum tuam. Ager iste corpus nostrum est, cuius sensibus et motibus sic rectè utimur, animiq; imperio eos subijcimus in usum uirtutis inflectimus, dum corpus animo indefinēter, & animus Deo ex toto subijcitur. His nimirum modis interior conscientia edificatur, quam utiq; bonam faciunt præteritorum malorum condigna satisfactio, & instantium malorum cauta prouidaq; declinatio. Condigna satisfactio est mala facta corrigere, & correctā non reiterare. Conscientia uerò perpetua est, quæ nunquā finitur, sicut nec anima. Quæ cum sit immortalis, sicut nō potest esse non anima, sic nunquam potest esse sine conscientia. Conscientia nanq; est inseparabilis gloria, uel confusio uniuersiuq; pro qualitate depositi.

Prover. 24.

Con.

Conscientiam prius esse mundandam, quam edificandam. Capitulum I.

Hæc ergo conscientia, in qua anima perpetuo mansura est, edificanda est, sed prius mundanda. Et quis eam mundabit? Profecto Deus & homo. Homo per cogitationes & affectiones: Deus uero per misericordiam et gratiam. Cogitationes & affectiones necessariae sunt in conscientiae mundatione, cogitationes in inuestigatione ueritatis, affectiones in exercitatione uirtutis. Porro misericordia modo delet peccatum, modo dat uirtutem resistendi peccato: nunc subtrahit peccandi occasionem, nunc immittit amaritudinem, plerumque sanat affectionem. Gratia aduat ad bonum, defendit contra malum, erudit ad utrumque discernendum. Homo igitur per ueritatem stimulatus, peccata sua confitetur: Deus autem per misericordiam flexus confitenti miseretur. Omnis namque spes ueniae & misericordiae in confessione est: nec potest quis iustificari a peccato, nisi prius fuerit confessus peccatum. Ex eo enim unusquisque iustus esse incipit, ex quo sui accusator extiterit. Felix conscientia, in qua misericordia & ueritas obuiauerit sibi, iustitia & pax osculate sunt. Veritas confitentis, & misericordia miserentis, obuiauerunt sibi: quoniam non potest illi misericordia deesse, qui se cognoscit in ueritate. Osculum iustitiae est inimicos diligere, parentes & propria quaeque propter Deum relinquere, illata iniuriam patienter ferre, oblatam gloriam ubique declinare. Oculum pacis est odientes inuitare ad pacem, discordantes ad concordiam reuocare, aduersarios pacifice sustinere, errantes pie & benigne docere, moerentes clementer mulcere, & cum omnibus pacem habere.

Psal. 84.

Quam felix sit emundata conscientia. Cap. II.

Beata illa anima, quae in pace Christi fundata est, & in Dei amore solidata: quae cum exterius bella patitur, pax interius non turbatur. In qua quaecumque molestiae foris perstrepant, usque ad silentium internae quietis non irrumpunt: quoniam gustu internae dulcedinis tacta, intus est per desiderium collecta. nec iam foris enormiter in carnis uoluptates dissoluitur, quia totum intus possidet in quo delectatur: atque ita in semetipsa pacificata, dum nihil est quod foris appetit, tota per amorem intus requiescit: et cum tota ad internum gaudium colligitur, ad imaginem Dei reformatur, quam in se ueneratur. Talem animam frequenter uisitant angeli atque archangeli, & honorificant, utpote Dei templum, & spiritus sancti habitaculum. Esto igitur templum Dei, & Deus excelsus habitabit in te. Anima enim Deum habens in se, templum Dei est, in quo diuina mysteria celebrantur.

Mandatum esse in ea puritate, ut Christus eiusmodi conscientiam inhabitet. Cap. III.

Porro anima quae non studet in se consistere, nec in amore Dei desiderium figere, per

oculos & aures, aliosque corporis sensus foras egreditur, atque in his exterioribus delectatur. Sed cum inuenit portas istas clausas, tunc rediens ad se, & uidens se nudam & desolatam, inastimali confusione & horrore concutitur. Et quia mundi consolationem quaesuit, illam quae a Deo intus in conscientia datur, non habebit. Et non solum eam dedignabitur Deus uisitare, sed nec ipsa quidem male sibi conscia, seipsam poterit tolerare. Requiem in se non poterit habere: quoniam illum dereliquit, cum quo habitare & requiescere debuit. Cogita ergo in societate aliorum nunc positus, quia non poteris semper manere cum illis. Et interim elige tibi socium illum, qui cum subtrahita tibi fuerint haec omnia, tibi fidem seruabit: qui dilectoribus suis fidem seruat, nec recedit in tempore angustiae. Deus tuus ille est, quem eligere debes. Omnes igitur cordis distractiones, & mentis fluctuationes in unum collige, & in solo Deo totum desiderium tuum fige: & ibi sit cor tuum, ubi est thesaurus tuus desiderabilis multumque amabilis. Ipse enim frequenter uisitat, & libere inhabitat tranquillitate cordis, & oculum quietae mentis: quoniam pax est, & in pace factus est locus eius. Propterea talem te praepara, ut tecum adsit Deus, sit in ore, sit in corde, semper tecum eat, tecum redeat, nec recedat a te. Nunquam ille te dimittet, nisi prior illum dimiseris. Ubicumque fueris, nunquam solus esse poteris, si Deus tecum erit. Munda igitur conscientiam tuam, & semper paratus esto, ut quacumque hora uenerit Dominus, & tecum habitare uoluerit, parata sibi in te inueniat mansionem. Ipse namque dixit, Facite mihi sanctuarium, & ego habitabo in medio uestri. Studemus ergo templum Deo edificare in nobis, primo quidem ut in singulis nobis, deinde ut in omnibus simul inhabitet: quia nec singulos dedignabitur, nec uniuersos. Primo igitur studeat u-

Psal. 75.

Exodi. 4.

Luca. 11.

nusquisque ne dissideat ipse a semetipso, quoniam omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, et domus supra domum cadet: nec intrabit Christus, ubi parietes inclinati fuerint, & maceriae depulsae. Vult habere anima corporis sui domum integram: & exire eam necesse est, si fuerint a se inuicem membra dispersa. Videat igitur & ipsa si desiderat Christum per fidem inhabitare in corde suo, id est, in seipsa: uideat & sollicitudine caueat, ne a se inuicem membra eius dissideant, id est, ratio, uoluntas & memoria. Dignum habitaculum parat Deo, cuius nec est ratio decepta, nec uoluntas peruersa, nec memoria inquinata. Felix illa anima est, quae domum cordis suis de peccatorum sordibus studet emundare, & sanctis ac iustis operibus adimplere, ut in ea non solum angelos, uerum etiam Dominum angelorum habitare delectet. Mundata domo, cum estisque malis ab ea exclusis, omnibus bonis impleatur: ne sit nobis necessarium aliquid foris quaerere, qui omnia foris seca reliquimus.

De

De septem columnis erigendis ad edificandum domum conscientiae. Cap. IIII.

Sapientia ergo edificet sibi domum, erigat columnas septem, quibus tota fabrica innitatur: domus est conscientia, columnae sunt bona uoluntas, memoria, scilicet memorem esse beneficiorum Dei, cor mundum, animus liber, spiritus rectus, mens deuota, ratio illuminata.

Erectio primae columnae, quae est bona uoluntas. Cap. V.

Prima igitur columna prior erigatur. Nam inter omnia Dei dona, quae ad salutem hominis spectare uidentur, primum & principale bonum, bona uoluntas esse cognoscitur, per quam imago similitudinis Dei in nobis reparatur. Primum est, quia a bona uoluntate bonum omne inchoatur. Principale est, quoniam bona uoluntate nihil hominibus utilius datur. Quicquid homo facit, bonum esse non potest, nisi ex bona uoluntate procedat. Sine bona uoluntate omnino saluari quisquam non potest, cum bona uoluntate nemo perire potest. Voluntas bona nec dari potest inuito, nec auferri nisi uolenti. Voluntas hominis est, potestas Dei. Voluntas hominis est, quia uelle in uoluntate hominis est, & ideo totum meritum in uoluntate est. Quantum uis, tantum mereris. Quantum crescit uoluntas tua bona, tantum crescit meritum tuum. Fac igitur magnam bonam uoluntatem tuam, si uis habere magnum meritum. Ita Deus ut piissimus et misericordissimus pater in eo redemptionem nostram posuit, in quo nullus nisi uelit, potest egere. Amare namque homines aequaliter possunt & diuites & pauperes, etiam si pecuniam aequaliter dare non possunt. Voluntas tamen bona non est, si non operatur quod potest.

De secunda columna, quae est memoria beneficiorum Dei. Cap. VI.

Recordemur ergo misericordiarum Dei, ut sic accedamus in eius amore. Reuocemus ad memoriam bona quae tribuit nobis, quomodo in periculis saepe constitutos clementer nos eripuit: nec unquam peccatis nostris quo minus miserere uinci potuit, oblitos sui de se admonuit, auersos a se reuocauit: uenientes ad se benigne suscepit, poenitentibus indulgit, perseverantes custodiuit: stantes tenuit, lapsos erexit, malas delectationes in amaritudinem conuertit, & rursus salubriter amaricatis consolationes suas tribuit. Postremo tribulatione purgatis, quietem & pacem perfectam restituit, qui nec peccantibus unquam defuit, ut corrigeret, nec iustis ut custodiret. Recogitemus quanta bona Deus fecit nobis non rogantibus, neque desiderantibus, imo recusantibus: & quam multa peccata dimisit nobis, & a quantis periculis liberauit nos liberator Deus. Quam magna dignatio pietatis fuit, quod ingratos & in multis contrarios, a tam multis peccatis custodiuit nos Dei gratia, in qua potuimus cadere, sicut in alia multa cecidimus. Idcirco sicut nullum est momentum, in quo non utamur uel fruamur Dei pie

tate & misericordia: sic nullum debet esse momentum, in quo eum praesentem non habeamus in memoria.

De tertia columna, quae est cor mundum. Cap. VII.

Sequitur, ut eum a quo tanta beneficia accipimus, toto corde diligamus: hoc est, tota cogitatione, tota effectione, sine defectione. Sit cor rectum, ut ei per omnia placeat Deus. Sit rectum rectitudine intentionis, exclusionem peruersae cogitationis, assiduitate contemplationis. Sit paratum sequi uoluntatem Dei, in quamcumque partem inclinari eam cognouerit. Sit sursum ad sola caelestia & diuina contemplanda, & desideranda. Sit purum, ut nihil morari intra se patitur mali: nec modicum quidem offendiculum tolerabile reputet, aut in conscientia sua, aut in aliena. Sit dulce dulci responsione, suauiter admonitione, benigna reprehensione, moderata correctione. Sit mundum, ut totius immunditiae spurcitas respuens, cogitationum sicut actionum peccata deploret, defleat pro sua miseria & aliena. Lugeat non solum sua delicta, sed etiam aliena: compungatur pro malis quae commisit, & bonis quae neglexit.

De animo libero, quarta columna. Cap. VIII.

Animus uero sit liber a mundi sollicitudinibus, a carnis uoluptatibus, a prauis cogitationibus: ut possit cum uoluerit, aut sibi intendere, aut utilitati fratrum ministrare, aut in contemplatione caelestium requiescere. Sit firmus, ut nulla repentina perturbatione concutatur, non capiatur illecebris, non frangatur molestiis: nulla ira, nulla impatientia pacem quietemque animi turbare possit: quoniam Christus pax est, & in pace requiescit pacis amator, & in perturbato animo habitare non potest. Sit consummatus in Dei dilectione, hoc enim est diligere Deum, illi occupare animum, concipere fruendae uisionis eius affectum: habere peccati odium, mundi contemptum, diligere proximum, quem ipse censuit diligendum.

De recto spiritu, columna quinta. Cap. IX.

Spiritus autem sit rectus, ab omnibus terrenis & praesentibus prorsus auersus. Et ideo in se parabiliter iunctus & unitus, pia deuotione ascendat & uisitet supernas sedes, & multas quae in domo patris sunt mansiones, humiliter se prosternens ante thronum Dei & agni. Currat per plateas supernae Sion, audiat illud melos angelorum, & cum reuerentia supplicet cunctis ordinibus beatorum spirituum, singulis per se, & simul omnibus se commendans. Tantam uero gratiam non meretur accipere animus, qui in sui cognitione diu exercitatus, & plene eruditus non est: frustra enim cordis oculum erigit ad uidentium Deum, qui nondum idoneus est ad uidentium seipsum. Prius enim necesse est, ut cognoscas inuisibilia spiritus tui, quam possis esse idoneus ad cognoscenda inuisibilia Dei. Et si non potes cognoscere te, non praesumas apprehendere ea

Ggg quae

quæ sunt supra te. Præcipuum & principale speculum ad uidendum Deum, est animus rationalis intus seipsum. Si enim inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, ubi quæso, quàm in eius imagine cognitionis eius uestigia expressius impressa reperuntur? Tergat ergo speculum suum, mundet spiritum suum **Math. 5.** quisquis litit uidere Deum suum. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Hoc speculum uerus poenitens non cessat quotidie inspicere, tergere, tenere, & custodire. Inspicere, si aliquid in eo reperiat, quod Deo displiceat. Tergere, non solum peccata actionum, uerum etiam cogitationum, ut nihil in eo remaneat quod Deum offendant. Tenere, ne deorsum corruens, terræ per amorem inhæreat, & ne inanium cogitationum puluere fordescat. Custodire, ut ille cuius tabernaculum est cum hominibus, cuius deliciae sunt esse cum filiis hominum, qui ad ostium stat & pulsat, quacumque hora intrare uoluerit, receptaculum mundum inueniat. Deus enim qui munditiæ amator est, cor pollutum habitare non potest. Exterso igitur speculo, & diu diligenter inspecto, incipit ei quædam diuini luminis claritas interlucere, & immensus quidam insolitæ uisionis radius oculis cordis apparere. Ex huius luminis uisione animus inflammat, incipit munda cordis acie superna & interna conspiciere. Deum diligere, Deo inhærere, cuncta quæ adsunt, tanquam non sint considerat: cunctis suis affectionibus renūciat, & totus soli incūbit amori, sciens solum illum esse beatum, qui Deum amat. Porro ad tantam gratiam nunquam pertingit mens per propriam industriam: Dei donum est hoc, non hominis meritum. Sed absque dubio talem ac tantam gratiam ille accipit, qui deserit curam seculi, & agit curam sui: qui studet se frequenter cogitare, & diligenter agnoscere quid ipse est. Redi ergo ad cor tuum, & diligenter discute teipsum. Considera unde uenis, quod tendis, quomodo uiuis, quid agis, quid amittis, quantum quotidie proficis, uel quantum deficiis: quibus cogitationibus magis incuraris, quibus affectionibus frequentius tangeris, uel quibus tentationum maculis à maligno spiritu acius impugnaris. Cum totum interioris exteriorisque hominis statum & habitum, in quantum possibile est, plenè cognoueris: & non solum qualis sis, uerum etiam qualis esse debueras, de cognitione tui poteris subleuari ad contemplationem Dei. Quantum nanque quotidie in cognitionem proficis, tantum ad altiora semper tendis. Sed iam fortassis ascendisti, iam ad cor tuum redisti, & ibi stare didicisti: nec hoc sufficiat tibi, disce ibi habitare, & mansionem facere, & quaecumque mentis uagatione inde abstractus fueris, illuc semper redire festina. Absque dubio per multum usum quandoque tibi uertetur in oblectamentum, in tantum, ut absque ulla laboris difficultate possis ibi assiduus esse: quin imò poena tibi potius sit alibi, quam ibi moram aliquam facere. Si ergo perlenferis desideria

A tua circa exteriores delectationes affici, & cogitationes tuas iugiter in eis occupari, cum magna sollicitudine compelle eas: nec permittas ad cor tuum intrare, sed redi ad cor tuum, & ibi intrare & habitare omnimodo stude.

De deuota mente, columna sexta. Cap. X.

Mens enim quæ se ad sui considerationem non subleuat, sed adhuc per uaria desideria spargitur, & uariis cogitationibus huc illuc distenditur, non potest seipsam in unum colligere: quia nondum nouit ad seipsam intrare, sed adhuc in imò est, cogitatione & conuersione. Ideoque non potest ad ea quæ supra ipsam sunt, pena contemplationis euolare. Discat ergo dispersio cordis congregare, assuescat in internis suis immorari, studeat euagationes mentis restringere, & exteriora omnia obliuisci. Discat sola bona interiora amare, & illa frequentius cogitare, qui ad celestium contemplationem anhelat, qui in diuinorum notitiam suspirat. Cumque se diligenter attenderit, & diutius quæserit, cum tandem inuenerit qualis sit, restat ut reuelatione diuina cognoscat qualis esse debeat, quale mentis edificium Deo præparare, & quibus obsequiis eum placare oporteat. Qui ita euagationes mentis in unum colligit, & omnes cordis motus in uno æternitatis desiderio figit: profecto iam ad cor suum rediit, & iam ibi libenter moratur, ac mirabiliter delectatur. Et cum seipsum præ gaudio iam capere non possit, supra seipsum ducitur, & per excessum mentis ad summa eleuatur: atque ita per seipsum supra semetipsum, per cognitionem sui ad cognitionem Dei ascendit, ut discat solum Deum amare, & ipsum indefinenter cogitare, & in eo delectabiliter requiescere. Cum sic amor Christi totum absorberit affectum hominis, ut negligens & immemor sui, non nisi Iesum Christum, & ea quæ sunt Iesu Christi sentiat, tunc demum (ut arbitror) perfecta est in eo charitas. Huic itaque qui sic affectus est, non est onerosa paupertas, iste non sentit iniurias, ridet opprobria, contemnit damna, mortem lucrum reputat: imò nec mori se putat, cum magis de morte ad uitam transire se sciat. Quem sic amor Dei intrinsecus ligatum tenet, nec ad modicum quidem exire exterius ualet: sed interius in eius desiderio flagrat, tanto amplius, quanto familiarius, & eo uehementius, quo frequentius. Qui sic in amore Dei iugiter delectatur, frequenter mentis excessus patitur, ab omnibus presentibus & terrenis raptus, coram Deo presentatur: & dum pulchritudinem eius considerat, magnitudine pulchritudinis eius attonitus, totus in eius admiratione suspenditur. Miratur regis gloriam, regni magnificentiam, supernæ ciuitatis nobilitatem, & ciuium felicitatem: contemplatur etiam gloriæ decorum, Dei bonitatem, internæ suauitatis dulcedinem, & æternæ quietis tranquillitatem. Meditatur patris potentiam, filij sapientiam, spiritus sancti benignitatem, & angelicæ naturæ beatitudinem: delectatur de Deo in Deum, dum eius pietatem

miratur,

miratur, & decorum cõtemplatur. O quam iucundus sentiretur, si non esset tam modicus raptus. Rapitur dum sola celestia cõtemplatur, & contemplanando iucundatur. Sed cum ibi stare diutius conatur, subito labitur: & rediens ad se, nulli potest intimare, quod uidit supra se: sed agnitione suauitatis illectus, gustatæ dulcedinis suauitatem, & illam celestem infusionem lætitiæ spiritualis intra semetipsum miratur. Reuoluit etiam in corde suo tacita mente incorporare lucis claritatem, & intimæ satietatis saporum, & illud internæ quietis secretum, & summam tranquillitatis arcanum. In huius contemplatione contemplationisque dulcedine mens delectabiliter afficitur, & mirabiliter delectatur. Volet ergo, & non deficiat. Volet donec ante regem perueniat, ibique ploret & suspiret, maeretque se in lachrymis, deprecetur ueniam, postulet gratiam: nec inde recedat, quousque Deum quem nimium offenderat, placatum sentiat, & ab eo consolationem recipiat.

Illuminata ratio, columna septima. Cap. XI.

Denique ratio per mentis excessum in cõtemplationem sublimi subleuata, & in diuinæ cõtemplationis arcanum raptata, atque ibi illuminata ad cognitionem ueritatis & ueri luminis, inflammata ad desiderium bonitatis, omnes illicitas uoluptates, affectiones, & uagas memoriam cogitationes, cordis dispersiones, animi fluctuationes, spiritus euagationes, & mentis distractiones in unum colligit, atque in illo felicitatis fonte totum suum desiderium figit. Locum superiorum ratio semper obtineat, nullusque motus aduersus eam sit rebellis: sed omnia ei obtemperant, sicut & ipsa obtemperat Deo. Si uero aliquem motum ad id quod non debet, uel quomodo non debet, moueri senserit, non cõsentiat, sed illico resistat. Nam solus consensus reos nos facit, etiam si aliquid impediatur, ne opera subsequantur. Tunc enim anima mori, sicut scriptum est, dicitur, cum ipsa patio ad peccatum per cõsensum curuatur. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. Resistat ergo ne moriatur, pugnet ut coronetur. Molestia est lucra, sed fructuosa: quia si habet poenam, habebit et coronam. Non nocet sensus, ubi non est consensus: imò quod resistentem fatigat, uincem coronat.

Laus conscientie ita edificata, quod scientie preferenda sit. Cap. XII.

Sic nimirum, sic edificatur bona conscientia. Bona conscientia est, quæ peccata præterita punit, & puniendâ committere refugit: quæ si peccatum sentiat, peccato non cõsentiat, quam si cogitatio inquinat, ratio lauat. Recta conscientia est, cui suum peccatum displicet, & alieno non consentit: nec propter hoc peccatorem dimittit, nec eius peccatum dissimulat: & cum corripit, non insultat. Tranquilla est, quia omnibus est dulcis, & nulli grauis, utens animo ad gratiam, inimico ad patientiam, cunctis ad beneuolentiam, & quibus potest ad beneficentiam. Talibus enim domus animæ edificatur, quod si for

A te (ut fieri solet) fur aduenerit, qui non uenit, nisi ut furetur, & maeret & perdat: si, inquam, fure uenerit, id est, uel cordis elatio intrinsecus oriens, uel appetitus humanæ laudis extrinsecus adueniens, seu aliqua quælibet pestis quæ domum istam machinetur perfodere, tunc rationis ira quasi canis thesaurum custodiens, euigilet, latret, mordeat & iugulet: irruens in hostes, nemini parcat, nullum intrare permittat, sed clamitet, & excitet intus habitantes ad arma capeffenda. Unde curi que uitium, siue clam, siue palam nocere tentauerit, & procul illud arceat, ut sit securâ conscientia. Secura est, quando accusationem non patitur, uel pro tepore boni, uel pro præsumptione mali. Munda est & bene sibi conscientia, cum nec de præterito iuste accusatur, nec de presenti iniuste delectatur. Pura est, cui Deus nec sua peccata imputat, quia non fecit: nec aliena, quia non approbavit: nec negligentiam, quia non tacuit: nec superbiam, quia in humilitate permansit.

Multi quærunt scientiam, pauci uero conscientiam. Si uero tanto studio & sollicitudine quæratur conscientia, quanto quæratur secularis & uana scientia, & citius apprehenderetur, & utilius retineretur. Cogitare nanque de conscientia, sensus est consummatus: & qui custodit illam, semper erit securus. Salua reuerentia sapientiam, utilius est currere ad conscientiam, quam ad sapientiam, nisi sapientia illa sit, quæ edificat conscientiam. Tunc enim se intelligit anima, tunc illustratur conscientia, tunc impletur cor bona conscientia, cum in se Deum, & in Deo mutua reuolutione seipsam receperit imago creata. Creatrix imago in imagine creata, nihil aliud est nisi sapientia in anima, nisi gloria in conscientia, nisi sanctificatio in arca. O quam ineffabilis est pietas Dei, quæ tantam maiestatem inclinât ad tantam humilitatem, qui creauit nos, creatur in nobis. Et quasi parum esset nos Deum patrem habere, uult etiam nos fieri sibi & matrem. **Quicunque, inquit, fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater & mater est. Frater obediendo, mater generando. Frater per hereditatis participationem, mater per aliorum instructionem. O fidelis anima, expande sinus, dilata affectus, ne angustiæ in uisceribus tuis concipere, quem totus orbis non potuit comprehendere, donec uirgo beata illum fide concepit. Fide nanque Christus concipitur, uerbi prædicatione nascitur, deuotione nutritur, amore tenetur. Sit ergo conscientia pura, ut Deum cõducat ad hospitium nostrum: sit sollicita circa fidele obsequium, ne tanta maiestas recuset cordis gremium: sit deuota, ut soli Deo placeat, soli Deo intendat, nec recedat ab eo. Talis conscientia lætificat animam, & exhibet se Deo gratam, & hominibus & angelis reuerendam, & sibi metipsi placata & quieta existit. Conscientia est cordis scientia, quæ dupliciter intelligitur, uidelicet ut illa, quæ se nouit per se: uel illa, quæ præter se etiam alia nouit ex se. Cor enim & se nouit sua**

Ggg 2 con.

conscientia, & multa alia. Quando nouit se, appellatur conscientia: quando præter se alia, nominatur scientia. Conscientia bona, titulus est religionis, templum Salomonis, ager benedictionis, ortus deliciarum, aureum reclinatoriū, gaudium angelorum, arca foederis, thesaurus regis, aula Dei, habitaculū spiritus sancti, liber signatus & clausus, & in die iudicii aperiendus. Nihil est iucundius, nihil tutius, nihil ditius bona conscientia: premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, & illa erit securo. Bona conscientia securo erit, cum corpus morietur: securo cum anima coram Deo presentabitur, securo cum utrumque in die iudicii ante tribunal terrificum iusti iudicis statuetur. Futuræ beatitudinis non est utilius remedium, nec certius testimonium bona conscientia: cum mundus omni uolubilitate circumrotetur, ploret, rideat, pereat, transeat, nunquam marcescit bona conscientia. Subijciatur corpus in pœna, in ieiunijs maceretur, uerberibus lanietur, eculeo distendatur, gladio trucidetur, crucis supplicio affigatur, & securo erit conscientia. In speculo conscientia status exterioris & interioris hominis cognoscitur. Anima enim non nouit se, quæ sine speculo est. Speculum mundum, clarum & purum totius religionis, bona conscientia. Sicut enim mulier quæ uiro suo, siue amico placere desiderat, in contuitu speculi imaginem oppositam reddentis, decorē & pulchritudinem faciei cōponit: sic anima in quibus ab imagine ueritatis discedit, uel in quibus uestigia creatricis imaginis recipiat, in conscientia relegit & intelligit. Non immerito conscientiam speculo comparauimus, quoniam in ea tanquam in speculo rationis oculus, tam quod decens, quam quod indecens est in se, claro aspectu apprehendere potest.

Conseruari talem conscientiam non nisi per cordis custodiam. Cap. XIII.

Vita uniuersiusque non cognoscitur, nisi in conscientia: nec uenitur ad bonam conscientiam, nisi per cordis custodiam. Cor enim suo arbitrio dimissum, aut ad uitā se uertit, aut ad mortem. Velle namque peccare, malum est: peccare, peius: in peccato perseverare, pessimum est: nosse poenitere, mortale. Quicquid igitur cor cogitat, quod ad utilitatem suam uel proximorum quoquo modo non pertineat, respuendum est. De diuersis igitur mundi partibus, in quibus cor uagum & profundum tenetur, uel uanē occupatur, ad seipsum redeat, & seipsum discutiat: cūque inuenit culpam, timeat poenam. Quærendo autem culpam, nusquam illam nisi in se reperiat: reperta autem culpa & poenæ causa, seipsum puniendo, se ante se statuat, & tanquam alium se iudicet. Se equidem culpatum, ante se afflictum: se reum, ante se iudicem seuerum: se impium, ante se ad pietatem reuersum: proponat se ante se, decernat, quid a se faciendum sit de se, iuste in se iniusto infligat iusta flagella. Loquatur etiam

A sic sibi: Quia pacem deseruisti apud Dominum Deum tuum, et bellum incurristi apud teipsum, scissurā pateris, ut tu a teipso condemneris, quia pacem pacis rupisti. Vis quod non uis: & non uis, quod uis, a teipso condemnaberis. Nolenda uis, uolenda non uis. Ecce de ore tuo te iudico, serue nequam. Afflige itaque te, & statue te contra faciem tuam, ut aspicias turpitudinem tuam, & recogites stultitiam tuam. Sic igitur in miseris suis ad seipsum conuertitur cor, & sistitur cor ad cor. Vis est quædam, quæ sic de corde operatur, & retinet cor fluxum & uanū, ne profuatur in abyssum exterminij. Vis ista seu uolentia rapit regnum cœlorum. Regnum cœlorum (inquit Dominus) uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Nobile regnum possidet, qui cor suū possidet. Non regnat, qui in corde suo deditus seruitutibus uitiorum, præsidet urbibus, & turbis populorū. Solus is regnat, qui deposito cordis imperio, ad leges rationis ordinat totam familiam motuum interiorum & exteriorum. Si insurgit rabies leonina, premitur per patientiam: si petulantia hirci, per abstinentiam: si ferocitas apri, per mansuetudinem: si superbia unicornis, per humilitatem.

Mobilissimum esse cor humanum. Cap. XIII.

Non inuenitur autem inter cæteras artes liberales ars ista præ alijs liberalis, qua teneatur cor, quod omni mobili mobilius est, quod omni lubrico lubricosius est. Mobilitate enim naturali instabile, uel in puncto fixum recusat consistere, cuius uita in motu est, & motus est ei uita. Mouet molem totius corporis humani tantillus iste in corde uitalis motus, & qua coërceatur arte, ut alia mouens, ipse non moueatur? Fortē mola asinaria si ad collum ei suspendatur, non moueretur. Imò multo magis cum mola concitaretur. Agendum itaque cum eo est, ut circumeat terram, & perambulet eam, si forte uelociorem & mobiliorem se inuenire queat. Si super terram similem sui non inuenit, etiam gyrum cœli circumeat, & rotas curruū Dei ad cursum suum admoueat, quid tūc faciet ad illos qui ambulat super pennas uentorum? Fortē & cum illis contendere poterit. An & cum illa uirtute curret, quæ attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? An & illam apprehendet de qua dicitur: Mobilior est omnibus mobilibus sapientia? Saltem cum uiderit tam spaciosis saltibus transluentem suam potentiam, potentiam creatoris sui, subsistet & dimittat alas suas, retinens se, & habens deificæ comparationis se ad se colligens, & cohibens nō transgrediatur terminos suos. Sic enim sancta animalia in uisione Ezechielis, cum fieret uox super firmamentum, quod imminet capiti eorum, stabant & submittebant alas suas. Quod planē sancti faciunt, cum perlustratis operibus & mirabilibus Dei superintelligibilibus absconditis mysterijs, nihil se scire deprehendunt: sed momento

momento statera omnia opera sua appendunt. **A** Tunc se nō a se moueri cor intelligit, quia per se immobile permaneret, nisi qui omnia mouet, illud quoque inter omnia moueret. Mutuatum igitur a Deo cognoscens motū suum, iam non usurpet ut proprium, sed ut cōmodatum. Ad uoluntatem namque commodantis, commodatarius uti debet commodato. Alioquin furtum facit in re commodata.

Quomodo occurrerit sit ei instabilitati. Cap. XV.

Cum igitur te mouerit Deus, uel moueri uoluerit, o cor humanū, mouearis, aliter non mouearis: quia non esset moueri, sed cōmoueri. Sed quādo te mouet Deus? Cum admonet. Admonet autē sic. Vanē occuparis o cor sapiens, & omni prerogatiua excellens, in his quæ uanitates uanitatū sunt. Non te decet his subesse, sed præesse. Te indigent ista, ut melius & cōmodius subsistant: tu his neque ad beatitudinem indiges, neque ad immortalitatem. Viaticum quidem iumento tuo præparant in uia, sed si ad mensuram fumantur, non ad superfluitatem. Ex superfluitate enim ciborū quandoque infunduntur iumenta, & in uentris nimiam effluxionem resoluuntur, ita ut ex refectioe deficiant. Sic corpus tuū, o princeps, & dominus corporis, si regulas necessitatis excesserit, & ad barathrum concupiscentiæ os aperuerit, lacum perditionis sibi effodit in hospitio reparationis, & de remedio comparat exitum, de uehiculo naufragiū. Quid proinde? superfluum tollit necessariū. Aufer superflua, & nulli deerunt necessaria: quia de superfluenti copia aliorum, nascitur ualde ægra aliorum inopia. Tuum est malè acta corrigere, tuū est in ordine & officio familiam membrorū corporis, & animæ motuum disponere, tuum singulorum negocia secundum competentiam assignare. Non sit in regno corporis tui, qui leges & iura institutorum tuorum impune præuaricetur, non oculus, non manus, non pes, non auris, non guttur. Quid enim de ignobilioribus & plebeijs membris dicā, si uel atrectare rebellionem præsumpserint? Lapidibus obruantur, iaculis increpationum confodiantur, & nouerint regem Salomonem sedere super mulam regis, id est, rationem super sensualitatem corporis. Quid si pudibunda illa (quæ uelato semper nomine appellatur a pudicis & castis labijs) motu inordinato rempublicam infestauerint? Certè abscondantur, non ferro, sed ieiunio: nō detractione, sed mortificatione. Utinam (inquit Apostolus) abscondantur qui uos conturbant. His persuasionibus cor effrenatum, in præceptis cursum suū rapiens, teneri potest, ut sit bona conscientia. Bona est si habeat in corde puritatem, in ore ueritatem, in actione rectitudinem. Pro his namque merebitur trinitatis uisionē. O beata uisio, in qua sic Deus erit notus atque perspicuus, ut uideatur a singulis nobis in singulis nobis, uideatur in seipso, uideatur in cœlo nouo & in terra noua, atque in omni quæ tunc fuerit creatura.

Conferendum esse crebrò librum nostræ conscientie cum uite libro. Cap. XVI.

Humana conscientia est Domini uinea, quæ excolere debent peccatorum confessio, & eorum satisfactio, & exhibitio honorum operū, & custodia eorū. Vnicuique est liber sua conscientia, & ad hūc librum discutiendum & emendandum omnes alij inuenti sunt. Anima cum de corpore egredietur, nullum alium præter conscientia suæ librum secum portare poterit, atque in illo cognoscet quò debeat ire, & quid debeat recipere. Ex his quæ scripta erunt in libris nostris iudicabimur: & ideo scribi debent secundū exemplar libri uitæ, & si sic scripti nō sunt, saltem corrigendi sunt. Conferamus itaque libros nostros cum libro uitæ, & si quid aliter habuerint, corrigantur: ne in illa ultima collatione, si quippiam aliter inuenti fuerint habentes, abijciantur. Beatus homo qui se potest cognoscere & despiceret, probare & improbare. Nam qui sibi displicet, Deo placet: & qui sibi utilis est, Deo charus est.

Confessio delictorum ducta per uarios gradus, directæ autem ad ipsum Deum. Cap. XVII.

Mltæ sunt scientiæ hominū: sed nulla melior est illa, qua cognoscit homo seipsum. Quamobrem redeam ad cor meum, & ibi stare assuescam, ut totam uitam meam possim discutere, & meipsum cognoscere. Omnes miseriae meas coram Deo effundam, si forte illa sua magna pietas moueat eum. Confitebor ei peccata mea, cui omnia nuda sunt & aperta: quem fallere non possum, quia sapientia est: nec effugere, quia ubique est. Audi ergo pijsime Deus confessionem meam, & respice ad pietatem tuā, & fac mecum secundum misericordiam tuā. Audi quā sæpe de memoria mea te expulit irruens turba plurimarum cogitationum, quæ uelut plebs ad aliquod spectaculum solent effluere in cor meū. Dum orare uel cantare in monasterio uolo, nescio cuiusmodi stulta cogitatio cor meum rapit, & ducit per diuersa loca. Cumque illud ad mereuoco, tenere non possum: sed illic elabitur, & huc illucque dispergitur, & per innumera effunditur. Idcirco crebra terrenarum cupiditatum illecebra, & uanitatū effusio ita cor meum occupant, ut quod uitare studeam, hoc cogitem, animoque uoluam. Non enim est in potestate mea cor meum, & cogitationes meæ, quæ ex improuiso effusa mentem meam animumque confundunt, atque alio trahunt quàm ego proposueram. Ad secularia reuocant, mundana inserunt, uoluptuaria ingerunt, illecebrosa cōtexunt: ipsoque in tēpore quo leuare mentē meā ad te paro, inanibus cogitationibus infestus, ad terrena plerūque deficior: huiusmodi perstreptentium cogitationum tumultus a corde quotidie amouere uolo, nec ua leo: sed uisa & audita, dicta & facta ad memoriā reuocant, & in ea cū magna importunitate perstrepunt. Cogitanda cogito, cogitata recogito, & eadem iterum atque iterum replicare non cesso,

Ggg 3 & cum

& cum diu multumque, quicquid potero cogitauero, sine cogitationibus esse non possum: sed intrant & exeunt, atque alia alia introducunt & excludunt: hæc inuitus sustineo, plerumque tamen consentio, cum per ea quæ uidi, uel feci sine utilitate, absque discretione, uaga mente discuro. Ita mens mea semper mobilis, & nunquam stabilis: semper uaga, & uelut ebria, per diuersa distrahitur. Grauius pecco, cum cor meum derelinquo: quoniam grauis iactura est, quæ per negligentiam fit. Vim patior, cum illud me deserit. Confirma cor meum Deus, quoniam cum stare in semetipso nititur, aliquo modo à semetipso etiam nesciendo deriuatur. Ita peccandi consuetudine etiã cum nescio, pecco: & cor meum cor uanum per infinita deducitur, & in multa desideria diuiditur. In nocte uero cum dormire uolo, multarum rerum imagines & phantasias clausis oculis uideo, easque inuitus tolero: quantoque ab eis aciem mentis auertere nitior, tanto amplius illæ se mihi ingerunt, & molestius turpium cogitationum cor meum maculant. Inde est quod sæpe mihi nocuit mortifera delectatio, quæ ex recordatione præteritorum peccatorum nasci solet, sed maxime ex recordatione libidinis. Hæc enim pestis quo præ cæteris uitijis est mihi familiarior, eo ad nocendum procliuor, & ad repellendum difficilior. Nam cum eam repellere uolo, nolenti mihi se ingerit: blandè onerosa, displicendo placens, & placendo displicens. Carnis libidinem nunquam fugere potui, sed semper me persequitur: & cum aliqua delectationis cogitatione uel uisus intentione me comprehendere potest, non diebus neque noctibus requiescere sinit. Subtiliter intrat, & mentem occupat: & nisi subito repellatur, allicit & incedit, & quasi uirus pestilentia per totum corpus paulatim se diffundit. Cogitationes prauas multiplicat, affectiones malas generat, delectatione illicita mentem afficit: ad consensum prauitatis animi in se inficit, omnesque animæ uirtutes corrumpit. Hac peste cum affectus teneor, diuelli ab ea uix possum: quoniam si multos eius cõfiteri aut nescio, aut erubescio, tam subtiles & turpes sunt. Re uera difficile est libidinis incendia extinguere: impubes stimulat, iuuenes inflammat: uires enervat, senes & decrepitos fatigat, non aspernatur tuguria, non reueretur palatia. Utinam sola cœnobîa fugiat. A diuina me Domine Deus meus, ut huic tam pestifero & mortifero uitio resistere possim. Scio enim, quia quod resistentem fatigat, uincens coronat. Scio etiam, quoniam si mentem meam cogitatione immunda polluerò, tibi qui munditiæ author es, placere non ualeo. Cor mundum crea in me Deus, quoniam non solum uana cogitatio illud occupat, & turpis inquinat, uerumetiam amara dissipat. Sæpe nanque aliqua iniuria commotus, densis cogitationum tumultibus in corde premor, hinc inde sollicitus, & cæcus, occasione uindictæ de accepta iniuria rimor, cõsilia multiplico, & nihil

Psal. 50.

aliud nisi iurgia, quæ desunt in corde perago. Præsentes non uideo, absentibus contradico: intra memetipsum contumelias profero & recipio, receptis autem durius respondeo. Cumque qui obuiet nullus adsit, rixas in corde cõpono, insidias inuidientium considero, & quid contra iurgij mouere possint penso, exquiro quid respondeam: & cum rem nullam teneam, uacuus litigator elaboro. Sicque diem in otio, noctem uero in cogitatione uerso. Torpeo ab utili opere, quoniam am fatigor illicita cogitatione. Ita mens intus pugnat, cum menti nemo repugnat. Nonnunquam uero quod egi in corpore, hoc postmodum importuna cogitatione uerso in mente: & multoties grauius torqueor in recordatione, quam prius captus fueram in operis perpetratione. Sæpe etiã ea quæ nunquam feci, nec in uoluntate habui, ita recogito, quasi peccateat me illa non fecisse. Ab occultis meis munda me Dñe: quoniam cum nihil exterius ago, intus grauius pecco. In corde enim seruo depicta, quæ uidi & feci. Ideo temporalium rerum tumultus in corde uersare non cesso, etiã cum uacuo. In cogitatione enim comedo cum ieiuno, loquor cum taceo, irascor & tranquillus sum: corpus requiescit, & animus huc illucque discurret. Ita uitã istam sine culpa nunquam transire potui, nec hoc quidē quod laudabiter uixi, sine aliquo reatu est, si remota pietate discutatur. De necessitatibus meis eripe me Domine. Crebro nanque dum necessitati debita reddere studeo, uoluptatis uitio deserui: sub uelamine necessitatis, cado in laqueum uoluptatis. Sæpissime nanque comedi, & bibi non ad necessitatem, sed ad uoluptatem: & quod necessitati satis erat, uoluptati parum erat. Cogitauit etiam de cibo & potu, quando non debui, & ubi non debui, & plusquam debui. Cogitando de escis, epulas in cogitatione tota die ruminabam. Cum tegendis membris uestimenta quaero, non solum quæ tegant, sed quæ extollant, expeto: & contra frigoris torpore, non solum quaero, quæ muniat per pinguedinem, sed quæ mulceant per mollitiem: non solum quæ per mollitiem tactum mulceant, sed quæ per colorem oculos seducant. Cum pro aliqua necessitate licentiam loquendi alicui habui, locutus sum non solum de necessarijs: uerumetiam de non necessarijs, & de his quæ ad me non pertinebant, & de quibus licentiam non habebam. Immergi me colloquijs hominum, & sibi locutus sum non ad ædificationem, sed ad destructionem: non quod decebat, sed quod libebat: locutus uerba uana & risui apta, uerba otiosa & inutilia. Verborum desertiuens, detractioni studens, os meum mendacio & detractione inquinauit. Lingua mea omni fallacia plena est, & nocuit mihi plusquam omnia membra. Nam ea quæ audiui uel uidi, nunquam eo modo, quo dicta uel facta sunt, referre possum: sed alia affirmo pro alijs, & sæpe multa intersero superflua: atque ita uel nimium laudando uel uituperando, ferè quotiens loquor, metior. Guttur infatigabile ardet in gluuie, gula diuersis saporibus fatiari non potest. Cor prauum, dolo & malitia plenum, per puram confessionem purgare nunquam potui. Manus ad opus prauum fuerunt paratae, & ad operandum bonum pigrae. Stomachus & intestina nimio cibo & potu sæpe sunt distenta, & ideo dolore sunt plena. Nam unde gula delectatur, inde uenter inflatur, corpus infirmatur, & sæpe mors sequitur. Per gulæ delectatione corruui in uentris ingluuie: & unde debui mihi parare salutem, inde contraxi nimium comedendo perniciem. Pedes uelocius me portauerunt ad aliquam curiositatem speculadã, quam ad ecclesiam. Oculi iniquo intuitu me peruerterunt, omnemque motum corporis mei ad immunda desideria traxerunt. Aures citius aperui uerbis otiosis & uanis, quam sanctis. Delectatus est odoratus uanis odoribus, gustus diuersarum rerum diuersis saporibus, nec non singuli alij sensus his & illis, iuxta quod cuique suus ferebat appetitus. Ita Deus meus in omnibus membris meis natura modum excessi, omnia membra mea uelut cõiuratione facta, inimico meo de me dominium tradidere, cum morte foedus iniere, pactum pepigere cum inferno. Eripe me Domine ab homine malo, id est à meipso, à quo recedere non possum. Nam quocumque me uerto, uitia mea me sequuntur: ubicumque uado, conscientia mea non me deserit, sed præsens asistit, et quicquid facio, scribit. Idcirco quamquam humana subterfugiam iudicia, iudicium propria conscientia fugere non ualeo. Et si hominibus cælo quod egi, mihi tamen (qui noui malum quod gessi) cælare nequeo. Proprij reatus conscientia non me requiescere sinit, sed de die in diem uehementer me torquet, & de die iudicij uehementius terret. Nam in die illa cum Dominus ad iudicium uenerit, uniuscuiusque conscientia ad testimonium adducetur, & apertò libro conscientia, omnis culpa ante oculos reducetur, atque ita cogente conscientia, unusquisque erit accusator, & iudex suus. Propterea statuam me ante me, & iudicabo me ipsum, ut illius extremae & tremendæ diei iudicium euadere possim. Damnat me conscientia mea, quamquã diuinum iudicium nondum me damnet. Accusat me de homicidio, quod si opere non feci, uoluntate tamè ac desiderio sæpe peregi. Accusat me de adulterio, & eodè modo respondeo. Accusat me de inuidia, cõfiteor & ego, quoniam inuidia sæpissime cor meum laniauit. Per inuidiam nanque sancte uiuentium merita, mea feci inuidendo peccata. Nam bona quæ ab eis fieri uel dici audiebam, uera omnino non credebam: ipsas res bene gestas, in malum malè interpretando conuertebam. Omne malum quod de illis mendax fama iactabat, statim tanquam si ego uidissem credebam: omnia mala meis æmulis fingebam, & ex profectu eorum desiciebam. Hæc uero odia intra me abscondebam, & in meos cruciatum enutriebam: proficientibus inuidebam, peccantibus fauebam, de malis eorum gaudebam, & de peccatis iugebam. Gratuitis inimicitijs ardebam, & hæc mali

Psal. 139.

Psal. 24.

fatiari non potest. Cor prauum, dolo & malitia plenum, per puram confessionem purgare nunquam potui. Manus ad opus prauum fuerunt paratae, & ad operandum bonum pigrae. Stomachus & intestina nimio cibo & potu sæpe sunt distenta, & ideo dolore sunt plena. Nam unde gula delectatur, inde uenter inflatur, corpus infirmatur, & sæpe mors sequitur. Per gulæ delectatione corruui in uentris ingluuie: & unde debui mihi parare salutem, inde contraxi nimium comedendo perniciem. Pedes uelocius me portauerunt ad aliquam curiositatem speculadã, quam ad ecclesiam. Oculi iniquo intuitu me peruerterunt, omnemque motum corporis mei ad immunda desideria traxerunt. Aures citius aperui uerbis otiosis & uanis, quam sanctis. Delectatus est odoratus uanis odoribus, gustus diuersarum rerum diuersis saporibus, nec non singuli alij sensus his & illis, iuxta quod cuique suus ferebat appetitus. Ita Deus meus in omnibus membris meis natura modum excessi, omnia membra mea uelut cõiuratione facta, inimico meo de me dominium tradidere, cum morte foedus iniere, pactum pepigere cum inferno. Eripe me Domine ab homine malo, id est à meipso, à quo recedere non possum. Nam quocumque me uerto, uitia mea me sequuntur: ubicumque uado, conscientia mea non me deserit, sed præsens asistit, et quicquid facio, scribit. Idcirco quamquam humana subterfugiam iudicia, iudicium propria conscientia fugere non ualeo. Et si hominibus cælo quod egi, mihi tamen (qui noui malum quod gessi) cælare nequeo. Proprij reatus conscientia non me requiescere sinit, sed de die in diem uehementer me torquet, & de die iudicij uehementius terret. Nam in die illa cum Dominus ad iudicium uenerit, uniuscuiusque conscientia ad testimonium adducetur, & apertò libro conscientia, omnis culpa ante oculos reducetur, atque ita cogente conscientia, unusquisque erit accusator, & iudex suus. Propterea statuam me ante me, & iudicabo me ipsum, ut illius extremae & tremendæ diei iudicium euadere possim. Damnat me conscientia mea, quamquã diuinum iudicium nondum me damnet. Accusat me de homicidio, quod si opere non feci, uoluntate tamè ac desiderio sæpe peregi. Accusat me de adulterio, & eodè modo respondeo. Accusat me de inuidia, cõfiteor & ego, quoniam inuidia sæpissime cor meum laniauit. Per inuidiam nanque sancte uiuentium merita, mea feci inuidendo peccata. Nam bona quæ ab eis fieri uel dici audiebam, uera omnino non credebam: ipsas res bene gestas, in malum malè interpretando conuertebam. Omne malum quod de illis mendax fama iactabat, statim tanquam si ego uidissem credebam: omnia mala meis æmulis fingebam, & ex profectu eorum desiciebam. Hæc uero odia intra me abscondebam, & in meos cruciatum enutriebam: proficientibus inuidebam, peccantibus fauebam, de malis eorum gaudebam, & de peccatis iugebam. Gratuitis inimicitijs ardebam, & hæc mali

tiam mei pectoris deprehendi timebam. Semper eram ei amarus, & nunquam certus: & ita amicus erã diaboli, & inimicus mei. Inter amicos discordias seminavi, discordantes in dissensionem cõfirmavi, opiniones eorum mendacis decoloravi: in spiritualibus carnalia laudavi, ut spiritualia bona eis deesse persuaderem. Amicitias simulavi, ut eos qui se incaute mihi commitebant, qua possem arte deciperem. Odiorum mihi occasionem prauis suspicionibus coaceruavi, & ita demones, quorum facta sectabar, lætificavi. Multis uelut amicus fui in obsequio, hostis in animo: comptus in uerbo, turpis in facto. Proditor fui secretorum, tenax malarum suspicionum, utrobique peruersus. Et ita persecutus est inimicus animam meam, humiliavit in terra uitã meã. Pijsime Dñe, unde possum esse bonus, qui in bono sic fui malus: Ego peccabam, & tu dissimulabas: prolongabam multo tempore iniquitatã meã, & tu pietatẽ tuã, quia penitentia & indulgentia cogitabas. Da ergo misericordiam misero, qui tãdiu pepercisti criminoso. Credo nanque quoniam quicquid mihi cõdonare decreueris, sic erit quasi nunquam fuerit. Non solum inuidia cor meum afflixit, uerumetiam uanitas circa uarias delectationes languentem animum inuoluit. Per uanitatem nanque de operibus, quorum mihi conscius non eram, turpiter me iactaui. Gestiebam etiam docere quæ nesciebam. Credi de me sublimia uolebam, delectabilia grauibus anteponebam: exacerbar uerbo, quod animo concupiscebam, appellaciones uirtutum meis uitijis imponebam, & ita meipsum fallebam, & fauentes mihi decipiebam. In promissione honesta fui uelox, in exhibitione mendax: à bono mutabilis, mali tenax: in uerbo grauis animo turpis: ubique fallax: iustus ad prospera, fragilis ad aduersa: inflatus ad obsequia, anxius ad opprobria: immoderatus ad gaudia: facilis ad humana, difficilis ad honesta. Misericordissime Domine, ita defecerunt in uanitate dies mei, in quibus debui flere commissam iniquitatem, excitare remissam uoluntatem: suspirare ad amissam hæreditatẽ, aspirare ad promissam felicitatem: properare ad angelicam societatem, repropitiari tuam maiestatem. Terret me tota uita mea Deus meus, quoniam diligenter discussa apparet mihi aut peccatũ aut sterilitas: & si quid fructus in ea uideat, sic est aut simulatũ, aut imperfectum, aut aliquo modo corruptum, ut possit aut non placere, aut displicere tibi. Et cõ uere ita res sit, sic est mihi quasi non ita sit, quod est miseria super miseriam. Sic comedo, bibo & dormio securus, quasi iam transierim diem mortis, & euaserim diem iudicij, & tormẽta inferni. Sic ludo & rideo, quasi iam regnem tecum in regno tuo. Idcirco multitudinem iniquitatum mearum expauescens: sed de tua pietate confidens, tibi creatori & redemptori meo, qui ueniam & indulgentiam postreatum per purã & lachryma bilem cõfessionem assequi promissisti, cõfiteor: quoniam in peccatis cõceptus sum, & in peccatis

Psal. 143.

nutritus, & per omne tempus uita meae usq; ad hanc diem in peccatis sum conuersatus. Nullū inuenio peccatum, a quo non sim aliquo modo inquinatus. Per superbiam namq; præcepta tua & seniorum meorū transgressus sum. Silentium & taciturnitatem, sicut regula docet, non tenui. Quod mihi licitum non fuit, habui, dedi, & accepi. Clamores pauperum & miserorū nō libenter aut misericorditer audiuī, nec eos in infirmitatibus suis uisitauī. Suadentibus mihi in malum cōsensī, facilius multa in imo, quā unū in summo cogito: facilius reprehendo aliorum uitia, quā mea: & quod in alijs reprehendo, facere non erubesco. Facilius uniuscuiusq; uitia quā uirtutes intendo. Cum aliorū delicta cerno, mea nō aspicio. In meis delictis sum clemēs, in alienis rigorem tenere uolo. Ad irrogandas cōtumelias sum ualidus, ad tolerandas infirmus: ad obediendum piger, ad laceffendos uerō alios importunus: ad ea quæ facere & debeo & ualeo uagus, ad ea uerō quæ facere nec debeo nec ualeo paratus. Ita repleta est malis anima mea, peccatis meis exigentibus. In ecclesia me deteriorē reperio, ante altaria sacra deuotē non supplico: uasa sacra nō reuerētē tracto, in choro sum corpore, & in aliquo negocio mente. Nunc intus maneo, nunc foras exeo, tanta est leuitas corporis, nec non & mentis. Aliud canto, & aliud cogito. Psalmodiæ uerba profero, & psalmodiæ sensum non attendo: sed mente uagus, habitu disolutus, oculis attonitus, huc & illuc prospiciens, quæcunque sibi geruntur perlustro & perspicio. Væ mihi, quoniam sibi pecco, ubi peccata emendare debeo. Nōnunquā uerō in ipsīs bonis quæ ago, ad deterius propinquo: quia dum menti lætitiā pariunt, & quandā securitatē gignūt, mens mea securā reddidit & in torpore laxat. Sæpe etiā me ipsum & opera quæ fecerā laudauī, & ab alijs laudari uolui. Plerūq; laus humana, quā nō quærebā, mihi oblata placuit: & cū ex ea incautē extollerer, subito multa quæ fecerā ad memoriam uenerunt, ut amplius in elatione attollerer. Quæ subtiliter replicans, atq; in unum cuncta coaceruans, coepi magis magisq; deceptus intus mescere. Dumq; in mei admiratione occupatus defigerer, mihi dans gloriam, & non Deo, a quo omnia acceperam, omnium fructum amisit: atq; ita didici, quoniam qui me laudabāt, aduersum me iurabant. Quanto enim quisq; in semetipso gloriatur, tanto à Dei amore dislingitur. Ita Deus meus, inferno appropinquauit uita mea. Si me liberabis, habebō unde tibi gratias agam: si inde non liberabis, nō habeo unde te reprehendam, quoniam iustus es. Heu mihi, qualis uixi, quanta mala feci & dixi! Pudet qui sic uixerim, & quod natus fuerim. Mallem nō esse, quā talis esse. Bonus erā, & malum me feci, utiq; qui sponte me feci miserum, iustū est semper esse miserū. Conscientia mea meretur damnationem, poenitentia mea non sufficit ad satisfactionē: sed certum est, quoniam misericordia tua delet omnem

Psalm. 87.

Psalm. 101.

Psalm. 87.

offensionem. Dele ergo pie Domine, iniquitatem meam multitudinem miserationum tuarum. Ego uerō qui usq; ad hanc diem sine causa uixi, ammodo sine causa uiuere nolo. Sed heu miser, hæc tam sæpe sic confessus, surgens, cadens sum defessus, re peccando torrens, confitendo torrens. Multotiens promisi me emendare, & nunquam tenui: sed semper ad peccatum redij, & prioribus sceleribus noua & deteriora contunxi. Nunquam, ut debuī mores meos in melius mutauī, nec a malefactis recessi. Plurimos etiā me perdens, peccare feci: & multis causa mali extitit, & exemplis uitæ meæ nonnulli subuersi sunt. Ecce peccata mea misericordissime Deus, non abscondo, sed ostendo: accuso me, nō excuso, quoniam iniquitatē meā cognosco. Nec idcirco iustus sum, quoniam si alter ita me accusaret, sicut ego me ipsum accuso, patiēter sustinere nō possem. Desperare utiq; potuissem ppter nimia peccata & uitia, culpas & infinitas negligentias meas, quas egi & quotidie indefinētē ago corde, ore, opere, & omnibus modis quibus humana fragilitas peccare potest, nisi uerbū tuū Deus caro fieret, & habitaret in nobis. Sed desperare iā nō audeo, quoniam subditus ille tibi usq; ad mortē, mortē autē crucis, tulit chirographū peccatorū nostrorū, & affigens illud cruci, peccatū crucifixit & mortem. Gratias tibi ago Domine Deus meus, quoniam uisitasti me, & ostēdisti mihi peccata mea. Nunc primū te inspirāte, didici ad cor meū redire, & in me ipsum cognoscere. Aduoca bo ergo aliquem de amicis tuis, & ei omnia delicta mea exponam sicut mihi precepisti, ut eius consilio & auxilio ab omnibus meis possim iniquitatibus liberari, & tibi reconciliari.

Confessio ad abbatem facta. Cap. XVIII.

Audi ergo pater, miserū peccatorem, audi uocē lachrymantis & poenitentis: attende quā grauiter peccaui, & creatorē meū offēdi. Deo iubente ad cor meum redij, & inde exclusis omnibus præter Dominū Deū & me ipsum, totam uitā meā discussi tanto diligentius, quam familiaris: & ut uerū fatear, nihil aliud sibi inueni, nisi locū horrois & uastæ solitudinis, conscientiam uidelicet diu neglectā, omnino incultā, spiritus, & tribulis oblitam, & omni horrore plenā. Nullum enim inuenio uitium, a quo non traxerim aliquod contagium. Turbauit me ira, lacerauit me inuidia, inflauit superbia: inde contraxi mentis inconstantiam, oris scurrilitatem, opprobria proximorum, scelera detractionum, lingue effractionem. Seniorum meorum imperia nō seruauī, sed iudicauī: de meis negligentijs obiurgatus aut rebellis fui, aut murmurauī: præferri me melioribus impudenter affectauī, simplicitatem spiritualium fratrum irridenter exagitaui: meas sententias procaciter iactauī, obsequia delata fastidiui, negata quaesiuī, iuniores meos elatus despexi. Non obseruauī in obsequio reuerentiā, in sermone modestiā, in moribus disciplinā: habui in intētionē pertinaciā, in corde duritiā,

in

in sermocinatione iactantiam. In humilitate fui fallax, in odio pertinax, in iocatione mordax. Subiectionis impatiens, potentiaē sectator, ad opus bonum piger, ad unitatem ferus, ad obsequiū durus, ad loquendum quæ nesciebā promptus, ad supplantandum paratus, fraternæ societati inhumanus. Temerarius in audiendo, praesumptuosus in docendo, effrenatus deformiter in cachinnando: onerosus amicis, infestus quietis, ingratus beneficijs, inflatus obsequijs, & imperiosus subiectis. Sæpe iactauī me fecisse quod non fecerā, uidisse quod nō uiderā, dixisse quod non dixerā. Dissimulaui etiā me nō fecisse quod fecerā, negauī me dixisse quod dixerā, nō uidisse & audisse quod uiderā et audierā, et ita ex omni parte sum reus. Reus in seculo, reus in claustris: sed sibi per ignorantia, hic per negligentia, & utrunq; me terret. Veruntamen multo amplius terret me, quod in monasterio ante conspectum Dei deteriore me inuenio. Collocauit me Deus in loco uoluptatis, in domo ubertatis, in paradiso deliciarum: ego uerō miser & miserabilis, inter mensas epulantium fame pereō, iuxta fontem sitio, ante ignem algeo, & ad neutrum manus extendere uolo, tam piger sum & desidiosus. Ita tempus amitto, quod Deus mihi sua pietate indulserat ad agendam poenitentiam, ad obtinendam ueniam, ad acquirendam gratiam, ad promerendam gloriam. Quasi quoddam monstrū inter filios Dei sito, habitum monachi, nō cōuersationem habens. In magna corona & ampla cuculla, salua mihi omnia existimo. Tanquam arbor sterilis terram occupo, & uelut iumentum uile plus consumo quā proficio. Altiores alterius locum teneo, & nullius officij suppleo: sed sum sicut truncus sine frondibus & fructibus. Alij me pascunt de laboribus manuum suarum sicut præbendarum suarum. Ego autem tanquam pauper & miser, nec clericum, nec laicum gero. Cantare namq; & legere nequeo, laborare uilior, caduere peior. Tolerabilis enim canis putridus foetet hominibus, quā anima peccatrix Deo. Idcirco taedet me uiuere, uiuere erubescō, quia parū proficio. Mori timeo, quoniam non sum paratus. Malo tamē mori & misericordiam Dei me committere, & commendare: quia benignus & misericors est, quā de mala mea cōuersatione alicui scandalum facere. Tota namque die uerecūdia mea contra me est, & cōfusio faciei meæ cooperuit me, cū uideo me somnolentū ad uigilias, tardum ad horas canonicas, & pigrū ad opera manuum. Alios autem uideo tā strenuē & deuotē diuinis interesse laudibus, alios uerō ita reuerēter & alacriter corā Deo assistere, & eū laudare: ego autē cōpungi ad lachrymas nequeo, tāta est duritia cordis mei. Cantare nō libet, orare nō delectat, meditationes sanctas nō inuenio, tāta est sterilitas anime meæ, & deuotionis inopia quā patior. Heu mihi, omnes in cit

Ioc. 2.

Psalm. 43.

auit meo uisitrat Dñs, ad me autē non appropinquat. Nā aliū quidem intueor singularis abstinentia, alium admirandæ patientiæ, aliū summæ humilitatis, & mansuetudinis, aliū multæ misericordiae & pietatis: illū in contemplatione frequēter excedere, hūc pulsare & penetrare cœlos orationis instantia, aliosq; in alijs præeminere uirtutibus. Omnes considero & prospicio feruentes, omnes deuotos, omnes in Christo unanimes, omnes donis cœlestibus, & gratia affluentibus, tanq; re uera spirituales homines, quos Deus uisitrat, & in quibus habitat. In me uerō nihil horum inuenio, quoniam declinavit Dominus in ira a seruo suo. Inde est, quod cum alij uigilant, ego dormio: quando alij cantant in monasterio, ego huc & illuc discuro: quando alij in aliquo secreto loco se furantur a colloquijs hominum, ut ibi loquantur cum rege angelorū, ego quero colloquia humanum: cum alij uacat lectionibus, ego fabulis & uerbis ociosis: quando alij discutunt & iudicant semetipsos, ego iudico alios: Alijs placet communis uita, communis disciplina & commune studium, & mihi placent anguli & diuerticula. Sic sic ex quo peccare potui, nunquā a peccatis & malis operibus cessauī: peccatis peccata semper accumulauī, & peccata quæ aliquando operibus implere non potui, malis uoluntatibus & malis desiderijs nunquā perficere cessauī. Super omnia mala delectatio carnis, quæ ab ipsis cunabulis semper mecum creuit, mihi semper adhæsit: nec adhuc iam præ senectute deficientibus membris me deseruit, multis & uarijs modis infelicem animam meam maculauit, dissoluī, captiuauit, & omni uirtute destitutam, inanem & debile reddidit. Fateor, huius operis nefarij immūdis recordationibus, me sæpe esse commotū & incensum, ardore nō modicos & inhostos passum: & non solū mearū delectationū mala memoria & stulte recordationes mihi nocuere, sed etiā aliorū malefacta mihi narrata, & per recordationes sordidas ad memoriā reducā, cor meum non paruo ueneno iniquitatis maculauere. Et in hoc miserabiliter miserabilis sum, quia non tantum doleo, quantum dolendū me cognosco: sed sic securus torpeo, uelut quid patiar ignorem. Hoc uerō mihi est omni infelicitate miserius, quod ita opere peruersus, ore pollutus, corde immundus ad altare accedo, & Christi corpus manibus meis pertractare non pertimesco. Accedo elatus ad humilē, iratus ad mitē, crudelis ad misericordem: & tamen patitur humilis elatū, mitis iratum, crudelē misericors. Accedo seruus ad Dominū, nō amore, sed timore: non deuotione, sed usu. Accedo ad Dominū, cuius percussus seruum. Ad patrē accedo, cuius occidit filium: percussus uerbo, occidit exemplo: nec tamen pertimesco Dominum, nec reuereor patrem. Manens in turba, fratrum turbas aliquos, & ab aliquo turbatus quandoq; accedo ad pacificum. Appropinquo etiam talis ad osculum pacis, qui prius reconciliatus accedere debuissim.

sem ad osculum turpati fratris. Conuincit merum & Dei inimicum mea iniquitas, peccatū meum saepe separauit me à Deo. Idcirco obsecro te pater, ut me instruas, quomodo possim aut semper stare cum Deo meo, aut redire cū ab eo, peccatis meis exigentibus, motus fuero.

Pater spiritualis ad confitentem responsio.

Capitulum XXI.

Confessio tua fili, ad lachrymas me commouit, tum propter me, tum propter te. Propter me fleo, quoniam quaecumque de te dixisti, eadem ferè aut similia reperio in me: & multa ad memoriā reuocasti, quorum oblitus fuerā. Propter te gaudeo, quoniam uisitauit te oriens ex alto. Non enim longè es à regno Dei. Notitia namque peccati, initium est salutis. Confido in Domino, quoniam quicquid minus est in te feruoris & boni operis, humilitas supplebit puræ confessionis.

Quaecumque namque hora peccator conuersus ingemuerit, saluus erit: quoniam cor contritū & humiliatū Deus non despiciet. Tardius siquidē uidef Deo ueniam peccatori dedisse, quā illi accepisse. Sic enim festinat misericors Deus absoluerè reū à tormento conscientiae suae, quasi plus cruciet misericordē Deū cōpasio miseri, quā ipsum miserum cōpasio sui. Qui enim uerè poenitet, & ueraciter dolet, absque dubio & absque mora indulgentiam accipiet. Et quanto quis frequentius, quantoque uehementius de suo reatu interno dolore afficitur, tanto certior, tantoque securior de indulgentiae uenia efficit. Inde est, quod animā poenitentiae lachrymis afflicta, tā frequenter quā libenter consolatur spiritus paracletus. Illam frequenter uisitat, illam libenter confortat: & ad ueniam fiduciam plenè reformat quā sua scelera flendo damnare, & damnando flere considerat. Incipit extunc quaedā familiaritas inter Deū & animam, eo quod hæc se sentiat ab illo saepius uisitari, & ex eius aduentu nō tantū iam, consolari: imò aliquotiens quodā ineffabili gaudio repleri. Sed ad hæc quis idoneus? Profectò uerè poenitens. Omnia etenim in confessione lauantur, conscientia munda, amaritudo tollitur, peccatū fugat, tranquillitas redit, spes reuiuiscit, animus hilarescit. Post baptismum nullum aliud nobis constitutum est remediū, quā confessionis refugium. Sit ergo deuota cordis compunctio, uera oris confessio, discreta carnis mortificatio, repentina uitiorū extirpatio, læta honorū operū exhibitio. Non erubescas Deo confiteri, cui non potes abscondi. Ipse enim nouit abscondita cordiū, cui omnia nuda sunt & aperta, ante cuius conspectū cuncta nostra peccata sunt scripta. Sed quod ibi scribit transgressio, hic delet confessio. Non te igitur pudeat dicere, quod nō puduit facere. Quod si forte pudor est tibi, mihi soli peccatori peccata tua exponere, quid facturū es in die iudicij, ubi omnibus exposita tua apparebit conscientia? Si cogereris coram multitudine nudo corpore transire, nō posses nō erubescere: cur ergo minus confundaris, quando immunda cogitati-

Psalm. 43.

one in mente sordidaris? Cur minus erubescas pudenda cordis, quā pudenda carnis? Cur magis uereris uultus hominū, quā uultus angelorū? Talis confusio separat à Deo. Omnis spes ueniē & misericordie est in confessione uera. Simulata namque confessio, non est confessio, sed duplex confusio. Excludit enim miserationē Dei, misericordie simulatio: nec dignatio locum habet, ubi fuerit dignitatis presumptio. Prouocat uerò cōpasionē humilis miseriae confessio. Nulla est enim tam grauis culpa, quæ nō habeat ueniā per purā confessionē. Vitia igitur cordis tui & prauas cogitationes illico manifesta. Peccatū enim proditū citò curat. Crimen uerò tacēdo ampliatur. Vitium si patet, fit ex magno pusillum: si latet, fit ex minimo magnū. Nam uelox confessio, uelociter medicinā facit. Melius est ut uites uitium, quā ut emendes, ne fortè cum incurris, reuocare non possis.

Remedium ad fugiendum prauas cogitationes.

Capitulum XX.

Quotiens te sentis turpibus cogitationibus pulsari, & ad illicitam delectationē affici: totiens pone ante mētis oculos quomodo Christus in cruce crucifixus est pro te. Intuere quomodo à Iuda Iudæis traditur, & quā uiliter pertractatur, blasphematur, & colaphizatur: iudicatur & condemnat, expoliatur & flagellatur: ad ultimum uerò cōtumelijs & opprobrijs affectus inter duos latrones suspenditur, clauis cruci affixus, spūis derisus, spinis coronatus, lancea perforatus, ex omnibus partibus sanguis emanat, & inclinatio capite emittit spiritū. Ita redemptor tuus moritur pro te, & tu, nescis, cuiusmodi sordida cogitatioē sordidaris in mente. Sufficere possit hæc cogitatio ad excludēdas omnes illicitas cogitationes. Sed ecce, ad alia trāseamus. Considera quomodo morieris, quādo aliqua graui infirmitate uexatus, et ad extrema deductus, & ibi ad terrā pietus, inter longa suspiria & difficiles singultus, inter diuersos dolores & timores animā expirabis. Tūc ueniet corpus in pallorē & horrorē, in sanie & foetore, erit uermis, & cibus uermium: animā uerò mox capient & rapiant laruales illæ facies, quæ eā in exitu præstolant, et ex omni parte terrebut eā demones terribiles & horribiles. Cogita quis eam defendet à rugientibus præparatis ad eam: quis consolabitur eā cū teterrima illa monstra demoniorū occurrant sibi cateruatim ruere uidebit, aut quis deducet per ignotā regionē? Attende etiam quā subito uenit dies ultima, subito uenit, & forsitan hodie erit. Iam adest, iam præsentaberis ante tremēdū iudicē, accusaberis multis & magnis offensis: nō uno, nō paucis, sed innumeris criminibus: non paruīs, sed immensis: nō dubijs, sed certis: non breui accusatione, sed tam longa, quā longa est tota uita tua: nō uno accusatore, sed tot, quot sunt delicta tua. Ipse iudex erit districtus accusator tuus. Omnes etiam spiritus boni & mali coram Deo te accusabūt cū eo. Boni, quia Deo debēt æquitatē: mali, quia tuam seruant iniquitatem. Tot iudicibus & populis astabis,

astabis, quot præcesserunt te in opere bono. Tot argumentis confundaris, quot tibi præbuerunt bene uiuendi exemplum. Tot conuinceris testibus, quot te monuerunt bonis sermonibus, & iustis actionibus. Omnibus populis nudabunt iniquitates tuas, et cunctis agminibus patebunt uniuersa scelera tua, non solum actuum, uerum etiam cogitationū & locutionum. Multa uerò peccata tūc prouent ex improuiso, quasi ex insidijs, quæ modò non uides, & forsitan plura & terribiliora his quæ nunc uides. Vndique erunt tibi angustia, hinc erūt accusantia peccata, inde terrens iustitia: subtus patēs horridū chaos inferni, desuper iratus iudex: intus urens conscientia, foris ardens mundus. Si iustus uix saluabit, peccator sic deprehensus in quam partē se premet? Latere erit impossibile, apparere intolerabile. In tanto discrimine torquebit te tua conscientia malè sibi conscia, cruciabunt cordis arcana. Cogente etiā conscientia, tu ipse eris accusator & iudex tuus. Conuictus teste propria conscientia, & testibus oculis ipsius iudicis, fugere nō poteris, sed tremēs & anxius stabis suspensus ad grauissimā sententiam in angusto periculo: & in periculosa angustia, tanquā illico recepturus quod in perpetuū amittere non poteris. Iudex tūc erit uehementer iratus, & terribiliter districtus, sententia eius semel lata erit immutabilis: tortores horribiles, qui nunquā miserentur, erunt parati ut data sententia te damnatum ad tormenta rapiant. Tormenta erunt sine interuallo, & sine temperamento: timor cōturbabit te, cum terra aperietur coram te, & tu ruēs, & cades in stagnum sulfuris ardentis, & foetentis. Ignis exterius carnem tuā comburet, uermis interius conscientiam corrodet, ibi eris sine fine, sine spe ueniæ & misericordiae. Omnia uerò gehennæ supplicia superabit, Deū non uideret, & bonis carere, quæ in potestate habuisti obtinere. Si uis omnes malas cogitationes à corde tuo expellere, hæc saepe cogita. Ibi namque est cogitatio tua, ubi est affectio tua: ibi cor tuum, ubi est desiderium tuum, quoniam illud saepius in cogitatione uolumus, cuius amore plus affecti sumus. In cogitatione sua cadit quisque, uel stat. Si bona cogitas, cogitatio tua sancta custodit te. Si mala cogitas, spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu: eritque templū Dei spelunca diaboli: quoniam quem Deus deserit, diabolus arripit. Spiritus sanctus suggerit bona & dulcia, spiritus malus mala & amara, uana, inutilia, & immunda. Et ideo quaecumque hora mala cogitatio cor tuum tangit, non consentias illi: nec sinas eam in corde tuo manere, sed illico repelle. In initio cogitationis iniquæ resiste, et fugiet à te. Nam ante Dei oculos non uolūt uacuae cogitationes nostræ, & nulla momenta temporis in animum transcendent sine statu retributionis. Cogitatio praua delectationem parit, delectatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessi-

tas mortem. Sicut uiperæ à filijs suis in utero possitis lacerata perimitur, ita nos cogitationes nostræ intra nos nutritæ occidunt. Dæmonum est malas cogitationes suggerere; nostrum est illico illas expellere. Nam in animo nostro eas lacere, nostræ attinet uoluntati, & proprię deputatur culpæ. Voluntate namque sua cadit, qui cadit: & uoluntate Dei stat, qui stat. Cogitatio tamen immunda mentem non inquinat, cum pulsatur, nisi cū hanc sibi per delectationē subiugat.

De peccato superbia.

Superbia sicut est origo omnium criminum, sita est ruina omnium uirtutum. Ipsa enim est in peccato prima, ipsa in conflictu postrema. Ipsa autem in exordio mentem per peccatū prosternit, aut in fine de uirtutibus dejicit. Idcirco est omnium peccatorū pessima, quia tam uirtutes quā per uitia humanā mentē exterminat. Cætera uitia solas illas uirtutes impetunt, quibus ipsa destruitur, ut luxuria pudicitiam, ira patientiā: sola uerò superbia contra cunctas animi uirtutes se erigit, & quasi generalis ac pestifer morbus omnes corrumpit. Idcirco nisi omnia opera nostra humilitas præcesserit, comitata & cōsecuta fuerit, proposita quā intueamur, appositā cui ad hæreamus, interposita qua reprimantur, totū de manu extorquet superbia. Quantalibet sit iustitia operis, apud internū iudicē nulla est, si hanc eleuat tumor mentis. Perit reuera omne quod agitur, si non sollicitè in humilitate custodiatur. Signa superbiae hæc sunt, clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, honestas in imagine, inhonestas in actione, rancor in reprehensione.

De inuidia, & detractione.

Inuidia est animi tineæ, sensum comedat, peccatus urit, mentē afficit, cor hominis quasi quædam pestis depascit, & cuncta bona ardore pestifero deuorat. Inuidus alienum bonū suū facit inuidendo peccatū. Cum peccatores quosque conspiciamus, nō facillè eos iudicemus: sed magis desleamus, quia in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus. Si uis delinquentē corripere, aperte increpa, nec occultè mordeas. Quid enim prodest si me nesciente alijs mala mea referas? Ve illi qui suā reuuit corrigere uitā, & aliene nō delinit detrahere. Si uis detrahere, tua in te peccata retorquet: nō aliorū delicta, sed propria cerne. Nunquā enim alijs detrahes, si te bene inspexeris. De malo alieno os tuū nō coinquines, nō detrahas peccatū, sed cōdole: quoniam graue peccatum est detrahitio. Detrahentes & audientes pari reatu detinent. Sicut irasceris alteri, quando detrahit tibi: sic irasceris tibi, quādo detrahis alteri. Detrahitio est mordacior, quā uera cordis reprehensio.

De curiositate.

Multos seducit curiositas. Tādū quisque sua peccata ignorat, quādū curiosè aliena considerat. Qui semetipsum aspicit, nō querit quid in alijs frequenter reprehendat, sed in semetipso quid luceat. Quod inter se loquuntur homines, nunquam

nunquā scire desideres. Omne etiā genus mendacij summopere fuge. Nec casu, nec studio loquaris falsum: quia os quod mentis, occidit animam. Per nullam fallaciam, uitā alicuius defendas. Fuge inhonesta uerba, reijce uerbum quod non edificat audientes. Vanus em̄ sermo citō poluit mentem, & faciliē agif, quod libenter audif. Vanus enim sermo, uanā conscientia est index. Mores hominis lingua pandit, & qualis sermo ostenditur, talis animus cōprobatur: quoniā ex abundantia cordis, os loquitur. Sermo uanus non erit absq; iudicio: quia ab omni rectitudinis statu depereunt, qui per uerba uana dilabuntur. Qui laudem non appetit, nec contumeliā sentit. Discerne te tuo iudicio, non alieno. Nemo enim magis scire potest quis sis sicut tu, qui cōsciū es tibi. Quid enim prodest dum malus es, si bonus p̄diceris: Qualis haberi uis, talis esto. Si sapiēs fueris, te semper habebis eundem. Stude loqui non quod libet, sed quod oportet. Qui ociosum uerbum non reprimat, ad noxia citō transit. Magna uirtus est, si nō lēdas, a quo laesus es: magna gloria est, si cui nocere potuisti, parcas. Nobile uindictā genus est, ignoscere uicto. Quicquid tibi cōtingerit aduersi, p̄ tuo peccato euenit tibi. Tempera ergo dolorem tuū, & dic, iuxta modū delictorū parua datur ultio. Mala aliorum bono tuo supera. Vince malitiam bonitate, detrahentium errores dissimulando calca: non sis in pace infidus, nec leuis in amicitia. Odiētes ad pacem inuita, discordantes ad concordiam reuoca.

De prauitate conscientie.

Conscientia hominis abyssus multa. Sicut em̄ abyssus exhauriri non potest, sic cor hominis euacuari a cogitationibus suis nō potest, sed continua uolubilitate in eo uoluuntur: mare magnum est, & spaciosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus. Sicut enim reptile latenter repit, & sinuosis anfractibus huc & illuc deambulat: ita conscientiam hominis uenenatā cogitationes intrāt & exeūt, ut nesciat homo unde ueniant, aut quō uadant. Hoc bene cognouerat qui dicebat, Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognosceret illud: quod scrutationem non recipit, nec cognitionem. Nulla p̄na grauior est praua conscientia. Mala conscientia proprijs agitur stimulis. Si publica fama te nō damnat, propria conscientia te cōdemnat: quoniam nemo potest seipsum fugere. Vis nunquam esse tristis: Bene uiue. Bona uita semper gaudiū habet, cōscientia rei semper in p̄na est. Ita clemēs esto in alienis delictis, sicut in tuis: nec quenquam districtius quam te iudices: sic alios iudica, ut ipse iudicari cupis. Lex tua te cōstringit, iudiciū quod alijs imponis, ipse portabis. Nullū ante iudiciū condemnes, ante proba, & sic iudica. Non enim qui accusatur, sed qui cōuincitur, reus est. Valde periculosum est de suspitione quempiā iudicare. In ambiguis, Dei iudicio serua sententiam. Non eligas cui miseraris, ne forte prætereas illum qui meret accipere. Omnibus te

Sapient. 1.

Matth. 12.

Psal. 103.

Hier. 17.

A tribue si potes, quoniā incertū est p̄ quo magis placeas Deo. Maior sit beneuolentia q̄ quod datur: quoniam tale erit opus tuū, qualis fuerit intentio tua. Qui cum tristitia manum porrigit, fructum remunerationis amittit. Non est misericordia, ubi non est beneuolentia. Non auferas unū, unde tribuas alteri: quoniā nihil prodest, si inde alium reficis, unde alium inanem facis. Abijce a te quicquid tuum bonum propositum impedire potest: contemne uiuens, quæ post mortem habere non potes. Difficile est, imō impossibile, ut p̄sentibus quis fruatur bonis & futuris: ut hic uentrem, & illic mentem impleat, ut de delicijs transeat ad delicias, ut in terra & in cœlo gloriosus appareat. Si uis cum lætitia animi uiuere, nō li multa habere. Istam quisq; finiens uitam, nisi q̄d meruit in ipsa, nō potest habere post ipsam. Quanto nanq; inferius delectamur, tanto a superno amore disiungimur. Nullus sit casus, quē non meditatio tua p̄ueniat, nullus sit casus qui te imparatū inueniat. Propone nihil esse quod tibi accidere non possit. Vita foueam, in quam uides alium coram te cecidisse. Aliorum perditio, tua sit cautio. Dum nescimus, repente mors uenit. Nescimus enim quid hodie nobis contingat, & ignoramus si hac nocte animam nostram conditio mortis deponat. Quotidie ad finē uitæ tendimus, & ad mortem properamus. Idcirco singulis horis cogitare debemus, quō singulis momentis properamus. Vnde Dominus ait per Prophetam: Perditio tua Israel ex te tantū, in me auxilium tuum. Quasi diceret. Ut pereas, imputa tuo merito, ut salueris meo auxilio. Numquam oportet p̄nitentem habere securitatem de peccatis. Nam securitas negligentiam parit, & saepe incautū ad uitia transacta reducit. Non solum graua, sed & leuia cauenda sunt peccata. Multa enim leuia unū grande efficiunt, sicut solent de paruis & minimis guttis immēsa flumina crescere. Non est dubiū, quōd qui casti perseuerant & uirgines, angelis Dei efficiunt æquales.

De improba uentris importunitate.

Nillus homini tam improbus exactor est, quam uenter, qui quotidiana famis exactio te urget. Cum ceteris uitijs, et si interdum nascimur, interdū tamen cum eis non morimur. Sed cum isto nascimur, & cum isto morimur. Multis creditoribus reliquit me obnoxium pater meus, sed ab omnib. liberatus. Vnus tamen super est, a quo liberari non possum, id est, uenter. Venter præcepta non audit, p̄scit, appellat: non est tamen molestus creditor, paruo dimittitur, si modō dederis ei quod debes, nō quod potes. Quosdam præsciens Deus peccare posse, in salutē flagellat eos infirmitate corporis ne peccent, ut eis utilius sit frangi languoribus ad salutem, quam remanere incolumes ad damnationem. Est perniciofa sanitas, que ad inobedientia ducit: est & salubris infirmitas, quæ per diuinam correptionem mentem a duritia frangit, & humiliat.

Quomodo

Quomodo diabolus sagaciter & multiformiter nos tentet. Diabolus quando decipere quemquam tenet, prius naturam uniuscuiusq; intendit: et inde se applicat, unde aptum hominem ad peccandum aspicit. Blandis & lenibus mentibus luxuria aut uanā gloria, pponit, asperis uerō mentibus iram, superbiam, uel crudelitatem. Aduersarius noster cum ab exteriori sensualitate se uidet exclusum, interiora collectis uiribus aggredit, & ingredit: sed spiritualis homo, qui omnia iudicat, eius astutias nō ignorat: reprimat quod potest, quod non potest, tolerat: quia & si latratum canis sustinet, morsum non timet. Mordet cum ad consensum pertrahit, latrat cum suggerit: & tunc nō uulnerat, sed coronat: quoniam etsi resistētē fatigat, non obligat nisi consentientem.

De oratione & modo odorandi.

Oratio est mentis deuotio, id est, cōuersio in Deum per pium & humilem affectum. Humilem ex conscientia infirmitatis propria, pium ex consideratione diuinæ clementiæ. Nullo alio modo deus citius ad misericordiam flēctit, quā si animus deprecātis ad eū toto deuotionis affectu cōuertat. Nil ita. Deū cōplectitur, quem admodum purus mentis affectus. Idcirco cum orare uolueris, solus solitudinē cordis tui ingredere: & collecto spiritu tuo, integra mente & uacua curis, orationis domum intra, & stans corā Deo ante unum aliquod de altaribus, orationis instātia cœlos penetra, & p̄sentatus choris cœlestium, in ipsorum p̄sentia miserias & calamitates, quas pateris, miserādus deplora. Prode tua necessitatem, posse eorum pietatem: & ego cōfido in eo qui dixit, Petite, & accipietis: quoniā si perseueraueris pulsans, non exibis inde uacuus. Sic ora cum oraueris, quasi sis assumptus & p̄sentatus ante faciē maiestatis in excelso throno, ubi milia milium ministrāt ei, & decies centena milia assistunt ei. Tunc ueraciter oramus, quando aliunde nō cogitamus. Sine intermissione orare debemus. Nam sicut nullum est momentum, quo homo nō fruatur, aut utatur Dei pietate & misericordia: sic nullū debet esse momentum, quo eū p̄sentē nō habeat in memoria. Felix anima, quæ omnes euagationes mentis in unū studet colligere, & in illo ueræ felicitatis fonte desiderii figere. Quando oramus, spiritū sanctū ad nos uocamus. Oratio cordis est, nō labiorū. Neque enim uerba deprecantis Deus intendit, sed orātis cor aspicit. Vis uirtutes tuas auerere: Prodere noli. Quod manifestādo potes amittere, tacendo custodi. Quibusdā enim concessum est tantū bene agere, & fructū boni operis non habere, quod ipsi auferunt per studium humanæ iactantia. Sicut glacies calore dissoluitur, ita uirtus ore laudantis. Cum ad cor meū redire uolo, desideriorum carnalium turba, tumultusq; uitiorum, tentationibus suis cogitationem meam dissipant, & intentionem cordis in oratione perturbant. Et dum cōuertit ad Deum post perpetrata uitia studeo, & cōtra hæc eadē

1. Cor. 2.

Luce 11.

Dan. 7.

1. Thess. 5.

Matth. 11.

Luce 20.

A uitia, quæ perpetravi, illū exorare cōnor, occurrunt cordi phantasmata peccatorum quæ feci, & mentis meæ aciem reuerberant, confundunt animum, & deprecationis meæ uocem premunt. Ita mala quæ feci, cogitationi meæ suis imaginibus impressa, in ipsa mea oratione me conturbant. Cæterum quanto grauiore tumultu cogitationum carnalium premor, tanto ardentius orationi insistere debeo. Et tantū peccatorū meōrū phantasmata in oratione plerunq; patior, tantū necesse est, ut intentio cordis mei quō durius repellitur, tanto ualentius insistat orationi, quatenus cogitationis illicitæ tumultū superet, atq; ad pias aures Domini nimitate suæ importunitatis tandiū irrūpat, donec cogitationes malas manu sancti desiderij ab oculis cordis abigat. Hæc est uera tranquillitas, cum tota mens in se ipsa colligitur, & in uno æternitatis desiderio immobiliter figitur. Debet proinde fluctuationē cordis restringere, & ad unius ueri gaudiij desiderij cogitationū & affectionū motus colligere.

De uitij lingua.

Multum loqui stultitia est, quoniam in multiloquio peccatum deesse non potest. Lingua dicitur, quia lingit. Lingit adulādo, mordet detrahendo, occidit mentiēdo. Ligat, & ligari nō potest: labilis est, & teneri non potest, sed labitur & fallitur. Labitur ut anguilla, penetrat ut sagitta: tollit amicos, multiplicat inimicos: mouet rixas, semināt discordias. Vno ictu multos percutit & interficit. Blanda est & subdola, lata & parata ad exhaurienda bona, & miscenda mala. Qui custodit linguā suā, custodit animā suā: quoniā mors & uita in potestate lingue est. Qui linguam suam & uentrem custodire nō potest, monachus nō est. Cuius peccatum quisquis sequitur, necesse est ut eius p̄nā sequat. Vniuscuiusq; casus tanto maioris est criminis, quāto priusquā caderet maioris erat uirtutis. Per quē peccasti, per hæc & torqueris. Secutus es carnē, flagellaberis in carne. Crimē nō est in rebus, sed in usuragentis. Sæpe proluxa lectio, longitudinis causa memoriā legentis obliterat.

De cantu, & iuramento.

Sunt quidā uoce dissoluti, qui uocis suæ modulatione gloriantur: nec tantū gaudent de dono gratiæ, sed etiam alios spernunt. Tumentes elatione aliud cantant quā libri habeāt, tanta est leuitas uocis forsitan & mentis. Cantant ut placeāt populo magis quā Deo. Si sic cantas, ut ab alijs laudem quæras, uocem tuā uendis: & facis eam non tuam, sed suam. Habes in potestate uocem tuam, habeto & animum. Frangis uocē, frange & uoluntatē. Sertas consonantiā uocū, serua & cōcordiā morū, ut per exemplū cōcordes proximo, per uoluntatem Deo, per obedientiam magistro. Cauene sicut delectaris altitudinē uocis, delecteris elatione mentis. Nec diuiti obsunt opes, si eis bene utatur: nec paup̄erem egestas commendabilem facit, si inter inopiā fordes peccati non caueat. Quacumq; arte uerbo-

H h h

rum quis iuret, Deus qui conscientie testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui hoc iurat, intelligit: qui uero dupliciter iurat, dupliciter reus fit, quia & nomen Domini in uanum assumit, & proximum dolo capit. Saepe Deus hic puniri tolerat, quos ad salutem perpetuam parat. Iucunditas cordis est uita hominis. Cor prauum dabit tristitia. Omnis boni impedimentum est tristitia. Humilitas nec ipsa irascitur, nec alios irasci permittit. Humilitas est, si quando peccauerit in te frater tuus, an tequam illum peccasse poeniteat, dimiseris illi. Vnusquisque talem indulgentiam accepturus est a Deo, qualis ipse dederit proximo suo in se peccanti. Frustra Deum propitiari sibi querit, qui cito placari proximo negligit. In tua infirmitate non te despicias: sed ora Deum, & curabit te. Saepe multos Deus non exaudit ad uoluntatem, ut exaudiat ad salutem. Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quis ualeat postulata: hoc est, si aut mala quisque committit, aut si delinquenti in se debita non dimittit.

De uera confessione, et uera poenitentia.

Vera confessio & uera poenitentia est, quando sic poenitet hominem peccasse, ut crimen non repetat. Nihil peius est quam culpam cognoscere, nec deffere. Si uideris aliquando persecutorem tuum nimis fauentem, scito quia ab alcensore suo daemone perurgetur. Omnis homo qui alium in corpore persequitur, prius ipse in corde persecutionem sustinere cognoscitur.

De perfectione humilitatis.

Super tria firma sedet humilitatis perfectio, ut attendat homo quid fuit ante ortum, quid est ab ortu usque ad occasum, quid erit post hanc uitam. Vnde enim superbiat homo, rememorans quod fuit uile semen, & sanguis coagulatus in utero, post modum in deserto huius uitae miseris expositus & peccato, tandem cinis, & esca uermium futurus in tumulo. Vnde superbiat homo, cuius conceptio culpa, nasci poena, labor uita, necesse mori, quando, uel quomodo, uel ubi, nesciret.

Alteram confessionis pars. Cap. XX.

Solus solitudinem cordis mei ingrediar, & cum corde meo paulisper confabulor, ab ipso querens de ipso, & de istis quae circa ipsum sunt. Cor meum, cor prauum, uanum & uagum, omni uolubilitate uolubilius: de uno in aliud uago in cessu transit, quarens requiem ubi non est. In omnibus enim quae uidentur, requiem quaesui, & ueram requiem in eis inuenire non potui. Deinde rediens ad me, consistere in me ipso non possum: quoniam mens mea ualde leuis, multum instabilis, uaga & profuga, ubique se uariat, undique fluctuat: quia uult et non uult, pigra consilia mutat, uoluntates alternat: similis folio, quod a uento mouetur & circumferitur. Inde est quod cogitationes meae uanae & importunae me trahunt, & ducunt modum ad forum, modum ad litigia altercantium, nunc ad conuicia pinguium, nunc ad immunda libidinum. Modum fordidam titillatione caro inflammatur, nunc uero foeda cogitatione animus fordidatur: & cum co-

fusionis meae caliginem declinare uolo, non ualeo. Sic sic dum me diligenter inspicio, tolerare me ipsum non possum. Non est enim hora diei, nec momentum temporis, quo creator meum in aliquo non offendam, & imaginem suam in me aliquo modo non obfuscem. Vitam meam cum diligenter exploro, quotidiana confessione confiteri non possum, pessima uitiorum germina, quae in me quotidie repullulant. Ecce audisti pater abominationes meas malas & pessimas, & adhuc scias multo peiora & iniquiora in angulis cordis mei late re, quae ad lucem uerae confessionis uenire erubescio. Veruntamen si Dei consilium habes, consule quid agendum sit.

Responsio patris. Cap. XXI.

Cum per prauas ineptasque cogitationes uagamente discurras, deceptoris spiritibus tandem aditum in te aperis. Erit te a Deo separas, quoniam peruersae cogitationes separant a Deo: & spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu. Mens uero instabilis & inquietata, dum semper nititur apprehendere quod appetit, desiderijs suis circumagitata nunquam requiescit. Idcirco in uno aeternitatis desiderio immobiliter debet figi. Peccata autem tua confiteri non erubescas, quoniam omnia in confessione lauantur: & nullum peccatum dimittitur, nisi prius confiteatur. Proficere igitur, & si ad perfectam sanitatem peruenire desideras, quicquid conscientiae stomachum grauat, totum uomitu purae confessionis euomere non differas. Virus enim uitiorum, nisi festinanter exciatur, prius interiora corrumpit: deinde ad exteriora ebulliens, totum corpus occupat & maculat.

Tertia pars confessionis. Cap. XXII.

Quoniam Aegyptium tuum non abominaris, sed foues & instruis, manifestabo tibi non solum peccata actionum, uerum etiam cogitationum. Audi ergo miseriam meam. Saepe ueniunt ad mentem meam cogitationes innumeratae, & surgunt affectiones multae, & sollicitant me de cura corporis, & suggerunt multa de uisibus necessitatibus. Conueniunt tibi ad consulendum, ueraciter autem ad decipiendum: & congregantur consilij multi & consiliatores uani, imo deceptores ueri. Congregantur autem quasi in consilium unum, & quasi ad querendum consilium bonum: & dantur in commune consilia multa, sed inutilia & uana: quia consilium uanitatis est, & totum eorum consilium de uanitate est. Suadent mihi sanguinem minuire, ut possim pauisare, & lautiores cibos fumere: remanere de uigilijs, ut satis possim dormire. Consulunt corpus recreare ne deficiat, carnem fouere ne tabescat, abstinentiam aliquantulum relaxare, quieti parumper indulgere: & in hunc modum agunt de cura corporis, cura superflua, & de uanitate uentilatur questio uana, & super huiusmodi inutili negotio consumit saepe hora una.

Responsio patris. Cap. XXIII.

Qui carnis suae desiderijs non resistit, & motus cordis sui custodire negligit, ita tandem praua

praua consuetudine illigatur, ut postmodum etiam uolens eis resistere non possit. Propterea quoties huiusmodi consiliarios improbos & iniquos in unum conuenire sentis, non eis consentias: sed illico excute te, nunc ad orationem, modum ad operationem saepe autem ad meditationem: nec prius cesses, donec illi euanescent. Intuere quomodo Christus stetit in cruce, considera quomodo morieris, uel ubi, uel quando: statue te ante terrificum tribunal tremendi iudicis, descende usque ad infernum inferiorem, & ibi cerne quomodo pro peccatis tuis animae puniuntur. Talis etenim cogitatio probatissimum remedium est contra turpes cogitationes.

Confessionis quarta pars. Cap. XXIII.

Quonia uerba delictorum meorum audire non dedignaris, sed patienter auscultas, fateri oportet quod adhuc fatendum est. Cum supradictis consiliarijs iniquis, & iniqua consulentibus, acquiesco, & eorum consilia libenter recipio: adfunt subito cogitationes pravae, affurgunt affectiones peruersae, multum sollicita, sed parum discretas, quomodo carnem meam delicatissimam foueam, quae quantumcumque suauissimam nutriatur, semper caro est. Offerunt mihi infirmitatum, sed quonia turpe est in illo diu permanere, equitandi occasionem querunt & inueniunt. Nec mora equi parantur, cadit implentur, hospitia eligunt, & quae sunt necessaria in uia ligant & parant. Vocor, & uocatus uenio. Iniungit mihi obedientia illa: ego uero metuens ex meo desiderio uilescere, recusor ore, quod corde desidero, acquiesco tanquam coactus, & ideo letus ascendo, & iter arripio. Proh dolor, religio relinquit, & silentium rumpit, hinc inde uolant uerba uana & inutilia, forsitan & detractoria. Sic confabulando saepe consumit dies integra. Venio ad hospitium, absideo ad mensam, apponitur panis albus, & uinum bonum, piscis & caesus, oua, &c. Interea recurrit animus meus ad fratres, qui sunt in conuentu: & graue est mihi, ut dissimiliter ab eis reficiam, & epuler splendidem, illis aridem reficientibus: & remordet me conscientia mea, si pro faba piscem, si pro cepe seu milio caseum, si pro mica gasterium ad refectioem sumam, si uinum bibam, & fratres aquam. Gula uero expectationis impatiens, inuitat & instigat, ut comedam & bibam. Dicit enim: Non debes esse molestus ei qui te charitatiue suscepit: sed ad nutum illius te per omnia debes habere, & monitis illius libenter obedire, & impensa beneficia cum gratiarum actione percipere: quonia nihil respuendum est, quod cum charitate offert. Charitatis est, ut quod ille tibi apponit, cum ipso pariter de eodem sumas, ne scandalizetur si uiderit te aliud quam se comedere. Ita ergo fac ut conuenit. Communica & participa cum hospite, sicut scriptum est: Comedentes & bibentes, quae apud illos sunt. Ego uero his persuasionibus uictus, comunico & participo cum hospite pro hospite. Et quonia de alieno ministratur, & non de proprio, incipio mihi esse indulgentior, & manu largior. Proficior causam pro qua ueni ad mensam. Nam comedo & bibo

profuse, sicut mos est: & multiplicatur fercula & pocula, donec & uenter grauet, & cerebrum turbetur: nec arguit superfluitas, quam excusat hospitalitas. Sic sic mei oblitus, dum gulae appetitum sequor, obliuisci mox incipio quid faciant fratres in refectorio, & cadit a memoria, faba, caulis, panis durus, & aqua potus. Sicut fabula, sic est uita mea. Timeo etiam ne egomet sic fabulando fabula efficiat, si sine bonis operibus inueniar. Dico ergo mihi quid debeo facere, & quomodo possim guttam continere, ne tam paruam buccelli seruis efficiat.

Responsio patris. Cap. XXV.

Gula semper est in pugna & in culpa. Siue manduces siue bibas, adest illa tecum pugnat: si bene non pugnas, certe uinceris ab illa: quae cum multis pugnat, & a paucis expugnat. Tu ergo tanto uehementius illam expugna, quanto manifestius illam esse expugnandam cognoscis. Et quonia ad Dei cognitionem peruenire non potes, nisi per cognitionem tui, iterum atque iterum discute te ipsum, si forte aliquid in te lateat, quod Deo displiceat. Videre enim Deum non potes, nisi mundo corde. Nec fiet cor iucundum, nisi prius fiat mundum ab omni contagione.

Quinta confessio, de ficta confessione. Cap. XXVI.

Multa habeo adhuc tibi dicere, sed confiteor, uide non possum, aperiam tibi cor meum. Fateor, quoniam peccata mea recogitare neglexi, & ideo multa obliuioni tradidi. Cognita autem non omnia confessus sum, propter multitudinem. Quae uero confessus sum, non pure sum confessus, propter turpitudinem, aut omnino celauit. Quae autem siue bene, siue male sum confessus, non dignum flexi, propter uetustatem, & inueteratam consuetudinem. Confessus sum, cui non debui: & cui confiteri debui, celauit: & quod peius est, de confessione inanem gloriam quaesui. Manifesta uero peccata excusauit, cum de illis conuictus fuit, uel (quod deterius est) defendi. Culpam meam praerubore confusionis palliaui. Sic sic peccatis peccata semper accumulo, & uitam meam quotidie corrumpere dispono: semper autem de die in diem differo, & dum hoc in futuro fieri propono, fit ut illud futurum semper sit futurum, imo fortassis nunquam futurum. Domine Deus meus, quando ponam con-

Psal. 122
filiam in anima mea? Quae utilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem? Non est uitium, cui aliquo modo non seruiuerim. Omnia enim contendunt de me, etius potissimum uidear.

Veruntamen super omnia uita, inuidia me persequitur. Pestis haec ubique me torquet. Da ergo consilium quomodo illam effugere ualeam.

De inuidia, quae interdum sub specie sanctitatis exercet iniurias suas.

Tristius inuidia nihil est, quam protinus ipsi authori torquet excruciatque suum. Omnino igitur fugienda est & execranda, quonia in illa Deus offendit, proximus laeditur, animus affligit. Inuidia etenim semper torquet possessoris sui animum, quamuis saepe laedere non possit suum, erga

Luc. 10.

quē saviū proximiū. Sed cum mala sit omnis inuidia, pessima tamen est huius mali species, quę sub specie sanctitatis suas exercet iniurias. Sape enim quando saviū in proximiū ex vitio iracundię, uel ueneno inuidię, fingit sibi cogitatio quę faciat illud zelo iustitię. Læsus nanq; quilibet a proximo suo, nō iam eum facile respicere potest simplici oculo. Displicet sibi quicquid ab illo fieri considerat. Omni ferē hora tacita apud se cogitatione illum accusat. Surgunt causę quotidie innumerę, quę illum culpabilem ostendunt: occurrunt rationes multę, quę illum reum, illū esse puniendum conuincunt. Crescit autē sape eō usq; malum, ut apud Deum esse credat feruum, nisi illum seuerius corripiat, & de sua peruersitate redarguat. Loquitur enim apud se huiusmodi maligna cogitatio: Vsq; quō illum talem tolero? Consentire ei comprobatur, si eum nō corripiō, consentiens autem Deum offendo: corripiam ergo eum, ne Deum offendam. nihil enim pro meā, sed p̄ Dei iniuriā uiscēda totū facio, imō sic illum sibi restituiam. Proximū enim corripere, & eum castigare, hoc non est proximo nocere, sed prodesse uelle. Sic sape apud se loquitur maligna cogitatio, excauit enim eam malitia sua. Et putat odium suum amorē esse, & iniuriā sua iustitiā exercere. Conueniunt itaque undiq; huiusmodi malignę cogitationes ad mentem: & fingūt se ad obsequium Dei conuenire, non autem suum odiū exercere uelle. Considera ergo adhuc frequēter, cogita uehementer, inuestiga diligenter conscientiam tuam, ut scias quid corrigere, seu etiam unde debeas gratias agere. Valde enim utile & pernecessarium est, ut scias quid desit tibi, quid uis, quid cupis, & quid habere optas.

De multiplici, uaga & uaria cogitatione mentis, & cordis uelocitate, & alienatione.

Facilius atomos mundi possem dinumerare, quam motus cordis mei. Velocitas animalium & uolatilium meis motibus æquiparari nō potest. Cogitationes meas nō est qui possit comprehendere. Desideriorū meorū nō est modus. Nūc illa, nūc ista cogito & desidero: nec ista, nec illa habere possum. Dum corpore uaco, cogitationibus per diuersa loca uagor: nulla hora, nullo tēporis momento quiesco, sed in momento, in icū oculi per multa spacia locorum discurrens, nouas creaturas creo, & iterū eadem eadē facilitate deleo: uel alio atq; alio modo multipliciter uario, illud uel illud habere desidero, talis uel talis esse cupio, quasi Deus illud dare, uel talē me facere nescierit, aut non poterit.

Responsio patris. Cap. XXVII.

Ocustos cordis, quam modicum & cupidū cor habes, paruū est, & magna cupit. Vix ad unius milui refectionem sufficere possit, & totus mundus ei non sufficit. Solo corde per totū mundū uago motu discurrens: sine pedibus curris, sine manibus operaris: alas non habes, & uo-

lare non cessas. Diuitias quotidie congregas, & & satiari non potes: epulas ad refectionē paras, & inde nō comedis: hęc & illa cogitas, & falsum est qd cogitas. Audi quomodo, ut de cætero tibi caueas. Forstian cogitas, modō de sole, uel de aliquo amico tuo, aut de teipso. Si unus est sol, falsus est iste quem tu cogitans fingis: quoniam ille certis locis & tēporibus cursum suū peragitur: uerō cōstituit, ubi uis. Si unus est ille amicus tuus, falsus est iste quē cogitans fingis: quoniam ille ubi sit, nescis: istū autē ubi uis, fingis. Porro te ipsum hoc esse loco sentis, & tamen figmento cogitationis uadis ubi uis, & loqueris cum quibus uis: & hoc uerū nō est, quia modō ibi nō es. Quoniam ergo falsa sunt hęc, noli amodo talia cogitare: sed iacta cogitatum tuum in Domino, qui te fecit & refecit, elegit et uocauit, iudicabit et saluabit. O quantū hac hora cumeo loquunt, eumq; in semetipsis amplexantur: tu uerō in his delectaris, quę pereunt & transeunt, & tecum manere non possunt? Considera quam multū modō moriuntur, quibus si hæc hora ad agendū penitentia concederetur, quę tibi cōcessa est, quomodo per altaria, & quam festinanter current, & ibi flexis genibus, uel certē toto corpore in terram prostrato, tandiu suspirarēt, plorarent & orarēt, donec plenissimam peccatorum uentiam a Deo consequi mererentur? Tu uerō comedendo, bibendo, iocando, & ridendo, tēpus ociose uiuendo perdis, qd tibi indulserat Deus ad acquirendam gratiā, & ad promerendam gloriā. Cogita etiam quot animę in inferno nūc cruciant sine spe uenię & misericordię. Si amor Dei te tenere nō potest, saltē teneat & terreat timor iudicij, metus gehennę, laquei mortis, dolores inferni, ignis urens, uermis corrodēs, fulgur foetēs, flāma tartarea, & omnia mala. Discute adhuc teipsum, ut scias quid desit tibi, ne in illa ultima discussione corā omnib; cōfundaris, si inuenta fuerit in te iniquitas.

Sexta confessio, de multiplici uolubilitate cogitationum. Cap. XXVIII.

Dignē pensare, & sufficienter aestimare non ualeo, quę sit illa tam multiplex cogitationum mearum uolubilitas, & tam in quietā & infatigabilis uelocitas, quę per tam multa, tam uaria, tam infinita discurre me facit. Nulla enim hora & nullo tēporis momento quiescere possum: sed per infinita spacia locorū, & uolumina temporū mira festinatione pertranseo. Undiq; patet mihi facilis trāsitus, agilis discursus: de summis ad ima, & de imis ad summa, de primis ad nouissimas, de nouissimis ad prima. Dignē explicare nō possum, quot alternationis modos momentaneis permutationibus in duo, & quā multiformiter me alternantiū uicisitudinū motibus uariare cōstueui, & quib; perturbationibus quotidie afficior. Modō me in fiducia erigo, modō in diffidentia cado. Nunc per constantiā figor, nūc subitaneo terrore cōcutior. Modō me turbat ira, modō ingens furor exagitat. Nec illud adeo mirum,

rum, quod uarijs qualitibus diuersisq; perturbationibus per singula momenta afficior: sed illud supra modum stupendum, quod sub eodem penē momento sape cōtrarijs affectionibus tangor, nunc odio, nunc amore ducor, modō gaudio, modō moerore detrahor. Quam sape inter mira gratulationis meę tripudia superueniens subitoq; emergens tristitię causa me uehementer concutit ac deijcit, & omnem illam exultantiam animi mei solennitatē subito in moerorē uertit: Sape diu multumq; dilecta, nimio postmodū odio prosequor, & uehementer approbata atq; desiderata subito detestor. Sed quis omnium mearū affectionū qualitates enumeret? quis omnes uariationis meę modos explicare sufficiat? Penē quot sunt diuersitates rerum, tot sunt uarietates affectionum mearum.

Responsio patris. Cap. XXXI.

Cum inter omnia animalia, humanum genus tum digniori forma, tum digniori potentia dignius reperiat, nulla scientia melior est illa qua cognoscit homo seipsum. Relinque ergo cætera, & teipsum discute, p̄ te curre, & in te consistite. A te incipiat cogitatio tua, & in te finiat, nec frustra in alia distēdaris te neglecto. Preter salutē tuā nihil cogites: quoniam in acquisitione salutis tuę nemo est tibi germanior, nemo propinquior teipso. Si uerō aliquid cogitationi tuę se offerat, quod nō quoquo modo ad tuipsum salutē pertineat, illico respice: & expue, ut semper te possis inspicere, & de cognitione tui uenire ad cognitionem Dei. Agnoscere se debet homo ad quę bona sit naturaliter promptior, uel ad quę mala procliuor, quibus studijs debeat uehementius insistere, contra quę mala debeat instantius uigilare: quibus exercitijs ualeat melius promoueri, quibus uitijs ualeat facilius corrumpi, quibus culpis subiaceat, uel quibus meritis emineat, & quid pro his pœnæ uel præmij expectare debeat: quantum quotidie proficiat, uel deficiat, cum quanta animi industria satagat præterita mala flere, præsentia declinare, futura præuenire: cum quanta animi constantia studeat reparare bona amissa, custodire & multiplicare possessa. O quam necessaria discussio, & qm miranda speculatio, tot animi uirtutes, tot eius exercitationes, tot eius studia uel merita præ oculis habere, et huiuscemodi contēplationi diutius inhærere. Suspende ergo animum tuum ab inferiori amore, ne forte de sublimibus eiectus, & de loco uoluptatis a propria concupiscentia abstractus & illectus, post cōcupiscentias tuas eat, & uagus fiat & profugus super terrā. Deniq; si cupis implere Dominicū præceptū, omni custodia serua cor tuū. Nescit em̄ quid de spiritu angelico, quid de spiritu diuino sentire debeat, qui suum prius nō cogitat. Nihil rectē existimat, qui se ipsum ignorat. Nescit quod sub pedibus suis omnis mundana gloria subiaceat, qui conditionis suę dignitatē nō pensat. O custos cordis, si nō dum es idoneus intrare ad teipsum, quomodo

Prou. 4.

ad illa rimanda idoneus eris, quę sunt intra uel supra te ipsum? Si necdē dignus es intrare tabernaculum primum, qua fronte præsumis ingredi tabernaculum secundū, hoc est in sancta sancto rū? Si nondū moliri potes gressus altos, ut cum Domino Iesu, uel saltē cum Moysē ascendas in montē excelsum, qua præsumptione paras uolare in cœlum? Prius redi ad te, quā rimari præsumas quę sunt supra te. Prius sol ortus sui cōfinia irradiat, q̄ ad altiora conscēdat. Primū ergo est ut redeas ad teipsum, intres ad eor tuū, discas aestimare spiritū tuū. Discute quid sis, quid fueris, quid esse debueris, quid esse poteris, quid esse debueris per naturā, quid modō sis per culpā, quid esse debueris per industriā, quid adhuc esse possis per gratiā. Discite ex tuo spiritu cognoscere, quid debeas de alijs spiritibus aestimare. Hęc porta, hęc scala, hic introitus, iste ascensus: hæc intratur ad intima, hæc eleuatur ad summa. Vides quantum ualeat homini plena cognitio sui? Ex hac siquidem proficit ad cognitionem omnium cœlestium, terrestrium, & infernorum.

Conuertit tandem confessor se ad Dominum.

Caput XXX.

Scire uellē qualis ipse sum, sed uix de meipso uera discernere possum. Amor nanq; priuatus quem erga meipsum habeo, aufert mihi uerum iudiciū de meipso. Idcirco parum mihi credo de meipso, utpote homini mendaci, timens ne si meipsum iudico, mentiatur iniquitas sibi. Iudicet ergo me ille, cui omnia nuda sunt & aperta, quem fallere non possum, quia sapientia est: nec effugere, quia ubiq; est: neq; corrūpere, quia iustitia est. Ille ueniat ad me, cuius delicta sunt esse cum filijs hominum, qui stat ad ostiū & pulsat, paratus introire, si ei aperuero. Intret ergo et sanctificet sibi sanctuarium, quoniam sanctus est, & domum eius decet sanctitudo. Extirpet uitia, ordinet cogitationes, sanet affectiones, mores componat. Nullus ei in aliquo resistat, ut sit in pace locus eius. Utinam nullus hominum esset mecum exterius, ut familiarius loqui possem cum eo interius. Ipse enim & secretum quarit, et solitarium lo cum diligit. Fugiam ergo hominū solatia & colloquia, ut in secreto cordis mei Deum habitatorē habere possim. Valde tamē difficile est ab exterioribus ad interiora mentem reuocare, & ibi permanere. Nec minus difficile est de uisibilibus ad inuisibilia penetrare, & in illis diutius consistere. Dura sunt hęc, & multū laboriosa, sed ualde fructuosa. Assuescam igitur sola intima cogitare, sola interiora diligere, & in illis permanere, ut possim audire quid loquatur in me Dominus Deus meus. Ecce adsum piissime Domine, tecum sum, intus sum. Quandiu in exterioribus occupatus fui, uocem tuam intra me audire non potui. Nunc autem reuersus ad me, ingressus sum ad te, ut possim te audire, & tibi loqui. Loquere ergo misericordissime, quia audire seruus tuus: loquere, quia paratū sum obedire. Quicquid iusseris, pro posse meo libenter deo

Hhh 3 tuis im̄

tus implebo. O anima mea, rex angelorum uenit ad nos, & hospitatus est nobiscum. Late-
mur ergo de tanto hospite nostro, corde perfe-
cto. Demus ei gloriam & honorem, quonia di-
gnatus est uisitare seruos suos. Epulemur & iu-
cundemur cum eo in lætitia & exultatione. De-
lectemur in eo de eo, & nullus sit ei in aliquo mo-
lestus, ne in ira recedat a nobis, & inducat super
nos maledictionem pro benedictione. Exhibea-
mus ei omne seruitiū charitatis, rogantes & de-
precantes, ut nobiscum manere dignetur. Si ue-
ro non possumus persolvere ei totum quod de-
bemus, saltem nosmetipsos humiliter ei subda-
mus ad omnem uoluntatem eius. Sit hæc dies
solennis, in qua Saluatorem nostrū in hospitio
nostro læti suscepimus. Nullum membrū, nullū
officium ab hoc gaudio excludatur. Conueniāt
ergo in unum omnes cogitationes & affectio-
nes, diem festum celebrātes in omni puritate &
sanctitate. Nulla se aliena cogitatio interferat,
quæ huius solennitatis gaudia perturbet. Oculi
mei semper ad Dominum, per quē sum, uiuo &
sapio, nec cessent lachrymis pedes eius rigare.
Audiant & intelligant aures quid in nobis ei di-
spliceat, uel quid ei placeat: quid damnet, uel
quid approbet. Delectetur odoratus illo suauis-
simo odore dulcedinis eius. Odor eius, odor ui-
tæ æternæ, odor totius suauitatis & iucundita-
tis. Repleatur os meum laude, ut cantem glori-
am tuam altissime Domine. Sit meditatio cor-
dis mei in conspectu tuo semper, ut te possim ui-
dere per fidem & contemplationem, donec me-
rear uidere facie ad faciem. Clemētissime pater,
nihil in nobis cesset a laude tua. Benedic anima
mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomi-
ni sancto eius. Benedic & dic, gloria, laus, & ho-
nor tibi sit rex Christe redemptor.

Psalm. 24.

Psalm. 70.
Psalm. 116.

Psalm. 102.

Conuertit se etiam ad suam animam.
Capitulum XXXI.

O Anima mea, si uis amari a Deo, reforma in
te imaginem suam, & amabit te: rapara in
te similitudinem suam, & desiderabit te. Consi-
lio namq; sanctæ trinitatis ad imaginē & similitu-
dinem suā creauit te creator tuus, quod nulli al-
teri ex creaturis donauit, ut tanto eū ardētius di-
ligeres, quanto mirabilius ab eo te conditā intel-
ligeres. Considera ergo nobilitatem tuam, quonia
sicut Deus ubiq; est totus, omnia uiuificans,
omnia mouēs & gubernās: ita tu in corpore tuo
ubiq; tota es, illud uiuificans, mouens, & guber-
nans. Et sicut Deus est, uiuit, & sapit: ita tu secun-
dum modū tuū es, uiuis, & sapis. Et sicut in Deo
tres sunt personæ, pater, & filius, & spiritus san-
ctus: sic & tu habes tres uires, scilicet intellectū,
memoriā, & uoluntatē. Et sicut ex patre genera-
tur filius, & ex utroq; procedit spiritus sanctus:
ita ex intellectu generat uoluntas, & ex his am-
bobus pcedit memoria. Et sicut Deus est pater,
Deus est filius, Deus est spiritus sanctus, non ta-
men tres dii, sed unus Deus, & tres personæ: ita
anima est intellectus, anima uoluntas, anima me-

A moria: non tamen tres animæ, sed una anima, &
tres uires. Ex quibus animæ uirib; quasi excellen-
tioribus iubemur Deū diligere, ut diligamus eū
toto corde, tota anima, tota mēte: id est, toto in-
tellectu, tota uoluntate, & tota memoria: hoc est,
toto affectu, sine defectu, cū discretiōis intuitu.
Nec solus sufficit de Deo intellectus ad beatitudi-
nē, nisi sit in amore eius uolūtas. Imō hæc duo
nō sufficiunt, nisi memoria addat, qua semper in
mente intelligētis & uolentis maneat Deus, ut
sicut nullum potest esse momentum, quo homo
non utatur, uel fruatur Dei bonitate uel miseri-
cordia: ita nullum sit momentum, quo eum præ-
sentem non habeat in memoria.

*Quanta sit dignitas animæ, quod habilis & idonea est
esse pater & mater Christi. Cap-
itulum XXXII.*

Intellige dignitatem tuam nobilis creaturæ,
quonia non solum insignita es Dei imagi-
ne, uerum etiā decorata similitudine. Sicut enim
creator tuus qui te ad similitudinem suam crea-
uit, est charitas, bonus & iustus, suauis & miūs,
patiens & misericors, & cætera insignia quæ de
eo leguntur: ita tu creata es, ut charitatem habe-
res, & esses munda & sancta, pulchra & decora,
mitis & humilis. Quas uirtutes quanto plus in
te habebis, tanto propinquior Deo eris, & maio-
rem tui conditoris geres similitudinē. Quid ma-
ius his tibi facere potuit, quā ut ad similitudi-
nem suam te conderet factor tuus, & eisdem uir-
tutum uestimentis te ornaret, quibus ipse orna-
tus est? Attende igitur diligenter primæ con-
ditionis tuæ excellentiam, & uenerandam sanctæ
trinitatis imaginem in te ipsa agnosce, ho-
noremq; similitudinis diuinæ (ad quā creata es)
habere stude nobilitate morum, exercitio uirtu-
tum, dignitate præmiorum, ut quando appare-
bit qualis sit, tunc similis ei apparere possis. Simi-
lis enim similem quærit: & qualem te paraueris
Deo, talis necesse est appareat tibi Deus. Si ergo
naturalē pulchritudinem tuā in te reparaueris,
concupiscet rex decorem tuum: quonia ipse
est Deus tuus, ipse amicus & sponsus, frater & fi-
lius. Ipse enim dixit, Quicumq; fecerit uoluntatē
patris mei qui in celis est, ipse meus frater & so-
ror & mater est. Audi quomodo. Virtus & sapi-
entia patris, filius est patris. Verbum patris, uo-
luntas est patris. Voluntas hominis nihil aliud
est, quā quædam proles mentis. Si igitur ead-
em est uoluntas tua, & uoluntas patris: idem
est filius tuus, & filius patris. Veritas, sapientia,
uoluntas corde concipitur, & ex corde genera-
tur. Si igitur idem uis & idem sapis quod pater,
tu eundem filiū habes, quem & pater. In te est,
utū sis pater aut mater, an potius utrunq; pater
& mater: non tuo merito, sed Dei dono. Potes
namq; eum gignere in corde tuo, & in corde alie-
no. Potes eum concipere a corde tuo, & ab ore
alieno. Intellectu gignitur, cōsensu concipitur,
affectu nascitur, effectu nutritur. Quando uerita-
tem intelligis, uel aliū intelligere facis, Christū
gignis.

Psalm. 44.

Math. 11.

gignis. Nosti uoluntatem Dei, consenti ei, & cō-
cepisti. Quando gignis, es pater: quando concipi-
pis, es mater. Amando parturis, operādo nutris.
Sic licet in potestate cuiusq; relinquatur, utrum nā
tantæ prolis mater efficiat. Maledicta ergo steri-
lis quæ non parit, quæ talē filiū pro uoto per Dei
gratiam habere potuit. Cur nō similiter maledic-
tus qui non gignit, nisi quia nō æquē in nostra
potestate cōsistit ueritatē intelligere, & ueritati
consentire? Non enim ueritatem semper intelli-
go cum uolo, intellectæ autem semper consen-
tio: uelle tamen non possum, nisi gratia Dei fue-
rit mecum. Nulla est enim humana industria si-
ne Dei gratia. Ex quo primus homo peccauit,
naturæ bonū perdidimus, pariter & arbitriū ui-
gorem: sed non electionem, ne non esset nostrū
ut emendaremus peccatum. In nobis namq; ma-
net ad quærendam salutē arbitriū libertas, id est
rationalis uoluntas: sed admonente prius Deo
& inuitante ad salutem, ut uel eligamus uel se-
quāmur. Potestatis nostræ est diuinæ inspiratio
nā acquiescere, & quæ ad salutem nostram perti-
nent eligere & sequi. Diuini uerò muneris est, ut
possimus adipisci, quod sequendo cupimus cō-
sequi. Nostræ potestatis est & ignauia, ut labamur:
solicitudinis uerò nostræ est & cœlestis pa-
riter adiutoriū, ne labamur. Felix homo qui sic
ambulat sapiētē, ne cadat: aut si ceciderit, ut sta-
tim resurgat. Felicior uerò est, qui nunquā ceci-
dit: felicissimus autē est, qui iam cū Deo regnat.

*Quam debeat parata anima esse ad recipiendum in
se Deum. Capitulum XXXIII.*

Felix homo est, cui præstō est, cum uoluerit
habere filium Deum. O quanta est dignitas
hominis, filium habere Deum: & quanta est hu-
militas omnipotentis, habere hominem patrē:
& quanta est nobilitas animæ, Christum Iesum
habere sponsum? Sācta ergo anima & ueri spon-
si amica, ad dilecti sui aduentū summo cum desi-
derio semper debet inhiare, & parata atq; expe-
ditā esse, ut pulsantem amicum absque ulla dilata-
tionis iniuria possit suscipere: & uocanti cum
omni alacritate occurrere, ne subito & inopinā-
tē adueniens, minus promptam, & minus orna-
tam inueniat, uel diu exclusus, diuinæ præstola-
tionis ullam molestiā sustineat. Aliud est autem
cum ipso intrare, atq; aliud est ad ipsum exire. Ibi
anima ad seipsam reuertitur, & cum dilecto suo
usq; ad intima cordis sui penetralia ingreditur:
hic extra semetipsam ducitur, & ad sublimia cō-
templanda subleuatur. Quid namq; est eius in-
troire, nisi se totā in semetipsam colligere? Quid
uerò est eius exire, nisi seipsam extra semetipsam
totam effundere? Nihil itaque aliud est animam
cum dilecto suo in cubiculum ingredi, & solam
cum solo morari, dulcedineq; eius perfrui, nisi
exteriorū omnīū obliuisci, & in eius dilectione
summē & intimē delectari. Se solā cum dilecto
uidet, quādo exteriorū omnīū oblita, ex propria
consideratione in dilecti sui dilectionem, desi-
derium suum perurget, & ex his quæ in intimis

A suis considerat, animum suum in eiusmodi affe-
ctu inflammat: & tam ex bonorum, quā ex
malorum suorum consideratione in gratiarum
actionem assurgit, & hinc pro impensa gratia,
hinc pro indulta uenia, intimæ deuotionis uicti-
mas persoluit. Usque in intimum dilectus per-
ducitur, & in optimo collocatur, quando ex in-
timo cordis affectu, & super omnia diligitur. Co-
gita quid sit, quod in uita tua ardentius dilexisti,
anxius concupisti: quod te iucundius afficiebat,
cæterisq; omnibus profundius delectabat. Con-
sidera ergo, si eandem affectionis uiolentiā, dele-
ctationisq; abundantiam sentis, quando in sum-
mi dilectoris desiderium inardescis, quando in
eius dilectione requiescis. Cui dubium sit, quod
intimum illum affectionis tuæ sinum necdum
teneat, si intimæ dilectionis aculeus animā tuā
in diuinis affectib; minus penetrat, tepidius exa-
gitat, quā in alienis affectionibus aliquando
penetrare uel exagitare solebat? Sed si tantam
profus uel fortē ualidiorem dilectionis, uel de-
lectationis uiolentiā in intimis tuis circa diuinā
perspexeris, quantam aliās nunquam expertus
fueris, uide adhuc, si fortē aliud aliquid sit, in quo
delectari uel cōsolari possis. Certē quādiu pos-
sum ex aliena qualicumq; re consolationem, uel
iucunditatem concipere, nondum audeo dicere
dilectum nostrum intimū ardentissimū amoris
sinum tenere. Satage ergo, festina trahere eum
adhuc ad interiora & secretiora cordis tui pene-
tralia, quæcumq; es eiusmodi anima. Quis enim
neget illud intimū cordis humani penetrare ta-
les recessus habere, seu etiā obtinere posse, in
quibus summi & singularis amoris uiolentia, cū
aliquid per affectū infixerit, aliena omnino dele-
ctatione auelli non possit? Certē si alienam ali-
quam consolationem quæris, uel recipis, Deum
tuum, quamuis fortasse summē, nondum tamen
singulariter diligis. Nondum ergo in intimum
perducitur, nondum in intimo collocatur. Si
ergo nō satagis introducere eum ad intima tua,
quomodo te credam uelle uel posse sequi eum
ad sublimia sua? Certū ergo signum tibi sit,
quæcumque es anima, quod dilectum tuum mi-
nus diligis, uel ab illo minus diligeris, si ad theo-
ricos illos excessus nondum uocaris, uel uocan-
tem sequi nondum merueris. Quomodo enim
perfectē diligis uel diligeris, si in summorum
desiderio ad superna non raperis, & ad theori-
cos & anagogicos illos conatūs mentis aliena-
tione non transis? Vis nosse, quia sublimitas
diuinarum reuelationum sit manifestum diui-
næ dilectionis indicium? Iam nō dicam, inquit,
uos seruos, sed amicos: quia omnia quæ audiui
a patre meo, nota feci uobis. Satage ergo Deum
tuum intimē & summē diligere, & omni hora in
diuinæ contemplationis gaudium summo cum
desiderio anhelare. Collige teipsam ad
temetipsam; & in solo diui-
nitatis desiderio
requiesce.

Debere animam se erigere ad sublimia contemplanda. Cap. XXXIII.


DEbet namque anima perfecta, & assidue summorum contemplationi dedita, omni hora peregrinationis suae terminum, & ergastuli huius egressum, cum summo desiderio expectare, & ad illud divinae contemplationis spectaculum, quod in futura vita speramus, animi suum suspendere, & in eiusmodi expectatione uehementi desiderio anhelare, ut quod interim uidet per speculū & in aenigmate, mereatur uidere facie ad faciem. Necessesse est itaque ad cor altū ascendere, & mentis excessu per diuinā reuelationem addiscere quid sit illud ad quod aspirare uel studere oporteat, & ad qualem sublimitatis habitum animū suum componere & assuescere debeat. Nam si semel ad illam luciferam angelicae sublimitatis gloriam quis admissus fuerit, & ad illud diuinorum radiorum spectaculum intrare meruerit, quam intimis desiderijs, quam profundis suspirijs, quam inenarrabilibus gemitibus eum qui eiusmodi est, putamus insistere: quam assidua recordatione, quam iucunda admiratione inspectā claritatem credimus eum retractare, mentē reuoluere, illā desiderando, illam suspirando, illam cōtemplando, donec tandem aliquādo in eandem imaginem transformet à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritū: Veritatem cū ab illo sublimitatis statu ad nosmetipsos redimus, illa quae prius supra nosmetipsos uidimus, in ea ueritate uel claritate, qua prius perspeximus, ad nostram memoriam omnino reuocare non possumus. Et quamuis inde aliquid in memoria tenemus, & quasi per mediū uelut, & uelut in medio nebulae uideamus, nec modū quidem uidendi, nec qualitatem uisionis comprehendere, uel recordari sufficimus: & mirum in modum reminiscimus non reminiscimus, & non reminiscimus reminiscimus, dum uidentes non peruidemus, & aspicientes nō perspiciamus, & intendentes nō penetramus, donec iterū meditatione assurgamus in cōtemplationē, cōtemplatione in admirationē, admiratione in mentis alienationem. Veritatis cōtemplatio in hac uita inchoat, sed in futura iugī perpetuitate celebratur. Per ueritatis contemplationem eruditur homo ad iustitiam, consummatur ad gloriam. Gratia contemplationis cor ab omni mūdano amore non solum emundat, sed sanctificat, & animū ad caelestium amorem inflamat. Qui diuinā inspiratione & reuelatione ad cōtemplationis gratiam promouetur, quasdam arras futurae illius plenitudinis accipit, ubi sempiternae contemplationi perpetuō inharebit. Qui uerō contemplationi ueritatis uult uacare, necesse est ut discat requiescere, non solum ab operibus malis, sed etiam à cogitationibus superuacuis. Multi siquidem etiam sciunt uacare corpore, minime tamen ualent uacare corde, nescientes facere sabbatum ex sabbato, & ideo non ualent implere quod dicitur in psalmo: Vacate & uidete, quoniam ego

Psalm. 45.

Asum Deus. Vacantes siquidem corpore, sed uagantes ubiq; corde, nequaquam merentur uidere quam dulcis est Dominus, & quam bonus Israel Deus ihs qui recto sunt corde. Inde est, quod hostes derident sabbata eorum: id est, ipsa suae uacationis oia in cogitationes inutiles protrahunt, & per deua quaeq; uago incessu sine respectu peruentiois passim huc & illuc uagantur. Animus eorū in diuersa rapitur, & nunc in hanc partem, nunc in illam discurrendo mira agilitate in contraria agit. Sic sic quandiu sub egenis huius mundi elementis uiuimus, desideria nostra ultra gaudia nostra extendimus: quia infinite plura sunt quae concupiscimus, quam quae in hac uita apprehendere possumus. Beata autē illa supernorum spirituum multitudo, desideria sua ultra gaudiorum suorum nō extendit plenitudinem, quae felicitatis suae infinitatem uel immensitatem comprehendere omnino non sufficit. Est autem eorum gaudium, non solum de contemplatione creatoris, sed etiam de contemplandis eius creaturis. Dum enim Deum in omnibus suis operibus mirabilem inueniunt, quid mirum, si ubiq; mirando uenerantur, uenerando mirantur magna eius quem diligunt? Inueniunt itaque, non solum in creaturis incorporeis, sed etiam in creaturis corporeis, unde mirentur, unde creatorem earum dignē uenerent. Haec omnia fugiter contemplantur, contemplantes mirantur, mirantes laetantur. Laetantur de diuina contemplatione, congratulantur de mutua uisione, mirantur in rerum corporaliū speculatione. Discamus & nos contemplantes mirari, & mirantes cōtemplari, quomodo illius supernae beatitudinis ciues omnia quae sub ipsis sunt indefinenter aspiciunt, omniumq; quae ab alto uident, rationem & ordinem comprehendunt, quomodo de mutua societate in dissolubilib; charitate in infinitum gaudeant, quomodo in illam diuinā claritatis uisionem insatiabiliter inardescant. Nihil est iucundius, nihil utilius gratia contemplationis. Quanto amplius in caelestium contemplatione delectaris, & delectando admiraris, tanto libentius immoraris, tanto diligentius perscrutaris, profundiusq; illuminaris. Semper in illis inuenies quod mireris, & unde delecteris. Nusquam est copiosior materia admirandi, & nusquam utilior causa delectandi. In his ergo semper sit tua admiratio & delectatio: nec necesse erit alia pro alijs querere, & per uanā huc illucq; cogitationē euagationē discurrere. Deum namq; cognoscere, plenitudo est scientiae. Plenitudo autē huius scientiae, plenitudo est glorie. Consummatio gratiae, perpetuitas uita. Ad huius uerō scientiae plenitudinē opus est potius intima cōpunctione, quam profunda inuestigatione: suspirijs, quam argumentationibus: lachrymis, quam sententijs: oratione, quam lectione: gratia lachrymarū, quam scientia literarū: caelestium potius contemplatione, quam terrestrium occupatione.

De ordine

DE ORDINE VITAE, ET
MORVM INSTITVTIONE, ALIAS
de doctrina puerorum, & correctione
morum, Tractatus.



Mortatur quidem timidam mentis meae imperitiā fraterna charitas, ut de uita ordine, & morum institutione breuiter loqui debeam. Sed quia tempus est, ut (ipso qui iuspirauit opitulante) opus aggrediar: exordium sumere necessarium duxi ab illa laudabili uirtute, quae dicit uerecundia. Quae cum sit omnibus aetatibus, personis, temporibus & locis apta, tamen adolentes & iuueniles animos maxime decet. Tres enim uirtutes sunt, quae pueris adolentibus magis congruunt, uerecundia, taciturnitas, & obedientia. Non est autem dubium, si has studuerint habere, quin possint Christo duce ad culmen, perfectio nemq; uirtutū ascendere. Morū enim insignia, & ornamenta uirtutum in illis proculdubio cernimus sensibus, qui ab ipso tyrocinio primae uae aetatis usq; ad perfectū uirum disciplinis caelestibus exercitati, per uiam Domini fortiter cucurrerunt. Quorū scilicet sapientia tantum uiget, & lucet, quantum senectus ipsa aetate sit doctior, usucertior, processu temporis prudentior. Haec autē ueterum studiorum dulcissimos fructus edit, & alios reficit. Multi namq; senes diu uiuentes, & nihil proficientes, quia nullas sibi in opportuno tempore diuitias congregarunt, inopes omnium uirtutum animos iuuenū reprobā uitae morbo inficiunt. Sicut enim per senem uitiosum & fatuū, ita per adolentem inuerecundum, & temerarium religio sancta destruitur. Post indolitos namq; praelatos, malosq; in sancta ecclesia nulla pestis ad nocendum infirmis ualentior inuenitur. Denique talium hominum genus, ista (de quibus Apostolus praedixit) tempora, pro dolor, sine numero ferunt, quando ferme omnia quae bona sunt & sancta, pessundari confundiq; uidemus. Et quoniam senes in melius mutari ab illa inolita uitiorum consuetudine difficilimum est, debemus manū adolentibus porrigere: qui si dare nolunt operam, omni depulso tepore possint utiq; per gratiam Christi uitam corrigere, mores componere, actusq; suos in omnibus meliorare. Idcirco diu est, quod desiderauī propter iuniorum salutem (eorum praecipue, cum quibus uiuo) ex opusculis patrum pauca quaedam deslorando colligere, quae tenerae aetati eorum uideantur specialiter consulere. Est enim mihi (fateor) tristitia magna & continuus dolor super caecitate cordis eorum, qui cum didicerint in schola Christi qualiter debeant & uirtia propulsare, et sanctis uirtutibus insudare: heu rebellionis spiritu armati, tam praecipiti impetu per abrupta uitiorum currunt ad mortem, ut eos auriga praesidens nullo freno disciplinae ualeat

cohibere. Deberent utiq; in domo Dei ad cultū diuini honoris super omnem ornatū tanquam uas aureum resurgere. Cur autem ab ipsis primis rudimentis infantiae educati sunt tanta cura, tantoq; labore, nisi ut fortes in bello facti, contra mundum, & eius concupiscentias, contra carnem & eius desideria, contra diabolum & eius multiplicia tentamenta uiriliter pugnent? Sed quod admirandum est & dolendum, plus eis quam ceteris grauis & austera uidetur disciplinae regula. Quare hoc, nisi quia secularē magis diligunt uitā? Certē uel nullus, uel rarus inter eos inueniū, qui libenter sequatur antiquorum patrum instituta, & maiorum uitam diligat: aut quia labor eum terret, aut quia in lubrica aetate difficilior est abstinentia, aut quia alacri adolentiae uidet uita obscurior: & ideo ad ea conuertuntur studia, quae plausibilia arbitrantur. Praesentia stippe plures, quam futura praeserunt: sed meminisse debent, quia nō praesentibus, sed futuris militamus. Vnde quo praestantior causa, eo debet esse cura attentior. Infelix qui legem uitae & disciplinae abicit, & maiorum gubernari magisterio re fugit. Iste uerō non secundum Deum, sed secundum se uiuit: qui si poterit, est cum quibus uult: pergit quod uult, & quantum uult: ridet & iocatur, inter quos & ubi, & quando uult. Postremo quicquid narib; suaue est, quicquid tactui blandum, quicquid oculis delectabile, quicquid ceteris sensibus carnis suae iucundū, exercet ac sequitur. Ille uerō qui secundum Deum uiuit, non quod eum carnaliter delectat, sed quod spiritua liter aedificat, facit: & quicquid cupit aut agit, nō uult ex sua, sed ex Dei uoluntate, maiorum que suorum iussione procedere. Nemo tamen positus in adolentiae, uel intemperantiae lubrico, de sui conuersione desperet. Oleaster enim oliuē infertus, amissa amaritudine efficit fructuosus. Si ergo agricultura conuertit spiritū qualitatem, nonne studia doctrinae & disciplinae assiduitas mitigare possunt quaslibet aegritudinis passionēs? Sed ne puerilis uita uarijs lapsibus uitetur, oportet teneros animos praefatis diligenter mancipare uirtutibus, quatenus bona consuetudo eū aetate simul accrescat. Ut igitur clarius pateat, quanta & qualis uirtus sit uerecundia patris Ambrosii, magna ex parte ponamus sensus & uerba: ne si forte me paruipenderint stultū hominicionem, magnum Ambrosium, imō in Ambrosio Christum, non audeant spernere. Sic enim ille ait instruendorum morum magister. Est autem honorū adolentū timorem Dei habere, deferre patribus honorem, castitatem tueri: non aspernari humilitatem, diligere clementiam ac uerecundiam, quae ornamenta sunt minori aetati. Ut enim in senibus grauitas, in iuuenibus alacritas: ita in pueris adolentibus, uerecundia, uelut quadam dote cōmendat naturā. Quam pulchra uirtus uerecundia, & sua uis gratia, quae nō solum in sanctis, sed etiam in ipsis spectatur sermonib; ne modū progrediaris loquēdo, ne quid indeco-

indecorum sermo refoneturus. Speculum enim mentis plerumque in uerbis refulget. Ipsum sonum uocis libret modestia, ne cuiusquam offendat aure uox in composita. Denique in ipso canendi genere prima disciplina uerecundia est, in omni etiam in omni usu loquendi, ut sensim quis aut psallere, aut legere, aut postremo loqui incipiat, ut uerecunda principia commendent processum. Est enim in oculis uerecundia, qua prohibetur boni adolescentis pudica anima intueri: & alloqui feminas, non ut excretur sexum, sed ut fugiat uisum. Plurimum autem proficit ad tuitionem castitatis custodia oculorum. Multi uero perierunt propter speciem carnis. Vnde Dominus: Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Bonae indolis adolescentes in monasterio uiuentes, ita se omni studio conseruent, ut adolescentiam suam nulla libidinis sordibus commaculent, ut ad altare Christi quasi de thalamo uirgo procedant. Quorum tanta animi debet esse munditia, ut praenimia uerecundia ne sermonem quidem audire uelint, uel locum impudicum. Et ne incutiens naturalibus superentur, necesse est ut lasciuies eorum crebris frangatur ieiunijs. Melius est eos stomachum dolere, quam mentem. Beatus plane adolescens, qui castus perseverat & corpore & mente. Huic proculdubio caro & sanguis redemptoris nostri efficitur salus & uita. Sunt & qui propter humanam confusionem, sine respectu diuini timoris, pleni sordibus audacter se ingerunt tantis mysterijs. Audiunt autem quod scriptum est: Homo uidet in facie, Deus autem in corde. Sed illi plus metuunt homines, quam Deum. O caeca temeritas, o Dei mira patientia. Nunquid enim tantum peccauerunt uel quos ignis consumpsit, uel quas terra absorbit? Nunquid tale scelus filiorum Aaton, alienum ignem offerentium, quale est istorum qui tam terribilia sacramenta sumunt sibi ad mortem? Etenim sic uiuendum est, ut panem illum super substantialem semper accipere ualeamus: quia uae ei qui se alienum fecerit ab eo. Et multum uae illi qui spurcus & immundus accesserit. Vtrobique grande periculum. Ideo magna necessitas inuitat, ne indigni inueniamur. Quapropter tenenda est in omnibus uerecundia pudicitiae comes, cuius societate castitas ipsa tutior erit. Bonus enim regenda castitatis pudor est comes, qui si repellat prima pericula, pudicitiam uulnerari non sinit. Etenim in uerecundis oculis & lasciuis sermonibus, libidinofus animus deprehenditur, & per exteriorem hominem interioris hominis uita monstratur. Multa & dura corporis bella sustinet adolescentia: & calore sanguinis inflammata, ut euadere possit, omni indiget custodia. Quanto plura sunt quae impugnant pudicitiam, tanto maiora sunt praemia: quia ubi maior labor, ibi merces erit amplior. Amatores autem uerecundiae sumant exemplum de matre Domini, quae quauis esset mitissima, tamen pra uerecundia salutante se angelum non resalutauit. In ipsa uero

Matth. 5.

1. Reg. 16.

Leuit. 10.

Luc. 1.

oratione nostra multum uerecundia placet, multumque conciliat gratiae apud Dominum nostrum. Nonne haec pretulit publicanum, & commendauit eum qui nec oculos suos audebat ad coelum leuare? Ideo iustificatur Domini iudicio plus quam ille pharisaeus, quem deformauit praesumptio. Oremus & nos in quantum possumus in incorruptione quieti & modesti spiritus, qui est ante Deum locuples. Paulus quoque cum orationem deferri praecipit cum uerecundia & sobrietate, primam hanc & quasi prauiam uult esse orationis futurae: ut non gloriatur peccatoris oratio, sed quasi colore pudoris obducta, quo plus defert uerecundia de recordatione delicti, eo uberior mereatur gratiam. Est etiam in ipso motu, gestu, incessu, tenenda uerecundia. Habitus enim mentis, in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut e contra grauior, & constantior, & purior, & maturior aestimatur. Itaque uox quaedam animi, est corporis motus. Sepe enim per incessum prodit, qualis sit animus. Luceat quippe in quorundam incessu imago leuitatis, species quaedam scurrarum percurrentium. Sunt enim qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, & quasi quaedam fercula pomparum, & statuarum motus nutantium, ut quotienscunque gradum transferunt, modulos quosdam seruare uideant. Nec cursim ambulare honestum arbitror, nisi cum causa exigit alicuius periculi, uel iustae necessitatis. Nam plerumque festinantes, anhelos uidemus torquere ora: quibus si desit causa festinationis necessaria, sit neuus ista offensionis. Sed non de his dico, quibus rara properatio ex casu nascitur, sed quibus iugis et continua in natura uertitur. Nec in illis ergo tanquam simulacrorum effigies probo, nec in istis tanquam excursorum ruinas. Est enim gressus probabilis, in quo est species auctoritatis, grauitatis pondus, tranquillitatisque uestigium: ita tamen si studium desit atque affectatio, sed motus sit purus & simplex. Nihil enim fucatum placet. Motum autem natura informet. Si quid sane in natura uitij est, industria emendet: ut ubi ars deest, non desit correctio. Quod si etiam ista spectent itineri, quanto magis cauendum est, ne quid turpe exeat de ore: hoc enim grauius coinquinat hominem. Non enim cibus coinquinat, sed iniusta obtractio, sed uerborum obscenitas. Haec etiam uulgo pudori sunt. In nostrae uero religionis proposito, nullum uerbum incutiat uerecundia, quod inhoneste cadat. Et non solum nihil ipsi indecorum loqui, sed nec aurem quidem debemus huiusmodi praebere dictis: quia quae delectat audire, alterum loqui prouocat. Audire quoque quod turpe sit, pudori maximo est: uidere uero si quid huiusmodi fortuito accidat, quanti horroris est: Quod ergo in alijs displicet, nunquid potest in seipso non displicere? Nec ipsa natura nos aliter docet, quae perfecte quidem omnes partes nostri corporis explicauit, ut & necessitati consuleret, & gratiam uenustaret:

Luc. 18.

1. Tim. 2.

1. Cor. 12.

uenustaret: sed tamen eas quae decori ad aspectum forent, in quibus formae apex, quasi in arce quadam locatus, & figure suauitas, & uultus species emineret, operandique usus esset parator: obuias atque apertas reliquit. Eas uero in quibus esset naturale obsequium necessitatis, ne deforme sui praebere spectaculum: partim tanquam in ipso emendauit atque abscondit corpore, partim docuit atque suauiter tegendas. Nonne igitur ipsa natura magistra fit uerecundiae? Cuius exemplo modestia id quod in hac corporis nostri fabrica abditum reperit, operuit & texit. Ergo naturae opifex sic nostrae studuit uerecundiae, sic decorum illud & honestum in nostro custodiuit corpore, ut ductus quosdam atque exitus cuniculorum nostrorum post tergum religaret: atque ab aspectu nostro auerteret, ne purgatio uentris uisum oculorum offenderet. De quo pulchre ait Apostolus: Quae uidentur, inquit, corporis nostri membra infirmiora, necessaria sunt, & quae putamus ignobiliora membra corporis esse, eis abundantiorum honorem circumdamus: & quae inhonesta nostra sunt, abundantiorum honestatem habent. Etenim imitatione naturae industria auxit gratiam, ut non solum abscondamus ab oculis, uerumetiam quae abscondenda accepimus, eorum indicia usus quae membrorum sua appellatione nuncupare indecorum putemus. Denique si casu aperiantur haec partes, confunditur uerecundia: si studio, impudentia aestimatur. Cum igitur in quibusdam humanis membris tanta sit deformitas, ut nominari magna sit uerecundia: heu, quam turpes illi sunt, & quam impudentes, qui has secretas partes corporis non solum deliderantes cernunt, sed etiam studiose tangunt? Pudet me ac piget illorum facta referre, in quibus regnat Sodomitica libido: quibus sic iratus est Deus, eiusque iusto iudicio ita traditi sunt in reprobum sensum, ut masculus in masculum turpitudinem operet. Nonne deteriores brutis sunt effecti animalibus, quibus non est intellectus? Si enim Cham, qui nudatum patrem uidens risit, in filio maledictus est: qua ista maledictione feriunt, qui desiderio peccandi suam aliorumque turpitudinem detegere non erubescunt? Vtinam uiderent quantum flagitij talibus Deum offendunt. Sunt etiam qui pulchros homines (despectis deformibus) amant & laudant, suspicant & honorant. Illi enim qui sanos habent oculos, solam animi pulchritudinem in homine diligunt, & reuerent. Qualis est autem ista pulchritudo, quam leuis febricula perdit, & rugosa senectus ita dissoluit, ut nec fuisse putetur? Et tamen sunt, qui habentes hanc extolluntur: & cum sint uacui uirtutibus, per hanc solam gloriosos se arbitrantur. Nos certe in pulchritudine locum uirtutis non ponimus, gratiam tamen non excludimus: quia uerecundia etiam uultus ipsos solet pudore suffundere, gratioresque reddere. Ut artifex in materia commodiore melius operari solet, sic uerecundia in ipso quoque corporis decore plus eminet: ita ta-

men, ut ipse non sit affectatus corporis decor, sed naturalis, simplex, neglectus magis quam expectatus: non preciosis & albenibus adiutus uestimentis, sed communibus, ut honestati uel necessitati nil desit, nil accedat nitenti. Vox ipsa non remissa, non fracta, nihil foemineum sonans (qualem multi grauitatis specie simulare consueuerunt) sed formam quandam & regulam ac succum uirilem referuans. Hoc est enim pulchritudinem uiuendi tenere, conuenientia cuique sexui & personae reddere. Hic ordo gestorum optimus, hic ornatus ad omnem actionem accommodus. Sed ut molliculum & infractum uocis sonum, aut gestum corporis non probo: ita neque agrestem ac rusticam naturam imitandam esse censeo. Eius disciplina formula, effigies honestatis est. Imitetur pius adolescens uestigia Isaac & Ioseph. Sit uerecundus, castus, simplex, & sobrius: humilis, obediens, patiens, & remissor iniuriae. Faciat ut Daniel & tres pueri: studeat sapientiae, & non det se illecebris gulae. Pinguis uenter non gignit tenuem sensum. Fugiat ebrietatem tanquam uenenum. Si religiosus & sapiens uult esse, nunquam uinum redoleat, ne audiat illud philosophi: Hoc non est osculum porrigere, sed uinum propinare. Amet sanctarum scripturarum scientiam, ne mens eius uel uanis, uel lasciuis cogitationibus pateat. Beatus qui diuinas scripturas legens, uerba uertit in opera. Sit abstinentis irarum, & fugitans litium, ut bonis pollere moribus hoc iudicio comprobetur: sicque se exhibeat, ut seniores inter quos habitat, dum admirantur uitam, non sinantur despiciere aetatem. Sit inter fratres coaeuales suos primus in opere, extremus in ordine: & ita singulis uirtutibus instet, ut nulli eorum secundus inueniatur. Delectat me adhuc in partibus demorari uerecundiae: quia ad eos loquor, qui adhuc bona eius ex semetipsis non recognoscunt, aut damna nesciunt. Ordo quidem uitae tenendus est. Et a uerecundia prima quaedam fundamenta ducantur, quae sociata ac familiaris est mentis placiditati, proteruiam fugiens, ab omni aliena luxu: sobrietatem diligit, honestatem fouet, decorum nil requirit. Sequatur conuersationis electio, ut adiungantur probatissimis quibusque senioribus. Nam ut aequalium usus dulcior, ita senum tutior est, qui magisterio quodam & ductu uitae colorant mores adolescentium, & uelut murice probitatis inficitur. Nempe si hi qui sunt ignari locorum, cum solertibus uiarum iter adorari gestiunt: quanto magis adulescentes cum senibus debent nouum iter sibi aggredi, quo minus errare possint, & a uero tramite uirtutis deflectere? Nihil enim pulchrius quam eos & magistros uitae habere & testes. Pulchra itaque copula seniorum atque adolescentium. Alij testimonio, alij solatio sunt: alij delectationi, alij honori. Legit quod Barnabas Marcum assumpsit: Paulus Silam & Timotheum, & Titum, ut seniores consilio praualerent iunioribus ministerio. Patet namque quod nulla ars discitur absque

Acto. 15.

Mat. 14.

Luce 6.

Luce 19.

absque magistro. Si enim animalia & ferae, & aves, & apes duces habent, & principes suos sequuntur: quanto magis homines sine doctore & rectore esse non possunt? Inde cauendum est, ne adolecentiores & paruuli sine duce ingredi- antur uiam, quam nunquam ingressi sunt, & in partem alteram declinantes errores patiantur, si uel plus uel minus ambulantes quam necesse est: aut currentes lassentur, aut moram facientes obdormiant. Plerumque & uirtutibus pares, dispa- res aetatibus, sui delectantur copula, sicut delecta- bantur Petrus & Ioannes. Nam adolecentem le- gimus Ioannem, quamuis nulli seniorum in uir- tute fuerit secundus. Erat enim in eo senectus ue- nerabilis morum, & cana prudentia uirtutum omnium. Magnam enim huius uitae solatium est, ut habeas cui peccata tua aperias, cum quo arcana parti- cipas, cui comittas secreta cordis tui: ut ames & sequaris eum qui tibi paterna pietate in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur, & in prosperis gratuletur. Felix talis societas ta- lisque amicitia, qua nihil est in rebus humanis pul- chrius. Teneamus ergo uerecundiam, uel eam quae ad totius uitae ornatum nos attollit mode- stiam. Magna autem est modestia, inuidua ue- recundiae sociata, quae cum sit sui iuris remissior, nihil usurpans, nihil uendicans, & quodammodo intra uires suas contractior, diues est apud Deum. Verecunda modestia, & modesta ue- recundia est, quae nulli insidias machinatur: laesa non irascitur, & cunctos simpliciter respiciens, de nullo sinistrum aliquid suspicatur. Hanc te- neamus pueri, hanc diligamus: & ut eam sem- per habere possimus, fugienda est nobis fami- liaritas & confabulatio eorum, qui turpiter & indiscipline uiuunt. Talium autem infinitus est numerus. Habet sane suos scopolos uerecundia, non quos ipsa inuehit, sed quos saepe incurrit, si intemperantium incidamus consortia, qui sub specie iucunditatis uenenum infundunt bonis. Hi si absidui sunt, maxime in conuiuio, ludo, ri- su, ac ioco, eneruant grauitatem illam uirilem, & animos pueriles corrumpunt, atque suis malis assuescunt. Caueamus itaque ne dum relaxare animum uolumus, soluamus omnem harmo- niam, quasi concentum quendam bonorum o- perum. Vfus enim cito inflectit naturam. Quam multos stultorum societas decipit? Quid nobis cum fabulis, risu, & ioco? Nam licet interdum honesta ioca suauia sint, tamen ab ecclesiastica aberrant regula: quoniam quae in scripturis san- ctis non reperimus, quomodo usurpare possu- mus? Cauenda sunt enim omnia quae inflectere possunt grauitatem propositi nostri nostraque pro- fessionis. Vae uobis qui ridetis: quia flebitis uos, Dominus ait. Nos ridendi materia inquirimus, ut hic ridentes, illic fleamus? Ipsum namque Domi- num fleuisse legimus. Non solum profusus, sed etiam omnes ioceros arbitror declinandos, nisi forte plenam grauitatis & gratiae sermonem esse, in- decorum est. Ingemiscendum est autem iugiter, &

A postposita securitate lugendum, ne a Deo desera- mur propter superbiam & negligentiam, & in po- testate daemonum relinquamur. Reuera quem Deus relinquit, demones suscipiunt, & susceptum suae perditionis participem faciunt. Terribilis in consilijs super filios hominum Deus. Operatur si- gulus ex eadem massa aliud uas in honorem, ali- ud in contumeliam. Sunt uasa misericordiae, & sunt uasa irae. Sunt nouissimi primi, & primi no- uissimi. Sunt multi uocati, & pauci electi. Et ideo unusquisque nostrum salutem operetur suam (sicut ait Apostolus) cum timore et tremore. Declinet a uanitate, mundi spernet amorem. Amplectatur luctum & quietem, & sectetur quantum po- test uerecundiam, tranquillamque mansuetudinem, quae facit ut homo inter homines pacifice uiuat, ut ad omnia quae inhonesta sunt erubescat. Lau- danda autem uirtus uerecundiae: quia quorum oculos, aures, linguamque possidet, non sinit tur- piter ludere ac ridere: efficiens eos graues & mi- res. E contra grande uitium est iuniorum impu- dentia, quae improbo ausu & dissolutione sua pa- tres & fratres conturbat: quia sicut scriptum est, nec Deum, nec homines reueretur, sed laetatur cum malefecerit, & exultat in rebus pessimis. Fa- cta est eis frons meretricis, quia non potest erube- scere. Vbi lingua audax, & frons inuerecunda, quid loquatur quid uel agat non curat. Cum enim boni adolescentuli & mansueti tacendo reueren- tur maiores suos, nemo solius taciturnitatis hanc laudem putet: quia silentium ipsum (in quo est reliquarum uirtutum ocium) maximus actus ue- recundiae est. Denique si naturale est, aut infantiae deputat, aut superbiae probro datur: si uerecun- diae laudi ducitur. Tacebat in periculis Susanna, & grauius uerecundiae quam uitae damnnum pu- tabat, ubi soli loquebatur cui poterat casta ue- recundia loqui. Fugit & pulcher Ioseph relicta ue- ste in manibus fornicariae, tacensque celeriter e- gressus est, qui incongrua suae uerecundiae au- diens, non poterat diu stare. Moyses quoque & Hieremias quod poterant per gratiam, excusa- bant per uerecundiam. Tutius enim est discere quam docere, tacere quam loqui. Quid autem magis potest uerecundiae bonum, quam ut iu- niorum aetas magis debeat discere, quam tace- re? Pythagoras quippe legem dedit silentij di- scipulis suis, ut tacentes per quinquennium, lo- qui discerent: & tu non uis tacere, cui uirtus si- lentij propria est? Quid opus est o adolescentem, ut properes periculum suscipere loquendo, cum ta- cendo possis esse tutior? Quamplures uidi lo- quendo incidisse peccatum, uix quinquam tace- do. Ideoque tacere nosse, quam loqui difficilius est. Scio plerumque loqui, cum tacere nesciant. Ra- rum est tacere quinquam, cum sibi loqui nihil pro- fit. Sapiens ergo est qui nouit tacere. Alliga mo- ne, sermonem tuum, ne luxuriet, ne lasciuat, & in multiloquio peccata sibi colligat. Sit restricti- or, & raris uerbis coerceatur. Cito lutum colligit amnis exundans. Sit tibi grauitas in incessu, in ser- mone

Psal. 67.

Rom. 9.

Matth. 20.

Philipp. 1.

Luce 11.

Prou. 1.

Hier. 3.

Gen. 39.

Exod. 17.

Hier. 1.

Ecclef. 20.

Psal. 38.

Deute. 6.

Gen. 22.

Deute. 31.

Psal. 38.

Exodi 14.

Ibidem 16.

Dante. 17.

Gen. 39.

Exod. 17.

Hier. 1.

Ecclef. 20.

Psal. 38.

Deute. 6.

Gen. 22.

Deute. 31.

mone pondus, atque in uerbis modus. Haec autem si A custodieris, eris mitis, mansuetus, & modestus. Custodi cor, & retine linguam. Bona enim pos- sessio, mens bona. Sepi ergo hanc possessionem & muni eam undique, ne irruant in eam, & capti- uam ducant irrationabiles corporis passiones. Custodi quantum potes interiori hominem tuum. Noli esse quasi uilem negligere ac fastidire, quia preciosa possessio est: & merito preciosa, cuius non caducus fructus & temporalis, sed stabilis atque aeternae salutis est. Si uis bene custodire, tace prius & audi, & non delinquas in lingua. Graue malum, ut aliquis ore suo condemnatur. Etenim si pro ocioso uerbo reddet unusquisque rationem in die iudicij: quanto magis pro uerbo impurita- tis, & turpitudinis, & impietatis? Videamus eti- am ne rationem ponamus pro ocioso silentio. Est enim fructuosum & negociosum silentium. Tacendo enim apud homines melius loquimur Deo. Multae enim contemplationes sunt, quibus anima deuota Deo tacendo mirabiliter pascitur. Dauid propheta docuit nos tanquam in ampla domo deambulare in corde nostro, & conuersa ri cum eo tanquam cum bono contubernali, ut ipse diceret sibi, & loqueretur secum: Dixi custo- diam uias meas. Moyses in silentio loquebatur, & in ocio operabatur. Quando ergo iustus solus est, qui semper cum Deo est? Quomodo solita- rius est, qui nunquam separatur a Christo? Quan- do autem feriat a negotio, qui nunquam feri- atur a merito, quo consummatur negocium? Qui- bus autem locis circumscriptur, cui totus mun- dus diuitiarum possessio est? Quae existimatio- ne diffinitur, qui nec operatione comprehendi- tur? Nunc quidem de Deo cogitat & sanctis an- gelis eius, atque de immarcescibili gloria aeternae beatitudinis: nunc uero de uersutis diaboli, de peccatis suis, de hora mortis, de poenis inferni, de die tremendi iudicij: nunc de profunditate di- uinarum scripturarum, de natura uirtutum, de co- positione morum honorum. Quam gloriosum tale silentium, ubi eloquia Domini, eloquia casta sunt? Est igitur tacendi & loquendi modus. Bona mens & ue- recunda, ut loquat, multa prius considerat, quid dicat, & cui dicat, quo loco, & quo tempore. Me- rito sapiens dicendus est, qui nouit tempus lo- quendi. Unde bene ait scriptura: Homo sapiens tacebit usque ad tempus. Ideo sancti Domini, qui sciebant quia uox hominis plerumque peccato iun- cta est: & initium erroris humani sermo est ho- minis, tacere amabant. Denique sanctus Dauid ait, Posui ori meo custodiam. Propheta custodi- ebat, & tu non custodies? Potes autem custodi- re, si cito non loquaris. Lex dicit: Audi Israel, &c. Audi enim dixit, & non loquere. Tu autem aeta- tis est tacere & obedire, non de maioris sententia iudicare. Scriptum est iterum: Audi Israel, & ta- ce. Isaac deserebat patri suo honorem, & obedi- ens eius uoluntati, non recusabat mori. Iesus ue- ro Naue sedulo obsequio Moysen uenerabat, & obediens existens in omnibus, tantam grati-

am apud Deum meruit, ut illius successor ad regem- dum Dei populum eligeretur. Haelisaeus relicto aratro, maectatis bobus uocantem Heliam secu- tus, per ueram mentemque obedientiam ad tantam morum ascendit celsitudinem, ut spiritus tam ex- celsi magistri dupliciter in bono discipulo requi- resceret. Abraham uero ille fidelis senex ad iusti- onem Domini reliquit terram natiuitatis suae, & quamuis in multis locis frequentes iniurias grauesque perpeffus foret labores, nunquam coe- ptae obedientiae poenituit. In tantum enim per obedientiam & fidem placuit Deo, ut ei de Chri- sto primum repromissio fieret. Ipse demum Domi- nus noster Iesus Christus in factis dictisque suis multum nos obedientiam docet. Vera enim sub- iectio propter Deum, propriae uoluntatis est mor- tificatio, dum abiecta & indigna de se credit, & Deo acceptabilem, hominibusque dulcem obedi- entiam parat. Denique uoluntas propria ex liberi arbitrij praesumptione descendens, obstinatis et inobedientibus ipsa bona in peccatum conuer- tit. Vir bonus cum bonis suis omnibus habere obedientiam studeat. Scriptum quippe est. Melior est obedientia, quam uictima: & auscultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi pec- catum hariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriae nolle acquiescere. Cernis quantum & quale sit inobedientiae malum, quod idolo- latriae magicisque comparatur artibus? Adolescen- tes qui tali repleti sunt malo, subdi senioribus de- dignantur: facta uero eorum aut dicta, tumida & erecta ceruice non obseruant, sed dijudicant: non uenerando exaltant, sed spernendo subannant. Sed non impune. Inde enim euidenter deficiunt, unde miseri proficere debuerunt. Hoc autem uult Deus, ut homo per hominem doceatur, & mi- nor maiori subdat. Si enim angelus angelo im- perat, & inter iubentem & obedientem summa manet semper concordia, uideat ille quam gra- uiter peccat, qui debitam exhibere suis maiori- bus reuerentiam non curat. De interitione nan- que illorum qui non obediunt, & suos se- niores suosque patronos despiciunt, multa dici po- tuissent, nisi promissae breuitatis memor illa stu- diose praeteriret. Ad quid plura? Vna enim sen- tentia obedientibus & inobedientibus sufficere potest, quam per se ueritas loquitur dicens: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me sper- nit. Inde illi gaudeant gaudio magno, qui senio- res suos uenerationi habent, & honori propter Christum. Multi namque de uirtute obedientiae mul- ta scripserunt, inter quos sanctus pater noster Be- nedictus, de ea tam terribiliter locutus est, ut fra- trum etiam bene obedientium corda praeter nimio ti- more concuti ualeant. Sed & ille summus melli- flui oris Gregorius, mirabiliter superexaltat & magnificat eam: demonstrare autem uolens quan- tum sit meriti obedientia, ita ait uir eloquens: Sola namque obedientia uirtus est, quae uirtutes ceteras menti inserit, infertaque custodit. Unde pri- mus homo praecipit, quod obseruaret, accepit

4. Reg. 2.

Gene. 12.

1. Reg. 15.

Luce 10.

cui si uellet se obediens subdere, ad æternam beatitudinem sine labore perueniret. Deinde idē doctor, uerba quæ locutus est spiritus sanctus per os Samuelis superius posita, exponēs dicit: **1. Reg. 15.** Obediētia quippe uictimis iurē præponitur: quia per uictimas aliena caro, per obediētiā uerò uoluntas propria maclatur. Tanto quisq; Deum citius placat, quanto ante oculos eius repressa arbitrij superbia, gladio præcepti se immolat. Quo contra hariolandi peccatū inobediētia dicitur, ut quanta sit uirtus obediētia demonstretur. Ex aduerso enim melius ostendit, quid de eius laude sentiatur. Si enim quasi peccatum hariolandi est repugnare, & quali scelus idololatriæ nolle acquiescere: sola obediētia est, quæ fidei meritum possidet, sine qua quisq; infidelis conuincitur, etsi fidelis esse uideatur. Hinc per Salomonem dicitur in ostensione obediētiæ: **Proh. 21.** Vir obediens loquitur uictorias. Vir quippe obediens uictorias loquitur: quia dum alienæ uoci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus. Hinc ueritas in Euāgelio dixit: Eum qui uenit ad me, non eijciam foras: quia non ueni facere uoluntatē meā, sed eius qui misit me. Quid enim suū faceret, si eos qui ad se ueniunt, expulisset? Quis autem nesciat, quoniam uoluntas filij à patris uoluntate non discrepet? Sed quoniam primus homo, quia suam uoluntatem facere uoluit, à paradisi gaudijs exiuit: secundus ad redemptionem hominum ueniens, dum se uoluntatē patris & non suam facere ostendit, permanere nos intus docuit. Cum igitur non suam, sed uoluntatem patris facit, eos qui ad se ueniunt, foras non eijcit: quia dum exemplo suo nos obediētiæ subijcit, uia nobis egressiōnis claudit. Hinc **10. 11. 6.** rursus ait, Non possum ego à meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico. Nobis quoq; obediētia usq; ad mortem seruanda præcipit. Ipse autē sicut audit, iudicat: tunc quoq; obedit, cum iudex uenit. Ne igitur usq; ad præsentis uitæ terminū obediētia laboriosa appareat, redēptor noster indicat: quia hanc cum iudex uenerit, seruat. Quid ergo mirū, si peccator homo obediētiæ in præsentis uitæ breuitate se subijcit, quando hanc mediator Dei & hominum etiā cū obediētes remunerat, non relinquit? Sciendū uerò est nunquam per obediētiā malum debere fieri: aliquando autē per obediētiā, quod agitur bonū, debet intermitteri. Neq; enim mala arbor in paradiso extitit, quā Deus hominī nō tangere interdixit: sed ut melius per obediētiā meritū homo bene conditus cresceret, dignū fuerat ut hunc à bono prohiberet, quatenus tanto uerius hoc quod ageret uirtus esset, quanto & à bono cessans auctori suo se subditum humiliter exhiberet. Sed quia nonnunquā nobis huius mundi prospera, nonnunquam iubentur aduersa, sciendum summopere est, quod obediētia aliquando si de suo habeat aliquid, nulla est: aliquando autem si de suo non habeat, minima est. Nam cū huius mundi successus præcipitur, cum locus su

perior imperatur: is qui ad percipiēda hæc obedit, obediētiæ sibi uirtutem euacuat, si ad hoc ex proprio desiderio anhelat. Neq; enim se sua obediētia dirigit, qui ad percipiēda huius uitæ prospera, libidini propriæ ambitionis seruit. Rursus cum mundi despectus præcipitur, cum probra adipisci & contumeliæ iubentur, nisi ex seipso animus appetat, obediētiæ sibi meritum minuit, qui ad ea quæ in hac uita despecta sunt, inuitus nolensq; descendit. Ad detrimentū quippe obediētia ducitur, cum mentem ad suscipiēda probra huius seculi, nequaquam ex parte aliqua etiā sua uota comitantur. Debet ergo obediētia aliquid ex suo in aduersis habere, & rursum in prosperis ex suo aliquid minimè habere: quatenus & in aduersis tanto sit gloriosior, quanto diuino ordini ex desiderio iungit: & in prosperis tanto sit uerior, quanto à præsentī ipsa quam diuinitus percipit gloria, funditus mente separatur. His ergo tanti doctoris euidentissimis assertionib; Moyses & Paulus in factis suis proculdubio attestantur. Quare & lege quid uterque eorum fecerit. Veruntamen inter hæc scire oportet, quod innocuis mentib; uirtus semper obediētiæ iungitur, Domino testante qui ait, Oues meæ me audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Redemptori igitur suo non obedit, qui innocens non est: & innocens esse non potest, qui obedire cōtemnit. Sed necesse est ut ipsa obediētia non seruilī metu, sed charitatis affectu fiat, nō terrore pœnæ, sed amore iustitiæ. Nulla quippe innocētia, nulla uerò obediētia est, nisi in eis charitas fulgeat, quæ uirtutes omnes transcendit. Sape enim falsa obediētia sub timoris specie palliatur. Igitur si uideris iuuentulum desidem ab obediendum, & uelocem ad loquendum, non dubites eum uarijs animi passio nibus (præsertim superbiæ peste) laborare. Inobediētia enim sequitur superbiā matrem suā, sicut habes: Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps. Sicut superbiā equi indomiti præcipitō prona est, ita lasciuia adolescentis indisciplinati, peccati uinæ proxima est. Loquere tu maior natus, decet em̄ te. Adolescentis loquere in causa tua uix, cum necesse fuerit. Si his interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & auditacens simul & quærens. In medio magnatorum loqui non præsumas: & ubi sunt senes, non multum loquaris. Ante grandinē præibit coruscatio, & ante uerecundiā præibit gratia, & pro reuerentiā accedet gratia bona. Ex his nanque uerbis sapientiæ intelligere potes, quantum uirtutes superius positæ iuniorē ætatem adornent. Pueri enim à puritate dicti sunt, et decet ut regnent in eis simplicitas & innocentia & puritas, hoc est uirginitas. Cum his crescant, & in his perseuerēt, ut mereantur sequi agnū quocumq; ierit. Adolescentes autem iuxta nominis huius interpretationē per dies singulos in bonis operibus crescentes, uerecundiā diligant, taciturnitatem

ratem custodiāt, simulq; in exhibenda obediētia nimis ferueant, istas quippe uirtutes in primo constituimus loco, uelut quædam incrementa honorū operum, ut per eas ad castitatē & humilitatem & patientiā, quæ secundam partem obtinent, recto tramite ualeant peruenire. Castitas igitur (quia uterq; sexus uicio libidinis agrotat) nisi aliarum uirtutū ope fulciatur, facile labitur. Et proinde nimio studio seruāda est, quia semel amissa, nō reparanda est. Prima nanq; tela sunt oculorum, secunda uerborum. In desiderijs enim est omnis ociosus, & desideria occidunt pigram. Et ideo suffragatur ei plurimum uerecundia, quæ custodit oculos: & taciturnitas, quæ retinet linguam: atq; obediētia, quæ mentem occupat, corpusq; fatigat seiuinijs, uigilijs, orationibus, & opere manū. Sed necessariā præ omnib; habet humilitatem, qua conferuentur habita usque in finem. Multi enim in ipsa senectute per superbiā in luxuriā ceciderunt. Qua de re timendum est, & cauēdum, ne subitus calor superet longum tempus, & impudicos senes lasciuia cōdemnet. Tenenda est itaq; semper humilitas, custos pudicitia, mater patientiæ. Sine causa em̄ laborat, qui uirtutes sine humilitate congregat. Vera autem patientia, nisi per profundam humilitatem, nec acquiritur, nec tenetur. Hæc uerò quisquis ueraciter habet, nec beneficio celle, nec profugio solitudinis indiget: & si ei aduersitatis aliquid acciderit, non cōtristatur, sed adhuc diligenti Deum omnia coperantur in bonū. Iste timet in prosperis, gaudet in aduersis. Amat & adiuuat se persequentes, quia eū patientia & benignitas comitatur uelut indiuiduæ comites. Si quis igitur habet animā uirginalem, & amator est pudicitia, non debet mediocribus esse cōtentus, quæ citò exolefcunt, & exorto caumate arefcunt: sed perfectas uirtutes sequatur, ut lumen habeat sempiternū. Qui enim proficere studet, semper inuenit quo crescat, & per dies singulos seipso melior fiat. Adolescens profice, mancipatus es Christi seruitio, & coepisti magna agere, & excelsa imitari: confortetur cor tuum, & uiriliter age. Magna tibi dabitur gloria post uictoriam. Licet lubricum sit iter, per quod incedis, tamen de Domini auxilio confidens, desere ima quantū uales, & summa pete. Non deficias, neq; tepescas, ut gradum perfectionis possis ascendere, ad quam non nisi multis laboribus peruenitur. Euge nunc, euge frater bone, initia transcende, & ad superiora tende, ut Deo in uoce exultationis canticum graduum cantes. Tibi uerò de radice ad cacumen festinantī, liber patet ingressus ad illas quatuor uirtutes principales, quæ in adolescentibus inchoantur, & in iuuenibus augentur, in senibus perficiuntur: quia matura ætas multis laborib; exercitata, iam nouit per experientiam, quod didicit per scientiā. Vnde iam non immeritò prudentiam, fortitudinem, iustitiam & temperantiā in tertio constituimus gradus: quia per eas maxime instruantur mores, &

A bene uiuēdi magisteriū docetur. Sed ex his prudentia agnitione ueri delectat. Iustitia dilectio, nē Dei, & proximi seruat. Fortitudo metū mortis contemnit. Temperantia affectionem carnis temperat. Prima enim intelligit, secunda bene uiuit, tertia appetitum cohibet, quarta modum imponit. Tres illæ superiores, quod honestū est operantur: hæc autē quarta decorum agit, illud quod ex radice honestatis proficiscitur. Siquidē prudentia est agnitiō ueræ fidei, & scientia scripturarū, in qua intueri oportet illud trimodū genus intelligentiæ: quorum primū est historicū, secundum allegoricum, tertium superior ille intellectus, quem dicunt anagogen. Iustitia uerò est Deum timere, religionē uenerari, honorem ferre parentibus, patriam diligere, cunctis prodesse, nocere nulli, fraternæ charitatis uinculum tenere, pericula aliena suscipere, opem ferre miseris, bonis uicisitudinem rependere, æquitatē in iudicijs conseruare. Fortitudo autem, est animi magnitudo, contemptus honorū uel diuitiarum. Hæc aduersis aut patienter cedit, aut resistit fortiter. Nullis illecebris edomatur, malis & aduersis non frangitur: non eleuatur secundis, inuicta ad labores, fortis ad pericula: pecuniā negligit, auaritiā fugit, contra uniuersa pericula animum præparat: molestijs nullis cedit, gloria cauet appetitū. Sed inter has temperantia semper amplectenda est. Est enim modus uitæ in omni uerbo uel opere. Hæc autē sobrietatis & uerecundiæ comes est, quæ alio nomine uocatur modestia. Humilitatis regulā custodit, tranquillitatē animi seruat, continentia & castitatem diligit, fo uet decus, & honestatē, restringit ratione appetitum: iram contemnit, nec rependit contumeliā. His tu plagis cœli includere homo Dei. His tu armis bellator Christi accingere, protegere, & ornare. Iste currus igneus te fortem militem gestabit, consummato cursu ad cœli palatium, ut assistas regi tuo, cui certasti bonum certamen, fidem seruasti. Bene rege hanc quadrigam uirtutum, & sede in ea firmus, ut isto uehiculo uehi altius, & introduci ualeas ad tricameratam domum in summo montis uertice collocatam. Hanc enim dico firmam fidem, spem inconcussam, perfectam charitatem, quæ omnem seruilē foras mittit timorem, ubi uia mandato rum Dei dilatato corde curritur. Hinc anima iustifides sapientiæ facta, plano moderatoq; incessu portat Deum sessorem suum. Huic autē uere Christus est, & mori lucrum. Vir discretus & cōtemplator transit quotidie, uisionemq; mirabilem cernit: trahitur à Deo, & ardenti desiderio currit post eum. Si autem istum montem excelsum, hancq; pulchram domū inhabitaueris: poteris & tu sæpissime intueri terrā illā promissionis, terram lacte & melle manantem, ubi uerus Israel moratur, & ueritatis pabulo in æternū pascit. Sed dicis tu mihi: Quare fidem in primo loco non posuisti, quæ est in Christiana anima fundamentū omnium uirtutum? Facerem utiq; nisi

Luce 17. fides cresceret. Nisi autē fides cresceret, apostoli Domino minimē dixissent: Adauge in nobis fidem. Continua enim operatione uirtutum, & assidua meditatione scripturarum sanctarum fides eruditur, & erudiendo illuminatur, & illuminando augetur, & augendo perficitur, & perficendo stabilitur, ita ut nullo turbine hereseos, uel persecutionum a statu suae rectitudinis moueat. Igitur priusquam homo per fidē cognoscat creatorem suum, ignorantia (mater omnium uitiōrum) eius possidet animā. Ergo ignorantia nox est, fides uerō dies. Sicut dies crescit per horas, sic fides augetur per illuminationē diuinā gratiā, & per documenta matris ecclesiā. Primum itaq; sincera radix sanctae fidei in terra humani cordis plantatur, cui inseritur ramusculus ille sanctae arboris: id est, timor Domini, qui dicitur in titū sapientiae. Cum hoc incipit, & cum isto ascendit usq; ad plenitudinem luminis. Cumq; fides plenē adulta fuerit, uelut quaedam magna arbor diuersa in se habens poma, ex quibus reficitur anima plena Deo, tunc adheret ei timor ille castus & sanctus aeternae charitatis, qui permanet in seculum seculi. Haec est enim fides illa quae per dilectionem operatur, ut homo noua creatura efficiatur, fides prudentissima & inuictissima, quae inter uerba altercationis, in tempore persecutionis & in die necessitatis superari non potest. Quapropter fides firma, & charitas plena fideles comites, & inseparabiles sorores, cuncta in se genera uirtutum continentes, uirum perfectū efficiunt, quantum possibile est eum perfici in hac uita plena miseris & erroribus. Iste illud apostoli in ueritate dicere potest: Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum enim quod nec mors, nec uita, nec angeli, nec principatus, nec potestates, nec uirtutes, nec instantia, nec futura, nec fortitudo, nec profundum, nec altitudo, nec alia creatura poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro. Haec est autem disciplina bonae uitaē, & recta series uirtutum. Ista est uia regalis, praecedentium patrum trita pedibus. Ambula in ea o grex adolescentium, & noli declinare ab ea neque ad dexteram, neq; ad sinistram. Ille quidem ad sinistram declinat, qui se apertis uitijs implicat. Ille uerō ad dexteram declinat, qui uitia sub specie uirtutum latentia summopere nō deuitat. Per haec enim multi decipiuntur, & ignorant se esse decipros. Itaq; dupliciter rea est anima, si & bonū nō facit, unde spiritaliter uiuat, & lateat. Superbus uult se credi constantem, prodigus liberalem, auarus diligentem, temerarius fortem, inhumanus parcum, gulosus humanum. Impudentia constantia sibi nomen ascribit. Procacitas appellationem libertatis ostendit. Eloquentiam uerbositas fingit, & curiositatis malum sub studiū spiritalis colore delitescit. Nam interdum sub praetextu iustitiae, crudelitas agitur. Et putatur esse

A uirtus, quod nimirum uirtutum est, sicut remissa se gnities mansuetudo esse creditur. Et quod agit torpens negligentia, putatur agere indulgentia pietatis. Item timor sub specie obedientiae occultatur, & dicitur uirtus humilitatis, quod tamen uirtutum est timoris. Porro uirtutum in quietudinis, uirtutes se uult uocari sollicitudinis. Et praecipitationis facilitas, feruor boni studiū creditur. Et bene agendi tarditas, consilij mora esse uidetur: cum tamen ista sit uirtus, illa uirtutum. Haec etsi humano possunt discerni iudicio, tamen sine dono Dei (quantū mihi uidetur) nec uirtutes possunt haberi, uel appeti: nec earum similitudines (quae sunt uitia, uirtutes imitatio) declinari. Sed sciendum est, quod quaedam summā uirtutes sunt, quaedam uerō mediae. Summā uirtutes sunt, spes, fides, charitas. Nam a quibus habentur, utiq; ueraciter habent. Doctrina, ieiuniū, castitas, scientia, & caetera his similia, mediae uirtutes sunt: quia & ad utilitatem & ad perniciē possunt haberi. Nō potest esse ueritas cum mendacio, pudor cū petulantia, fides cum perfidia, castitas cum luxuria. Aduersus impetus uitiōrum contrarijs uirtutibus est pugnandum. Contra luxuriā adhibeatur cordis munditia, contra odium, dilectio: contra iracundiam, patientia: contra timorem, fiducia: uirtus: contra torporem, feruor boni studiū. Opponatur tristitiae gaudium, acediae fortitudo, auaritiā largitas, superbiae humilitas. Principalium septem uitiōrum regina & mater est superbia: quae (omnium deterior) tanto in imo iacet, quanto in alium se erigit. Septem principalia pariūt de se multa uitia, quae ita sibi met quadam cognatione iunguntur, ut ex altero alterum oriatur. Superbia sicut est origo omnium criminū, ita ruina cunctarū uirtutum. Ipsa est in peccato prima, in conflictu postrema. De superbia nascitur arrogantia, quae tam in factis, quam in dictis cauenda est. Vā ei qui sibi magis, quā Deo placere studet. Per xenodochiam maxime subiicit sibi diabolus monachum, quia per eam ab humilitatis culmine deijcit. Summa itaq; uirtutum monachi humilitas, summū uitiū eius superbia est. Superbiendo, cōtendendo, dimicando, murmurando, detrahendo, susurrando, negligendo, cōtemnendo, & pprias uolūtates faciendo, infinitas monachi qui nūc sunt, culpas incurrūt. Hinc est quod ex horū magna multitudine qui seculum deserunt, rari ualde inueniuntur, qui mortificatis uitijs, ascendere cōtendant ad perfectionem uirtutum. Haec autem significant illa sexcēta milia armatorum, qui de terra Aegyptij educti sunt, duo autem solummodo homines, id est, Iosue & Caleph ex illis omnibus terram

A uirtus, quod nimirum uirtutum est, sicut remissa se gnities mansuetudo esse creditur. Et quod agit torpens negligentia, putatur agere indulgentia pietatis. Item timor sub specie obedientiae occultatur, & dicitur uirtus humilitatis, quod tamen uirtutum est timoris. Porro uirtutum in quietudinis, uirtutes se uult uocari sollicitudinis. Et praecipitationis facilitas, feruor boni studiū creditur. Et bene agendi tarditas, consilij mora esse uidetur: cum tamen ista sit uirtus, illa uirtutum. Haec etsi humano possunt discerni iudicio, tamen sine dono Dei (quantū mihi uidetur) nec uirtutes possunt haberi, uel appeti: nec earum similitudines (quae sunt uitia, uirtutes imitatio) declinari. Sed sciendum est, quod quaedam summā uirtutes sunt, quaedam uerō mediae. Summā uirtutes sunt, spes, fides, charitas. Nam a quibus habentur, utiq; ueraciter habent. Doctrina, ieiuniū, castitas, scientia, & caetera his similia, mediae uirtutes sunt: quia & ad utilitatem & ad perniciē possunt haberi. Nō potest esse ueritas cum mendacio, pudor cū petulantia, fides cum perfidia, castitas cum luxuria. Aduersus impetus uitiōrum contrarijs uirtutibus est pugnandum. Contra luxuriā adhibeatur cordis munditia, contra odium, dilectio: contra iracundiam, patientia: contra timorem, fiducia: uirtus: contra torporem, feruor boni studiū. Opponatur tristitiae gaudium, acediae fortitudo, auaritiā largitas, superbiae humilitas. Principalium septem uitiōrum regina & mater est superbia: quae (omnium deterior) tanto in imo iacet, quanto in alium se erigit. Septem principalia pariūt de se multa uitia, quae ita sibi met quadam cognatione iunguntur, ut ex altero alterum oriatur. Superbia sicut est origo omnium criminū, ita ruina cunctarū uirtutum. Ipsa est in peccato prima, in conflictu postrema. De superbia nascitur arrogantia, quae tam in factis, quam in dictis cauenda est. Vā ei qui sibi magis, quā Deo placere studet. Per xenodochiam maxime subiicit sibi diabolus monachum, quia per eam ab humilitatis culmine deijcit. Summa itaq; uirtutum monachi humilitas, summū uitiū eius superbia est. Superbiendo, cōtendendo, dimicando, murmurando, detrahendo, susurrando, negligendo, cōtemnendo, & pprias uolūtates faciendo, infinitas monachi qui nūc sunt, culpas incurrūt. Hinc est quod ex horū magna multitudine qui seculum deserunt, rari ualde inueniuntur, qui mortificatis uitijs, ascendere cōtendant ad perfectionem uirtutum. Haec autem significant illa sexcēta milia armatorum, qui de terra Aegyptij educti sunt, duo autem solummodo homines, id est, Iosue & Caleph ex illis omnibus terram

A Primū, dum per uoluptatis luxuriā cōmixtio expletur: alterum, dum sola attrēctatione luxus carnis per immunditiam prouocatur: tertium, dum intentione turpium cogitationū nocturna quicq; illusionē polluitur. Est & quartum genus iuxta scripturā, sicut idololatria & auaritia. Sed & omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur. Philargyria in gemina membrā distinguitur, puta in concupiscentiam rei augendā, & in metum carendā. Est & tertium genus pestis huius, quando monachus ex ipsis necessarijs, sine quibus uiuere nō potest, plus desiderat habere quā necesse sit: aut ea uolumus in monasterijs possidere, quae si essemus in seculo, minimē habere ualeremus. Irā genera tria sunt: unum quod ardet extrinsecus, aliud quod in uerba sine operis effectu prorumpit: tertium quod non ut illud feruens ad horam digeritur, sed per dies & tempora reseruat. Ex illo quippe calor & indignatio: ex isto nascitur odium, quae omnia aequali sunt a nobis horrore damnanda. Tristitia uitiū in tres diuiditur partes, quarū prima temperata est & rationalis, de delictorū poenitudine ueniens: altera perturbata & irrationabilis, de anxietate metus, seu de desperatione peccatorum exoriens: tertia de iracundia, uel de illato damno, ac desiderio praepedito procedēs. Acedia genera duo sunt: unum quod ad opus Dei pigritare monachum ac dormire compellit: aliud quod uagari huc illucq; facit, ac fugere cohortatur de fratrum, cum quibus uiuit, societate. Haec scilicet sex uitia quadam inter se cognatione sunt coniuncta, ita ut prioris exuberantia sequentis efficiatur exordium. Ex primo enim secundum: ex secundo, tertium: & sic de caeteris. Et idē econtrā simili modo atq; eadem ratione pugnandum est, quia primo deuictō, aliud facilius deuincitur. Et ista uitia licet inuicem sibi sint connexa ea, quam diximus, ratione: specialius tamen in tres copulas diuidēda sunt. Galtrimargia fornicatio, auaritiā ira, tristitiā acedia, peculiariter consortio foederantur. Sed his superatis, maior tibi restat pugna: & ex tanto grauior, quanto ista amplius fuerint deuicta. Arripiendum nanq; tibi est totis uiribus iuge certamen, cōtra crudelissimam & triformem bestiam: id est, superbiam, inanem gloriam, & inuidiam: cuius in uno corpore tria capita, & in ipsis capitibus dentes ferrei comminuentes omnia. O quam multos uiros haec immanissima bestia momordit & defecit, atq; sub pedibus suis cōculcauit! Circumda itaq; tibi fortem armaturā, ut possis stare contra tantam nequitiam. Indue te lorica charitatis, accinge te gladio spiritus, quod est uerbum Dei: fume scutum fidei, pone galeam salutis & spri in capite tuo: sint pedes tui calceati in praeparationem Euangelij pacis, ut nullus in te pateat locus insidijs potentis aduersarij. Caput superbiae, sicut caput uiperæ, furor eius, ut furor draconis, & flatus eius laethifer, ut insanabilis flatus reguli. Illud enim praestantius caeteris, tres uenenatas ex

uipereo ore ad feriendum educit linguas. Prima A eos percutit, qui per transgressionis culpam contempui habent diuina praecepta: secunda illos, qui ex conseruatione mandatorum extolluntur in elationem uirtutum: tertia eos, qui per contumaciam mentis subdi dedignantur maiorum imperijs. Quidam aut pro carnalibus, quidam pro spiritualibus superbiunt, & est una superbia sub diuerso colore. Cenodoxia alterum caput, multiforme prodigium, & multiplex malum, diras uoces & rugitus terribiles ex turgidis faucibus quadripartito modo altius efflat. Nam sunt qui habent dona, & donantem ignorat. Et sunt qui se dicunt pro suis praecedentibus meritis dona accepisse, non pro gratia largientis. Item quidem sunt, qui quod non habeant, habere se per tumorem existimant. Sunt & alij qui contemnendo caeteros, putant se habere aliquid singulariter. Sed ista elatio caeteris perniciosior est, de singularitate iactantia ueniens. Haec autem dira lues, quamuis se ad alta erigat, & impleat clamoribus aures, non tamen ei iuxta quam habet extollentiam, est uis & potentia. Ipsa quoque inuidia duplices euomit flammis. Hoc nanque caput tertium, modò illum urit, qui meliori inuidet in id quod ipse non est: modò illum afficit, qui quemlibet consimilem dolet sibi esse aequalè. Vt haec tria discernere ualeas, ista do tibi indicia. Superbia enim rubet, cenodoxia albet, inuidia pallet. Furor igneus in superbis ex indignatione, candor in hypocritis ex simulatione, pallor in inuidis ex nimio dolore. His ita digestis, rectius septem criminalia uitia denotantur, quam diu merantur, ut mihi uideatur: quia sicut princeps se ptem uitorum diabolus nos eorum subdit potestibus, ita Christus Deus noster, spiritu septiformis gratiae plenus, a dominatu ipsorum eruit & sibi subditos facit. Sed scire te oportet, quia ista uitia diuersos ortus & dissimiles deficientias habent. Gula enim & fornicatio, quia non nisi per corpus expleri possunt, carnalia sunt: & ideo corporali indigent afflictione, simulque remotionibus locis, ut uelocius curari queat. Auaritia & ira, licet non sint unius naturae: nam prior extra naturam est, sequens autem originalis uideatur: quia homo irascibile animal est, simili tamen oriuntur modo. Siquidem commotionis causas extrinsecus concipiunt. Tristitia & acedia nulla extrinsecus accedente prouocatione generari solent. Superbia, cenodoxia, atque inuidia, sine corporali ministerio consummantur. Ad haec curanda quae spiritualia dicuntur, multum profunt humana consortia maxime si inter bonos prudentesque uiros uiuas, qui illa semper redarguant. Sed inter haec sciendum est, quod in quibusdam uentris ingluuies, in quibusdam fornicatio principalem obtinet locum. In alijs superbia, in alijs cenodoxia arcem tenet: in quibusdam ira, in quibusdam auaritia seu tristitia, aut aliquid eorum sibi tyrannidè uendicat. Et ideo oportet unumquemque nostrum secundum qualitatem belli, quo principali-

ter infestatur, pugnam arripere, ita ut alium necesse sit aduersus uitium, quod tertium ponitur, primum exercere cōstitutum, alium cōtra quartum seu quintum: & ita prout uitia in nobis obtinent principatum, utque impugnationis exigis modus, nos quoque oportet ordinè instruere praeciorum. Et sic contra illud unum fortiter pugnemus, ut alia a quibus minus impugnamur, non negligamus. Atque ita totis uiribus laboremus, ut non de nostris laboribus, sed de Dei auxilio confidamus. Hoc enim modo ad puritatem cordis, & ad plenitudinem uirtutum ualebimus Christo adiuuante peruenire. Illud etiam non minus te scire uolo, quia uariae in omnibus sunt morum conserpiones. Vnde alia uitia tranquillia & lenibus moribus, alia duris & asperis uicina sunt. Saepè autem quod istis placet, illis displicet. Diabolus enim dum decipere quenquam quaerit, prius naturam uniuscuiusque intendit, & inde se applicat, unde hominem aptum ad peccatum inspererit. Ex ea quippe parte hominè diabolus tentat, qua eum per excrescentem humorem facile ad uitia inclinari conspiciat, ut secundum humoris conserpionem, adhibeat tentationem. Nullus ergo culpam non aestimet, quam ex conserpione propria sustinet: sed quantum ualet contra id quod tolerat, pugnet. Nam si conserpioni cedit, tentationi uel uitio nequaquam resistit. Igitur constantes & duri mores semper contra superbiam, iram & crudelitatem pariter repugnant. Iucundi autem & lenes contra inanem gloriam, hypocritismum & falsam pietatem praecipue certare non cessant. Istud namque hominum genus, laudis amore facilius capitur. Nemini uolunt displicere, omnes aequanimiter portare uidentur, decipiunt & decipiuntur: & quanto hominibus placent, tanto sunt Deo odibiles, sicut scriptum est: Astuti & simulatores prouocant iram Dei. Boni enim uiri timentes Deum, id ipsum quod esse meruerunt, uideri refugiunt. Sanè laus humana bonos cruciat, malos latificat. Dupliciter autem damnant hypocritae, siue pro occulta iniquitate, siue pro aperta simulatione. Nam non semper latent hypocritae. Omne syncerum permanet. Nam quae simulata sunt, diuturna esse non possunt. Hypocritae foris candidi, intus sordidi. Amator uanae gloriae unde possit laudari, agere non quiescit. Nonnulli falsa opinione arrogantia se perfectos esse existimant, dum non sunt, qui obortis tentationibus innotescunt. Tanto quis fit ueritati uicinior, quanto se longius esse ab ea fuerit arbitratus. Est humilitas formidinis & ignorantiae, quae non est laude digna. Hypocrita, uerba sanctorum habet, uitam non habet, cui semper iactantia oculos, quibus Deus uideri potest, claudit. Superbis & libidinosis plus dominatur diabolus. Transacta libido semper sui relinquit potentitudinem. Nunquam fatiatur, & extincta recenditur. Vae illi qui tunc habuit terminum luxuriae, quando uita. Vinum contra potantem facit, quia postquam surrexerit, neque pes neque manus suam

suum officium tenent, & omnis eius exhilaratio uertitur in ruina. Vir superbus nec decorabitur, nec uoluntate sua perducet ad finem. Semper enim conscientia ferri Dei, humilis debet esse & tristis: scilicet ut per humilitatem non superbiat, & per utilem moerorem cor ad lasciuia non dissoluat. Dei seruum sine intermissione legere, orare, & operari oportet, ne forte mentem ocio deditam, uitia sibi preoccupet. Mens Deo dicata, sic caueat minora uitia ut maiora: quia a minoribus incipiunt, qui in maxima proruit. Satis delicate se palpat, qui uult sine labore magno, studioque continuo uel uitia superare, uel uirtutes acquirere. Anima autem mole carnis pressa, sicut difficile ad uirtutes surgit, ita facile in uitia cadit: quia ista in imo sunt, illa uero in summa arce consistunt. Denique nonnulli, quia non pro Dei amore seculo renunciant, laborare non curant. Vt nam quod mundum relinquimus, uoluntatis sit, non necessitatis. Qui enim non rigida intentione monachi professionem sectantur, quanto superbi amoris propositum dissoluit appetit, tanto procliuus ad mundi amorem de uo reducuntur. Ex quibus alij corporis uoluptatem, alij honorem requirunt. Sed qui ad hoc conuersationem sanctitatis pretendit, ut alijs quandoque praesse desideret, iste non discipulus Christi, sed prauitatis sectator existit. Ferre enim crucem, & non mori, hypocritarum est. Ille autem qui se pro Deo duritiae tradit monachorum, assiduus debet esse in orationibus, lachrymas suas Deo, non hominibus offerre, ieiunia in auriga modò pro lassitudine & uiribus corporis temperare. Quapropter non pigeat te bone frater, quantum potes actibus sanctis insistere, ut laboris tui fructus quandoque possis recipere. Hoc solum attende, quod monachus factus es, & ideo ea age quae monachi sunt. Inter eos cum quibus uiuis sectare meliores. In omni gradu & ordine, optimis permixta sunt pessima. Animosos senes & pertinaces, quos uides in his abundare periculosis temporibus, noli imitari. Mores uitamque illorum fuge, ne tibi sint in laqueum & ruina. O quam multos senes & iudices Israél turpiter uitam suam negligentes, rex Babylonis in terram captiuitatis & confusionis possidet: & quam multi iuuenes spiritu feruentes, Domino seruietes, uim faciunt caelo, totisque uiribus sibi diripiunt illud: Utinam talium praeconia iuuenum nostri imitarentur senes, ut annofa redderet senecta, quod tenera fert spontè adolescentia. Si tu uis proficere, non respicias quid mali faciant alij, sed quid boni ipse facere debeas. Nonne cernis negociatores & milites multa sustinere pericula, ut ad incertos honores & perituras diuitias perueniant? Isti quippe seruant cum animae discrimine, quae cum pluribus tribulationibus inueniunt. Quid ergo tibi, dic rogo, faciendum est, qui uenditis omnibus preciosam quaeris margaritam, & emptum habes agrum, ubi thesaurus latet, quem fur auferre non potest? Necessè est tibi omnes insidi-

as praecauere sollicitè, ne si ruina passus fueris, pro gloria habeas ignominiam: quamuis sis in tuto, noli esse securus. Frequenter in media tranquillitate, uitorum syrribus incauti & desides obruuntur. Quanta, prohi dolor, animantia nutrit huius seculi desertum, quae negligentes monachos duris moribus depascunt? Et quoniam credo te posse plus proficere oratione, quam ista nostra exhortatione, addam & formulam orandi, ut legendo & orando, esurienti animae duplicem tribuas refectioem: & quod desideras, apud Deum facilius ualeas obtinere. Nimio enim coactus desiderio, quod de salute tua habeo, istud supra uires meas assumpsi negocium, ut uinculis uerborum meorum ad instructionem tuam, patrum sententias colligerem. Haec tu meditare, haec in tabulis cordis tui scribe. Et ut scias per quam uiam incedere debeas, & ut perficere possis opere, quod discis lectione: clama ad Deum (sine quo nihil boni agitur) clama precor clamore magno in toto corde tuo, & flebilis supplexque tu ora.

FINIS.

INCIPI T SCALA CLAVSTRALIVM, SIVE DE MODO ORANDI.



Vm die quadam corporali manuum labore occupatus, de spiritualis hominis exercitio cogitare coepissem, quatuor spirituales gradus animo cogitanti se subito obtulerunt, scilicet lectio, meditatio, oratio, & contemplatio. Haec est scala claustralium, qua de terra in caelum subleuatur: gradibus quidem distincta paucis, immensae tamen & incredibilis magnitudinis. Cuius extrema pars terrae innixa est, superior uero nubes penetrat, & secreta caelorum rimatur. Hi gradus si cut nominibus & numero, ita ordine & munere sunt distincti. Quorum proprietates & officia quidem singula quid circa nos efficiant, quomodo inter se inuicem differant & praemineant, si quis diligenter inspiciat, quicquid laboris aut stus diu impedierit in eis, breue reputabit & facile per utilitatis & dulcedinis magnitudine. Est autem lectio, sedula scripturarum cum animi intentione inspectio. Meditatio, est studiosa mentis actio, oculta ueritatis notitiam ductu propriae rationis inuestigans. Oratio, est deuota cordis intentio in Deum, pro malis amouendis, & bonis adipiscendis. Contemplatio, est mentis in Deum suspensae eleuatio, aeternae dulcedinis gaudia degustans. Descriptio officiorum quatuor graduum.

Assignatis ergo quatuor graduum descriptionibus, restat ut eorum officia uideamus. Beatae igitur uitae dulcedinem lectio inquirat, meditatio inueniat, oratio postulat, contemplatio degustat. Vnde ipse Dominus dicit: Quaeerite, & inuentis: pulsate, & aperiet uobis. Quaeerite legendo, & inuentis meditatio: pulsate orando, & aperiet uobis contemplantio, Lectio quasi solidum cibum

Lectio

Meditatio

Oratio

Contemplatio

Matth. 7.

ori apponit. Meditatio masticat & frangit. Oratio saporem acquirit. Contemplatio est ipsa dulcedo, quae iucundat & reficit. Lectio in cortice, meditatio in adipe, oratio in desiderij postulatione, cōtemplatio in adeptae dulcedinis delectatione. Quod ut expressius uideri possit, unū de multis supponā exemplum. in lectione audio:

Exemplum Matth. 5.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Ecce breue uerbum, sed suauis & multiplici sensu refertum. Ad partem anime quasi uiam ministravit, quam postquam anima diligenter inspexit, dicit intra se: Potest aliquid boni esse? Redibo ad cor meum, & tentabo si forte intelligere & inuenire potero munditiam hanc. Preciosa enim & desiderabilis est res ista, cuius possessores beati dicuntur, quibus uisio Dei (quae est uita aeterna) promittitur, quae tot sacrae scripturae testimonij collaudatur. Hoc ergo sibi plenius explicari desiderans, incipit hanc uiam masticare & frangere, eamque quasi in torculari ponit: deinde excitat rationem ad inquirendum quid sit, & quomodo haberi possit haec adeo preciosa & desiderabilis munditia. Officiū meditationis.

Accedens ergo sedula meditatio non remanet extra, non haeret in superficie, ulterius pedē figit. Interiora penetrat, singula rimatur, attentē considerat, quod non dixit beati mundo corde, sed corde: quia non sufficit manus habere innoxias a malo opere, nisi a prauis cogitationibus mundemur in mēte. Quod autoritate prophetae confirmatur dicentis: Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde. Item considerat quantum hanc cordis munditiam optabat idem propheta, qui orans dicebat, Cor mundū, inquit, crea in me Deus. Item: Si aspexi iniquitatem in corde meo, non exaudiet Dominus. Cogitat quam sollicitus erat in hac custodia beatus Iob, qui dicebat, Pēpigi foedus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de uirgine. Ecce quantum arctabat se uir sanctus, qui clauderat oculos suos, ne uideret uanitatem: ne forte incautus respiceret, quod postea inuitus desideraret. Postquam haec & huiusmodi de cordis munditia pertractauit, incipit cogitare de eius praemio, quam gloriosum & delectabile est uidere faciem desideratam Domini, speciosi forma praefilijs hominū, non esse iam abiectū & uilem, non habentē speciem, qua uestiuit eū mater sua synagoga: sed stola immortalitatis indutum, & coronatum diademate, quo coronauit eum pater suus in die resurrectionis, & gloriae die, quam fecit Dominus. Cogitat, quod in illa uisione erit satietas illa, de qua dicit propheta: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Vides ne quantum liquoris emanauit ex minima uua? quantum ignis ex hac scintilla ortus est, quantum haec modica massa? Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt, in incude meditationis extēsa est: Sed quantum adhuc posset extendi, si accederet aliquis talia expertus? Sentio enim, quod puteus altus est, sed ego ad-

Psal. 23.

Psal. 50.

Psal. 65.

Iob 31.

Psal. 16.

Matth. 5.

A huc rudis tyro, in quo pauca haec haurire uix inueni. His anima facibus inflammata, his incitata desiderijs, fracto alabaistro suauitatem unguenti praesentire incipit: necdum gustu, sed quasi narium odoratu. Et ex hoc colligit quam suauem esset huius munditiae sentire experientiam, cuius meditationem nouit adeo esse iucundam. Sed quid faciet? Habēdi desiderio estuat, sed non inuenit apud se, quomodo habere possit: & quanto plus inquit, plus sitit. Dum apponit meditationem, apponit & dolorem: quia sitit dulcedinem, quam in cordis munditia meditatio esse monstrat, sed non praegustat. Non enim est legentis atque meditantis hanc sentire dulcedinem, nisi data fuerit desuper. Legere enim & meditari tam bonis, quam malis commune est. Et ipsi philosophi gentium, in quo summa ueri boni consisteret, ducitur rationis inuenerunt: sed quia cum Deum cognouissent, non sicut Deū glorificauerunt, & de suis uiribus praesumentes dicebant: Lingua nostra magnificabimus, labia nostra a uobis sunt, quis noster Dominus est? non meruerunt percipere, quod potuerunt uideri. Euanuerunt in cogitationibus suis, & omnis eorum sapientia deuorata est, quam eis contulerat humanae studium disciplinae, non spiritus sapientiae, qui solus dat ueram sapientiam: sapida scilicet scientiam, quae animam, cui inhaeret, in aestimabili sapore iucundat & reficit. Et de illa dicitur est: Sapientia non intrabit in maleuolam animam. Haec autem a solo Deo est. Officiū enim baptizandi Dominus concessit multis: potestatem uero & auctoritatem in baptismo remittendi peccata, sibi soli retinuit. Unde Ioannes anonomatice et discretiue de eo dixit: Hic est qui baptizat. Sic de eo possumus dicere: Hic est qui sapientiae saporem dat, & sapidam animam facit. Sermo siquidem datur multis, sed sapientia paucis: quam distribuit Dominus cui uult, & quomodo uult.

Rom. 1.

Psal. 101.

Rom. 1.

Psal. 101.

Sap. 1.

Ioh. 1.

B ad desideratam cognitionis & experientiae dulcedinem per se non possit attingere: & quanto magis ad cor altum accedit, tanto magis exaltatur Deus: humiliat se, & confugit ad orationem dicens: Domine, qui non uideris nisi a mundis cordibus, inuestigari legendo, meditando quaesiuimus, quomodo haberi possit uera cordis munditia, ut ea mediante, uel ex modica parte possem te cognoscere. Quarebam uultum tuum Domine, uultum tuum requirebam. Diu meditatatus sum in corde meo, & in meditatione mea exarsit ignis ac desiderium amplius cognoscendi te. Dum panem sacrae scripturae mihi frangis, in fractione panis magna cognitio est. Et quanto plus te cognosco, plus te cognoscere desidero: non iam in cortice litera, sed in sensu experientiae. Nec hoc peccato Domine, propter merita mea, sed pro tua misericordia. Fateor enim, quia indigna & peccatrix sum: sed & catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum. Da mihi Domine aram hereditatis futurae, salte gutta caelestis pluuiam, qua refrigeret sitim meam, quia amore ardeo.

Psal. 101.

Psal. 11.

Matth. 5.

Officiū

Psal. 33.

Officiū contemplationis. His & huiusmodi ignitis eloquijs suum inflammat desiderium, sic ostendit suum affectum. His incitationibus aduocat sponsum. Dominus autem (cuius oculi suoper iustos, & caures eius non solum ad preces, sed ipsas preces eorum non expectat, donec sermonem finierint: sed medium orationis cursum interrumpens, festinus ingerit se, & animae desideranti festinus occurrit) caelestis rore dulcedinis circumfusus, unguentis optemis delibutus animam fatigatam recreat, esurientem reficit, aridam impinguat: & facit eam terrenorum obliuisci, memoria sui eam mirabiliter fortificando, uiuificando & inebriando, ac sobriam reddendo. Et sicut in quibusdam carnalibus officijs anima adeo uincitur carnali concupiscentia, quod omnem uincum rationis amittit, & fit homo quasi totus carnalis: ita merito in hac superna contemplatione ita communtur & absorbentur carnales motus ab anima, ut in nullo caro spiritui contradicat, & fiat homo quasi totus spiritualis. Signa spiritus sancti ad animam uenientis. Sed o Domine, quomodo comperimus quando haec facis, & quod signum aduentus tui? Nunquid huius consolationis & laetitiae testes & nuncij sunt suspiria & lachrymae? Si ita est, noua est antiphraasis ista, & significatio inusitata. Quae enim conuentio consolationis ad suspiria, laetitiae ad lachrymas? si tamen ista dicendae sunt lachrymae, & non potius roris interioris desuper insuli superfluens abundantia, & ad interioris ablutionis indicium exterioris hominis purgantem: ut sicut in baptismo puerorum per exterioris ablutionem significatur & figuratur interioris ablutio, ita hic econtra exterioris ablutionem interioris praecedat purgatio. O felices lachrymae, per quas maculae interiores purgantur, per quas peccatorum incendia extinguuntur. Beati qui sic lugentis, quia ridebitis. In his lachrymis agnosce o anima, sponsum tuum, amplectere desideratum. Nunc torrete te uoluptatis inebria, fuge ab uere consolationis eius lac & mel. Haec sunt miranda munuscula & solatia, quae dedit tibi sponsum tuus, gemitus scilicet & lachrymae. Adducit tibi potum in his lachrymis in mensura. Haec lachrymae sunt tibi panes die ac nocte, panes utique confirmantes cor hominis, & dulciores super mel & fauam. O Domine Iesu, si adeo sunt dulces istae lachrymae, quae ex memoria & desiderio tui excitantur, quam dulce erit gaudium quod ex manifesta tui uisione capietur? Si adeo dulce est flere pro te, quae dulce erit gaudere de te? Sed quid huiusmodi secreta colloquia proferimus in publicum? Cur ineffabiles & innarrabiles affectus uerbis comunibus conamur exprimere? Inexpertis talia non intelligunt, nisi ea expressius legant in libro experientiae, quos ipsa doceat unctio. Aliter autem litera exterior non prodest quicquam legenti. Modicum sapida est lectio exterioris literae, nisi glossam & interioris sensum sumat ex corde. Quomodo remanet ani-

ma spiritus sancti feruore discedente. O anima, diu protraximus sermonem. Bonum enim erat nos hic esse, cum Petro & Ioanne contemplari gloriam sponsi, & diu manere cum illo, si uellet hic fieri, non duo, non tria tabernacula: sed unum, in quo essemus simul, & simul delectaremur. Sed iam dicit sponsus: Dimitte me, iam enim ascendit aurora, iam lumen gratiae & uisitacione, quam desiderabas, accepisti. Data ergo benedictione, mortificato neruo foemoris, & mutato nomine de Iacob in Israel, paulisper secedit sponsus diu desideratus, cito elapsus. Subtrahit se tam a praedicta uisione, quam a dulcedine contemplationis: manet tamen praesens quantum ad gubernationem. Hic redditur causa, quare spiritus sancti feruor animam aliquantum deserit. Sed ne timeas o sponsa, ne desperes, ne existimes te contemni, si paulisper tibi subtrahit sponsus faciem suam. Omnia ista cooperantur tibi in bonum, & de accessu & recessu lucrum acquiris, tibi uenit, tibi & recedit. Venit ad consolationem, recedit ad cautelam, ne magnitudo consolationis extollat te: ne si semper apud te sit sponsus, incipias contemnere sodales, & hanc continuam uisitacionem non iam gratiae attribuas, sed naturae. Hanc autem gratiam cui uult, & quando uult, sponsus tribuit, non quasi iure hereditario possidetur. Vulgare prouerbium est, quod nimia familiaritas parit contemptum. Recedit ergo ne forte nimis assiduus contemnatur, & absens magis desideretur: desideratus auidius quaeratur, diu quaesitus tandem gratis inueniatur. Praeterea si nunquam deesset hic consolatio (quae respectu futurae gloriae, quae reuelabitur in nobis, aenigma est & ex parte) putarem forte hic habere ciuitatem manentem, & minus inquireremus futuram. Ne ergo exilium deputemus pro patria, arram pro precij summa, uenit sponsus & recedit uicissim nunc consolationem afferens, nunc uniuersum statum nostrum in infirmitatem commutans, paulisper nos permittit gustare quam suauis est, & antequam plene sentiamus, se subtrahit, & ita quasi alis expansis supra nos uoluitans, prouocat nos ad uolandum. Quasi dicat: Ecce parum gustabis quam suauis sum & dulcis, sed si uultis plenē saturari hac dulcedine, currite post me in odorem unguentorum meorum, habentes sursum corda, ubi ego sum in dextera Dei patris. Ibi uidebitis me non per speculum in aenigmate, sed facie ad faciem, & plenē gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Cura & diligentia adhibenda est animae, ne omnino a Deo deseratur. Sed caue tibi o sponsa, quando absentat se sponsus, non longē abibit: & si non uides eum, ipse tamē uidet te semper plenus oculis ante & retro. Nunquam potes eū latere. Habet etiam circa te nuncios suos spiritus, quasi sagacissimos exploratores, ut uideant quomodo absente sponso conuerseris, & accusent te coram ipso, si aliqua signa lasciuiae & scurrilitatis in te deprehenderit. Zelotypus est sponsus iste.

Gene. 32.

Si

Si forte alium amatorē receperis, si alijs magis placere studueris, statim discedet a te, & alijs ad hærebit adolefcētulis. Delicatus est spōsus iste, nobilis & diues est, speciosus forma præ filijs hominum: & ideo non nisi speciosam dignatur habere sponsam. Si uiderit in te maculam siue rugam, statim auertit oculos. Nullā enim immunditiam potest sustinere. Esto ergo casta, esto uerecunda & humilis, ut sic a sponso tuo merearis frequenter uisitari. Timeo ne diuitius detinuerit nos sermo iste, sed ad hæc compulsi me materia fertilis pariter & dulcis, quam ego non protrahebam spontaneus, sed nescio qua eius dulcedine trahebar inuitus. Officia & effectus singulorum graduum per repetitionē. Vt ergo quæ diffusius dicta sunt, simul iuncta melius uideatur, prædictorum summam recapitulando colligamus. Sicut in prædictis exemplis prenotatū est, uideri potest quomodo prædicti gradus coherant, & sicut temporaliter, ita & causaliter se præcedant. Lectio enim quasi fundamentum primò occurrit, & data materia, mittit uos ad meditationem. Meditatio uerò quid appetendū sit, diligentius inquiri: & quasi effodiens, thesaurū inuenit & ostendit. Sed cum per se obtinere nō ualeat, mittit nos ad orationem. Oratio se totis uiribus erigens ad Dominum, impetrat thesaurum desiderabilem, contemplationis suauitatē. Hæc autem adueniens, prædictorum trium laborem remunerat, dum cœlestis rore dulcedinis animam sitientem inebriat. Lectio ergo est secundum exterius exercitium. Meditatio secundum interiorem intellectum. Oratio secundum desiderium. Contemplatio super omnem sensum. Primus gradus est incipientium. Secundus est proficientium. Tertius est deuotorum. Quartus beatorum. Hi autem gradus ita concatenati sunt, & uicaria ope sibi inuicē deseruiunt, quod præcedentes sine subsequentibus, aut parum aut nihil profunt. Sequentes uerò sine præcedentibus, aut raro, aut nunquam haberi possunt. Quid enim prodest lectio continua tempus occupare, sanctorum gesta & scripta legendo transcurrere, nisi ea etiam masticando & ruminando succum eliciamus, & transglutiendo usq; ad cordis intima transmittamus: ut ex his diligenter consideremus statum nostrum, & studeamus eorum opera agere, quorum facta cupimus lectitare: Sed quomodo hæc cogitabimus, aut quomodo cauere poterimus, ne falsa aut inania quædam meditando, limites a sanctis patribus constitutos transeamus, nisi prius, circa huiusmodi ante ex lectioe, aut ex auditu fuerimus instructi? Auditus enim quodammodo pertinet ad lectionem. Vnde solemus dicere, non solū libros ipsos nos legisse, quos nobis ipsis uel alijs legimus: sed illos etiā, quos a magistris audiuius. Item quid prodest homini si per meditationem, quæ agenda sunt uideat, nisi orationis auxilio et

laco. 1. Dei gratia ad ea obrinenda conualescat: Omne siquid datum optimū, & omne donū perfectū

A desursum est, descendens a patre luminum, sine quo nihil possumus facere: sed ipse in nobis facit opera, non tamē omnino sine nobis. Cooperator enim Dei sumus, sicut dicit apostolus. Vult siquidē Deus, ut eū adiuuemus, & ut ei aduenienti & præstolanti ad ostium, aperiamus sinum uoluntatis nostræ, & ei cōsentiamus. Hunc consensum exigebat a Samaritana, quando dicebat: Voca uirum tuum. Quali diceret: Volo tibi infundere gratiam, tu applica liberum arbitriū. Orationem exigebat ab ea, cum dicebat, Tu si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere: forsitan petisses ab eo aquā uiuā. Hoc audito, quasi ex lectione mulier instructa, meditata est in corde suo bonum sibi fore & utile habere hanc aquā. Accensa ergo habendi desiderio, conuertit se ad orationem dicens, Domine da mihi hanc aquam, ut non sitiam amplius, neque ueniam huc haurire aquam. Ecce auditus uerbi Domini, & sequens super eo meditatio, incitauerunt eam ad orandum. Quomodo namq; esset sollicita ad postulandum, nisi prius eam accendisset meditatio? Aut quid ei præcedens meditatio contulisset, nisi quæ appetenda monstrabat, sequens oratio impetrasset? Ad hoc ergo ut fructuosa sit meditatio, oportet ut sequatur orationis deuotio, cuius quali effectus est contemplationis dulcedo. Hic ostendunt omnes hi gradus ita esse simul iuncti, ut sint inseparabiles. Ex his possumus colligere, quod lectio sine meditatione arida est. Meditatio sine lectione erronea. Oratio sine meditatione est tepida. Meditatio sine oratione infructuosa. Oratio cū deuotione contemplationis acquisitiua. Contemplationis adeptio sine oratione, aut rara, aut miraculosa. Deus, cuius potētiæ nō est numerus uel terminus, et cuius misericordia super omnia opera eius, quoadq; ex lapidibus suscitauit filios Abraham, dū duros & nolentes acquiescere cogit ut uelint, & ita quasi prodigus (ut uulgò dici solet) bouē in cornu trahit, quando nō uocatus se infundit. Quod et si quādoq; aliquibus legimus cōtingisse, ut Paulo & quibusdā alijs: nō tamē ideo debemus nos quasi Deū tentando diuina præsumere, sed facere quod ad nos pertinet: legere scilicet & meditari in lege Dei, orare ipsum ut adiuuet infirmitatem nostrā, & uideat imperfectū nostrum, quod ipse docet nos facere dicens, Petite & accipietis, *Ioan. 16.* quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Nunc enim regnum cœlorū uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Ecce præsignatis distinctionibus perspicere possunt prædictorum graduum proprietates, quomodo sibi coherant, & quid singuli in nobis efficiant. Beatus homo, cuius animus a cæteris negocijs uacuus, in his quatuor gradibus uersari semper desiderat: qui uenditis uniuersis quæ habuit, emit agrum illum, in quo latet thesaurus desiderabilis, scilicet uacare & uidere quā suauis est Dominus, qui in primo gradu exercitatus, in secundo circumspectus, in tertio deuotus, in quarto supra se leuatus, per

per has ascensiones, quas in corde suo disposuit, ascendet de uirtute in uirtutem, donec uideat Deum Deorū in Sion. Beatus cui in hoc supremo gradu, uel modico tempore conceditur manere, qui uerē potest dicere: Ecce sentio gratiam Domini, ecce cum Petro & Ioanne gloriā eius in monte contemplor, ecce cum Iacob plerumq; Rachelis amplexib; delector. Sed caueat sibi iste, ne post contemplationem istam qua eleuatus fuerit usq; ad cœlos, in ordinato casu corruat usq; ad abyssos: nec post Dei uisionē ad lasciuos mundi actus & carnis illecebras conuertatur. Cum uerò mentis humanæ acies infirma uerū luminis illustrationē diutius sustinere non poterit, ad aliquē triū graduū, per quos ascendit, leuiter & ordinatē descendat: & alternatim modò in uno, modò in altero, secundū modum liberi arbitrii, pro ratione loci & temporis demoretur, ita iam Deo uicinior, quāto a primo gradu remotior. Sed heu fragilis & misera humana conditio. Ecce ductur rationis, & scripturarū testimonijs a pertē uidemus in his quatuor gradibus bonæ uitæ perfectionē contineri, & in his spiritalis hominis exercitiū debere uersari. Sed quis est hic, qui hunc uiuendi tramitem teneat? Quis est hic, & laudabimus eum? Velle multis adiacet, sed perficere paucis. Et utinā de istis paucis essemus. Quatuor causæ retrahunt nos ab his quatuor gradibus. Sunt autē quatuor causæ, quæ retrahunt nos plerumq; ab istis gradibus, scilicet inuitabilis necessitas, honeste actionis utilitas, humana infirmitas, mundialis uanitas. Prima est excusabilis, secunda tolerabilis, tertia miserabilis, quarta culpabilis. Illis enim quos huiusmodi nouissima causa a sancto proposito retrahit, melius erat gloriā Dei non cognoscere, quā post agnitam retroire. Quam utiq; excusationem habebit iste de peccato? Nōne ei iuste potest dicere Dominus: Quid debui tibi facere, & non feci? Non eras, & creauit te: peccasti, & diaboli seruum te feceras, & redemi te. In mundi circuitu cum impijs currebas, & elegi te. Dederā tibi gratiam in conspectu meo, & uolebam facere apud te mansionem: tu uerò despexisti me, & non solum sermones meos, sed me ipsum proiecisti retrorsum, & ambulasti post concupiscentias tuas. Sed o Deus bone, suauis & mitis, amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis, quā inhumanus, quā temerarius est qui te abiicit, qui tam humilem, tam mansuetum hospitem a suo corde repellit? O quā infelix & damnosa cōmutatio, creatorem suum abiicere, & prauas noxiasq; cogitationes recipere: illud etiam secretum cubiculi spiritus sancti, secretum cordis quod paulo ante cœlestib; gaudijs intendebat, tam subito immūdis cogitationibus & peccatis tradere conculcandum? Adhuc in corde calent sponsi uestigia, & iam intromittitur adulterina desideria. Malè conueniens, & indecorū est: aures quæ modò audierunt uerba quæ nō licet homini loqui, tā citò inclinari ad fabulas, & detra-

ctiones audiendas. Oculi, qui sacris lachrymis modò baptizati erant, repentē cōuertit ad uiden- das uanitates. Lingua, quæ modò dulce epithalamium decantauerat, quæ ignitis & persuasorijs eloquijs suis cum sponso reconciliauerat sponsam, & introduxerat eam in cellam uinaria, iterum cōuertit ad uana eloquia, ad scurrilitates, ad concinnandum dolos, ad detractiones. Absit a nobis Domine. Sed si forte ex humana infirmitate ad talia dilabimur, nō ideo desperemus: sed iterum recurramus ad clementem medicū, qui suscitauit de terra inopem, et erigit de stercore pauperem. Et qui nō uult mortem peccatoris, iterum curabit & sanabit nos. Iam tempus est, ut epistolæ finem imponamus. Oremus ergo Deum, ut impedimenta quæ nos ab eius contemplatione retrahūt, in præsentī nobis mitiget, in futuro nobis penitus auferat: qui per prædictos gradus de uirtute in uirtutem nos perducatur, donec uideamus Deum Deorum in Sion. Vbi electi nō guttatim, non interpolatim percipient diuinæ contemplationis dulcedinem: sed torrente uoluptatis indefinenter repleti, habebunt gaudiū quod nemo tollet ab eis, & panem incommutabilem, pacem in idipsum. Tu ergo frater mi Goffrede, si quando datum tibi fuerit desuper prædictorū graduum celsitudinem conscendere, memento mei. Et ora pro me, cū tibi bene fuerit, ut sic cortina cortinam trahat, & qui audit, dicat ueni.

F I N I S.

FORMVLA HONESTAE VITAE.



PETIS a me frater charissime, quod necdum a suo prouisoro audiui aliquem petisse. Verum tamen, quia id instanter tua poscit deuotio, cui iuste & rationaliter petenti aliquid in Christi nomine, negare nō ualeo: formulam honestæ uitæ breuiter tibi sermone depingā, quam si in Christi amore uel dilectione exardescēs perseuerāter seruaueris, uitā proculdubio consequeris æternam. Vt ergo ab interiori homine ad exteriorē sermo procedat, ita circa tuā puritatem cordis te indefinenter studere oportet, quo tutius puritatis amator Deus illic sedem tanquā in cœlo sibi collocare dignetur, iuxta illud: Cœlū mihi sedes est, *Esai. 66.* & anima iusti sedes est sapientiæ. Necessè est igitur uigilanter intendas cogitationes tuas ad bonum semper & honestū dirigete, ut uidelicet cogitare uel meditari corā Deo pertimescas, quod in præsentia hominū dicere uel facere merito erubesceres: sciēs quod sicut per uerba uel facta innotescimus homini, sic nimirum per cogitationes cuncta scrutanti spiritui: quia quod agūt hominibus dicta, eadē Deo cogitationes. Deus enim nouit cogitationes hominū, quia uanæ sunt. Et sicut nulla est ei inuisibilis creatura, sic omnino nihil

Heb. 4. nihil potest cogitari quod eum lateat. Virtus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad diuisionem anime ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum cordis. Sit tibi quoque Iesus semper in corde, & nunquam imago crucifixi ab animo tuo recedat. Hic tibi sit cibus & potus, dulcedo & consolatio tua, mel tuum & desiderium tuum, lectio tua & meditatio tua: oratio & contemplatio tua, uita, mors, & resurrectio tua. Semper cogita illum, nunc positum in presepio & pannis inuolutum, modò in templo patri à parentibus presentatum: nunc fugientem in Aegyptum, ibi diu in extrema paupertate & indigentia commorantem, & inde maximo cum labore redeuntem: modò in templo audientem doctores & interrogantem, qui docet hominem scientiam, & postea parentibus subditum, cui iure omnis creatura subditur. Deinde esurientem in deserto & sitientem, qui est panis uitæ
 Cant. 2. & fons sapientie, qui pascitur inter lilia, & implet omne animal benedictione. Modò fatigatum ex itinere, sedere sic supra fontem, cum muliercula sola solum loquentem, totius mundi statum regentem. Postea factum in agonia prolixius orantem, & omnia omnibus sufficienter administrantem. Ab angelo etiam ipse, qui est dulcedo & consolatio angelorum & hominum, consolationem nihilominus recipientem. Aut ad columnam totius orbis sustentamentum, ligatum & flagellatum. Ipsum (qui est angelorum splendor) spiritus illitum, palmis in facie percussum, spinea corona coronatum, opprobrijs saturatum. Ad ultimum cum iniquis deputatum, & pro te in cruce pendentem & morientem, atque spiritum suum in manus patris commendantem. Sic mirum erit fasciculus myrrhæ dilectus tuus, sic inter ubera tua commorabitur. Sic de omnibus anxietatibus & amaritudinibus Domini Dei tui colliga quasi fasciculum, ut amarum poculum lachrymarum tibi coficias. Quod si quando ardentissimo Christi amore succensus, uolueris cum apostolo iam illum cognoscere, & non secundum carnem, leuabis parum mentis oculos ad uictoriam resurgentis, ad gloriam ascendentis, ad gloriosam maiestatem in gloria Dei patris sedentis atque regnantis: quæ sursum sunt sapiens, & quæ sursum sunt quarens, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Nec tamen ibi longam facies moram, ne forte si diutius scrutator maiestatis fueris, obruaris à gloria. Sanè ante omnia te debere noueris omnem cordis elationem, iactantiam atque arrogantiam (quasi uenenatas aspides) fugere, scies proculdubio quia immundus est coram Deo omnis qui exaltat cor suum. Itaque neminem spernas, nemini noceas, nulli detrahas, & pro Christi amore omnibus prodesse coneris. In tantum etiam inferiorem ac cæteris uiliorem te non solum ex intimo cordis affectu credas, uerum etiam non te dicas profecisse: sed nec te aliquid esse existimes, iuxta illud apostoli: Qui se aliquid esse existimat, cum nihil sit, ipse se seducit. Sit præterea incessus tuus maturitate plenus, grauis & honestus: uidelicet non fractis gressibus ambules, aut scapulas dextrorsum aut sinistrorsum uergendo, non erecta ceruice, non prominenti pectore, seu etiã inclinato capite super humerum: quæ omnia aut leuitatē redolent, aut elationē ostentant, aut hypocritam sapiunt. Incedens ergo stans & sedens, faciē semper habeto deorsum, reuoluens in animo tuo quòd puluis es, & in puluerem reuertaris, & cor sursum ubi Christus est in dextera Dei patris sedens. Quæ quauersum nulla curiositate, quin potius necessitate aspicias. Tristitiam autē (maximè in cōuentu) dissimulare te decet, quãdam in facie hilaritatem prætendens, priuatim autē nunquã uultus in diuersa mutetur. Si quando corã alijs positus, ridere alicuius rei causa fueris compulsus (ut assolet) non sit risus tuus excusatus. Nam iuxta Sapientē: Amictus corporis, et risus dentium, & gressus hominis, enunciant de illo. Tuis etiam interdū interpone gaudia curis. Nunquã sis ociosus, quin aut legas, aut aliquid de sacris scripturis mediteris: uel certè (quod melius est) rumines psalmos, operando nihilominus incessanter quod tibi fuerit iniunctum, ut semper te diabolus inueniat occupatum. Multam enim malitiã docuit ociositas. Illas etiam scripturas libentius legas, quæ præcipue erga Christum tuum magis inflammauerint intellectum. Intellige quæ dico. Dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum, si in sensu cogitaueris circumspectionem Dei. Cum oraueris, non impleas aures audientium singultibus & suspirijs, sed intentè ora Deum in cubiculo cordis tui. Proderit tamen ad deuotionem compunctionemque obtinendam, si ita semotus fueris, ut puras manus ad Deum leuando, etiam tu ipsius uocem audire possis. Nonnunquam ad subleuandum intentionē in cælum prospicias, ut ibi sit cor tuum, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Ab oratione iterum reuerteris ad lectionem, & iterum lectio cum fastidium submouerit, ad orationem redeas. Consortia iuuentum (et maximè illorum qui imberbes sunt) in quantum conuenienter poteris deuota. Nunquam alicui oculos in faciem figas. Sicut ad crucem, sic accedas ad cibum: id est, nunquã uoluptate, sed necessitate pascaris, & fames, non sapor prouocat appetitum. Singularitatem in refectioe fuge, & communitate esto contentus: sciens quia caro pascenda est, & extinguenda sunt uitia. Si quando aliquid superapponitur, tanquam diuinitus procuratum, accipe illud: hoc tamen habens in animo semper & uoluntate, ut tantum uel magis alteri apponatur. Pone prouidentie tuæ modum, ne tibi sapiens uidearis. Semper & ubique atque in omnibus operibus time, ne forte excedas in aliquo. Hinc beatus Iob: Verebar, inquit, omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti. Cum ad stratum lassus deueneris, te honesto modo iacendo componas: nec resupinus iaceas, nec genua leuando calcaneos iungas ad tibias. Quod si forte luxuria te pompa cõcusserit, recordare dilectum tuum positum in doloribus, & uniuersum stratum suum uersatum in infirmitate eius, hæc dicens in corde tuo: Deus meus pedit in patibulo, & ego uoluptati operam dabo. Sicque inuocato nomine Saluatoris, ingeminando sepe nomē salutis, cessabit tandem (Deo succurrente) quassatio. Ruminantē psalmos somnus te occupet, ut in somno somnias te dicere psalmos. Cum surrexeris ad uigilias, lauda creatorem tuum ex omnibus uiribus tuis, et ad laudem redemptoris tui exalta uocē tuam in fortitudine. Postremò purissimum semper erga Christum amorem habeto, nil præter ipsum, aut propter ipsum amare memento. Prolixius quàm putauerã descripsi tibi, quæ ipse agere nequeo: in te adimpleri desiderans, quod in me deesse cognosco: quia profectus tuus meum gaudium & corona est in Domino.

1871 NOTABILE DOCUMENTUM 1872

A speculo. De nulla re murmures cum aliquo (nisi credideris prodesse) quantumcunque sit graue quod habes. Nunquam pertinaciter aliquid affirmes uel neges, sed sint tue affirmationes et negationes dubitationes sale conditæ. A cachinnis semper abstineas, rideas uerò raro, & cum paucis præstes os tuum. Breuiter, in omnibus dictis tuis sic te habeas, ut sint ita quæ dubia dimittantur. Secundum assequeris hoc modo. Orationibus cum magna deuotione intendas, & eas dicere labora horis debitis: & quod offers in oratione, reminiscaris in corde. Et ut ea quæ legis cõfirmes, diligenter recogita, & eorum imagineris statum, in quorum memoria hæc dixeris. Ista tria semper in mente habeas, quid fuisti, quid es, & quid eris. Quid fuisti, quia sperma foetidum: quid es, quia uas stercoreum: quid eris, quia esca uermium. Si militer imagineris eorum poenas qui sunt in inferno, & quod nunquã finiuntur, & pro quàm modica delectatione tanta mala patiuntur. Similiter imagineris gloriam paradisi, et quòd nunquã finitur, & quàm breuiter & citò acquiritur, & quantum luctus & dolor poterit esse illis qui pro parua re tantam gloriam amiserint. Cum habes aliquid quod tibi displicet, uel times habere: cogita quòd si tu esses in inferno, & illud, & quicquid nolles, haberes. Et cum habes aliquid quod tibi placet, uel optas habere: cogita, quòd si tu esses in paradiso, haberes illud, & quicquid uelles. Si autem in inferno esses, nec illud, nec aliud quod uelles haberes. Quandoquocumque est festum alicuius sancti, cogita de illo quanta sustinuit propter Deum, quia breuia: & qualia adeptus est, quia æterna. Similiter cogita, quia transeunt honorum tormenta, malorum gaudia. Hi cum istis tormentis adepti sunt gloriam æternam: & isti ex indebitis gaudijs æternam poenam. Quandoquocumque te uincit acedia, accipias hoc scriptum, & imagineris hæc omnia diligenter. Et cogita de tempore quod sic perdis, quòd illi qui in inferno sunt darent totum mundum (si haberent) pro eo. Cum habes aliquas tribulationes, cogita quòd illi qui sunt in paradiso, carent eis. Similiter cum habes aliquas consolationes, cogita illos de inferno carere eis. Omni die cum uadis iacere, examina diligenter quid cogitasti, & quid dixisti in die: & quomodo utile tempus & spacium quod datum est ad acquirendum uitam æternam, dissipasti. Et si bene transiisti, lauda Deum: si malè uel negligenter, lugeas, & non differas confiteri. Si aliquid cogitasti, dixisti, uel fecisti quod tuam conscientiam multum remordeat, non comedas antequam cofitearis. Istud in fine pono, ut imagineris duas ciuitates. Vnam plenam omnibus tormentis, quæ est infernus: alteram plenam omni consolatione, quæ est paradysus. Et ad unam illarum oportet te currere. Vide quid te possit trahere ad malum, uel impedire à bono. Credo quòd nihil inuenies. Certus sum, quòd si bene seruaueris ea quæ sunt hic, spiritus sanctus habitabit in te, & perfectè docebit te facere omnia.

FINIS.

Eiusdem materie notabile documentum.

SI plene uis assequi quod intendis, duo sunt tibi necessaria. Primum est, ut subtrahas te ab omnibus transitorijs rebus et terrenis, ut nihil de eis cures, ac si non essent. Secundum, ut ita te des Deo, ut nihil dicas uel facias, nisi quod credideris firmiter placere Deo. Primum autem assequeris hoc modo. Omnibus modis quibus potes, te uilifica, te nihil reputando esse, sed credas omnes homines esse bonos & meliores te, magisque placere Deo. Quæcumque audis uel uides in religiosis personis, puta bona intentione dici uel fieri, etiam si contraria uideantur. Nam humana suspicio facile fallitur. Nulli displiceas. Nihil unquam de te loquaris quod laudem importet, quantumcunque sit familiaris ille cum quo loqueris, imò plus labora celare uirtutes quàm uitia. De nullo prorsus sinistrè loquaris (quantumcunque sit uerum, uel manifestum) nisi in confessione: & hoc ubi non potes aliter manifestare peccatum tuum. Libentius accomoda aurem tuam, cum aliquis laudatur, quàm cum uituperatur. Cum loqueris, uerba tua sint rara, uera, ponderosa, & de Deo. Si secularis loquitur tecum, & uana proponit, quam citius potes succide sermonem, & transferas te ad ea quæ Dei sunt. Quicquid contingat tibi uel alijs quantumcunque cõiuncto, non cures: etsi est aduersum, non tristeris: si est prosperum, non lateris: sed totum nihil puta, & lauda Deum. Sollicitudinem adhibe quantumcunque potes, ut uilitati tuæ sedulus intendas. Fuge loquutoria, quantum potes. Melius est enim silere quàm loqui. Post completorium non loquaris, quousque finita sit missa sequentis diei, nisi causa maxima interuenerit. Cum uides aliquid quod tibi displicet, uide si hoc est in te, et absconde: si uerò uides aliquid quod tibi placet, uide si hoc est in te, & tene: si non est, assume, & sic erunt tibi omnia in

nia. Ergo bene serues ista, & nihil negligas. Et lege ea in septimana bis, scilicet in die mercurij, & in die sabbati: & ut inuenieris te fecisse quod scriptum est, lauda Deum, qui est pius & misericors in secula seculorum. Amen.

FINIS.

SPECVLVM MONACHORVM.



Inquis emendationis uitae desiderio tacitus, cogitationum, locutionum, operumque suorum sollicitus explorator, uniuersos excessus suos corrigere nititur: in praesentis paginae frequenti lectione & assidua meditatione (tanquam in speculo) interioris hominis sui faciem contempletur. In primis ergo ex quo surgit ad uigilias, uitae suae tempus per momenta singula debet monachus computare, & uidere semper ut bonum faciat, & malum caueat in omni opere suo, & hoc dicat sibi ipse: Si modo moriturus esses, faceres istud? Ad psalmodiam cor habeat, nisi fortassis ad aliquid sublimius rapiatur: sed etiam omnium quae ibi dicuntur, usque ad unam litteram se pro certo nouerit debitorem uel dicendi in choro suo, uel audiendi in alio. Ad interuallum debet stare ad orationem, uel corporis necessitati providere: ita tamen, ut uadens sibi dici nouerit, Sursum corda. Est autem spiritualis propositi detrimentum, si cogat infirmitas rigoris pristini aliquantulum relaxari. Post lectionem est orandum: & si ad legendum accedat, non tam quærat scientiam, quam saporem. Est autem scriptura sacra puteus lacus, ex quo hauriuntur aquae, quae in oratione funduntur. Nec semper ad oratorium est eundem: sed in ipsa lectione poterit contempleri & orare. Sacris altaribus, si sacerdos est, tanquam unus ex summis angelis in spiritu totus assistat. Si minister, tanquam angelus Domino ministret. Cum alijs eat ad laborem, ubi consideret non quid agat, sed propter quid uenerit. Cessante manu spiritus laboret uel orando, uel meditando: quamuis & in ipso labore id ipsum facere teneatur. Ad mensam non solum fauces cibum capiant, sed etiam aures exhauriant uerbum Dei. Non enim debet totus manducare: sed sic occupetur cor ad uerbum Dei, ut solae fauces sumant cibum, aures uerbum. De hoc aut plurimum gaudeat, si ei uisio ra quam alijs apponuntur. Nam reuera felicitates sunt, qui in parcitate sustinendi fuerint fortiores. In gratijs agendis pro duobus sibi nouerit supplicandum: uel pro peccatis eorum quorum elemosynis sustentatur: uel forsitan pro seipso, quia corpori suo supra necessitatem indulserit. Si uocatur ad colloquium, secundum regulam leniter & sine risu pauca uerba et rationabilia loquatur: & antequam ea proferat, bis ad limam ueniant, quam semel ad linguam. Si cum seculari loquen-

dum est, tunc maxime adhibeat custodiam orationis, ut nihil proferat quod non edificet audientem. Sic in cunctis se habeat, ut edificet uidentes: & nemo dubitet eum uidere, uel audire, quia uerè sit monachus. Post completorium singulis diebus capitulum sibi teneat: et conuocatis cogitationibus suis ponat rationem diligenter, quod ipso die cogitatione, locutione, uel opere deliquerit publice uel priuatim: per singulas noctes lectum suum lauans, hoc est singulis peccatis, lacrymis & doloribus purificatis, diligenter de singulis computet. In crastino publice de aperitis, de occultis uerò facturus confessionem secreto: quae ut perfecta sit, tria debet habere: scilicet ut sit uoluntaria, nuda, et munda. Voluntaria, id est, ex propria deliberatione & proposito. Nuda, ut nude prout gessit confiteatur peccatum suum. Munda, ne peccatum suum praedicet sicut Sodoma, sed pura & simplici intentione se accuset. In capitulo qui publice offendit, manifeste reuelet tanquam assistens iudici. In omnibus sibi loquatur, respondeat, uel proclamet, ut sermo eius interius uel exterius sit perunctus oleo charitatis. A nemine qualecunque munus accipiat. Neminem habeat familiarem. In omnibus fugiat singularitatis uel admirationis notam. Loquens nihil dicat, unde multum eruditus, multum uere religiosus possit putari. Ad interrogata, paucis respondeat. Si de scriptura uel moribus agatur, aures pareat, non linguam. Cum loquitur, non studeat eloquentiae, sed sermo eius sit potius rusticanus quam urbanus. In omnibus agendis non studeat curialis uideri. Salua honestate fugiat omnes homines in potestate positos, maxime seculares. Sectetur communia, orationes, labores, lectiones, & ceteras obseruantias: in quibus non sit tanquam uitula Effraim, docta diligere tritura: id est, ad huiusmodi non consuetudine, sed deuotione trahat. Orationes quae imperant, primo loco habeat: nec sibi blandiatur de priuatis orationibus suis, (quae in secundo loco ei habendae sunt) cum in praecipuis orationibus desidiosus fuerit. Si autem familiaritas interdicitur hominum, quanto magis mulierum: Sit facies communis cum ceteris, intus uerò dissimilis: hoc est, non nimia grauitate contracta, nec nimia locutione dissoluta, sed bona quadam medietate regatur. ut de sancto Martino legitur: Faciem eius non fuscavit moeror, nec laeuigauit risus. Erit enim prudentis animae, thesaurum suum sollicitè custodiens (more Moysi) cornutam uelare faciem: & quodam risu, qui tamen modestus sit, interioris gloriam hominis, & mentis grauitatem abscondere. Comparanda est dies instans diei praeteritae, ut ex eorum collatione suum deprehendere possit monachus uel profectum, uel defectum. In omni actu uel cogitatu suo, sibi Deum adesse memoretur: & omne tempus quo de ipso non cogitat, perdidisse se computet. Tadio affectus, componat se meditando supra petram, in qua lauatur mortui: & cogitet apud se quomodo tractetur ibi se peliendi:

pelendi: nunc in tergum, nunc in faciem uersantur: quomodo nutet caput, cadat brachia, tigeat crura, tibiae iaceant: quomodo induantur et conuantur, quomodo deferant humadi, quomodo exponant in tumulo: quomodo puluere cōtegitur, quomodo uoratur a uermibus, & quasi factus putrefactus cōsumuntur. Summaque est philosophia, meditatio mortis assidua. Hanc ubique que perrexit secum portet, et in eternum non peccabit. Sit monachus quasi Melchisedech, sine patre, sine matre, sine genealogia: nec patrem sibi uocet super terram. Imò sic se existimet, quasi ipse sit solus, & Deus. Ecce in primis habemus ordinem & modum uiuendi: remedium uerò pollicetur assiduitas tenendi capitulum spirituale, superius expressum. Semel ad minus in hebdomada confiteatur, ut ueniam mereatur de perpetratis: & maior ei detur gratia de uitandis malis. Amen.

DIVI BERNARDI ABBATIS CLAREVALLIS, DE AMORE DEI Liber.

Capitulum I.



Esai. 2.

Exod. 24.

Psal. 79.

Cor immundum alienum est a uidentibus Deo.

Enite, ascenda: nus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos uias suas, intentiones, cogitationes, uoluntates, affectiones, & omnia interiora in ea. Venite, ascendamus in montem, uel locum, ubi Dominus uidet, uel uidetur. Curae, sollicitudines, anxietates, labores, poenae, seruitutes, expectate me hic, cum alino corpore isto, donec ego cum puero, ratio scilicet cum intelligentia usque illuc properares, postquam adorauerimus reuertamur ad uos. Reuertemur enim, & heu reuertemur quam citissime. abducit enim nos a uobis charitas ueritatis, sed propter fratres abdicare & abiurare uos non patitur ueritas charitatis. Sed licet retrahat uestra neccitas, non propter uos omnino omittenda est illa sua uitas. Domine Deus uirtutum, conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus. Sed heu heu Domine Deus, quam praeproperum est, quam temerarium, quam inordinatum, quam praesumptuosum, quam alienum a regula uerbi ueritatis, & sapientiae tuae, corde immundo uel uide deum. Sed o summa bonitas, summum bonum, uita cordium, lux oculorum interiorum, propter bonitatem tuam Domine misere. haec est enim mundatio mea, haec fiducia mea, haec iustitia, contemplatio bonitatis tuae bone Domine. Ergo o Domine, Deus meus, qui dicis animae meae, modo quo tu scis, salus tua ego sum. Raboni, summe magister, unice doctor uidendi, quae uidere desidero, dic caeco, mendico tuo: Quid uis faciam tibi? Et tu scis, qui iam hoc ipsum das: quoniae ex omnibus suis recessibus abiectis, procul omnibus seculi huius altitudinibus, pulchritudinibus, dulcedinibus, et quicquid concupiscentiae carnis,

uel oculorum, uel ambitione spiritus attentare potest, uel solet, tibi dicat cor meum: Exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Ne avertas faciem tuam a me, ne declines in ira tua a seruo tuo. Impudens quippe, & improbus sum, o adiuutor meus antique, et susceptor indefesse. Sed uide, quia amore amoris tui hoc facio. Cum enim ex munere gratiae tuae Domine, ad ea quae carnis sunt, faciem cordis non habeam: sed posueris ea mihi dorsum & mundum, & quaecumque eius sunt posueris mihi deorsum: quid est obsecro, quod in toto corde meo exquireres te, cum faciem tuam apprehendisse me gratulor, quam solam facies mea desiderat, repente me inuenio seorsum? Cur eam abscondis? Nunquid arbitraris me inimicum tuum? Num cōsumere tu me uis peccatis adolescentiae meae? Nunquid ego non sum ad te conuersus, uel tu adhuc es a me uersus? Si non sum conuersus, Deus uirtutum conuerte me: si tu es a uersus, Deus uirtutum conuerte te. Tu dixisti, Si conuerteris Israel, conuerte te. Et iterum: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Tu scis donum gratiae tuae in corde pauperis tui, paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Praeceptum quod uis, fac me intelligere quod praecipis: da posse, qui dedi si uelle, & fiet in me, uel de me quicquid uis. Deus uirtutum conuerte nos, et ostende faciem tuam, & salui erimus. Respondeat quippe mihi intus in anima mea, & mentem meam tumultuans in me, & concutiens omnia interiora mea uox testificationis tuae: & caligant oculi mei interiora a fulgore ueritatis tuae, ingerentis mihi, quia non uidebit te homo, & uiuere potest. Ego enim uerè in peccatis totus usque adhuc: necdum potui mori mihi, ut uiuam tibi: sed tamen ex praecipito tuo, et dono tuo sto in petra fidei meae, fidei Christianae, in loco qui uerè est penes te, in quo ut possum interim sero patienter, & amplector, & deosculor regentem, & protegentem me, dexteram tuam: & aliquoties contemplan, & uidere gestiens postera uidentis me, & percurrens semitam dispensationis humanae Christi filij tui suspicio. At cum accedere gestio ad eum, & uel sicut haemorrhoussa illa infirmæ & miseræ anime meae a salutifero tactu uel fimbriae eius quasi furari gestio sanitatem, uel sicut Thomas ille uir desideriorum, totum eum desidero uidere, & tangere: & non solum, sed accedere ad sacrosanctum lateris eius: uulnus ostium arcae, quod factum est in latere, ut non tantum mittam digitum, uel totam manum: sed totus intrem usque ad ipsum cor Iesu, in sanctum sanctiorum, in arcam testamenti, ad urnam auream animam nostrae humanitatis, continentem intra se lus. manna diuinitatis. heu dicitur mihi, Noli me tangere. Et illud de Apocalypsi: Foris canes, sicut cum dignis conscientiae meae uerbis expulsi & propulsi improbitatis, & praesumptionis meae poenas cogor luere: rursusque in petram meam me recipiens, quae refugium est herinacis spinis peccatorum plenis, reamplector,

Psalm. 18.

1. Reg. 3.

Exod. 33.

Matth. 9.

Ioan. 20.

Ardens erga Christum 22.

Apoc. 22.

Psalm. 107.

& reosculor tegentem, & protegentem me, dexteram tuam: & ex eo quod uel leuiter sensi, uel uidi, magis accenso desiderio uix patienter expecto, ut a me auferas manum tegentem, & infundas gratiam illuminantem, ut tandem aliquando secundum responsum ueritatis tuae mortuus mihi & uiuens tibi, reuelata facie ipsam tuam faciem incipiam uidere, & affici tibi a uisione faciei tue. Et o facies, facies, quam beata facies: quae affici tibi meretur uidendo te, aedificans in corde suo tabernaculum Deo Iacob, & omnia faciens secundum exemplar, quod ei ostenditur in monte: hic uero & competenter cantatur: Tibi dixit cor meum, exquirit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Itaque ut dixi, ex dono gratiae tuae contemplans omnes angulos conscientiae meae, uel terminos, uicem & singulariter desidero uidere te, ut omnes fines terrae meae uideant salutare Dei sui, ut amem cum uidero, quem amare, hoc est uere uiuere. dico enim mihi in languore desiderij mei: Quis amat quod non uidet? Quomodo potest esse amabile, quod non est aliquatenus uisibile? Sed te desideranti amabilia quidem tua occurrunt, & a caelo & a terra, & ab omni creatura tua se mihi ultro offerunt et ingerunt, o in omnibus adorande & amabilis Domine. Quae quanto te manifestius & uerius praedicant, & approbant amabilem, tanto ardentius te mihi faciunt desiderabilem: sed heu, non ad fruendum perfectam suauitatem, & gaudium, sed ad intentionis, & defectus (non tamen sine aliqua suauitate) tormentum, sicut enim mea non tibi perfecte placent oblata, nisi mecum: sic bonorum tuorum contemplatio reficit nos quidem dulciter, sed non satiat perfecte nisi tecum.

Capitulum II.

HAec est animae meae assidua exercitatio: hinc assidue scopo spiritum meum, et cum bonis, & amabilibus tuis, quasi pedibus, & manibus, & totis innitens uiribus sursum tendo ad te, in te summe amor, summum bonum: sed quanto tendo fortius, tanto retrudor durius in terram, in memetipsum, sub memetipso. Sic ergo respiciens, & discernens & diiudicans meipsum, factus sum mihi ipsi de meipso laboriosa & tediola quaestio: tamen Domine, certus sum per gratiam tuam, desiderium desiderij tui, & amorem amoris tui habere me in toto corde, & in tota anima mea. Huc usque te faciente profeci, ut desiderem desiderare te, et amem amare te: sed hoc amans, quid amem nescio. Quid est enim amare amorem, desiderare desiderium? amore amamus si quid amamus. Sed forsitan cum amo amorem, non amo amorem, quo amo quod amare uolo: et amo quicquid amo, sed me amantem cum in Domino laudat, et amat a me anima mea, quam proculdubio detestarer, & odio haberem, si eam alibi, quam in Domino, & in eius amore inuenirem. Sed & de desiderio quid dicemus? Si dicam desidero esse desiderans, iam inuenio me desiderantem. Sed nun-

quid desiderium tui desiderantem, quasi non habeam, aut desiderium maius quam habeam? Cum igitur hoc modo deficient, & caligent, & caecutiant interiores oculi mei, oro ut citius a te aperiantur: non sicut aperti sunt Adae carnales oculi, ut uideret confusionem suam, sed ut uideam Domine gloriam tuam: ut oblitus paruitatis & paupertatis meae, totus erigam, & tuam in amplexus tui amoris, uidentem quem amauero, & amans quem uidero, & moriens in me, uiuere incipiam in te: & bene mihi sit in te, cui persimile est in se. Sed festina Domine, ne tardaueris. habet enim sapientia tuae gratia Domine, uel gratiae tuae sapientia, sua compendia: & quod rationis, uel ratiocinationis nullis argumentis, nullis discussionibus, quasi quibusdam scalis conscenditur ad torrentem scilicet uoluptatis tuae, ad plenum amoris tui gaudium. Cui hoc datum est fideliter quaerens, fideliter pulsans, saepe repente ibi se inuenit. Sed o Domine, si quando quod quam rarum est, me in aliqua huius gaudij parte inuenio, clamo, uociferor: Domine, bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula: fidei unum, spei unum, amoris unum. Nunquid nescio quid dicam, cum dico, Bonum est nos hic esse: sed repente cado in terram quasi mortuus, & respiciens nihil uideo: & me, ubi prius eram, inuenio, in dolore scilicet cordis & afflictione spiritus, usque quod Domine: usque quod? Quando uero potest consilia in anima mea? dolorem in corde meo per diem? quando non permancbit spiritus in hominibus, quia caro sunt. sed uenit, & uadit, & spirat ubi uult. Sed in conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti erimus sicut consolati. Tunc replebitur gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Interim heu mihi, quia in colatus meus prologatus est, habitauit cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Sed respondet mihi intus in corde meo ueritas consolationis tuae, & consolatio ueritatis tuae.

Capitulum III.

Est amor desiderij & est amor fruitionis: amor desiderij meretur aliquando uisionem, uisio fruitionem, fruitio amoris perfectionem. Gratias ago gratiae tuae, qui loqui dignaris ad cor serui tui, & anxius eius quaestionibus aliquatenus respondes, suspicio, & amplector hanc spiritus tui arram, & latus expecto in arra promissionem tuam: desidero itaque amare te, & amo desiderare. & hoc modo curro, ut apprehendam in quo apprehensus sum: scilicet ut qui amem te, amem te perfecte aliquando, o qui prior nos amasti amande, et amabilis Domine. Sed est ne aliquando, aut alicubi Domine, hic amoris tui perfectio? haec in amore tuo beatitudinis consummatio, ut sitiens anima ad Deum fonte uiuam, sic satiatur, sic impletur, ut dicat, sufficit. minor qui cunctis, ubicumque ille sit, si non deficit, si dicit, sufficit. Sed ubi istius sufficientiae est defectio, quae potest esse perfectio? Nusquam igitur, & nunquam perfectio, Sed & iniusti Domine, nunquid

Psal. 26.

Rom. 11.

Gen. 5.

Matth. 17.

Psal. 120.

Gen. 6.

Ioan. 7.

Psal. 115.

Psal. 119.

quid regnum tuum possidebunt? Inustus autem est, qui non tantum desiderat, & debitorem se sentit & intelligit te amare, quantum ab aliqua creatura rationali possibile est amari te. Constat beata illa Seraphim, quae a uicinitate praesentiae tuae, a claritate uisionis tuae ardentes & interpretantur, & sunt, plus amare te, quam aliquis qui minor est in regno caelorum. Qui si in regno caelorum non dicam minimus, sed nonnullus est utique, tantum desiderat amare te, quantum ab aliquo uel potes amari, uel debes: & hoc forsitan est, in quem desiderant angeli prospicere. Desiderat ergo beatus ille minor, quicumque ille est, tantum te amare, quantum amat, quicumque plus eo amat, non amula insectatione, sed pia & deuota imitatione. Si uero & in amore proficit, quanto foelicius illuminatis oculis in interiora procedit, tanto dulcius sentit & intelligit, si ingratus non est & iniustus, & te plus posse amari, & se debitorem plus amare, uel quantum te amat Cherubim & Seraphim. Sed qui desiderat quod assequi non potest, miser est. Misera uero a regno beatitudinis profusus aliena est: assequitur ergo quod desiderat, quisquis ibi aliquid desiderat. Quid dicemus ad haec? quid inquam dicemus? Loquere obsecro Domine, quia audit seruus tuus. Nunquid & magni, & parui omnes qui sunt in regno Dei, uel quisque in suo ordine amat, et amare desiderat: & amoris unitas non sinit, ut sit diuersitas, dum amat, cui datum est hoc ardentius. Minor autem in amore sine inuidia bonum ubicumque uidet, amat quod ipse sibi desiderat: & habet utique amorem, quantumcumque est quem in amate habet & amat. Nimirum amor est qui amatur, qui ex magna bonitatis suae affluentia & natura amantes, & coamantes, gaudentes et congaudentes, pari implere gratia, licet dispari mensura: & quanto se amantius sensibus largius infundit, tanto eos sui capaciores efficit, satietatem faciens, sed sine fastidio: de ipsa facietate non minuens desiderium, sed augens, remota omni anxietudinis miseria. amor enim est, ut dictum est, qui amatur, qui a uoluptatis suae torrente omne ab amatore suo repellit, uel in satietate fastidium, uel in desiderio anxietudinis, uel in zelando inuidiae miseriam. Illuminas eos, ut dicit Apostolus, a claritate in claritate, ut in lumine uideant lumem, & in amore concipiant amorem. Hic est enim fons uitae, qui semper fluit, et nunquam perfluit. Haec est gloria, haec sunt diuitiae in domo beati amatoris tui: quia praesto est desideranti & amanti quod desiderat, & quod amat. Ideo & qui desiderat, semper amat desiderare: et qui amat, semper desiderat amare. Et desideranti & amanti quod desiderat & amat, sic facis abundare o Domine, ut nec anxietas desiderantem, nec fastidium affligat abundantem. Et nunquid, obsecro Domine, haec est uita aeterna, de qua cantat Psalmus: Et uide si uita iniquitatis in me est, & deduc me in uiam aeternam: haec est affectio, haec est perfectio, sic semper

ire, hoc est peruenire. Vnde Apostolus tuus qui paulo ante dixerat, non quod acceperim aut perfectus sim, sequor autem si comprehendam, a quo comprehensus sum in Christo Iesu: unum autem, quae retro sunt obliuiscens, ad ea uero quae sunt priora extendens me, ad destinatum persequor, ad brauium supernae uocationis Dei in Christo Iesu. Quicumque ergo, inquit, perfecti sumus, haec sentiamus.

Capitulum IIII.

Et hoc est amare tuum, quo tu amas te amantes, a dulcedine bonitatis tuae, quam habes ad creaturam tuam, amator, creator bone, in inspirare eis hoc desiderium amandi te, & amorem quo amant & desiderare & amare te. Non enim afficeris ad nos, uel a nobis, cum nos amas: sed es quod es, qui semper ad ipsum es, cui hoc est esse, quod esse bonum. Bonum autem tibi in te, & omni tui in te creaturae. Nos autem a te ad te, & in te afficimur, cum te amamus: qui possumus misero aliquo modo esse, & non amare te: id est, esse, & male esse: tibi autem, qui semper idem es, nihil accedit: si amando proficimus ad te, nihil decedit si deficiamus a te. Cum autem nos amas, non nisi propter te nos amas, cum uerissima summam iustitiae regula etiam nos nil amare permittat extra te. Et cum te, possibile est amari Domini amantis, ubi magna occurrit gratia, eo proficere, ut nec te, nec se amans, propter se: & te & se propter te solum amet, & per hoc reformatur ad imaginem tuam, ad quam creasti eum, qui ex ueritate praestantissimae naturae tuae, & natura ueritatis tuae, nec te nisi propter te, nec angelum, nec hominem amare potes, nisi propter te. Et o foelicem & foelicissimam animam, quae Deo sic a Deo meretur affici, ut per unitatem spiritus in Deo solum amet Deum: non sursum aliquod priuatum, nec nisi in Deo, amet seipsum: & Deus in ipso amet uel approbet, quod amare uel approbare debet Deus: id est, seipsum, imò quod solum debet amari, & a creatore Deo & a creatura Dei. amoris enim uel nomen uel affectus, nulli competit uel debetur, nisi tibi soli, o uere amor et amande Domine. Et haec est in nobis uoluntas filij tui, haec pro nobis oratio eius ad te Deum patrem suum: Volo, ut sicut ego & tu unum sumus, ita et in nobis ipsi unum sint. Hic est finis, haec est consummatio, haec est perfectio, haec est pax, hoc est gaudium Domini, hoc est gaudium in spiritu sancto, hoc est silentium in caelo. Quando quippe in hac sumus uita, hoc foelicissimae pacis silentio in caelo: id est, in anima iusti, quae sedes est sapientiae, aliquando fruitur affectus: sed hora est dimidia, uel quasi dimidia, intentio uero de reliquijs cogitationis diem festum perpetuum agit tibi. In illa uero beata & aeterna uita, de qua dicitur, Intra in gaudium Domini tui, sola erit perfecta & aeterna fruitio: & tanto foelicior, quanto iam remotis omnibus quae hoc tardare uel impedire uidentur, amoris eius indissolubilis eternitas, irrefragabilis perfectio, incorruptibilis erit beatitudo.

Philip. 3.

Gen. 1.

Ioan. 17.

Matth. 23.

1. Pet. 1.

Psal. 35.

Psal. 138.

Capitulum V.

O Amor ueni in nos, posside nos, dispareat a facie tua in nobis omnia foeditatis nomina, quae a concupiscentia carnis & oculorum, & superbia uitae, huic innascuntur affectui, quasi spuria quaedam uitulamina: affectui inquam, qui amor in nobis dicitur, & corrumpitur saepius iusto, morbis animae a te & ad te creatur: ad te solum creatus, & concretus affectus noster, reluctans legi naturali, & reclamans, cogit uocari luxuria, gula, uel auaritia, & his similia: qui incorruptus, & in sua permanens natura, ad te solum est Domine, cui soli amordebet. Est enim animae rationalis amor, sicut dicit quidam seruus tuus, motus uel quieta statio, uel finis ultra quem nihil appetat, uel appetendum iudicet uoluntatis appetitus. Ultra te uero, uel supra te qui querit aliquid, tanquam melius te, nihil est quod quaerit: quia nihil est melius uel dulcius te. Ideo nihil efficitur recedendo a te, qui solus amandus es uere: imò & fornicatur & luxuriat in alienis affectibus, aliena, ut dixi, nomina habentibus. at uerus amor, ut dictum est, & saepe dicendum est, ad te solum est Domine, in quo solo est quicquid uere est, ubi quieta & securus statio: quia Deum timere timore casto, & mandata eius obseruare, hoc est omnis homo.

Capitulum VI.

Recedat itaque ab anima mea omnis iniustitia, ut te diligam Dominum Deum meum, ex toto corde meo, & ex tota anima mea, & ex omnibus uiribus meis: recedat omnis zelotypia, ne tecum aliquid amem, quod propter te non amem. O uere unice amor, & uere Domine: cum uero propter te aliquid amo, non illud amo, sed te, propter quem amo quod amo. Tu enim uere solus es Dominus, cuius dominari super nos, hoc est saluare nos: nostrum uero seruire tibi, nihil est aliud quam a te saluari. Quae enim salus tua Domine, cuius est salus, & super populum tuum benedictio tua, nisi quod a te accipimus ut amemus te, uel amemur a te? Idcirco Domine, filium dextrae tuae hominem, quem confirmasti tibi, Iesum, id est Saluatorem appellari uoluisti. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum, & non est alius in quo sit salus: qui docuit nos amare se, cum usque ad mortem crucis prior ipse dilexit nos, & lauit nos amando & diligendo, suscitans nos, ut amemus eum qui prior usque in finem dilexit nos: haec est iustitia filiorum hominum: ama me, quia amo te, rarus autem est qui dicere possit, amo te ut ames me. hoc tu fecisti: quia sicut clamat & praedicat seruus amoris tui, prior dilexisti nos, et sic plane sic est, amasti nos prior, ut amaremus te: non quod egeres amari a nobis, sed quia id ad quod nos fecisti, esse non poteramus, nisi amando te. Ideoque multipharia multisque modis olim Deus locutus patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus es nobis in filio, in uerbo tuo, quo caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis uirtus

Matth. 1.

Hebr. 1.

A eorum. Loqui tuum in filio tuo, non aliud fuit quam in sole, id est, in manifesto ponere tabernaculum tuum. Quantum et quomodo nos amasti, qui proprio filio non pepercisti, sed pro nobis omnibus eum tradidisti: qui etiam dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. hoc est uerbum tuum ad nos Domine: hic omnipotens sermo, qui dum medium silentium tenerent omnia, profundum scilicet erroris, a regalibus sedibus uenit, durus errorum debellator, & dulcis amoris commedator. Et quicquid fecit, quicquid dixit, in terris usque ad opprobria, usque ad sputa & alapas, usque ad crucem et sepulchrum, non fuit nisi loqui tuum nobis in filio, amore tuo prouocans & suscitans ad amorem nostrum. Sciebas enim creator animarum Deus, in animabus filiorum hominum cogi non posse, sed prouocari oportere affectum istum: simul etiam, quia ubi coactio, iam nec libertas: ubi nec libertas, nec iustitia. Tu autem Domine, iuste saluare nos uolebas, qui nullum saluas nec damnas nisi iuste, ipse nobis formans iudicium & causam, sedens super thronum, & iudicans iustitiam: sed quoniam tu fecisti ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, eum miseraris cuius misereris, et misericordiam praestas cuius miseris: uoluisti ergo ut amemus te, qui nec iuste poteramus saluari, nisi amemus te: nec amare te poteramus, nisi procederet a te. Ergo Domine sicut Apostolus amator tui dicit, & nos iam diximus, prior dilexisti nos, & prius diligis omnes dilectores tuos.

Capitulum VII.

Sed nos Domine, te diligimus affectu amoris a te nobis indito: tu uero conditor omnium & affectuum bonorum, et animarum afficiendarum, nunquid accidenti uel incidenti amoris affectu amas, quos amas: uel aliquo modo in aliquo afficeris, qui & omnes facis, & omnia? Absurdum est, procul a fide, alienum ab omnium creatore. Quomodo ergo nos amas, si nos amore non amas? Sed amor tuus, bonitas tua est, o summe bone, & summum bonum, spiritus sanctus procedens a patre & filio, qui ab initio creaturae fertur super aquas: id est, super mentes filiorum hominum fluctuantes, omnibus se offerens, omnia ad se trahens inspirando, aspirando, & noxia arcendo, prouidendo utilia, Deum nobis & nos uniens Deo. Sic enim spiritus sanctus tuus, qui amor dicitur patris & filii, & unitas, & uoluntas, per gratiam suam in nobis inhabitans, & Dei in nobis charitatem commendans, & per ipsam ipsum nobis concilians, Deo nos unit per inspiratam nobis uoluntatem bonam: cuius bonae uoluntatis uehementia amor dicitur in nobis, quo amamus quod amare debemus, te scilicet. Nihil enim aliud est amor, quam uehemens, & bene ordinata uoluntas. Amas ergo te o amabilis Domine in te ipso, cum a patre & filio procedit spiritus sanctus, amor patris ad filium, & filii ad patrem: et tantus est amor, ut sit unitas:

Amoris de finitio.

tanta

Rom. 8.

Galat. 2.

Sapient. 18.

Psal. 9.

Rom. 4.

Rom. 4.

Rom. 4.

Gene. 1.

Rom. 4.

Amoris de finitio.

tanta est unitas, ut sit homouision, id est, patris & filii eadem substantia. Amas et te ipsum in nobis immittendo spiritum filii tui in corda nostra a dulcedine amoris, & uehementia inspirata a te nobis bonae uoluntatis clamantem, Abba pater: sic nos efficiens tui amatores, imò sic te ipsum in nobis amans, ut qui primum sperabamus, quia noueramus nomen tuum Domine, et gloriabamur in te, qui diligebamus nomen Domini in te. O Domine, iam per inspiratam nobis gratiam, per spiritum adoptionis tuae, omnia quae patris sunt, nostra esse confidentes, ipso te nomine inuocemus per adoptionis gratiam, quo filius tuus unicus per naturam. Sed quia hoc abs te totum est, cuius amare, hoc est benefacere, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum a te est, summe pater luminum: tu te ipsum amas in nobis, & nos in te, cum te per te amamus, & in tantum tibi unimur, in quantum te amare meremur: & participes efficiamur, ut dictum est, orationis illius Christi filii tui, Volo ut sicut ego & tu unum sumus, ita & ipsi unum in nobis sint. Genus enim tuum sumus Domine, genus Dei, sicut dicit Apostolus tuus, transfrens ethnici sententiam de malo uase in uas bonum, ut non nisi ipsam & uas bonum sapiat. Genus inquam sumus Dei, & dii, filii excelsi omnes, cognatione quadam spiritali magna apud te uendicantes affinitate, cum per spiritum adoptionis filii tuus unum nobiscum nomen sortiri non dedignatur, & cum ipso & per ipsum praecipis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audeamus dicere, Pater noster qui es in caelis. Amas itaque nos, in quantum nos efficiis tui amatores: & nos amamus te, in quantum a te spiritum tuum accipimus (qui est amor tuus) obtinens & possidens omnes affectionum nostrarum recessus, & perfecte eos conuertens in puritatem ueritatis tuae, & ueritatem puritatis tuae, in plenum amoris tui consensum: ubi tanta fit coniunctio, tanta adhesio, tanta dulcedinis tuae fruitio, ut unitas ab ipso Domino nostro filio tuo uocetur, dicente, Ut sint ipsi unum in nobis: tantae dignitatis, tantae gloriae, ut subsequatur & dicat, Sicut ego & tu unum sumus. O gaudium, o gloriae, o diuitias, o superbiam.

Capitulum VIII.

Habet enim sapientia & sui generis superbiam, quae dicit, Mecum sunt diuitiae, & gloria, & opes superbae, & iustitia. Quid autem est absurdius, uniri Deo amore, & non beatitudine? Beati enim uere & unice, & singulariter et perfecte beati, qui uere & perfecte amant te. Nullus autem & nullo modo beatus, qui non amat te. Beatum enim dixerunt populum cui haec sunt: sed mentiuntur, quia solus beatus cui est Dominus Deus eius. Quid enim est beatum esse, nisi non uelle nisi bonum, & omnia habere quaecunque uult? Te igitur uelle, & uehementer uelle, quod est amare, et singulariter amare, qui amari non dignaris, cum aliqua omnino

Rom. 8.

Rom. 8.

Rom. 8.

Iaco. 1.

Apo. 17.

Psal. 51.

1. Ioan. 3.

Mat. 6.

1. Ioan. 17.

Psal. 143.

re siue carnali, siue spiritali, siue terrestri, siue caelesti, quae non amet pro te, hoc demum est non uelle nisi bonum, hoc est habere quaecunque uult omnia: quia habet te quis, in quantum amat te. Ergo & amore, & beatitudine uniri Deo intelligimus, quod uere Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua. Ideoque orationes nostras, uota, & sacrificia, & omnia nostra offerimus tibi pater assidue, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, credentes & intelligentes ex te, a te, & ad te, per ipsum nobis esse, quicquid nobis bene est, a quo ipsum esse habemus. Quae omnia per subministratorem spiritus sancti tui habitantis in nobis credimus, & intelligimus, quantum intelligere fas est, qui, ut dictum est, conformans sibi et uniens spiritum nostrum, spirat in nobis quando uult, quomodo uult, quantum uult: cuius sumus factura, creati in operibus bonis, existens sanctificatio nostra, iustificatio nostra, amor noster. Ipse enim est amor noster, quo ad te pertingimus, quo te amplectimur, alioquin in incomprehensibilis maiestas, comprehensibilis esse uideris animae te amanti. Licet enim nullus sensus cuiuslibet animae uel spiritus te comprehendat, tamen totum te quantus es comprehendit amor amantis, qui totum te amat quantus es: si tamen est totitas, ubi non est particularitas: si quantitas, ubi non est tantitas: si est comprehensibilitas, ubi haec omnia non sunt. Sed cum te amamus, afficitur quidem spiritus noster spiritui tuo sancto, per quem habitantem in nobis charitatem Dei diffusam habemus in cordibus nostris. Cumque amor tuus, amor patris tui amatores: & filii ad patrem, spiritus sanctus habitans in nobis ad te est quod est, id est amor: omnem captiuitatem Sion, id est, animae nostrae omnes affectiones in se conuertens et sanctificans, amamus te, uel tu amas te in nobis: nos affectu, tu affectu, unum nos in te efficiens per unitatem tuam: id est, ipsum spiritum sanctum tuum, quem dedisti nobis, ut sicut non est aliud patri nosse filium, nisi hoc esse quod est filius: nihil aliud filio nosse patrem, nisi hoc esse quod est pater. Vnde in Euangelio: Nemo nouit patrem nisi filius, & nemo nouit filium nisi pater. Et sicut spiritui sancto nihil est aliud nosse, uel comprehendere patrem & filium, quam hoc esse quod est pater & filius: ita nobis (qui ad imaginem tuam conditi sumus, & ab illa per Adam inueterati, per Christum ad illam renouamur de die in diem) ut amantibus Deum nihil sit aliud amare & timere Deum, & mandata eius obseruare, quam esse, & unum spiritum cum Deo esse. Deum enim timere, & mandata eius obseruare, hoc est omnis homo. O adorande, tremende, benedicende, da eum nobis. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terrae. Non enim in diluuium aquarum multarum, id est, in perturbatione & confusione affectionum tam multarum, tam diuersarum, ad Deum approximabunt. Iam satis

1. Ioan. 3.

Luc. 10.

1. Ioan. 14.

Psal. 103.

Domine, durauerit cataclysmus iste, poena filiorum Adæ. Adhuc spiritum super terram, recedat mare, recedat antiqua damnationis salsugo, & appareat arida, fontem uitæ sentiens: ueniat celsitudo spiritus sanctus, expulsio terribilis alite, & caeteris suis incumbere: ueniat inquam colubæ, ramo oliuæ, id est ramo refectiois & luminis, pacem annuncians. Sanctificet nos sanctitas & sanctificatio tua: uniat nos unitas tua, ut Deo, qui est charitas, uelut cognata quadam affinitate per charitatis nomen sociemur, & per uirtutem nominis uniamur. Sed interest Domine, quomodo quis te amet. Multi enim, sicut ait quidam à te illuminatus, amant ueritatem lucentem, & non amant redarguentem: iustitiamque multi colunt affectu, à qua procul sunt effectus, approbant eam, & amantes eam in se ipsa, non autem exercentes in seipsis. Nunquid isti uere te amant? Philosophi mundi huius olim eam coluerunt et affectu amoris, et effectus operis, in tantum, ut diceretur de eis ab eis: Oderunt peccare boni uirtutis amore. Sed conuincuntur iustitiam non amasse, qui non amauerunt te, à quo fons & origo, & in quem finis et recursus ueræ iustitiæ, & sine quo omnes iustitiæ hominum sicut panis mensuratae, non enim habebant fidem que per dilectionem operatur, licet affectum quandam amorem, et opera quadam haberent honestatis: quæ quia ex fonte ueræ iustitiæ non probant, nec in ueræ iustitiæ finem ibant: tanto desperatius errabant, quanto fortius extra uiam currebant. Via enim pater, Christus tuus, qui dixit, Ego sum uia, ueritas, & uita.

Capitulum IX.

Veritas ergo tua, uel uita ad quam itur, per quam itur, ueram & simplicem nobis describit formam diuinæ & ueræ philosophiæ, dicens ad discipulos suos: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Ecce dilectus dilecti, sicut in Psalmo legitur: Cum pater diligit filium, & filius manet in dilectione patris usque ad plenam mandatorum eius obseruationem: rursumque dilectus dilecti, cum dilectus discipulus diligit magistrum Christum, usque ad obseruationem omnium eius mandatorum, & usque ad mortis necessitatem, non perdit hanc uoluntatem, in illuminatione ueritatis & amoris eius, rebus omnibus, et idoneis ad bonum, et pronis ad malum, & inter utrumque medijs bene utens in bono, quod proprium est Christianæ uirtutis. Est enim uirtus, sicut iam ante dictum est, bonus usus liberæ uoluntatis: opus uero uirtutis, bonus rerum illarum usus, quibus etiam male uti possumus. Exinde ne manca sit charitas, docemur amare proximum, secundum legem charitatis puram, ut sicut Deus non nisi seipsum amat in nobis, & nos ipsum didicimus amare in nobis: ita & proximum sicut nos incipiamus a-

mare, in quo solum Deum amamus sicut in nobis ipsis. Sed ut quid Domine, tot uerba? Sed nuda est Domine, et gelida & algens misera anima mea, & desiderans calefieri tui amoris calore. Ideo uestem non habens, panniculos hos unum decunq; collectos contraho & confuo ad tegendam nuditatem meam: & non ut sapiens illa Sarpentana duo ligna, sed furculos istos minutos, de deserti mei uastitate, de cordis mei spaciofa colligo uanitate, ut aliquando ingrediar in tabernaculum domus meæ, & faciam mihi de pugillo farinae, & de hydria olei, ut comedam & moriar: uel non tam cito moriar, imò Domine non moriar, sed uiuam & narrem opera Domini. Stans igitur in domo solitudinis, quasi onager solitarius, & habitaculum habens in terra saluginis, & attrahens uentum amoris mei, os meum aperio ad te Domine, & attraho spiritum. Et nonnunquam Domine, quasi clausis oculis ad te inhianti mittis mihi in os cordis, quod non licet mihi scire quid sit. Saporem quidem sentio, dulcedem adeo, suauem adeo & confortantem, ut si perficeretur, in me nihil ultra quererem: sed eum accipiens, nullo corporis uisu, nullo animæ sensu, nullo spiritus intellectu, aduertere me permittis quid sit. Cum accipero, tenere & ruminare uolo, & diiudicare eius saporem, sed statim transit. deglutio quidem illud, quicquid illud est, in spem uitæ æternæ: sed operationis eius uirtutem diu ruminando, omnibus animæ meæ uenis & medullis, quasi uitalem quendam succum optabam transfundere, ut ab omnibus alijs affectionibus desperet: & illud solum & semper saperet, sed festinat transire. Et cum de inquisitione eius, uel acceptione, uel usu, formata quedam lineamenta memorię gestio arctius impressa committere, uel etiam memoriam labilem scripto iuuare, re et experimēto cogor discere quid illud sit, quod in Euangelio dicitur de spiritu: Et nescis unde ueniat, aut quò uadat. Quæcunque enim quasi quibusdam lineamentorum figuris commendare curauim memoriam, quorum quasi quodam reductu cum uoluerim, illuc me recoligam: ac per hoc subesse mihi uelim posse, quotiescunque uoluerim, audiens à Domino: Spiritus ubi uult spirat: & sentiens etiam in me, quia non quando ego uolo, sed quando ipse uult spirat: omnia illa mortua inuenio, & insipida, & ad te solum leuandos esse oculos fons uitæ, ut in tuo solo lumine uideam lumen. Ad te igitur Domine, ad te sunt, & sunt oculi mei ad te, in te: de te proficiant omnes animæ meæ profectus, & cum defecerit uirtus mea, quæ nulla est, post te anhelent omnes defectus eius. Sed interim quandiu me differis, quandiu miseram & anxiam & anhelantem post te animam meam protrahis? Absconde me obsecro in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum, & protege me in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Sed iam a sinu reuocat, & pueri perstreperunt.

Capitulum

Capitulum X.

Nunc ergo Domine, plena fide, te Deum nolo, unum te omnium principium & sapientiam, qua sapiens est quæcumque anima sapiens est: & ipsum donum, quo beata sunt quæcumque beata sunt, te unum Deum colam, adoro, benedico: te ex toto corde meo, ex tota mente mea, & ex omnibus uiribus meis, uel amo uel amare desidero. quisquis angelorum, uel honorum spirituum te diligit, scio quia & me diligit: diligentem se in te, quisquis in te amet, & potest sentire preces uel affectiones humanas: scio quòd in te me exaudit, in quo et ego eorum gloriæ congratulor. Quisquis te habet bonum suum, in te me adiuuat, nec mihi tui participi potest inuidere. Solus enim apostata spiritus est, nostram miseriam suam facere lætitiã, nostrum bonum, suum damnum: nimirum quia à comuni omnium bono, & uera beatitudine lapsus, non est subditus ueritati, priuato suo gaudens, & comune omnium odians bonum. Te igitur, Deus pater, quo creatore uiuimus: te sapientia patris, per quam reformati sapienter uiuimus: te sancte spiritus, quem & in quo diligentes beatè uiuimus, & beatissimi uiuimus, unius substantiæ trinitatem: unum Deum, à quo sumus, per quem sumus, in quo sumus, à quo peccato discimus, cui dissimiles facti sumus, à quo perire non permisi sumus, principium ad quod recurrimus, forma quam sequimur, gratia, qua recõciliamur, adoramus & benedicimus tibi gloria in secula seculorum. Amen.

EIVSDEM DE NATURA ET DIGNITATE AMORIS DIUINI.

Capitulum I.

Rs est artium ars amoris, cuius magisterium ipsa sibi retinuit natura, & Deus author naturæ. Ipse enim amor à creatore inditus, nisi naturalis eius ingenitas adulterinis aliquibus affectibus præpedita fuerit, ipse inquam se docet, sed docibiles sui, docibiles Dei. Est quippe amor, uis animæ naturali quodam pondere ferens eam in locum uel finem suum. Omnis enim creatura siue spiritualis, siue corporea, et certum habet locum, quo naturaliter fertur: & naturale quoddam pondus, quod fertur. pondus enim, ut ait quidam uere philosophus, non semper fert ad ima, ignem sursum, aquam deorsum: sic & de cæteris. Nam & hominem agit pondus suum naturaliter spiritum ferens sursum, corpus deorsum, unumquodque in locum uel finem suum. Quis enim corporis locus? terra, inquit, es, & in terram ibis. de spiritu uero in libro Sapientiæ: Et reuertetur, inquit, spiritus ad eum qui creauit eum. Vide hominem dissolutum, quomodo totus pondere suo fertur in locum suum, cum res

A bene & ordine suo procedit, spiritus redit ad Deum, qui creauit eum, corpus ad terram: nec in terram solum, sed in elementa, ex quibus compactum & formatum erat. Cum enim quiddam in eo terra, quiddam aqua, & quiddam aer sibi uendicet, cum naturalis compactionis naturalis sit dissolutio, pondere suo unumquodque recurret ad suum elementum: & tunc plena facta est dissolutio, cum horum omnium in locum suum facta fuerit restitutio. Quæ utrum corruptio, uel putredo, & non potius, ut dictum est, resolutio melius uocanda sit, iudicet qui uult. Et cum horum nihil à naturæ suæ tramite aberrer, sola misera anima, & degener spiritus cum per se naturaliter contendat, peccati uitio corrupta, nescit uel difficile discit ad suum redire principium. Naturali quidem pondere suo semper eo impellitur, cum beatitudinem desiderat: beatitudinem somniat, non nisi beatus esse querit. Beatus autem ille & non alius, cuius est Dominus Deus eius: sed beatitudinem querens non in regione sua, nec in uia sua longè aberrat à naturali intentione sua. Ideoque amissa doctrina sua naturali, opus iam habet doctore homine, qui de beatitudine, quæ naturaliter queritur, amando doceat, admonedo ubi, & quo, in qua regione, qua uia queratur. Amor ergo, ut dictum est, ab authore naturæ, naturaliter est animæ humanæ inditus: sed postquam legem Dei amisit, ab homine est docendus. Non est autem docendus, ut sit tanquam qui non sit: sed ut purgetur, & quomodo purgetur, & ut proficiat, & quomodo proficiat, ut solidetur, & quomodo solidetur, docendus est. Nam & fœdus amor carnalis fœditatis suæ olim habuit magistros, in eo quòd corrupti erant & corrumpebant tam perspicaces, tam efficaces, ut ab ipsis fœditatis amatoribus et socijs, doctor artis amatoris recantare cogeretur, quod intemperatius cantauerat: & de amoris scribere remedio, qui de amoris carnalis scripserat incendio, qui in amoris incentiua uel uetera quasi per quendam prurimum exacerada, uel in noua inueniēda toto se effuderat ingenio. Non utique amoris carnalis feruorem uidebatur ille docere, qui tam in docendis, quam in eo qui docebat sine quouis rationis temperamēto, naturali quodam igne aestuabat: sed naturalem eius uim in disciplinatis quibusdam disciplinis in quandam erudiebat lasciuam insaniam, & superuacuis quibusdam fomentis luxuriæ in quandam perurgebat insanam lasciuam. in illis enim prauis & nequam hominibus ex superfluitate carnalis concupiscentiæ uitio, totus depererat ordo naturæ. Quippe cum debito naturæ ordine spiritus eorum naturali pondere suo, uel amore suo sursum ferri, & redire ad Deum deberet, qui creauit eum: carnis humiliatus illecebris, non intellexit, & comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, facti que sunt de quibus diceretur: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. In quo-

In quorum persona factū est, inquit, cor meum tanquam cera liquefcens in medio uentris mei. In angusta quippe corporis parte, cor locatum est, ubi quasi medium superiorum sensuum arcem, & corporis inferioris sicut populi humilitatis quasi quandam regetet & dispensaret rempublicam, totamq; circumquaque cogitatum & actionum regionem. Id ad concupiscentiæ carnalis ignem degenerare quadam mollitiæ liquefcens, totum defluxit in uentrem, & in medium uentris: uidelicet non sapiens nisi ea quæ uentris sunt, et de uentre in uentris inferiora omnia cõfundens, omnia degenerans, omnia adulterans, amoris naturalem affectum peruertens in brutum quandam carnis appetitum, non solum quæ non licet appetentem cum cõtumeliosis corporis in passionibus ignominie, sed adeo oblitum suæ antiquæ generositatis, ut qui creatus erat Deo soli, à corruptis & corruptoribus suis æstimetur esse potius luxuriæ naturale domicilium, & uitiorum omnium prostibulum. Infelices, qui in tantum natura reclamante sibi uiluerunt, ut animæ suæ locum, qui proprius Dei creatoris erat, & nulli creaturæ communicabilis, sedem fatanæ, sedem spurcitarum, & omnis immunditiæ constituerent.

Capitulum II.

Acturi igitur de amore, prout dederit ipse cuius amoris operis ipsius sudat intentio, primum quasi à primordiis ipsius narrationis seriem inchoantes, quasi per succedentes sibi biatates, profectum eius processum ordiamur usque ad senectam uberem, quæ non est plena senilis doloris, sed plena misericordiæ uberis. Sicut enim secundum ætatum incrementum uel decrementum puer mutatur in iuuenem, iuuenis in uirum, uir in senem, secundum qualitatum mutationes, etiam ætatum nomina mutantur: sic secundum uirtutum profectum uoluntas crescit in amorem, amor in charitatem, charitas in sapientiam. Nec debet latere de amore de quo agimus, quibus ortus sit natalibus, quæ nobilitatis linea insignis habeatur, uel quo oriundus loco. Primus igitur eius natiuitatis locus Deus est. Ibi natus, ibi alitus, ibi prouectus, ibi ciuis est, non aduena, sed indigena. à Deo enim solo amor datur, et in ipso manet, quia nulli nisi ipsi & propter ipsum debetur. Porro si de natalibus eius agitur, cum trinitas Deus hominem crearet ad imaginem suam, quandam in eo formauit trinitatis similitudinem, in qua & imago trinitatis creatricis reluceret, & per quam uis ille mundi incola, simili naturaliter ad simile recurrente, principio suo, creatori suo indissolubiliter inhaereret, si uellet: ne multiplici creaturarum uarietate illecta, abstracta, distracta, creata illa trinitas inferior à summæ creatricis unitate recederet. Etenim cum in faciem noui hominis spiraculum uitæ spirituale uim, id est, intellectuale, quod sonat spiratio et spiraculum:

& uitalem, id est, animale, quod sonat nomen uitæ infudit, & infundendo creauit: in eius quasi quadam arce uim memorialem collocauit, ut creatoris semper potentiam & bonitatem memoraret, statimq; & sine aliquo moræ interstitio, memoria de se genuit rationem: & memoria & ratio de se protulerunt uoluntatem. Memoria quippe habet & continet quod tendendum sit, ratio quid tenendum sit, uoluntas tendit. & hæc tria unum quiddam sunt: sed tres illæ efficacitæ, sicut in illa summa trinitate una est substantia, tres personæ: in qua trinitate sicut pater est genitor, filius genitus, & ab utroque spiritus sanctus: sic ex memoria ratio gignitur, ex memoria & ratione uoluntas procedit. Ut ergo Deo inhæretet creata in homine rationalis anima, memoriam sibi uendicat pater, rationem filius, uoluntatem ab utroque procedentem, ab utroque procedens spiritus sanctus. Ecce quibus orta natalibus uoluntas, cuius natiuitatis, cuius adoptionis, cuius dignitatis, cuius nobilitatis. Quæ cum præueniente & cooperante gratia spiritui ipsi sancto, qui patris & filij amor est & uoluntas, bono sui assensu incipit inhære: & uehementer incipit uelle quod Deus uult, quod uolendum memoria suggerit, & ratio, & uehementer uolendo efficitur amor. Nihil enim aliud est amor, quam uehemens in bono uoluntas: per se enim uoluntas simplex est affectus, sic anima rationali indutus, ut sit capax tam boni quam mali, bono replendus cum adiuuatur à gratia: malo, cum sibi dimissus deficit in semetipso. Ne enim à creatore aliquid animæ deesset humanæ, libera in utramuis partem data est ei uoluntas, quæ cum adiuuanti concordat gratiæ, uirtutis accipit profectum, & nomen, & amor efficitur: cum sibi dimissa se ipsa secundum seipsam frui uult, sui in seipsa patitur defectum: & quot habet uitia, tot uitiorum fortitur nomina, cupiditatis, auaritiæ, luxuriæ, & alia huiusmodi. Primò itaque profectu suo, uoluntas quasi in Pythagoricæ literæ biuis libera constituta, si secundum dignitatem naturalem suorum erigitur in amorem, secundum naturalem uirtutum suarum ordinem, de amore, ut dictum est, in charitatem, de charitate proficit in sapientiam. Sin autem nullo ordine sui, ista tamen ordinatione Dei: præcipiti acta ruina, tenebris confusionis obruta sepelitur in inferno uitiorum, nisi à gratia ei fuerit subuentum. Si uero in ima inferni relicta, sursum coeperit gressum attollere, & gratiam sequens deducentem et eminentem, et adulta fuerit in amorem, iam in iuuentutis constituta fortitudine à spiritu timoris quo hætenus ut puer timebat poenam, in spiritum pietatis subuectæ, incipit proficere in eum à quo incipit iam nouam gustare gratiam, pietatem incipiens amare Deum & colere, de quo scriptum est: Pietas est cultus eius. Hic ergo iuuenis non ætatis, sed uirtutis, naturalem fortitudinem & uirtutē exerat: nec iuuentutis, licet à ratione ea uertetur

tecur corrumpere, naturalia perdat incentiua. Quibus si insaniunt qui corrumpunt, qui in imagine pertranseunt, quorum spiritus ut spiritus bestiarum uel pecorum: quorum carnes, iuxta prophetiam, ut carnes sunt asinorum: multo magis eos qui in ueritate sunt amoris, & spiritualibus eius aguntur incentiuis, in spiritualis iuuentutis feruore suo licet modo insanire. Grauis enim opprobrii res est in naturam, si plus in deterius proficere possunt eius corruptores, quam in bonum ueri amatores.

Capitulum III.

Adi sanctam insaniam: Siue mente, inquit Apollolus, excedimus Deo, siue sobrii simus uobis. Vis ad hæc audire insaniam? Si dimittis, inquit, eis peccatum, dimitte: sin autem, dele me de libro uitæ. Vis aliam? Ipsum audi Apollolus: Optabam, inquit, anathema esse à Christo, pro fratribus meis. Nonne quædã metis bene affectæ sana quædã uidetur insaniam, cum impossibile sit effectu habere fixum in affectu, Christo anathema uelle esse à Christo. Hoc ad sancti spiritus aduentum apollolorum fuit ebrietas, hæc Pauli insaniam, cū diceret ad eum Festus: Insanis Paule. Mirum ne erat si insanire pronũciabatur, qui in ipso mortis periculo ipsos iudices suos, à quibus pro Christo iudicabatur, ad Christum conuertere nitentur: Non hanc insaniam multæ literæ in eo faciebant, sicut dicebat rex, ueritatem intelligēs, sed dissimulans: sed, ut dictum est, sancti spiritus ebrietas, in qua & in paruo, & in magno similes eos sibi facere gestiebat, qui eum iudicabant. Et ut cætera omittã, quæ maior, quæ magis inopinata insaniam, quam hominẽ relicto seculo desiderantem et ardentem inhære Christo, pro Christo rursus necessitate obediẽtiæ & charitatis fraternæ inhære seculo, tendentem in cœlum, semetipsum mergere in cœnum? Hic est Benjamin adolescentulus, qui in mentis suæ excessu nec se nec suum aliquid sentit, sed eum solum in quem totus excelsit. Hac insaniam insani ferunt martyres inter tormenta ridentes. Cui hic non dicam quod in feruore lasciuie suæ lasciuus Poeta dicebat, Insanire libet? Hic ergo licet emineat feruor iuuenilis, & feruens religionis cursus, qui quauis adhuc in hoc statu nec habeat nec habere debeat, frangit tamen patitur rationis. Feruorem enim nouitiorum non docent illæ misericordes in seipsum discretiones, & discretionum dispensationes, facilesq; in dulgentiæ suæ iudicio. Non tamen recusandæ sunt alieno. A seipso in seipsum rigida debet esse censura, & distincta seueritas: ad regentem autem uel consulentem paternam uel fraternam charitatem, & pietatē, lenis & obediens in omnibus humilitas. Si alterum desit, uel in deside & tepido non spero cursus perseverantiam, uel in principio timeo ruina: propter quod tota debet esse discretio nouitij, stultum se in omnibus pro Christo facere, & ex alieno pendere arbitrio, maxime si seniores talem habet, de quo certum est,

quod à Deo discit quod hominem docet: ubi tamē proficenti & obediens non facile præsumenda est iudicandi licentia, quandiu manifeste nil contra Deum præcipitur, donec longa & patiens experientia intellectum super his dabit auditui. Ad eam itaque maxime se semper obedientiam studeat exercere, de qua scriptum est: Castificantes corda nostra in obedientia charitatis: hæc est enim Dei uoluntas & bene placēs, & perfecta. ad hæc autem obtinenda & conseruanda, continua appetenda sunt præsidia sedule et longanimis orationis: in qua tanta sit fides, ut speret omnia: tanta deuotio, ut Deum uideatur cogere: tantus amor, ut omnia quæ petit in oratione, se sentiat obtinere: tam benigna humilitas, ut in omnibus non suam, sed Dei uoluntatem in se fieri præoptet. Studeat etiam habere hic talis, & amplectatur cordis puritatem, corporis mundiciam, silentium uel uerbum ordinatum: oculos stables & non sublimes, aures non prurientes, uictum & somnum sobrium, & qui faciat non impediatur boni operis digram: manus continentes, gressum mitem: non ridendo cordis prodere lasciuiam, sed leniter subridendo gratiã, meditationes spirituales & assiduas: opportunas lectiones, & non curiosas: ad maiores subiectionem, ad seniores reuerentiam, ad iuniores dilectionem: non desiderare præse, amare subesse, omnibus cum quibus est, uelle prodesse, non seueritate obrui, nõ lenitate extanari: in uultu serenitatem, in corde ad omnes habere dulcedinem, in opere gratiam, hic etiam locus & tempus est uoluptates amputandi, uitia omnia extirpandi, uoluntates frangendi, ut cæteris non uoluntatibus, sed uoluntatū simulata chris præciliis & amputatis, sicut adulterinis quibusdam & sponte nascentibus ramusculis, spes proficiendi augeatur, naturali & uera uoluntati,

Capitulum IIII.

Illæ enim non tam sunt uoluntates, quam appetitus animæ, concupiscentia, scilicet carnalis, concupiscentia oculorum, & ambitio seculari. Hic qui plus amat, plus curat: hic labor, hic opus est multorum sudorum, opus multorum laborum: maxime cum adhuc amor cæcus, quod facit faciat, sed nesciat adhuc unde ueniat, aut quò uadat: & sic huiusmodi operetur affectibus, sicut cæcus manibus: qui manibus quidem operatur, sed nec manus uidet quibus operatur, nec opus quod operatur. Sicut enim si uisus quis in aliquod opus erudiat non uidentem, trahit docendum, curuat, erigit, & disponit in artem eum agens suscepti operis: sic per omnia quæ supra dicta sunt, cæcus amor extrinsecus in quandam uitæ & morum formatur honestatem. Cum uero interioris hominis substantia longo disciplinæ usu emollita plenè poterit imprimi & informari in eorum formam, tunc fructum pacatissimum operabitur salutis: tunc in re, non in spe horum omnium & similium percipit utilitatem. Quæcunque enim

a. Cor. 2.

Rom. 1.

a. Cor. 5.

Exod. 32.

Rom. 9.

A. 7. 26.

Ingens humilitatis fructus.

Gene. 2.

1. Rom. 2.

nim obseruanda texuimus, nondum sunt in affectu, sed in desiderio & rationis magisterio: & de his omnibus humiliter adhuc cantat ad Deum: *Psal. 115.* Concupiui desiderare iustificationes tuas. Sicut tamē dixi de cæco, quamuis adhuc nō uideat oculus, nō cesset operari manus: ut qui proficere uult in magno, fidelis sit in minimo: & in eo in quo ex conditoris largitate iam prerogatum habet ius potestatis, officium exhibeat bonę uoluntatis, in corpore scilicet proprio faciat quod dicit Apostolus: Humanum dico propter infirmitatē carnis uestre. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditę et iniquitati, ad iniquitatē: ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitię in sanctificatione: ac sic dicat, cum amor in charitatē transierit, cum anima perfectā suam ad epra fuerit puritatē, tunc uobis dicam, uel indicam longē aliud quid, & diuinum. Nunc interim accipite istud humanum, ut sicut in tempore ueteris negligentia & peccati, liberi fuistis iustitię, iustitię in nullo, in omnibus autem peccato exhibentes membrorum officium, & hoc ad iniquitatem, sic amodō exhibeatis membra uestra seruire iustitię in sanctificationem: in quo si fidelis ut dictum est apparuerit, incipiet in seipso ex periri quod Dauid dixit, In nomine tuo leuabo manus meas, sic ut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Si enim spiritu facta carnis mortificauerit, si Deum in opere suo glorificauerit, ex hoc anima adipe gratię, et pinguedine sancti spiritus repleta, renouari incipit spiritu mentis suę, & induere nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitiā & sanctitate ueritatis. Ex hoc enim iam rerum facies noua ei incipit apparere, charismata meliora (in quorum æmulatione hactenus laborauerat) familiarius ei aperire corpus, sanctis humilitatū disciplinis, ex consuetudine iam bona in spontaneum spiritus seruitium transire: noui hominis interior facies de die in diem renouari, & usque ad speculanda Dei bona reuelari: iam frequentes & improuisę theophanię, & sanctorum splendores animam continuō laborantem desiderio incipiunt refocillare, & illustrare: quia sapientia occurrens in uis hilariter, sicut dicit Iob, abscondit lumen in manibus, & præcipit ei ut rursus adueniat, & annunciat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. Ex quo iam diu laborans anima insolitas quasdam & dulces affectuunculas incipit colligere, in quibus tenerē requiescit cum adsunt: cruciatur, cum auferuntur, & non redeunt ad uotum. Sicut enim ruri enutrita & ruralibus assueta cibarijs, cum affectiones has, quas diximus, quasi in primo ingressu aulae regię coeperit degustare, nonnunquam ignominiose depulsa, uolenter expulsa, in domum paupertatis suę uirum ultra redire ad quiescit, & frequenter ad ianuam recurrens, importuna, improba, & anxia, sicut inops, sicut mendica, sperans, suspirans, inspicit, suspicit, si quid sibi porrigatur, si quādo aperiat: et

aliquando improbitate & importunitate sua, sic euincit omnia abstracula & transgreditur, ut usque ad interiorē sapientię mensam præcipiti transiliens desiderio, impudēs, & illico reexplenda absideat conuiuia & audiat: Comedite amici, & inebriamini charissimī.

Capitulum v.

EX hoc iam innascitur sanctę paupertatis amor, latendū studium, odium secularium distractionum, orationis usus, psalmodia frequens. Sed graue, nisi impediatur, occurrit tentationis impedimentum: quod multorum cursum usque huc prosperum & foelicissimum uel grauiter retardet, uel retrō nonnunquam in quandā teporis ignauiam reflectat. Quod enim a patre pio in uia accipit ne deficiat, sic incipit habere quasi sufficiat: & hic proficiendi metam cōstituens, ubi desinit proficere, ibi incipit deficere. Quinetiam conculcans gratiam Dei, & uanam de ipsa contra ipsum sibi fabricans fiduciam, uel in ore, uel in corde iactat se non usquequaque a Deo derelictum, totiens sibi iudicium manducans & bibens, quotiens uisitacionis & consolacionis a Deo accipit gratiam: & inde nō in Domini, sed in uoluntatum suarum executionem præsumit fiduciā. Inimici Domini, ait *Psal. 118.* mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in secula. Et cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Audi cibatos, & audi inimicos: audi saturatos, & audi mentitos: audi nō solum frumentum, sed adipem frumenti, non pertram, sed mel de petra, occultam scilicet & diuinam sacramentorum gratiam, de qua saturati perhibentur, qui inimici conuincuntur, quod si non fuissent inimici, non tam citō potuissent saturari. Qui enim saturatus est, non plus petit quā accipit, quia plenus est: & quod habet, ei satis est: hoc est, post primam illuminationem, ut ait Apostolus, post gustum doni cœlestis, post participationem spiritus sancti, post gustum nihilominus boni uerbi Dei uirtutumque futuri seculi uoluntariē peccando, post acceptam notitiam ueritatis, rursus sibi metipsis filium Dei crucifigendo conculcare, & sanguinem testamenti pollutum ducere, in quo sanctificati sunt, & spiritui gratię contumeliā facere. Quid enim aliud est filium Dei crucifigere, quā facere mala, ut ueniant bona? cōfidenter peccare, & cruci Christi quicquid peccāt imponere? O si audiat quod sequitur, Terra sæpe superuenientem imbrem bibēs, & generans herbarū opportunam his a quibus colitur, accipit benedictionē a Domino: proferens autem spinas & tribulos reproba est: & maledictioni proxima, cuius finis est in combustionem. Sed redeamus ad meliora, ut ait ipse Apostolus, & uiciniora salutis. Iam ergo bonę spei iuuenis, cuius Deus iuuentutem incipit lactificare, crescere incipit in uirum perfectū, in mensura ætatis plenitudinis Christi. Iam enim amor incipit confortari, et illuminari, et transire in affectū & nomen maioris uirtutis, & amplioris

Laus charitatis.

1. Cor. 13.

Psal. 118.

1. Ioh. 3.

Heb. 10.

Psal. 118.

plioris dignitatis. Amor quippe illuminatus charitas est, amor a Deo, in Deo, ad Deum. Charitas autē Deus est: Deus, inquit, charitas, breuis est laus, sed cōcludēs omnia. Quicquid de Deo potest dici, potest dici & de charitate, sic tamen ut considerata secundum naturas doni, & dantis, in dante nomen sit substantiæ, in dato qualitatis: sed per emphasim donum etiā charitatis Deus dicatur, in eo quod d super omnes uirtutes uirtus charitatis Deo cohæreat, & assimiletur. De charitate quid dicemus? audiuimus famam eius, non nouimus eam, non uidimus eam: Apostolus eam nouit, qui excellentiorem uiam eam appellans, in laudem eius totum se effudit, dicens: Et adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum ueluti æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, & tradero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est: charitas non æmulari, non agit perperam, non est ambitiosa, non quarit quæ sua sunt, non inflatur, non irritatur, nō cogitat malū, nō gaudet super iniquitate: cōgaudet autem ueritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: charitas nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue lingue cessabunt, siue scientia destruetur: nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc. Maior autem his est charitas, hoc est iugum Domini suaue, & onus leue, onus quod portantem portat, & leuigat onus leue Euangelij, suaue eis quibus dicit ipse Dominus: Iam non dicam uos seruos, sed amicos meos. Qui enim prius portare non poterat præcepta legis, postea leuia sunt præcepta Euangelij, per cooperantem gratiam. Qui primum nō poterat implere, Non occides, postea leue habet pro fratribus animam ponere, & sic de reliquis: sicut cum iumento imponitur onus graue, et refugit quasi importabile, adducitur quadriga uolubilis, id est Euangelium discurrens per totum mundum, et onus quod quasi graue refugiebat primum, postea sine labore trahit duplicatum. Sic auicula quæ implumis est & sine alis, seipsam non potest portare, pondere plumarū & alarū addito, aduolat sine labore: sic et panis durus qui per se transire nō potest, adiectione lactis uel alterius liquoris colabilis fit in gutture. Amor ergo prius habuit conatum & aliquid quem affectum, charitas effectum. Iam enim tanto leuius operatur charitatis manus, quāto eam adiuuat illuminatus oculus. Primum quidem operamur per manum, deinde manu tergemus oculum: unde dicit, A mandatis tuis intellexi, iam enim incipit opera sua intelligere, et affectiones discernere: iam sic afficitur uirtutibus, ut sicut

A Deo hoc est esse quod bonum esse, sic iam iustæ & sanctę animæ non aliter sit esse quā sanctę & iustę & pię esse: Sancta, in semetipsa: iustæ, ad omnes: piæ, ad Deum. Ex augmento enim gratiæ Dei sic inficit iustam animam iustus affectus, ut iam in nulla sui parte uel cogitatuū, uel affectuum, uel actuum sciat uel possit esse nisi iusta, in toto suo, in omni eo quod est iustitię plenē et in dissolubiliter affecta. Vnde dicit Apostolus, Charitas nunquam excidit: aliquando quidem titubat, uel deuiat affectionis uel operis effectus, quādiu in hac uita non potest uidere charitas, nisi ex parte & per speculum in ænigmate, sed integer tamen semper & solidus in sua uirtute suus permanet affectus.

1. Cor. 13.

Caput vi.

Aliud quippe est affectus, aliud affectio. Affectus est, qui generali quadam potentia & perpetua quadam uirtute firma & stabilimentem possidet, quam per gratiam obtinuit. Affectioes uerō sunt, quas uarias uariis rerū & temporum affect euentus. infirmitas enim carnis ex uitio primæ originis sæpe offendit, sæpe cadit, sæpe lædit grauius, & læditur mente interius dolente, & patiente, potius quā agente quod perperam foris geritur, nec tamen charitatem perdente, sed ex charitate gemente & clamante ad Deum: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vnde dicit Apostolus: Ego, inquit, mente seruis legi Dei, carne autem legi peccati. Et rursus: Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. itaq; quicquid ille est, sicut dicit beatus Iohannes, secundū hoc quod natus est ex Deo: id est, secundum interioris hominis rationem, in tantum non peccat, in quantum peccatum, quod corpus mortis foris operatur, odit potius quā approbat, semine spiritualis natiuitatis quo ex Deo natus est, eum interius conseruante. Quod etiam interim aliquando incursum peccati læditur, & atteritur, radice tamen charitatis in altum defixa, non perit. Imō statim fecundius & uiuacius conualefcit in spem boni fructus, & surgit. Sic enim dicit beatus Iohannes: Omnis enim qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare qui ex Deo natus est. Notanda uis uerborum. Non, inquit, peccatum facit, quod patitur potius quā facit, qui natus ex Deo: & non potest peccare perseverando, scilicet in peccato, dum legi Dei cum mente seruit, etiā carnē festinat subigere, quæ tentatione & peccato incurrente legi peccati uidebatur seruire. Petrus cum peccauit, charitatē non amisit: quia peccauit potius in ueritatē, quā in charitatē, cum se nō esse mentitus est in ore, cuius totus erat in corde. Ideoque negationem falsitatis continuō lachrymis lauit ueritas charitatis. Sic & Dauid cum peccauit, charitatem nō perdidit, sed obstupuit quodam modo in eo charitas ad uehementem tentationis incitum, & charitatis in eo nequaquā facta est

Rom. 7.

1. Ioh. 3. et 4.

1. Ioh. 3.

Matt. 26.

1. Reg. 11.

abolitio, sed quasi quaedam soporatio, quae mox ut ad uocem arguentis Prophetae euigilauit, continuo in illam ardentissimae charitatis confessio nem erupit: Peccaui Domino, & continuo audi re meruit: Dominus transiit a te peccatu tuu, non morieris. Adhuc in laude charitatis, amor infide et spe, charitas in se ipsa est et per seipsam: potest etiam esse, ut fides & spes sint sine charitate. Ut autem charitas fidem & spem in se non contineat, non potest esse, fides enim quod amatur esse asserit, spes promittit: amat igitur, qui in fide & spe amat: sicut amari potest, quod creditur tantum & speratur: charitas creditum & speratum iam habet, iam tenet, iam complectitur. amor igitur fidei & spei Deum uidere desiderat, quia amat: charitas quia uidet, amat. Ipsa enim est oculus, quo uidetur Deus: habet enim anima etiam sensus suos, habet uisum suum uel oculum, qui uidet Deum. Sicut enim corpus habet suos quinque sensus, quibus animae coniungitur uita mediante: sic et anima suos quinque sensus habet, quibus Deo coniungitur, mediante charitate. Vnde dicit Apostolus: Nolite conformari huic saeculo, sed renouamini nouitate sensus uestri, ut probetis quae sit uoluntas Dei bona, & bene placens, & perfecta, hic ostenditur quia per sensus corporis ueterascimus, & huic saeculo conformamur: per sensum uero mentis renouamur in agnitionem Dei, in nouitatem uitae secundum uoluntatem & beneplacitum Dei. Quinque enim sunt corporis sensus animales, uel corporales, quibus anima corpus suum sensibilicatur, ut ab inferiori incipiam: tactus, gustus, odoratus, auditus, uisus. Similiter quinque sunt sensus spirituales, quibus charitas uiuificat animam, id est, amor carnalis parentum, amor socialis, amor naturalis, amor spiritalis, amor Dei: per quinque sensus corporis, mediante uita corpus animae coniungitur: per quinque sensus spirituales, mediante charitate, anima Deo consociatur.

Capitulum VII.

Tactui comparatur parentum amor, quia affectus iste promptus omnibus, & quodammodo grossus & palpabilis, sic se omnibus naturali quodam occursum praebet & ingerit, ut effugere eum non possis, etiam si uelis. Tactus enim sensus est totus corporalis, qui ex quorundam libet corporum coniunctione conficitur, si tamen unum eorum aut utrumque uiuat, ut tactus esse possit. Sicut enim quoquod te uerteris, corpus tuum non potest esse sine tactu, sic nec anima tua sine hoc affectu: propter quod in scripturis amor iste non multum commendatur, imo ne sit nimis coercetur, dicente Domino: Si quis non odit patrem suum, aut matrem suam, non potest meus esse discipulus. Secundo gustui comparatur amor socialis, amor fraternus, amor sanctae & catholice ecclesiae, de quo scriptum est: Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in unum. Quia sicut per gustum uita administratur corpori, sic illi mandauit Dominus benedictionem

& uitam usque in saeculum: gustus enim licet corporaliter exerceatur, saporem tamen introrsus generat, quo anima afficitur: propter quod corporalis quidem maxime hic sensus, sed tamen ex parte aliqua etiam animalis esse comprobatur. sic & amor socialis quia ex corporali cohabitatione in unum ex similitudine professionum, ex paritate studiorum, aliisque huiusmodi causis confederatur, mutuisque officiis enutritur, maxime animalis esse uidetur: sed tamen ex magna parte & spiritalis est, quia sicut sapor est in gustu, sic affectus fraternae charitatis flagrat in affectu, de quo scriptum est: Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius, sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion. Tertio odori comparatur amor naturalis, qui naturaliter ex ipsius naturae similitudine & consortio absque omni spe recompensationis omnem hominem diligit, qui ex occultis naturae recessibus ueniens, & animae se ingerens, nihil humanum ab eo patitur esse alienum. sensus autem iste magis animalis esse uidetur quam corporalis: quia ad creandum eum interius corpus nihil agit, praeter leuem instrumenti sui uarium attractum, et licet haustus per corpus, animam tantum afficit, non corpus, sic & amor naturalis magis spiritalis esse uidetur quam animalis: quia praeter solum conaturalis humanitatis respectum, non consanguinitas, non societas, nec aliqua in eo omnino necessitudo huiusmodi consideratur. Quarto auditui comparatur amor spiritalis, amor inimicorum, auditus enim nihil interius, id est intra corpus operatur, sed exterius, quodam modo: id est, ad aures pulsans animam euocat, ut exeat & audiat. Sic et amorem inimicorum in corde nulla uis naturae, nullius alicuius necessitudinis suscitatur affectus, sed sola obedientia quae per auditum significatur. Ideoque amor iste spiritalis dicitur. Ideo etiam quia ad filii Dei similitudinem, & filiorum Dei proficit dignitatem, dicente Domino: Benefacite illis qui odorant uos, ut sitis filii patris uestri qui in caelis est, & reliqua. Quinto uisui comparatur amor diuinus: uisus enim principalis est sensus. Ut enim inter omnes affectiones principatum obtinet amor diuinus, ita a uisu oculorum ceteri sensus uidere dicuntur, cum solus uideat oculus. Dicimus enim, tange & uide, gusta & uide, sicque de reliquis: sicque ab amore diuino cetera dicuntur amari, quae bene amantur: cum luce clarius constet nihil debere amari, nisi propter Deum: nec amari rem quae propter aliud quid amatur, sed id potius unde est quod amatur, a quo omnis paternitas in caelis & in terra nominatur. Visus uis quaedam est animae mera & potens & pura: sic & amor diuinus potens est, quia magna operatur: sed est purus, quia sicut ille ait, Nihil iniquatum in eum incurrit. Non enim dignatur Deus amari cum aliqua alia re, quae propter ipsum non amatur. Visus item in eminenti corporis arce et insigni

Reg. 12.

Roma. 12. Ephes. 6.

Psal. 132.

Psal. 132.

Matth. 7.

Ephes.

insigni capitis loco positus, & secundum ipsius corporis formam infra habet, & ordine, & dignitate, & uirtutis potentia omnia ceterorum sensuum instrumenta, ipsosque sensus, quos ut ita dicam, amabiliores, propinquiores: quos uero corporales, remotiores. infimus enim omnium & ceteris ignobilior tactus, licet communis esse uideatur totius corporis, tamen proprie manuum est. Sic mens quae caput est animae & principale ipsius mentis, sedes esse debet amoris Dei, ut sub se habeat, & regat, & illustret ceteros amores: nec sit in eis quod se abscondat a calore eius, & lumine eius, quos quidem spiritaliores habens propinquiores, quos uero carnaliores & animaliores, remotiores, cum dilexerimus Dominum nostrum ex toto corde nostro, & ex tota anima nostra, & ex omnibus uiribus nostris, & proximum nostrum sicut nos ipsos. Visus, ut diximus, in digniori corporis loco sedem habens, etiam super suam ipsam animalitatis uirtutem aliquid moliri uidetur: & mentis uel memoriae, quantum fas est, gestit imitari uirtutem: uno hora momento medium caeli peruolans, in uno momento puncto, plurima terrarum stadia transuolans: sic & illuminatus amor Dei, suam in anima Christiana sedem obtinens, ad quandam diuinam potentiae similitudinem eam prouehit, dum omnem creaturam angustam et breuem, imò nullam uideri facit, ad comparisonem Dei, dum confidit sua esse omnia, quae patris sunt: dum omnia ei cooperantur in bonum, siue Paulus, siue Cephias, siue mors, siue uita, siue omnia quae eius sunt, & fidelis uiri totus mundus diuitiarum est.

Capitulum VIII.

Visus ergo ad uidendum Deum naturale lumen animae, ab authore naturae creatus charitas est. Sunt autem duo oculi in hoc uisu ad lumen, quod Deus est, uidendum naturali quadam intentione semper palpitantes, amor, & ratio. Cum alter conatur sine altero, non adeo proficit: cum inuicem se adiuuant, multum possunt, scilicet cum unus oculus efficiuntur, de quo dicit sponsus in Canticis: Vulnerasti cor meum o amica mea, in uno oculorum tuorum. In hoc autem plurimum laborant suo unusquisque modo, quod alter eorum, id est ratio dum uidere non potest, nisi in eo quod non est: amor autem non ad quietem requiescere, nisi in eo quod est. Quid est enim quod ratio omni conatu suo possit apprehendere, uel inuenire de quo dicere audeat, hoc est Deus meus? Intantum enim solummodo potest inuenire quod est, in quantum inuenit, quid non est. Habet etiam ratio suos quosdam trames certos, et directas semitas, quibus incedit. Amor autem suo defectu plus proficit, sua ignorantia plus apprehendit. Ratio ergo per id quod non est, in id quod est, uidetur proficere: amor postponens, quod non est, in eo quod est, gaudet deficere. Cum tamen, ut dixi, inuicem se adiuuant, & ratio docet amorem, & amor illuminat

Psal. 18.

Deut. 6.

Roma. 8.

Cantic. 4.

rationem, & ratio cedit in affectum amoris, & amor acquiescit cohereri terminis rationis, magnum quid possunt. Sed quid est quod possunt? Sicut proficere proficiens in hoc & hoc discere non potuit, nisi experiendo: sic nec comunicare potest inexperto, quia sicut dicitur in Sapientia: In gaudio eius non miscebitur extraneus. Ratio maiorem habet sobrietatem, amor beatitudinem: inde quippe procecit, & naturaliter in suum spirat principium. Ex hoc iam animam suauitate haecenus & delicis amoris teneret enutritam, sed & nonnunquam paternae pietatis disciplinis attritam, ex hoc iam inquam, fortis ut mors dilectio peruadit, dulci amoris gladio ab amore & affectu saeculi sic occidens eam funditus & interi mens, sicut mors interimit corpus. In tantum ut dici de ea possit, quod de Enoch scilicet, quod non inuenitur in saeculi actibus, quia transiit eum Deus: sed corpus morte sua mortificatur ab omnibus sensibus suis, anima autem morte sua proficit magis, & uiuificatur, & roboratur in suis fortiter, & constanter, prudenter incedens iam semitis suis, & omnibus gressibus, & quocumque, haecenus ignorando, dubitando, & palmando, uix audebat tendere pedem boni assensus: fortitudo enim simplicitas, uita Domini, a saeculi ergo actibus, & affectibus, sic mortificatur, sicut Paulus apostolus: Mihi, inquit, mundus crucifixus est, & ego mundo. Cum enim alter non curaret de altero, cum suis ligati affectibus, ad se inuicem non poterant, uel curabant accedere, sibi inuicem crucifixi erant Paulus & mundus. Sed tamen cum Pauli conuersatio tota esset in caelis, non recusabat quandoque necessaria erat hominibus in terris, propter quod cum gemitu dicebat, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Multo enim melius, & o quam melius est esse cum Christo: esse enim Christum cum Paulo, sicut & ipse dixit, Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem saeculi, sic inquam, esse Christum cum Paulo, magna Pauli securitas: esse uero Paulum cum Christo, uel hic per contemplationem, uel ibi per beatitudinis praesentiam, beata & gloriosa Pauli felicitas. Charitas ergo Dei sursum eum attollebat: charitas uero proximi infra eum premebat, quasi a collo dependens. Vnde sequitur & dicit, Permanere autem in carne necessarium propter uos. Affectus ergo charitatis Deo indissolubiliter inhaerens, et de uultu eius omnia iudicia sua colligens, ut agat uel disponat exterius, sicut uoluntas Dei bona & bene placens & perfecta dicitur ei interius, dulce habet in uultu illi semper intendere: & sicut in libro uita leges in eo sibi legeret uiuendi, & intelligere, illuminare fidem, roborare spem, suscitare charitatem: iam enim et spiritus sanctus euidenter sanctam edocet animam, quid, quomodo sit faciendum: & spiritus fortitudinis uires, uel uirtutes subministrat faciendi, spiritus consilij disponit. Et cum animo illi uacat Deo inhaerere, Deo efficitur similis per deuotionis pietatem,

Gene. 5.

Heb. 11.

Galat. 6.

Philip. 3.

Philip. 4.

Roma. 12.

& uoluntatis unitatem. Cum uero ad homines & humana redire compellitur, a lege uultus Dei & exhilaratam faciem in oleo charitatis Dei, tam factis quam dictis, & etiam glorificatione quadam et gratia exterioris hominis refert ad homines ipso suo bonitatis quodam habitu, & gratia sibi eam exigit uel efficit apud eos reuerentiam, ut etiam in promptu habeat, in quo uoluerit eorum obedientiam. Nam etsi ex occulto illo ad uitia delinquentium & corruptos mores errantium, aliquando exiens ex ueritate, & seueritate iudiciorum uultus Dei quasi facies cornuta apparet, & terribilis, ubi uisa fuerit a corrigendis secundum insolubilem ueritatis legem omnia agere & disponere in pondere, & mensura: tamen ceditur charitati, & ira illa charitatis intelligitur disciplina. Ideo rotæ in quibus est spiritus uitæ, semper eunt in uoluntatem Domini perficiendam, nec reuertuntur ad faciendam suam: si iubentur præesse, præsumunt in sollicitudine: si iubentur subesse, in humilitate: si aliquibus coesse, in charitate. Si prælati sunt, sunt sicut patres ad filios: si subiecti, ut filij ad patres suos: si conuidentes, omnium seruos se faciunt: pius ad omnes affectus, dulcis in bono consensus: occursum in hilaritate, cohabitatio in gratia: discessus in ostensione charitatis: ad minores quouis modo mitis affectio cum opere: ad patres amor usque ad subiectionem, ad maiores reuerentia usque ad seruitutem: non quæ sua sunt querunt, sed quæ sunt omnium. Et ad hæc omnia quæ lex illa summa ordinauerit, facile habent et membra corporis, et bonam uoluntatem commodare, cum spiritus sancti arram, & pignus acceperint seruitutem istam creaturæ, & membrorum suorum in breui transiuram in adoptio nem & reuelationem filiorum Dei.

Capitulum IX.

Sed ueniamus ad eam quam dicit Aposto lus societatem spiritus, et laudem disciplinæ, ad bonum illud & iucundum cohabitationis fraternæ in unum, ubi mandat Dominus benedictionem & uitam, de quo dicit Dominus: Nolite timere pusillus grex, quoniam placuit patri uestro dare uobis regnum. Laus ergo huius disciplinæ ab apostolis sumpsit exordium, qui sicut a Domino didicerant uel a spiritu sancto, cuius uirtute nuper ex alto fuerant induti, modum conuiuendi: sic sibi instituerunt, ut esset multitudine unum, anima una, & omnia communia, & essent unanimiter semper in templo. Hanc apostolicæ institutionis formam quidam æmulantes, non habent domos, uel diuerticula, nisi domum Dei, domum orationis: omnia quæ cuncti faciunt, in nomine Domini faciunt, simul habitantes uno ordine, una lege uiuentes, nil habentes proprium: nec ipsa corpora sua, nec uoluntates in potestate sua habentes, simul dormiunt, simul surgunt, simul orant, simul psallunt, simul & legunt: fixum et immobile propositum eorum, obedire præpositis suis, & subiacere eis. Ipsi ue-

ro peruiigilantes pro eis quasi rationem reddituri pro animabus eorum, re ipsa ipsis prædicant, quod in Hieremia populo Israel, Godolias legitur prædicasse: Ego pro uobis respondebo Chal dæis, qui ueniunt ad uos: uos autem colligite frumentum, uinum & oleum in uasis uestris, & habitate in urbibus uestris securi. Risumque cordis sui, & gaudium Isaac quotidie Deo pro eis immolantes filium liberæ, filium repromissionis reseruant, & conseruant Ismael filium seruitutis, cum propter eos fructum negligunt spiritus, & seruiendo ipsorum salutem actibus seruitutis eorum omnes postponunt affectus profectuum suorum: ipsis uero perpetuum prædicantes fabulabatur, a curis seculi, a necessitatibus anxietatibus reddunt alienos. Coactis enim in breui necessitatibus ipsis paruo uiuitur, uilitas in uestibus, sobrietas in uictu, & cæteris omnia præfixæ legis terminata limitibus, ut nec plus habeat quis quam licet habere, et sufficiat omnibus: nec plus habere libeat, si habent quod liceat habere. Nunquid non ista est non terrestris, sed cœlestis paradisi? Si in ista paradiso solis prælati permittitur manducare assidue de ligno scientiæ boni & mali, id est, disputationem administrare discretionis, de subditis uero, quorum est obedire, non discernere: Si quis illud tetigerit, morte moriatur. Omnes omnitempore student oris silentio, inuicem cordis loquuntur affectu. Crebris eorum qui præsumunt exhortationibus oleum additur camino, licet plus ipsi mutuo se excitent exemplo, honore, & obsequio: inuicem certim se præueniunt secundum Apostolum, in prouocatione se charitatis inuicem prouocantes, in uicem suscipientes. Nullum inter se patiuntur esse solitariū, ne dicat ei Salomon: Væ soli. Solitariū eum deputant, qui in conscientia sua per confessionem non uult habere socium, uel qui nouis & solitarijs adinventionibus suis conturbat societatem fratrum, si quando res exigit & permittitur de rebus animæ uel corporis inire colloquium. Sin autem mitius ubique silentium, ad studium orationis tanta & tam continua ubique deuotio, ut locus orationis omnis sicut locus diuinæ dominationis: psalmorum tam pia, tam consona, tam seruens melodia, ut uita, & morum & honorum affectuum, non musica, sed charitatis regulis melos compositum quadam similitudine consonantiæ Deo representare & sacrificare uideantur. In communibus pietatis studijs, in quadam etiam uultu, & corporum, & habituum gratia inuicem, in seipsis bonitatis diuinæ uidentes præsentiam, tanto se affectu complectuntur, ut sicut Seraphim in amore Dei, alter ardeat ex altero: nec ullo modo satis esse possit deferenti quodcumque alter defert alteri. Hæc est specialis charitatis schola, hic eius studia excoluntur, disputationes agitantur, solutiones non ratiocinationibus tantum, quantum ratione & ipsa rerum ueritate & experientia terminantur: hic qui in proficiendo lassus est, si residet ad sarcinas, quas adhuc de suis

de suis & cohabitantium sarcinis & necessitatibus secum trahit: nec morietur, nec retrò regredi, nec ultra procedere lege compellitur. Etsi fideliter residens, hic sarcinas custodierit, in triumpho uictoriæ parum ei erit dissimilis qui ulterius processerit. Nonne locus est sarcinarum, ubi patimur eos qui per potentiam nos opprimunt, quasi caput nostrum conculcantes, inimicos supra dorsum fabricant, filios quasi in medio cordis amplexibus uulnerantes: foris pugna, intus timores, quotidiana, imò continua omnium sollicitudo. Sed adhuc habet Idithum, quod transiliat, adhuc grandis restat uia, ascendenti in montem Domini, & ad domum Dei Iacob. Ulterius tamen procedere fas non est cum sarcinis, sed & senectuti sua debetur reuerentia. ex hoc enim iam senectus incipit, sed uenerabilis non annorum, sed uirtutum numero computata, spirans sapientiæ maturitatē & requiem laborum, quasi emeritæ militiæ præmiū. Suscipiens enim sapientiæ proficiendi iter perficiendum, charitatem quidem non abiicit, non deserit: sed prouehit, sed tantum pertæsum habet, ut dictum est, sarcinas eius portare, quæ alijs iam intendens rebus, parare se et aptare conat ad intrandum in gaudium Domini sui. Odit ergo curas quasunque, & si quando aliquos suscipit labores, sed laborum non amat sollicitudines: uires quidem non deficiunt ad portandum, sed refrigit impedimentum. Excitans ergo in hoc proficiendi gradu Dominus, & prouocans sanctam animam ad intrandum (ut dictum est) in gaudium suum: Diliges inquit, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus uiribus tuis, & ex tota mente tua.

Capitulum X.

Quatuor in Deum a nobis & toti exiguntur affectus in eo quod dicit, Ex toto corde tuo, totam sibi uendicat uoluntatem: in tota anima, totum amorem: in omnibus uiribus, uirtutem designat charitatis: in tota mente, fructuionem sapientiæ. Primum enim ad Deum uoluntas animam mouet, amor promouet, charitas con templatur, sapientiæ fruitur: sapientiæ uero dignè in mente constituitur. Quæ cum ideo mens dicatur, quod meminit, uel eminet in anima, bene illi ascribitur uirtuti, quæ super omnes eminet uirtutes animæ. Est enim mens, uis quædam animæ, qua inhaeremus Deo & fruimur: fructio autem hæc, in sapore quodam diuino est, unde & a sapore sapientiæ. Sapor autem iste in gustu quodam est: gustum autem istum dignè nemo potest exprimere, nec est qui meretur gustare. Gustate & uidete, quoniam suauis est Dominus. hoc gustu, secundum Apostolum, gustatur Dei uerbum, gustantur etiam diuitiæ seculi uenturi. Iam ergo de gustu isto, qui sapore habet illum, in quo sapientiæ sapit, subtilius inquirendum est, primumque dicendum: quia licet per gradus ad arcem sapientiæ uenerit qui ascendit, tamen nisi ubique in omni gradu usque ad ultimum, sapientiæ

(sicut ipsa dicit in libro sui Salomonis) quærentes se quæssisset, & occurisset in uis, ostendens se hilariter, nec uoluntas mouisset, nec amor promouisset: nec charitati cõtemplatio, nec sapientiæ prouenisset fructio. Itaque sicut cõperamus, prosequamur de gustu. Corpus Christi uniuersa est ecclesia, tam ueteris quam noui testamenti. In huius corporis capite, id est prima & antiquiori & superiori parte, quæ est primitiua ecclesia, quatuor sunt sensus, uisus, auditus, odoratus, & tactus. Oculi sunt angeli, propter con templationis subtilitatē: aures, patriarchæ, propter obedientiæ uirtutem: nares uel odoratus, propheta, propter absentium notitiam: tactus uero communis est sensus. Omnes hi sensus ante mediatoris aduentum in capite erant, sed languiebant inferiori corpore emortuo, propter ueniens sensus absentiam, id est, gustus: sine cuius adminiculo nec uiuere corpus poterat, nec sensus suæ uim uiuacitatis obtinere. Quicquid enim ad totius corporis spectat alimentum, cunctis sensibus, uniuerso corpori appone, subpone, circumpone: si solus gustus deerit, quid proderit? infunde auribus, intrude naribus, uel per quamuis aliam partem: obesse poterit, prodesse non poterit. Gustum autem quædam sequitur saporis dulcedo, quam in interiori suo sentiens anima, modo quodam singulari & cæteris sensibus in comunicabili, quæ suscipit, cuncta discernit, & diiudicat, seque omnesque sensus uegetat, & cõfirmat: gustus uero in capitis & corporis confinio, id est, in gutture positus, uelut utrunque connectens, eum designat, qui per conditionem carnis paulo minus est minoratus ab angelis, & Moyse, & Helia, cæterisque patriarchis, & prophetis. Per exhibitionem patientiæ & humilitatis minorè se quodammodo fecit, & humiliorè, cum illi potenti uirtute Dei & suos prosterne rent inimicos, ipse uero suos doceret discipulos: Si quis percusserit te in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Hic enim post prophetas ueniens & patriarchas, limes quidam legis & gratiæ, capitis & corporis, per mysteria humanitatis suæ, & passionis, & resurrectionis, quæcunque in lege, & prophetis, & psalmis, & hymnis salubria, quæcunque corpori uitalia, uel utilia, quasi quodam ipsius os degustans, id est, intelligens, & per se intelligenda corpori traiciens, homo Christus, interiori quodam diuinitatis suæ sapore (quæ sapientiæ nobis factus est sapientiæ Dei Christus) sapida ea habet, nobisque facit sapida uel utilia. In se enim uiuens, & per se totum corpus tregetas, & conformans gaudium sibi: gaudium angelis facit de consummatione corporis, gaudium patriarchis et prophetis de uisione dei suæ, sicut ipse dicit, Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum, uidit & gauisus est: gaudium uniuerso corpori & uitam, ita ut quodam mentis tripudio uniuersali illo tactu spiritali uiuificati & confirmati clamemus, Quod uidimus & audiuimus, & manus nostræ cõrectauerunt de

Exod. 34. Sapient. 11.

Hier. 40.

Heb. 10.

Psalm. 128.

Deut. 6.

Pro. 15. Cant. 3.

Matth. 5. Luca 6.

1. Cor. 1.

1. Ioan. 8.

1. Ioan. 1.

uerbe uitae. Ideoq; in omnibus orationibus nostris subijcimus, Per Christum Dominum nostrum: uel quia omnes orationes nostras & sacrificia ad Deum patrem dirigimus per eum, sicut per mediatorem nostrum: uel quia quicquid speramus a patre luminis, omne datum optimum, & omne donum perfectum, non per aurem, non per nares, sed per ipsum petimus infundi os nostrum, et gustum nostrum, et sapientiam nostram, ut summi possit esse proficuum. Hic est gustus, quem in Christo facit nobis spiritus intellectus, intellectus scilicet scripturarum, & sacramentorum Dei. Vnde cum post resurrectionem suam Dominus discipulis apparuit: Tunc, inquit, euangelista, aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Cum enim scripturarum interiorum sensum & uirtutem mysteriorum & sacramentorum Dei coeperimus, non solum intelligere, sed etiam quadam, ut ita dicam, experientia manu palpare, & tractare: quod non fit, nisi quodam conscientiae sensu, & experientiae disciplina intelligentis: imo ut plus dicam, intus in semetipsa legentis, & sentientis bonitatem Dei & uirtutem, quam potestati bonitatis cum efficaci uirtute in filijs gratiae, opus ipsius gratiae operatur. Tunc demum sapientia quod suum est exequitur, tunc quos dignos indicat unctioe sua, docet de omnibus. Tunc appositio bonitatis sigillo Dei, omnia nostra peccata, pacata unctioe illa, & emollita imprimit et conformat. Et si qua dura, si qua rigida inuenerit, inculcat & infringit, donec laetitia salutaris Dei recepta, et sapientiae spiritu principali confirmata sancta anima, laeta ad Deum decanter, Signatum est super nos lumen uultus tui Domine, dedisti laetitiam in corde meo. Vnde & Dominus: Haec est, inquit, uita aeterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Beata scientia, in qua continetur uita aeterna: uita ista ex illo gustu, quia gustare, hoc est, intelligere. Ex hoc gustu, per hunc saporem in hac sapientia minimus ille Apostolorum fatiatus, exhilaratus, confirmatus: Mihi, inquit, minimo omnium sanctorum data est haec gratia, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo, qui omnia creauit: ut innotescat principibus et potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientiae Dei, secundum praefinitionem saeculorum in Christo Iesu Domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia, per fidem eius. & post pauca: Huius, inquit, rei gratia flecto genua ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelo & in terra nominatur, ut det nobis secundum diuitias gloriae suae uirtutem corroborari, per spiritum eius in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris, in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere quae sit latitudo, longitudo, subtilitas, & profundum. Libet hic aduertere, si for-

atē in sensum apostolicae sapientiae aliquatenus penetrare possimus.

Capitulum XI.

Contra quatuor Dei debemus duo, quatuor sunt in Deo, potentia, sapientia, charitas, & ueritas uel aeternitas, quod unum est. Nichil enim uere est, nisi quod incommutabile est, ad quae duobus modis respondere nos conuenit: potentiae, quae potest nos punire, & sapientiae, quam nil potest latere. Debemus timorem uerum, id est, quem non impedit torpor securitatis, uel refugium simulationis. Simulatio est, uel quando fingimus laborem in praeepto, uel quando irrationabilem misericordiam simulamus in Deo. Charitati & ueritati debemus amorem uerum, id est, quem non impedit tepor affectiois, uel scrupulus suspicionis. Charitati enim quid debetur nisi charitas: ueritas uero charitatis, & charitas ueritatis omnem remouet scrupulum suspicionis. Suspicionem autem dico, ne non amet charitas, ne decipiat ueritas, ne defluat aeternitas. Vnde Paulus: Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit longitudo, latitudo, subtilitas & profunditas. In sublimitate nota potentiam, in profundo sapientiam, in latitudine charitatem, in longitudine aeternitatem, siue ueritatem. Et haec est crux Christi. Et alibi idem Apostolus exprimens euidentius summam in nobis sapientiae uirtutem: Propterea, inquit, & ego audiens fidem uestram, quae est in Deum, & dilectionem in omnes sanctos: non cessō, gratias agens pro uobis, memoriam uestri faciens in orationibus meis, ut Deus (Domini nostri Iesu Christi pater) gloria, det uobis spiritum sapientiae & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis uestri, ut sciatis quae sit spes uocationis eius in sanctos, quae diuitiae gloriae haereditatis eius in sanctis, & quae supereminēs magnitudo uirtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentiae uirtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis. Cum ergo orante Apostolo et exaudiente Deo, datur nobis spiritus sapientiae & reuelationis in agnitione eius, id est, ut agnoscamus eum, et sapiamus eum: uel sapiat ipse in nobis, cum illuminatur oculi nostri, ut uideamus bonum, & bona boni intelligamus (ad quae nos trahit spes uocationis eius) scilicet diuitias gloriae aeternitatis eius in sanctis: in his omnibus nobis bonitas uel benignitas apparet illuminantis, uel uocantis. Cum uero ut sequamur uocantem, etiam uirtus additur, per ipsam experientiam spiritus sapientiae reuelat nobis, quae uel quam sit supereminēs magnitudo ueritatis eius in nos. Ex hoc igitur qui sic est ex gustu diuinae contemplationis palato cordis sanato, omnia discernit, omnia diiudicat. In authore omnium bonorum Christo, primum ei sapit sua ad Deum conuersio, deinde peccatorum remissio: postmodum pro ira, cuius filij eramus, gratiarum multiplex augmentatio, & haec omnia non nisi per Dominum

minum nostrum Iesum Christum. Ipse enim est mediator noster, & sapientia nostra, cuius quod stultum est, sapientius est hominibus. Nam cum talibus bonitas Dei abundaret & offerret omnibus, nec esset qui reciperet, uel sciret recipere, uel recipere doceret, nec qui illuc posset ascendere, ubi bona haec distribuunt, uel qui huc posset deferre: opus erat mediatore inter nos et Deum, per quem nostra appropinquaret Deo, & bona Dei, nobis. Inijt ergo consilium tota trinitas, consilium illud, de quo Propheta dicit, Consilium tuum antiquum, uerum fiat. uidebat quippe Dominus, quantum ad hominem, omnia confusa, omnia turbata, nihil stare in loco suo, nihil procedere ordine suo: uidebat hominem abijisse in regionem dissimilitudinis tam longae, ut per se nec sciret, nec posset redire. Angelus enim praesumpserat similitudinem Dei, dicens, Ponam sedem meam ad aquilonem, et ero similis altissimo: homo similiter Deus esse uoluit, cui persuasum erat esse sicut deus. Ergo ne, inquit, Deus pater, filius meus splendor gloriae meae, & figura substantiae meae in ipsa mei similitudine tota amulos habeat, & pares, & socios? Praecipitatus est uterque. Videns imago Dei, Deus filius angelum & hominem, qui facti erant ad ipsam: id est, imaginem Dei, per inordinatum imaginis & similitudinis eius appetitum perisse: Heu, inquit, sola miseria caret inuidia: sed subueniendum est ei, cui subuenire non prohibet iustitia. Exhibeo me igitur bonum hominem, despectum & nouissimum uiroorum, uirum dolorum, et scientem infirmitatem, ut zelet & imitetur in me humilitatem, per quam perueniat ad gloriam, ad quam praepere festinat, ut possit audire a me: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris.

Capitulum XII.

Accinxit ergo se quodammodo Dei filius, & aggressus est per humilitatem recuperare eum qui recuperari poterat, qui per superbiam perierat. Itaque inter Deum et hominem, medium se faciens, qui recedens a Deo, captus et ligatus a diabolo erat, hoc modo boni mediatoris & personam induit, & actum, factus est homo. Egressa est uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit: et requieuit super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & repleuit eum spiritus timoris Domini. Intelligite hic fortissimum scilicet agonothetam nostrum, quasi campum mundi ingressum, inungi ad pelagstram oleo spiritus sancti, et exultantem gigantem ad currendam uiam dispensationis humanae. Nota uero, prophetia a superioribus coepisse, & descendisse ad inferiora: quia mediatoris annuntiabat descensum. Nos uero per eandem spiritus sancti gratias, eiusdem mediatoris Dei & processum operis, & ad superiora inuestigantes regressum, ab inferioribus, id est, a timore incipimus, Christus ergo ad patrem, ti-

morem habuit, sed iustum, sed filialem, per quem in omnibus honori eius detulit, dicens: Meus ciuius est, ut faciam uoluntatem patris mei qui in caelis est. & in Psalmo: Laetetur cor meum, ut timeat nomen tuum: & cetera multa in hunc modum. Per quem etiam & seipsum uidebatur abijcere, humiliare, negligere, ut opus quod per eum fecerat pater, sed perierat, reparatum & renouatum ei posset recocinnare. Hoc igitur modo ad patrem mediator noster habuit timorem, quasi fursum: ad miserum uero recociliandum, pietatem, quasi deorsum: ad utrumque uero, scientiam: sciens quid cuique esset exhibendum, sed ad implendum ministerium mediationis suae, cum patris bonam haberet uoluntatem defursum: a misero autem inferius tacente haberet nihil, & haberet aliquid, ratio et ordo mediationis requireret, exegit ab eo fidem. Exegit autem fidem, praerogando pietatem. Quae exactio nulla poterat esse ualidior: quia non fuerat difficile homini misero ei se credere, a quo se praeventum uidebat pietate. Sed & cum se ei credere non posset, in quo spem non haberet, cum fide etiam spem obtulit, cum spe etiam addens timorem, sine quo spes esse non poterat, ne scilicet desereret a tam pio mediatore accepto. Itaque mediator a reo suo, tanto salutis pignore ad patrem regreditur, scilicet cum in motem solus ascendit orare, uel cum factus in agonia prolixius orabat cum sanguine sudore. Pater, inquit, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. En quid tibi, en quid exhibeam illi, en quid a te habebis, en quid ab illo. Mediator quippe sum, & in salutem eius iam uidentur concurrere mediationis meae rationes. Sed captus & ligatus, alligauit eum fortis: et nisi fortior eo superuenerit, non diripiet uasa eius. Sed mitte manum tuam de alto, & eripiam eum de inimicis eius fortissimis, in spiritu fortitudinis, fortitudo tua, et uirtus tua. Scio enim quid faciam. Moriar innocens pro nocente: & plus poterit incomparabiliter bonitas mea, quam hostilis malitia: poena innocentiae meae, quam poena inobedientiae humanae. Et clarifica ui, inquit, pater, et clarificabo. Iam fortissimo mediatore opus est spiritus consilij, quia si princeps mundi intelligeret, nunquam Dominum gloriae crucifigeret. per omnia ergo uirtutem ei diuinitatis occultans, & solam ei carnis infirmitatem praefrens, per iustitiam uitae suae inuidiam suscitauit hostilis nequitiae: per infirmitatem suae carnis, spem illi contulit uictoriae, ad faciendam inuidiam accedentibus miraculis, quibus recociliandi sui fidem in se roborabat deceptus antiquus deceptor, poenam peccati, mortem scilicet atrocissimam ei infixit, qui nullo peccato erat obnoxius. Occisus iustus iniuste pro iustitia, noxam de inimico obtinuit iustitiam, mortis scilicet iniuste sibi illatae. Quam quasi sibi necessariam, quia absque peccato erat ipse homini peccatori comunicas, reu' absoluit per poenam innocentiae suae: positoque corpore suo & sanguine in manu eius: hoc, inquit, manduca et bibe, hinc uiue,

1909
 patris eum representans: En, inquit, pater mei sanguinis precium. Si de peccato huius requiris, en pro eo meus sanguis. Domine pater, dedisti benignitatem, & terra corporis mei dedit fructum suum, iam iustitia ante te ambulabit, & tu pones in uia saluationis humanæ pedes tuos. Et ut iuste iam saluetur, qui iuste perierat, tu Domine fecisti directiones, iudicium et iustitiam in Iacob tu fecisti.

Capitulum XIII.

DE fructu ergo huius operis satiat homo, mediante sapientia Dei, non solum reconciliatur, sed etiam sapiens efficitur. Sapit enim ei quod manducat, manducat & bibit corpus & sanguinem redemptoris sui, manna coeleste, panem angelorum, panem sapientiae: & manducans transformatur in naturam cibi, quem manducauit. Corpus enim Christi manducare, nihil est aliud quam corpus Christi effici, & templum spiritus sancti. Templum autem hoc cum ornatum fuerit præscriptarum positione uirtutum, & supra dicto dedicandi ordine, dedicatum nullis ulterius alienos titulos potest suscipere, nullum habitantorem, nisi Deum qui condidit illum & creauit. Nihil ergo ultra terrenum sancta illa anima, nihil materiale, nihil corruptibile diligit aut curat, ex quo regressa est à loco sarcinarum: & si aliquo horum aliquando quasi in transitu utitur, sed frui dedignatur. Si quid in huiusmodi prosperum euenierit, pertransit: non conturbatur, si quid aduersi contigerit. Totum sapit quicquid capit, nec potest amari nisi sapere quicquid, sicut saluam contigerit de Christi capite descendere. Quicquid ad corpus spectat siue bonum, siue malum, foris est: nec potest pertingere ad eum qui intus est, unde Apostolus in squalore corporis iacens & uinculis, & quantum ad corpus tribulatione coronatus & miseria, scribens discipulis: Mittam, inquit, ad uos Timotheum, ut sciatis quæ circa me sunt. Quæ circa me sunt, inquit, id est, in exteriori homine, in exteriori tunica carnis, quæ ad me qui intus sum non pertingunt. Hæc est sapientia de qua dicit Apostolus: Sapientiam loquimur inter perfectos, de qua sic nos loquimur: sicut qui audiuius & non uidimus, sicut loqueremur de aliqua ciuitate, quam non uidimus, sed plurima de ea audiuius, de qua qui uidisset, longe aliter loqueretur, & expressius. Hæc autem sapientia oppositam sibi ex aduerso aliam habet infauisti nominis sapientiam (quam dicit Apostolus principum huius mundi) sicut nigrum albo, sicut luci tenebras: de qua dicit, Sapientia uincit malitiam. Malitia siquidem sapor est mali, unde & à sapore sapientia. Cum igitur sapit malum, et non deest astutia uel uoluntas ad exequendum, sapientia principum huius mundi per omnia supernæ sapientie est contraria, hæc est enim malitia, quæ odit sapientiam. Si quidem ibi sapor boni est in seipso, hic sapor mali in seipso: ibi ad exequendum præstito est prudentia, hic, ut dictum est, non deest astutia. Sed inter has duas quædam media est sapientia,

quasi inter nigrum et album, medio colore coloratum. Quæ siue inferius, siue superius, sic se habet ad utramque partem, ut proueniat ei finis secundum intentionem & studium uentis. Sapientia ista est, quam dicit Apostolus, huius mundi, et quam mediam locauit inter sapientiam Dei, & sapientiam principum huius mundi. hæc circa utile & honestum tota uersatur, & affectata quadam prudentia dispensatur: hæc pene tota est in scientia, uidelicet ut sciat discernere prudenter, & diiudicare inter utile & inutile: inter honestum & inhonestum, etiam si non sit uita & moribus accommodatum. Scientia enim inflat, charitas edificat. Aut uero in huiusmodi exquirendis elaborant, ut tantum sciant quod tantummodo feruit curiositati: aut ut uideantur, siue sciantur scire, quod feruit uanitati. Et hoc eorum studium tantum potest proficere & in altum se extollere, quantum potest ratio sine amore.

Capitulum XIII.

SI quidem hæc philosophia in scientiam rerum humanarum et diuinarum diuiditur. Quantum est in humanis, sic interit sibi est: quando uero ad diuina se exaltat, quanto altius ascendit, tanto inferius cadit & impletur in eo: quia eleuans allisisti, etsi quidem aliquando conatu naturalis ingenij prouehitur, ut sicut dicit Apostolus, quod notum est Dei, id est, quantum de Deo ratio potest comprehendere, notum sit illis, ita ut in illis, id est, intra semetipsos. Deus enim illis reuelauit, quia sic eos creauit, ut in seipsis habeant, unde Deum cognoscant. Surgunt enim de ethica sua in quandam physicam: & inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciunt, sempiternam quoque eius uirtutem & diuinitatem, ita ut sint inexcusabiles: quia uidelicet nolunt ulterius procedere uel proficere, cum possint in ueram scilicet theologiam: quia cum cognouerint Deum, non sicut Deum glorificant, aut gratias agunt: sed uanescent in cogitationibus suis, & obscuratur insipiens cor eorum. dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: & qui theologiam insipienter perdidit, etiam de physica miserabiliter cadit, cum gloriam mutant in corruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentum: propter quod nec in nostra ethica permanere permittuntur, sed tradit illos Deus in desideria cordis ipsorum, in immunditiam, ut conumelijs afficiant corpora sua in semetipsis: tradit illos in reprobum sensum, ut faciant quæ non conueniunt, sed sapientia semper uincit malitiam, quæ contubernium habens Dei, nouit semper proficere, & nunquam deficere: & attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, sapienter se agens in diuinis, cautè in physicis, prudenter in moralibus. Igitur sapiens anima, sicut supra dictum est, ab omnibus alienis affectibus defecata, Deum tantummodo sapiens, hominem in homine exiit, Deoque plenè & in omnibus affecta, omnè infra Deum creaturam

creaturam non aliter quam Deus attendit, in luce & uirtute sapientie omnia disponens, & ordinans, sic agens, sic de eis iudicans, sicut est, sicut uiuit, faciens iudicium & iustitiam de eo unde est, & unde uiuit. Est enim sapientia Dei, sicut dixit, candor lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis: sicut cum in creaturam se exponit, exprimit, & exhibet imaginem bonitatis & iustitiae Dei: & sicut uirtute Dei uaporatur in terius, sic claritatis & charitatis Dei emanationem effundit exterius. unde & alibi dicit Salomon: Sapientia hominis lucet in uultu eius. & alibi: Oculi (inquit) sapientis in capite eius, quia non aliunde quam de naturali & interna uirtute cerebri sui se effundunt, & à capite non recedunt. Dicit Salomon: Multitudo sapientiam sanitas est orbis terrarum. O felices res humanas, si ubique sapientibus seruirent insipientes. Sed & felices res humanas, dicit quidam philosophus, si aut soli sapientes regnarent, aut reges philosopharentur. Sed cum sapienter fugiunt sapientes super insipientes regnare, etiam insipientes fugiunt insipienter sub sapientibus esse: omnia delipiunt, & confunduntur, & conturbantur. Sapientes latent & delitescunt, pueri regnant & principantur: & sunt principes qui mane comedunt, & uæ terræ illi. Sed ad propositum redeamus. Anima igitur spiritu sapientie illustrata, quia diligit iustitiam & odit iniquitatem, & propterea unxit eam Deus oleo lætitiæ præ participibus suis, et quam perfudit gratia: omnibus placet, & ab omnibus amatur. Ipsi etiam qui ex aduerso sunt, uidentes huiusmodi timent & reuerentur. Et si bonum in bono non uult imitari indurata nequitia, dissimulare tamen non potest natura. intra se autem habent sapientes quandam priuatam gratiam, & quandam linguam angelicam, linguam angelorum, qua inter se loquuntur mutuis affectionibus, spirituali quadam gratia communicantur in hoc ipsum exterioribus aspectibus: quam linguam nullus nouit, nisi rex angelorum, & angeli eius, & qui sunt in genere Israel, & ciues Hierusalem. Nullus eam nouit Aegyptius, nullus Chanaanus. Sicut enim in sanctitate uitæ & hominis interioris glorificatione, & contemplatione, et fruitione diuinitatis, iam future uitæ beatitudinem prælibare in hac uita uidentur, & imitari: sic etiam de corporum suorum glorificatione, quam plenè ibi percepturi sunt, in hac uita non nihil percipiunt. Accepta enim illa gratia, de qua diximus, qua habitantes in unum se ipsi in Deo, & Deo in se ipsis fruuntur, ipsius carnis sic sentit inuenisse omnes contradictiones, ut uniuersa substantia carnis non sit eis nisi instrumentum boni operis. Nam & si ipsius miseris & infirmitatibus contabescunt, sed ex hoc ipso interiori homine fortius conualescunt: quando enim infirmor, tunc fortior sum, & potens dicit Apostolus. Sensus ipsi nouam quandam percipiunt, et prope spiritualem gratiam: oculi simplices, & aures temperantes aliquando in seruire orationis, tanta odoris

ignota quædam fragrantia spirat, tanta gustus suauitas, & non gustando tamen per mutuum tactum spiritualis charitatis ita intenti sunt, ut uideantur sibi intra seipsos spiritualis cuiusdam uoluptatis gerere paradysum, uultus etiam & totius corporis compositione, uitæ & morum, & actuum decore, mutue etiam seruitutis uel deuotus exhibitionibus, uel pijs susceptionibus, sibi cuiusdam gratiæ beneplacito sibi inuicem conueniunt, & conuiuunt, ut uerè sint cor unum, & anima una. Nimirum futuram corporum suorum gloriam iam hic inuicem ex puritate conscientie, & mutue conuersationis gratia, perfecte ea in habituri in futura & perenni uita.

Capitulum XV.

Sicut enim nunc uiuentia omnia solis claritate perfunduntur, & ab inuicem perfundi uidentur, & sicut nos inuicem hic uiuere uideamus: sic in illa uita uidebitur Deus à singulis in omnibus, & ab omnibus: in singulis, non quod corporalibus oculis uideatur diuinitas, sed præsentiam diuinitatis glorificatio corporum demonstrabit manifesta quadam sui gratia. Ad hoc etiam in hac uita corporalium sacramentorum ualeat religio: quia cum uix aliquid nisi corpora & corporalia intelligamus, quamdiu in imagine pertransimus, corporalibus religamur sacramentis, ne à Deo recedamus: unde etiam à religando, religio dicitur. Cum uero fidelis anima talibus erudita, talibus incipiet non indigere, & à corporalibus transire ad spiritualia, à spiritualibus ad spiritualium & corporalium conditore, hoc uerè erit exire à sarcinis. Relicto ergo corpore & corporeis omnibus curis, & impedimentis omnium quæ sunt præter Deum, obliuiscitur, nihilque præter Deum attendens, quasi se solam solumque Deum existimans: Dilectus, inquit, meus mihi, & ego illi. Quid enim mihi est in celo, & à te quid uolui super terram? Defecit caro mea, & cor meum Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Deinde uenitur ad mortem. Hunc enim transitum ad uitam miseris infideles mortem appellant: fideles autem quid nisi pascha? In morte igitur corporali perfecte moritur mundo, ut perfecte uiuat Deo: ingreditur locum tabernaculi admirabilis, ingreditur usque ad domum Dei, & omnibus bene & secundum ordinem præcedentibus, sicut in principio diximus, pondus suum unumquodque defert in locum suum: corpus in terram de qua assumptum est, tempore suo resuscitandum: & glorificandum spiritum ad Deum, qui creauit eum. Sed quis ille transitus ad Deum? discerpitis omnibus obligamentis, superatisque omnibus impedimentis, perfecta beatitudine, perenni dilectione, ex hoc iam perfecte Deo inhæret, uel potius unitur uerè sancta anima in terra, ut efficiatur una ex illis, quibus dixit, Ego dixi dii estis, et filij excelsi omnes. Hic est finis eorum qui proponunt Hierusalem in principio lætitiæ suæ, quos unctio sancti spiritus docet de omnibus, qui ascensionem in corde suo sapienter

Psal. 66.

Psal. 58.

Nem. 9.

Psal. 77.

Sapient. 16.

1. Cor. 10.

1. Cor. 8.

Psal. 101.

Rom. 4.

Sapient. 4.

Psal. 102.

Sapient. 8.

Ecclesiastes 5.

Ecclesiastes 2.

Sapient. 6.

Ecclesiastes 10.

Act. 4.

Vnde dicitur religio.

Cantic. 2.

Psal. 72.

Psal. 41.

Psal. 82.

Psal. 136.

Psal. 38.

Sapient. 8.

Ephes. 2.6.

Matth. 20.

pienter disponunt de uirtute in uirtutem, donec uideatur Deus deorum Syon, Deus deorum, beatitudo beatorum, gaudium bene gaudentium, unum denique bonum summum omnium bonorum a fine boni propositi in principio ascensionis, usque ad finem omnis consummationis. Sapientia attingit fortiter fortitudinem ascendendi ad se, custodiens ne in ascensu deficiat: et suauiter disponit omnia, et aduersa, et prospera. omnia nimirum in bonum modificans & componens, donec animam ad principium suum reducat, & abscondat in abscondito faciei Dei. Scire autem debet omnis sapiens ascensor, non sic esse gradus huius ascensionis, quomodo gradus scalarum, ut singuli affectus istis tantum temporibus, & non alio tempore sint necessarii. Habet quippe unusquisque affectus in ascensu ordine, tempus & locum suum, quo cooperantibus alijs affectibus suas uideat partes sollicitius exequi: sed omnes tamen sibi concurrunt & cooperantur, praeueniunt & sequuntur: & saepe sunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

F I N I S .

SERMO SANCTI BERNARDI ABBATIS, DE PASSIONE DOMINI.



Iesum Nazarenum a Iudeis innocenter condemnatum, a gentibus crucifixum, Christiani, diuinis honoribus obsequijs. Saluatoris infirma, nos qui Christiani sumus, reuerenter uenerari, amanter amplecti, fortiter imitari dignum est, salubre & honorificum. Haec enim sunt instrumenta fortissima, in quibus omnipotens uirtus, & inuestigabilis sapientia Dei restorationem mundi potenter atque mirifice operata est: & usque modo operatus Christus Dominus, minoratus est ab angelis, ut nos aequaret angelis. Et quis propter Christum non se humiliet? Christus Dominus pro peccatis nostris crucifixus est, & crucem amarā suis amatoribus dulcorauit. Mortuus est & mortem necauit, ut uiueremus per illum. Et quis non amet Christum Dominum? Quis non patiat pro Christo? Christus per crucis ignominiam ad supernae claritatis gloriam transiit, & data est ei pro sua reuerentia a Deo patre omnis potestas in caelo & in terra, ut adorēt eum omnes angeli Dei, et in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Vbi est gloriatio tua o Christiane, nisi in nomine crucifixi Domini Dei tui, & in Christi nomine, quod est super omne nomen, in quo qui benedictus est, super terram benedicit: Gloria tibi in nomine filij redemptoris, & date honorem illi Saluatori nostro, qui magna fecit in nobis: et magnificate nomen eius mecum, dicentes, Adoramus te Christe rex Israel pariter & gen-

atium, princeps regum, terrae Dominus, Deus Sabaoth, uirtus omnipotentis Dei fortissima. Adoramus te preciosum precium redemptionis nostrae, hostiam pacificā, qui sola odoris tui strauit te inestimabili, patrem, qui in altis habitat, ad respiciendum humilia inclinasti, & filijs irae placabilem reddidisti. Tuas Christe miserationes praedicamus, tuae suauitatis memoriā cum abundantia eructamus: tibi Christe sacrificium laudis immolamus pro multitudine bonitatis tuae, quam ostendisti nobis semini nequa, filijs sceleratis & perditis. Cum adhuc inimici tui essemus Domine, & mors iniqua in omnem carnem exerceret dominium, cui omne semen Adam erat obnoxium lege primordialis culpae, recordatus es uerbi misericordiae tuae, & prospexisti ex sublimi habitatione tua in hanc uallem plorationis nostrae & miseriae. Vidisti afflictionem populi tui, & tactus dulcore charitatis intrinsecus, apposuisti cogitare super nos cogitationes pacis & redemptionis. Et quidem cum esses filius Dei, Deus uerus, Deo patri, sanctoque spiritui coaeternus & consubstantialis, lucem habitans inaccessibilē, portansque omnia uerbo uirtutis tuae, non despexisti in hoc nostrae mortalitatis ergastulū altitudinem tuam inclinare, ubi nostrā & gustares, & absorberes miseriam, nosque reparares ad gloriam. Parum fuit charitati tuae ad consummandū opus nostrae salutis, Cherubim aut Scraphim, aut unū ex angelis destinare: ipse uenire ad nos dignatus es per mandatū patris, cuius nimiam charitatem experti sumus in te. Venisti, inquam, non locum mutando, sed presentiam tuam nobis per carnem exhibendo. Venisti a regali solio sublimis gloriae tuae in humile & abiectā in oculis suis puellam, pio uirginis continentie uero sigillatā: in cuius sacro utero sola spiritus sancti inenarrabilis uirtus te concipere fecit, et nasci in uerae humilitatis natura, ita ut nec diuinitatis in te maiestatem, nec uirginitatis integritatem in matre uiolaret natiuitatis occasio. O amanda, o admiranda dignatio, Deus immense gloriae, uermis contemptibilis fieri non despexisti. Deus omnium, conseruus seruorum apparere uoluisti. Parum tibi uisum est patrem te nobis esse & Dominum, frater noster esse dignatus es. Et tu Domine uniuersorum, qui nullam habes indigentiam, intra ipsa natiuitatis tuae initia non abhorruisti abiectissimam paupertatis degustare incommoda. Ut enim ait scriptura: Tibi cum nascereris, non erat locus in diuersorio, neque cunabula, quae teneritudinem tuam exciperent, habuisti: sed in uili praesepio sordentis stabuli, tu qui terram palmo concludis, inuolutus panniculis, reclinatus es. Et hoc ipsum a brutis animalibus mater tua mutuo accepit. Consolamini consolamini, qui in sordibus paupertatis enutrimini, quia uobiscum Deus in paupertate. Non cubat in delicijs splendidissimi cubiculi, nec inuenit in terra suauiter uiuentium. Quid ultra gloriaris, o diues, lutea res in uolutabro lecti picti & delicati, cum rex regum recubitu suo pauperum stramentum honestare.

stare maluerit: Quid dura stramenta detestaris, cum tener infantulus, in cuius manu sunt omnia, tuis sericis, tuis plumis duras iumentorum stipulas praelegerit? Sed haec tenella tua Christe infantia, a persecutorum gladijs tuta non fuit. Adhuc enim inter dulcia matris ubera sugens dependebas, quando apparuit angelus in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes quaerat puerum, ad perdendum eum. Iam extunc bone Iesu, dura pati coepisti. Non solum illam infantiae tuae uexationem in te ipso pertulisti, sed mortem in pusillis tuis, quorum multa milia inter mamillas matrum pro te Herodis trucidauit immanitas. Infantia uero teneriori decursa, humiliter ueritatis nobis exemplum tribuisti. Non enim sedisti cum consilio uanitati, sed in medio doctorum, interrogans & audiens illos, cum tamen Dominus scientiarum esses, atque sapientia Dei patris. Sed & obedientiae nobis formam tribuisti, dum parentum imperio tu imperator mundi humiliter subditus extitisti. At ubi robustioris aetatis plenitudo aduenit, missurus manus ad fortia, egressus es in salutem populi tui, ut gigas magnificus ad currendam uiam totius nostrae miseriae. Et quidem ut per omnia te primum fratribus assimilares, seruū tuum baptizantem peccatores in poenitentia tanquam peccator adisti, baptizari te postulasti, innoce agne Dei, quem nulla peccati stilla unquam maculauit. Baptizatus autem non te in aquis, sed aquas in te sanctificas, ut per eas sanctificares nos. De baptismo in desertum in spiritu fortitudinis egressus es, ut uitae solitariae in te non deesset exemplum. Solitudinem ac ieiunium quadraginta dierum, famis acerbitate, tentamenta & illusiones spiritus aqua nimitus tolerasti, ut haec omnia nobis tolerabilia efficeres. Demum uenisti ad oues quae perierant domus Israel, diuini uerbi lampadem extolens palam ad illuminationem orbis terrae, & regnum Dei cunctis annuncians obtemperantibus uerbo, sermonem sequentibus signis confirmasti: uirtutem diuinitatis in cunctis ostendisti, male habentibus, & omnia omnibus gentibus gratis exhibens quae saluti peccatorum congruerent, ut omnes lucrifaceres. Sed obscuratum est insipiens cor eorum Domine, & proiecerunt sermones tuos retrorsum, neque attenderunt ad omnia mirabilia tua Domine, quae operatus es in eis: exceptis per paucos nobilibus athleticis, quos inter infirma mundi elegisti & abiecta, ut per ipsos fortia & alta mirifice expugnares. Nec solum ingrati gratuiti beneficij tuis extitere, sed contumelios affecerunt te Domine dominantium, & fecerunt tibi quaecumque uoluerunt. Te enim faciente opera Dei, quae nemo alius fecit, quid dixerunt, Non est hic homo a Deo: In principe daemoniorum eijcit daemones, demonium habet, sed ducit turbas, uorax est, & potator uini. & amicus publicanorum et peccatorum, Quid fles, quid

suspiras o homo, dum sustines uerborum iniurias? Non audis quanta aduersus Dominum Deum tuum ceciderunt opprobria propter te? Si patrem familias Beelzebub uocarunt, quanto magis domesticos eius? Sed haec quidem & similia blasphemantes, & aliquoties te lapidibus impetentes Iesu bone, patienter sustinuisti, & factus es coram eis sicut homo non audiens, & in ore non habens redargutiones. Nouissimē iustum sanguinem tuum a discipulo tuo filio perditionis traditum triginta argenteis apreciati sunt, ut praecipitarent animam tuam in morte sine causa. Et te quidem perditissimi traditoris tui perfidia non latebat, quando in cena ablutionis etiam coram ipso genu flexus procumbens, maledictos pedes eius, ueloces ad effundendum sanguinem tuum, sanctissimis manibus tuis attricare, lauare et extergere dignatus es. Cur autem adhuc extento collo ambulas o terra & cinis? Adhuc te superbia eleuat? Adhuc te impatientia exagitat? Intuere humilitatis & mansuetudinis Dominum Iesum, uniuersae creaturae factorem, tremendum iudicem uiuorum & mortuorum ante pedes hominis & traditoris sui genua incuruantem. Disce quia mitis est & humilis corde, & confundere in superbia tua, & erubescere in impatientia tua. Hoc quoque erat mansuetudinis tuae Domine, perfidum illum in coetu fratrum detegere, & palam confundere noluisse, leniter admodum accelerare iussisti quod parabat. In omnibus his non est auersus furor eius a te, sed egressus foras, saeuebat circa freques maleficium. Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris? In delicijs paradisi gloriosus apparuisti, ciuium caeli socius, & uerbi diuini conuiuia, quomodo reputatus es inter filios tenebrarum? Qui nutrebaris in croceis, cur amplexatus es stercora? Tunc clarissima est familia tua Christe, exente immundo de coetu societatis angelicae. Tunc demum diuini eloquij uberrima inundatione felix ille conuentus potatus est, eiectione quem huiusmodi limpidi liquoris infusione sciebas indignum. Dato autem charitatis & patientiae salutari mandato, & disposito fratribus regno patris tui, ad locum proditori tuo notum cum illis diuertisti, sciens omnia quae uentura erant super te. Ibi animae tuae tristitiam, quam ex imminente passione tua sponte assumpsisti, sicut et caetera quae passus es in auribus fratrum non erubuisti profiteri, dicens tunc: Tristis est anima mea usque ad mortem. Positis quoque in terra genibus, procidisti in facie, orans in agonia, & dicens: Mi pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Et angustias quidem cordis tui certissime indicabat sudor ille sanguineus, qui orationis tempore de carne tua sanctissima guttatim decurrebat in terram. Dominator Domine Iesu, unde tua haec tam anxia supplicatio? Nonne uoluntarie omnino patri sacrificium obtulisti? Vtique Domine. Arbitramur autem, quod hoc ad consolationem infirmorum membrorum tuorum assumpsisti, ne forte desperet quis si caro

caro infirma remurmurat, ubi ad passionē prō-
ptus est spiritus. Nimirum ut maioris erga te a-
moris & gratitudinis stimulos habeamus, natu-
ralem carnis infirmitatem his indicijis in te ex-
presisti, quibus doceremur, quia uerē languo-
res nostros portasti, et non absque sensu doloris
passionū sentes percurristi. Vox enim illa uox
esse carnis uidetur, non spiritus, ex eo quod sub-
iunxisti: Spiritus quidem promptus est, caro au-
tem infirma. Quod promptus enim ad passio-
nem fuerit spiritus, euidenter ostendisti, quando
uentibus unā cum pro dōtore tuo uiris sangui-
num, & quarentibus animā tuam cum laternis
& facibus & armis per noctē, ultro occurristi: et
ne quid acciperent a duce flagitij, te ipsum mani-
festasti. Nam accedentē ad oculos sanctissimi
oris tui trucem bestiam auerfatus non es, sed os
in quo dolus inuentus nō est, ori quod abunda-
uit malitia, dulciter applicuisti. Innocens agne
Dei, quid tibi & lupo illi? Quæ cōuentio tui ad
Belial? Sed & hoc benignitatis tuæ Domine
fuit, ut omnia illa exhiberes, quæ prauū cordis
pertinaciam emollire possent. Nam et ueteris a-
micitia: non immemor, illum commonuisti, di-
cens: Amice, ad quid uenisti? Atq; horrore scele-
ris sui cor impij ferire uoluisti, cum dixisti: Iuda,
osculo filium hominis tradis? Et ecce Philistai
super te Sampson. Non illos a te absterruit, q̄
in hora apprehensionis tuæ omnipotēti brachio
tuo terrā eos allisisti, non quidē defensionis cau-
sa, sed ut cognosceret humana præsumptio nihil
se posse aduersus te, nisi quantū permitteret a te.
Et quis audiat sine gemitu qualiter homicidas
manus in illa hora in te iniecerūt, & innocentes
manus tuas Iesu bone, uinculis astringētes, te a-
gnum mansuetissimū, nihil loquentē, ad instar
latronis cōtumeliose traxerūt ad uictimam? Et
nec tunc misericordiā effundere super inimicos
tuos, & distillare fauam dulcedinis tuæ Chryste
cessasti, ac defensoris tui zelum a læsione trahen-
tium te compescuisti. Maledictus furor eorum,
quia pertinax, quem nec maiestas miraculī, nec
pietas beneficij potuit cōstringere. Consilio ma-
lignantium aduersum te pontificū præsentatus
es, & ueritatem prout oportuit confessus, quasi
de blasphemia adiudicatus es morti. Amantissi-
me Domine, quanta illic indigna a propria gen-
te pertulisti? Vultum tuum desiderabilem, in
quem desiderant angeli prospicere, qui omnes
coelos adimpleuit lætitiā, quem deprecabuntur
omnes diuites plebis, polluti labijs suo sputo co-
inquinauerunt, sacrilegis manibus suis cæcide-
runt, uelo in derisum operuerūt, & te Dominū
uniuersæ creaturæ tanquam seruū contemptibi-
lem colaphizauerunt. Adhuc autem animam
tuam incircuncisæ carni deglutiendam tradide-
runt. Vincitum siquidem ante faciem Pilati per-
dixerūt, postulātes crucis supplicio te interimī,
qui peccatū non noueras: & uirum homicidam
dari sibi, agnum lupo, aurum luto postponētes.
O indignū & infelix commercium, Et quidē nec

Luce 22.

ignorabat impius ille, per inuidiam hæc in te fe-
ri, nec tamē abstinuit a te temerarias manus, sed
repleuit animam tuam amaritudine sine causa.
Illusum recepit, in cōspectu illulorū astare te iul-
sit: nec pepercit amarissimis uerbis uirgine
am carnē tuam diuellere, plagis plagas, liuores
liuoribus crudeliter infligere. Eleste puer Dei
mei, quid tanta amaritudine, quid tanta confu-
sione dignū cōmiseras? Prorsus nihil. Ego ego
homo perditus, totius perditionis tuæ causa ex-
titi. Ego Domine uuā acerbā comedi, et dentes
tui obstupuerūt: quia quæ nō rapuisti, tunc exol-
uebas. In omnibus his non est fatiata perfidorū
Iudæorum impietas. Nouissimē autem incircū-
cisorum militū manib. deuolutus es, morte tur-
pissima cōsumendus. Parum erat sacrilegis illis
crucifigere te, nisi prius et ipsi illusionibus reple-
uissent animam tuam. Quid enim ait de illis scri-
ptura? Et cōgregauerunt ad eum uniuersam co-
hortem. Et exuentes eum uestimētis suis, indue-
runt tunicam purpuream, & chlamydem cocci-
neam circūderūt ei. Et placentes coronam
de spinis, imposuerūt capiti eius, & arundinem
in dextera eius. Et genu flexo illudebāt ei, dicen-
tes, Auerex Iudæorum. Et dabant ei alapas, &
expuentes in eum, accipiebant arundinē, & per-
cutiebant caput eius. Et postquā illuserūt ei, in-
duerunt uestimētis suis ut crucifigerēt, baiulan-
tem sibi crucē. Et perducunt eum in Golgotha,
& uinum myrrhatū dabant ei bibere cum felle
mixtum: & cum gustasset, noluit bibere. Tunc
crucifixus est eum, & cum eo duos latrones hinc
& hinc, medium autem Iesum. Iesus autem dice-
bat: Pater, dimitte illis, quia nesciūt quid faciūt.
Postea sciens Iesus quia cōsummata erant om-
nia, ut scriptura impleret, dixit: Sitio. Et currens
unus ex eis, acceptam spongiā impleuit aceto,
& imposuit arundini, et dabat ei bibere. Cum ac-
cepisset acetum, dixit: Consummatum est. Et cla-
mans uoce magna, dixit: Pater, in manus tuas
cōmendo spiritū meum. Et inclinato capite, e-
misit spiritum. Tunc unus militū lancea latus e-
ius aperuit, & cōtinuō exiuit sanguis & aqua in
redemptionē nostræ salutis. Expergiscere nūc
anima, excutere de puluere, & contemplare uir-
um hunc memorabilē, quem in speculo Euan-
gelici sermonis quasi præsentem intueris. Atten-
de anima mea, quis est iste qui ingredis habens
imaginem quasi regis, & nihilo minus serui de-
spectissimī confusione repletus, coronatus ince-
dit? sed ipsa etiā eius corona cruciatus est illi, &
mille puncturis speciosum caput eius diuulne-
rat. Regali purpura induitur, sed potius in ea de-
spicitur, quam honoret. Sceptrum in manu ge-
stat, sed eo ipso caput eius reuerendū feritur. A-
dorant coram ipso positus in terra genibus, & re-
gem clamant: & cōtinuō sputis amabiles eius
genas subliniunt, maxillam palmis & honorabi-
le collum exhonorāt. Vide anima mea, qualiter
uir iste per omnia conturbat et spernitur, sub cru-
cis onere dorsum incuruare uidet, & tuam ipse
portare

Mat. 27.

Luce 23.

portare ignominiam. Ad locum deductus sup-
plicij, myrrha potatur & felle, in cruce subleua-
tur, & dicit, Pater ignosce illis, quia nesciūt quid
faciunt. Qualis est hic, qui in omnibus presuris
suis nec semel aperuit os suū, ut aut querelæ, aut
excusationis, aut cōminationis, aut maledictio-
nis uerbū aduersus maledictos canes illos pro-
ferret? Sed nouissimē uerbum benedictionis su-
per inimicos suos, quale a seculo nō est auditū,
effudit. Quid hoc uiro mansuetius? quid benī-
gnius anima mea uidisti? Ad hunc autē attentius
intuere, quā grandī admiratione, et tenerrima
compassione dignus appareat. Vide nudum &
uerberibus laceratū, in medio latronum cruci i-
gnominiose ferreis clauis affixum, aceto in cruce
potatum, & post mortem lancea in latere uulne-
ratū, & copiosos sanguinis riuos ex quinque uul-
neribus manuū, pedū, & lateris effundentē. Fle-
tus deducite oculi mei, & liquefca anima mea,
igne cōpassionis super contritione amabilis uiri
huius, quem in tanta amaritudine tot uides affe-
ctum doloribus. Et iam quidē infirma eius ani-
ma mea uidisti, & miseris es: nunc maiestatem
eius attende, & miraberis. Quid enim ait scriptu-
ra? A sexta autem hora tenebræ factę sunt super
uniuersam terram usq; ad horam nonam. Et ob-
scuratus est sol, et uelum templi scissum est a sum-
mo usq; deorsum, & terra mota est, & petra scis-
sę sunt: & monumenta aperta sunt, & multa cor-
pora sanctorū, qui dormiebāt, surrexerūt. Qua-
lis est hic, quia & cœlum et terra cōpatiuntur ei,
cuius & mors mortuos uiuificat? Cognosce
anima mea, cognosce, hic est Dominus Deus
noster, Iesus Christus, Saluator tuus, unigenitus
Dei filius, uerus Deus, uerus homo, qui solus
sub sole sine macula inuētus est. Et ecce cum sce-
leratis quomodo reputatus est, et quali leprosus,
nouissimus uirorū aestimatus est: & tanquā abor-
titiū quod proijcitur a uulua, sic proiectus est ab
utero matris suæ infelicis synagoga. Iste formo-
sus præ filijs hominum, quā deiformis factus
est: Hic uulneratus propter iniquitates nostras,
attritus est propter scelera nostra, & factus in ho-
locaustum suauissimi odoris in cōspectu tuo pa-
ter æternæ gloriæ, ut auerteres indignationē tuā
a nobis, ut cōsederet nos sibi faceret in cœlesti-
bus. Respice Domine sancte pater, de sanctua-
rio tuo, & de excelso cœlorū habitaculo, & in-
tuere hanc sacrosanctam hostiā, quā tibi offert
magnus pontifex noster, sanctus puer tuus, Do-
minus Iesus pro peccatis fratrū suorū, et esto pla-
cibilis super multitudinē malitiæ nostræ. Ecce
uox sanguinis nostri Iesu clamat ad te de cruce.
Quid enim Domine, quid pendet in ea? Pendet,
quia præterita tanquam præsentia coram te sunt.
Cognosce pater tunicā uerī filij tui Ioseph. Heu,
fera pelsima deuorauit eum, & conculcauit in fu-
rore suo uestimentū eius, omnē decorē eius reli-
quijs cruoris inquinauit. Ecce quinque scissuras la-
mentabiles in ea reliquit. Hoc est Domine uesti-
mentū, quod in manu Aegyptiæ meretricis in-

Matth. 27.

Esai. 53.
Nume. 12.

Gene. 29.

nocens puer tuus dereliquit, meliorē æstimans
iacturā pallij, quā pudicitia: magisq; eligens
spoliatus carnis pallio in carcere mortis descen-
dere, quā pro mūdi gloria adulterinæ uoci ac-
quiescere. Illi inquā uoci, qua dictū est: Hæc om-
nia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Quod uti-
q; esset, cum dormiret cū adultera. Et nūc Do-
mine pater, scimus quia ipse filius tuus uiuit, &
dominatur in tota terra Aegypti, & in omni lo-
co dominationis tuæ. Eductus enim ad imperiū
tuū de carcere mortis & infernorū, & attonsus
immortalitatis coronā, mutata ueste carnis, im-
mortalitatis decore refluuit, & cum gloria susce-
pisti eum. Subiugauit enim sibi Pharaonis impē-
rium, & cū triumpho nobili, uirtute propria cœ-
los penetrauit. Et ecce gloria & honore corona-
tus, in dextra maiestatis tuæ assisit uultui tuo
pro nobis. Caro enim & frater noster est. Respi-
ce Domine in faciem Christi tui, qui tibi usq; ad
mortē obediens factus est: nec recedant ab oculi-
lis tuis cicatrices eius in perpetuū, ut memine-
ris quantā ab eo pro peccatis nostris satisfactio-
nē receperis. Vtinā Domine appendas in statera
peccata, quibus irā meruimus, & calamitatē,
quā pro nobis passus est innocēs filius tuus. Cer-
tē grauior apparebit & magis digna, ut propter
ipsam effundas super nos misericordiā tuam, q̄
fuit illa, ut, p peccatis nostris cōtineas in ira misē-
ricordias tuas. Gratias tibi pater referat omnis
lingua pro superabundantia bonitatis tuæ, qui
unico filio cordis tui non pepercisti: sed pro no-
bis omnibus illū tradidisti in mortē, ut eum tan-
quam fidelē aduocatū haberemus coram te in
cœlis. Et tibi Domine Iesu fortissime zelotes,
quid gratiarū retribuā, ut dignē retribuā ego ho-
mo puluis & uile figmentum? Quid enim pro
mea salute facere debuisti, & nō fecisti? Ab imo
pedis usq; ad summū uerticis te totum in aquas
passionum demeristi, ut me totum extraheres
de illis, & intrauerunt usq; ad animā tuam. Nam
et animam tuam in mortem perdidisti, ut meam
perditam mihi redderes. Et ecce, me duplici de-
bito obligasti. Nam & pro eo quod dedisti
tuam, debitor tibi sum: & pro mea quidem ani-
ma bis a te mihi data, semel in creatione, et semel
in redemptione: quid magis iustē tibi reddam,
quā ipsam, nō habeo. Pro tua autem preciosa
anima ita contribulata, quid ab homine dignē re-
pendi possit, nō inuenio. Nam et si cœlum & ter-
ram, & omnem ornatum eorum pro ea possem
rependere, certē nec sic usq; ad mensuram debi-
ti ullatenus attingere possem. Vt autem ipsum,
qd & debeo, et possibile mihi est, retribuam, tui
Domine muneris est. Diligendus es mi Domi-
ne toto corde, tota anima, tota uirtute: & tua mi-
hi sequenda uestigia, qui pro me mori dignatus
es. Et quomodo fiet istud in me, nisi per te? Ad-
hæreat anima mea post te, quia tota uirtus eius
pēdet ex te. Et nunc Domine redemptor meus,
te ut uerū Deum adoro, in te cōfido, in te spero
& quibus possum desiderijs ad te suspiro, ad-

Matth. 27.

iuua imperfectum meum. Ad tuam passionis gloriosa insignia, in quibus salutem meam operatus es, totum me inclino. Tuam uictoriosam crucis regale uexillum in nomine tuo Christe adoro, tuum spineum diadema, tuos rubentes sanguineos clauos, tuo sacro lateri immerfam lanceam, tua uulnera, tuum sanguinem, tuam mortem, tuam sepulturam, tuam gloriosam & uictoriosam resurrectionem & glorificationem Christe supplex adoro et glorifico. Odor enim uite spirat mihi in omnibus his, horum uiuifico odore spiritum meum Domine a peccati morte resuscita: horum uirtute ab astutijs satanae me custodi, ac me conforta, ut iugum mandatorum tuorum suauem mihi fiat, & onus crucis quod post te baulare me iubet, humeris animae meae sit leue. Quae est enim fortitudo mea, ut iuxta praecipituum tuum mundi pressuras tam multiplices inuictio animo sustineam? Nunquid pedes mei tanquam ceruorum, ut ue locem cursorem per spinas, & cofragra passio-num consequi ualeam? Sed audi uocem meam, & inclina super seruum tuum suauem crucem, illam quae lignum uitae est ihs qui apprehendunt eam: ut spero curram alacriter, portabo infatigabiliter eam quae ab inimicis est crucem post te. Illam inquam diuinissimam crucem humeris meis impone, cuius latitudo est charitas, cuius longitudo est aeternitas, cuius sublimitas est omnipotentia, cuius profundum est inscrutabilis sapientia. Confige illi manus meas & pedes meos, & totum passioni tuae conforma seruum tuum Domine. Da obsecro mihi continere ab operibus carnis quae odisti, & facere iustitiam quam dilexisti, & in utroque tuam quaerere gloriam: & sinistram quidem meam clauo temperantiae, dexteram uero clauo iustitiae in illa sublimi cruce fixas arbitror. Da menti meae iugiter meditari in lege tua, & omnem cogitatum meum iactare in te, & dextrum pedem meum eidem ligno uitae clauo prudentiae affige. Da ut sinistram spiritus mei sensualitatem non eneruet labentis uitae in felix foelicitas, non conturbet praesentis uitae in foelicitas, felix & sinister quoque meus fortitudinis clauo in cruce tenebitur. Ut autem aliqua similitudo spinarum capitis tui in me appareat, detur obsecro menti meae & salutaris poenitentiae compunctio, & alienae miseriae comparsio, & stimulus zeli aemulantis quod rectum est coram te, & ad te conuertat in arumna mea, dum triplex configetur spina. Libet ut spongiam per arundinem ori meo porrigas, & acetum amaritudinem gustui meo adhibeas. Libet ut per scripturas tuas rationi meae conferas gustare & uidere: quoniam florens hic mundus tanquam spongia inanis est, & omnis concupiscentia eius aceto amarior. Ita pater in me fiat calix iste Babylonis amarus in omnem terram, non inani flore seducat, non falsa dulcedine inebriet, quemadmodum eos qui tenebras lucem, lucem tenebras, amarum dulce, et dulce amarum arbitrantur. Vinum myrrhae cum felle mixtum suspectum mihi est, pro

eo quod tui ex eo bibere noluisse: quia nimiam acerbitatem inuidiae & nequitiae crucifixorum tuorum indicabat. Tuam uiuificam morti tuum seruum Domine configura, faciens quidem in me ut moriar secundum carnem, uitam autem secundum spiritum iustitiae. Ut autem integram cruci fixi imaginem me portare glorier, illud quoque quod post mortem tuam insatiabilis malitia impiorum in te exercuit, hanc in me similitudinem exprime. Vulneret cor meum uiuus & efficax sermo tuus, penetrabilior omni lancea acutissima, pertingens usque ad diuisionem animae meae, & producens ex ea tanquam de dextero latere meo uice sanguinis, et aquae amoris tuum Domine, & fratrum tuorum. Postremo & munda sindone primae stolae spiritum meum inuolue, in qua requiescam egrediens & ingrediens in locum tabernaculi admirabilis: & abscondas me, donec pertranseat furor tuus. Die autem tertio post diem laboris, post diem supplicij, mane prima sabbati perpetue inter filios tuos me indignum resuscita, ut in carne mea uideam claritatem tuam, et adimpleam letitia uultus tui. O Saluator meus et Deus meus, ueniat ueniat oro tempus, ut quod nunc credo, oculis tandem reuelatis aspiciam: quod spero nunc & a longe, salute apprehendam. Quod pro uiribus meis desidero, uinis animae meae amplectar & deosculer, & in maris tui abyssum totus absorbeor. O Saluator meus, et Deus meus: sed benedic anima mea Deum Saluatorem meum, & magnifica nomen eius. sanctum est enim, & sanctissimis delicijs plenum. O quam bonus, quam suauis es Domine Iesu, animae quaerenti te. Iesu redemptor perditorum, Saluator redemptorum, spes exulum, fortitudo laborantium, anxianti spiritus latitudo, animae lachrymosae et post te currentis in sudore dulce solatium & suauem refrigerium, corona triumphatum, unica merces & laetitia omnium supernorum ciuium, uberrimus fons omnium gratiarum, inclytus proles summi Dei, & Deus sumus: benedicant te omnia quae in caelo sunt sursum, & quae in terra deorsum. Magnus tu, & magnum nomen tuum. O immarcescibilis decor Dei excelsi, & purissima claritas lucis aeternae, uita omnem uitam uiuificans, lumen illuminans, lux omne lumen illuminans & conseruans in aeterno splendore. Mille millena lumina fulgurantia ante thronum diuinitatis tuae a primo diluculo. O aeternum, substantiale et inaccessibile, clarum & dulce profluuium fontis absconditi ab oculis omnium mortalium, cuius unda sine ortu, cuius profundum sine profundo, cuius altum sine termino, cuius amplitudo incircumscrutabilis, cuius puritas imperturbabilis. Eructauit te cor Dei altissimi de suo impenetrabili abyssu, uita uitam, lux lucem, aeternum aeternum, immensus immensus, & per omnia sibi coaequalem, & de plenitudine tua nos omnes accepimus. Tu enim largissime fons omnis boni, septemplex gratiae preciosum flumen de thesauris tuis emisis, cuius suauis dulcore huius nostri maris, id est, nostrae infirmitatis

firmittatis saluginem mitigare digneris. Flumen olei letitiae, flumen uini meracissimi, torrens ignei uigoris. Spiritus paracletus a te & a patre, par utriusque in orbem terre perfunditur, omnia replens, omnia continens: spiritus a te, spiritus a patre, unus ex ambobus, unius ambobus, utpote amborum indiuidua connexio, unificum gluten, complexus indissolubilis, & pax omnem sensum exuperans. Hic est torrens uoluptatis tuae Domine, qua delicatam illam & gloriosam ciuitatem Hierusalem, quae sursum est, iugiter potas, & laetabunda ebrietate facis aestuare, ut tibi iubilent hymnum incessabilem lucida illa & flammea organa, in uoce exultationis & sono epulantis, cuiusque desiderabilibus guttis resocillari subunda fauces exulis populi tui iugiter a te expectant Domine. Si nito pater, ut catelli bibant de stillis quae cadunt de mensa dominorum suorum. Rorate caeli desuper, & nubes pluant iustum, illum Domine quem aestuare fecisti. Inclytas primitias populi tui, insigne solennitatis nostrae illo quiescimus igneo stillicidio purga, innoua, illumina, inflamma, exhilara, & confirma, & uni cor credentium tibi, ut unum sint, unum sapiant, unum unanimiter requirant & apprehendant, & uideant, & benedicant te Deum deorum in Sion. Sit indiuiduae trinitati gloria, gratiarum actio, honor & imperium in secula seculorum: Amen.

FINIS.

ELENCHVS CAPITVM, QVAE SEQUENS LIBELLVS DE PASSIONE DOMINI COMPLECTITVR.

In prologo, operis totius telam orditur ab oratione.

Christum Iesum ueram esse uitam.	Caput 1
De praecisione uitae.	Cap. 2
De circumsensione uitae.	Cap. 3
De uinculis quibus illigatur uitis.	Cap. 4
De cultura & speciositate interiori uitae.	Cap. 5
De folijs uitae in genere.	Cap. 6
De umbra foliorum uitae.	Cap. 7
De septem folijs speciatim, ac primum de primo.	Cap. 8
De secundo folio.	Cap. 9
De tertio folio.	Cap. 10
De tribus uerbis charitatis.	Cap. 11
De quarto folio.	Cap. 12
De quinto folio.	Cap. 13
De sexto folio.	Cap. 14
De septimo folio.	Cap. 15
De iucunditate florum.	Cap. 16
De flore humilitatis.	Cap. 17
De florente lilio castitatis.	Cap. 18
De radice lilij.	Cap. 19
De trunco, & ijs quae ad lilia castitatis requiruntur.	Cap. 20
De rectitudine lilij.	Cap. 21
De fortitudine trunci.	Cap. 22
De uerbis trunci ardentibus.	Cap. 23
De longitudine trunci.	Cap. 24
De folijs circa truncum.	Cap. 25
De nouo Cantico.	Cap. 26
De folijs iuxta terram.	Cap. 27

De contemplatione floris lilij nostri.	Cap. 28
Lilij flos terram uersus inclinandus est.	Cap. 29
De numero foliorum lilij nostri.	Cap. 30
De tribus commodis uirginibus accessuris in futura uita.	Cap. 31
De sex operibus charitatis erga proximum.	Cap. 32
De rosa rubente & ardente.	Cap. 33
De rosa charitatis.	Cap. 34
De rosa passionis.	Cap. 35
De septem effusionum sanguinis Christi omnium prima.	Cap. 36
De secunda effusione sanguinis.	Cap. 37
De tertia effusione sanguinis.	Cap. 38
De quarta effusione sanguinis.	Cap. 39
De quinta effusione sanguinis.	Cap. 40
De sexta effusione sanguinis.	Cap. 41
De croco abstinentiae uitae nostrae.	Cap. 42
De odore florum uitae nostrae.	Cap. 43
Quam expectandi ueniant flores in uite nostra.	Cap. 44
De odore florum.	Cap. 45
De fructu uitae nostrae.	Cap. 46.

TRACTATUS BEATI BERNARDI ABBATIS DE PASSIONE DOMINI, SUPER, EGO SUM UITIS UERA.

PROLOGVS.



Uitae benigne, uitis uera, lignum uitae, quod in medio paradisi situm est: Domine Iesu Christe, cuius folia sunt in medicinam, fructus uero in uitam aeternam. Benedictus flos & fructus uirginis matris castissimae, sine quo nullus sapit: quia tu es aeterni patris sapientia, mentem meam debilem & aridam pane intellectus, & aqua sapientiae salutaris, dignare reficere, ut te, o clauis David, aperiente, mihi referentur obscura: & te o uera lux, radiante, tenebrosa pandantur: ut per me ministrum humilem, temetipso manifestante & elucidante loquentes simul uidentes uitam habeamus aeternam. Amen.

Caput I.

Ego sum uitis uera. Ipso Domino Iesu Christo adiuuante, uideamus quasdam proprietates uitae terrestres, in quibus etiam illius supercoelestis uitae proprietates nominare possumus: nec tantum ea quae exterius ad culturam eidem exhibentur, consideremus. Et primo quidem, quod plantari solet uitis in terra, non seminari, translata de sua uite: quod ad conceptionem Iesu mihi pertinere uidetur. Uitis enim primo nata de uite, est Deus genitus de Deo, filius de patre, coaeternus & consubstantialis ei de quo genitus est. Sed ut maiorem faceret fructum, plantatus est in terra: id est, in uirgine Maria conceptus, factus quod non erat, manens quod erat. Benedicta terra haec, omnium gentium proficiens benedictionem. Vere benedicta, quae Deo dante benignitatem, tam benedictam protulit fructum. Haec est terra, de qua scriptum est: Terram non operabatur quisquam, sed irrigabatur

Gen. 2. à fonte ascendente de paradiso. Terra quippe hæc non accepit operationem humanam, ut conciperetur in ea filius Dei, sed aqua spiritus sancti irrigata fuit. Ita enim legis: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Rursum de hæc terra scriptum est: **Esaiæ 45.** Aperiat terra, & germinabit Saluatorem. Aperta quippe fuit per fidem, credens & obediens angelo: germinauitq; uitam salutarem, Saluatorem nostrum æternæ uitæ præmia largientem. Hac itaq; uite nostra in lucem edita, quædam proprietates culturæ uitis attinētes adhibita sunt.

De præcisione uitis. Caput II.

SOlet enim uitis fructifera præcidi, quod & scorporaliter & figuratiuè accipi potest. Circuncisus enim fuit Iesus, non quod hac circuncisione egeret, quæ in antiquis patribus debebat originale peccatum, sicut baptisumus in nobis. Nihil enim peccato originali per concupiscentiæ uitium contracto debebat, quia sine omni concupiscentiâ carnali conceptus erat: sed ne legem, quam ipse dederat, soluere uideretur. Moraliter uerò docens nos oportere non ægrè ferre, si quando pœnas peccati patimur: quod in nobismetipsis non recognoscimus, cum ipse peccatorum purgator non fuerit designatus pro nobis subire remediũ peccatorum. Consolemur ergo dolores nostros, qui nequaquam sine peccato sumus doloribus illius, qui non pro se, sed pro nobis doluit & uulneratus est: non pro se, sed ut nostris uulneribus mederetur. Vide quantum ad suscipiendos dolores festinauit, quam paratus & promptus sanguinem effundere, circuncisus pro nobis die natiuitatis sue octauo. Utinam nos saltem & anno octauo nõ nihil pro Domino pateremur. Sed quid dicimus, cum plures inueniamus, & post octo plantatos, uel post octoginta annos, cum naturaliter erit eorum labor & dolor, nec uoluntate saltem ad Dominum conuerti, nec tam maturè impensũ sanguinis preciosi tam diu uanitati subiectam. Quid miserius? Christus octauã diem à natiuitate sua uix expectat, ut suũ tibi sanguinẽ impendere incipiat. Tu post, nõ dico octo dies, sed nec post octoginta menses, imò & octoginta annos, solam non rependis uoluntatem? Ille uix natus sanguinem tibi effudit: tu iam moriturus, uoluntatem tuam non refundis? Bonus profectò Iesus, qui etiam in quarta uigilia uenientẽ seruũ suscipit poenitentẽ. Dedisti robur annorũ iuueniliũ hosti Christi: Christo saltem misericorditer expectanti infirmam tribue uoluntatẽ: nec dubites, quin illam accipiat. Puer enim natus est nobis, ut paruulis munusculis consoletur: quia paruum parua decent. Quod si quod offers paruum non fuerit, id est humile: per hoc ipsum ad ipsum humile intrare non poteris, qui de se dicit, Ego sum ostium. Et alibi: Venite ad me omnes: & discite à me, quia mitis sum et humilis corde. Possumus & alio modo accipere præcisionẽ

uitis nostræ: ut discamus omnia ab eo præcisa, quibus caruit in hac uita, cum ea tamen habere potuisset: & accipiamus hanc præcisionem à uerbo Apostoli dicentis, Qui cum in forma Dei esset, exinaniuit semetipsum, formã serui accipiens. Ipsa enim exinanitio, quædam præcisio est. Sicut enim minuitur uitis, quando præciditur: ita uera uitis Christus in incarnatione minoratus ab angelis, imò & infra omnes homines humiliatus fuit. Quomodo amputata fuit in eo gloria, cultro ignominiæ: potentia, cultro abiectionis: uoluptas, cultro doloris: diuitiæ, cultro paupertatis? Vide nunc, quantum præcisa fuerit: ille cui famulatur omnis gloria cœlorum, imò ipse qui solus uera gloria, quasi abiicit gloriam. Seruili circumdatus indumẽto, sustinet ignominias: confusionibus operitur, ut te à confusionibus redimeret, & ad gloriam pristinam reuocaret: ille cuius potenti nutui omnia inferna, terrestria & supercœlestia sunt subiecta, sic sit abiectus, ut reputaretur omnium uirorum nouissimus. Subijcitur fami, siti, caloribus, frigoribus, doloribus, infirmitatibus, & post hæc tanta mortis supplicium non euadit. Ille qui lucem inhabitat inaccessibilem, in quem desiderant angeli prospicere: cuius solius odor sanctorum sic mentes inebriat, ut & mundi præsentis & suipforum oblititi totis uiribus currant post ipsum, tanto dolori subijcitur, ut in ipso ueraciter noscatur impletum quod antè dixerat per prophetas: O uos omnes qui transitis per uiam, attendite & uideite, si est dolor similis sicut dolor meus. Ille, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei sunt absconditi, rē regum, diues in omnes, solus nullius egens, sic fit pauper, ut, ipso teste, & uulpibus terræ & uolucibus cœli pauperior inueniatur, cum dicit: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Pauper in natiuitate, pauperior in uita, pauperimus in cruce. Natus enim pastum habet lac uirgineum, tegmen pannos uiles. In uita uerò sit tegmentũ habuit, sapius in uictualibus defecit. In morte & nudũ inuenies, & sitientem: nisi forte ad sitis ipsius remediũ uelis adhibere acetum myrrha & felle mixtum. Postremò autem cultro timoris amputati sunt ab ipso omnes amici & proximi, ut non esset qui consolaretur eum ex omnibus charis eius. Torcular enim calcauit solus, et de gentibus non erat uir cum eo: & cum sustineret cor eius impropriũ et miseriam, expectauit qui simul cõtristaretur, & non fuit: & qui cõsolaretur, etiã non inuenit. Vide nunc quantum præcisa fuerit uitis nostra. Quæ uitis unquam tantum præcisa fuit? Sed quæ est consolatio huius præcisionis? Multus fructus. Multam enim & incomparabilem præcisionem sustinuit. Videtur tamẽ signanter dictum esse, Et de gentibus non est uir mecum: tanquam intelligendum sit, solas mulieres cum illo remansisse. Uitis enim fortioris naturæ fugientibus præ timore, non fugit muliebris infirmi-

infirmas, quæ etiam baiulantem sibi crucem, & in cruce morientem non dereliquerunt, sicut in persona Christi conquerentis loquitur beatus Iob: Derelicta sunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Per labia quippe, quæ cæteris sunt membris molliora, mulieris sexus mollis et infirmus intelligitur, qui solus Christo discipulis fugientibus adhesit, figuratur. Elegit enim Dominus infirma mundi, ut confunderet fortia. Si uerò fugam mentalem intelligimus, nec uir, nec mulier relictus est cum eo, præter illam quæ sola benedicta est in mulieribus, quæ sola per illud triste sabbatũ stetit in fide, & saluata fuit ecclesia in ipsa sola. Propter quod aptissime tota ecclesia in laudem, et gloriam eiusdem uirginis diem sabbati per totius anni circulum celebrare consueuit. Verè & singulariter benedictus palmas, qui à sua uite nullo potuit timore præcidi. Abcisi sunt uiri qui dicunt, Nos autem sperabamus, quod ipse redempturus esset Israhel. Abcise sunt mulieres, quæ quamuis piè præueniunt mortuum humanitatis seruitium exhibere, tamen illum resurrectionem nequaquam credebant. Et fortasse propterea (quod tamen non asserendo dico, ne nouas uidear assertiones introducere) illa mater quæ plus habuit pietatis, cum alijs ad uentum non uenit corpus Christi sepultum: quia frustra putabat eum ungi, quem resurrectionem sciebat. Verè fortis hæc mulier, & præ cunctis post filium honoranda. Verè & uirago dici potest, quæ à uirò Christo per animi fortitudinem separata non est: sed eum quem morientem & mortuum uidit, credidit immortalitatis gloria sublimatum.

De circumsisione uitis. Capitulum III.

Circumfoditur uitis. Folsio hæc insidiantium fraus intelligitur. Quasi enim foueam fodit, quæ dolo machinatur aliquem decipere. Unde conquerens dicit, Foderunt ante faciem meam foueam. Non enim poterat illi aliquis dolus abscondi, qui oculatus est antè & retrò, & qui præterita & futura tanquam præsentia intuetur. Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Ostendamus autem per exemplum, aliquã fraudem istarum folsionum. Adducunt, inquit, illud Euangelicum: Domino Iesu mulierẽ adulteram, dicentes quod Moyses in lege præcepit huiusmodi lapidare. Tu autem quid dicis? Vide foueam qua beatam uitam nostram circumfoderunt illi pessimi agricolæ, non ut facerent eam germinare, sed magis arefcere. Veruntamen in contrarium celsit eorum intentio, & circumfolla, fertilis magis facta est, & humorem misericordiæ distillans. Foueas uerò uideamus. Dixerunt apud se: Si secundum legem dixerit mulierem lapidandam, foueas incidet crudelitatis, qui de se dicit, Mitis sum & humilis corde. Et iterum: Misericordiam uolo & non sacrificium. Si uerò dixerit absoluentem, foueam præuaricationis non euadet: & iurè condemnabitur ut legis transgressor. Sic captant in animam iusti, &

obseruant peccatores iustũ, & strident. Nesciunt quod frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, et quod qui fodit foueam, incidet in eam. Sed leuiter transiit has foueas noster ibicus, ipsosq; fossiores deiecit in illã. Ait enim: Qui si ne peccato est uestrum, primus mittat in eam lapidem: quasi dicat, legi meæ non contradico, pietatem meam non desero. Ista quidem meruit lapidari, sed non lapidabitur: quia qui lapidem iuste possit in eam mittere non habetur. Nonne uis adhuc aliquas foueas uidere? Licet, inquit, censum Cæsari dari, an non? Dixerant enim apud se: si dixerit, licet: tenebitur reus tanquam libertatis nostræ destructor. Solutio enim census, seruitij signum est: si dixerit, non licet, reus erit læsæ maiestatis. O stultos. Solet stultus alios secundum se aestimare: & quod ipse ignorat, sapientes quosq; credit similiter ignorare. Sed quid ait sapientia? Libertati Dei non derogo, maiestatem Dei non offendo, foueas uestras nõ incido. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo. Non enim offenditur Deus iustus, qui uult cuiq; reddi quod suum est. Si reddatis Cæsari quod Cæsaris est, nõ offenditur Cæsar: si Deo reddideritis quæ creauit iustè, quod iustum est facitis. Reddite ergo Cæsari denariũ Cæsaris habentem imaginem: reddite Deo animam, quam ad imaginem & similitudinẽ suam creauit, & ecce iusti fueritis. Longum esset nimis omnes foueas, quas ueræ uitæ nostræ maligni isti foderunt, edisserere: quia omnia illius & uerba & facta calumniari nitentur. Sed quum uiderent circumfossiones nil nocere uitæ, magis aut seipos dum fodiunt, in ipsas incidisse, ipsam uitam circumfodere & perfodere laborabant, ut sic saltem ad modum altarum arborum æternam incureret ariditatem. Foderunt ergo & perfoderunt non solum manus, sed & pedes: latus quoque & sanctissimi cordis intima furoris lancea perforauerunt, quod iam dudum amoris lancea fuerat uulneratũ. Vulnerasti, inquit, in Canticis amoris sponsus, cor meũ, foror mea sponsa, uulnerasti cor meũ. Uulnerat cor tuũ Domine Iesu sponsa tua, amica tua, foror tua. Quid necessariũ fuit illud ab inimicis ultra uulnerari? Quid agitis õ inimici? Si uulneratũ est, imò quia uulneratum est cor dulcis Iesu, quid secundũ uulnus apponitis? An ignoratis, quod uno uulnere tactũ cor emoritur, & fit insensibilis? Mortuũ cor Domini Iesu, quia uulneratũ possedit uulnus amoris, possedit mors amoris Domini cor sponsi Iesu. Quomodo mors altera introibit? Fortis est ut mors, imò uerè fortior quam mors dilectio. Non enim potest prima mors expelli, id est dilectio malarum mortium mortificatrix à domo cordis, quã sibi inuolabili iure, suo uulnere acquisiuit. Si duo æquẽ fortes concurrunt, quorum unus sit in domo, alter uerò deforis, quis dubitet eum qui deintus est, obtinere uictoriã? Et uide quanta sit uis amoris domum cordis obtinẽtis, & per uulnus dulcissimi occidentis non solum in Do-

mino Iesu, sed & in seruis ipsius. Veniamus ad martyres. Terrentur licet martyres, rident: feruntur, & gaudent: occiduntur, & ecce triumphant. Quare? Quia morte charitatis intus in corde iam dudum mortui peccatis, mortui mundo, tanquam insensibiles facti, nec minas, nec tormēta, nec mortem sentire potuerunt. Quid mirum? Mortui erant.

Colos. 3. Mortui enim estis, ait Apostolus. Qualem mortem quidam stultus sapienter optabat, dicens: Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Bona mors, mortē contemnens: bona mors, uitam cōferēs sempiternā. Sic ergo iam dudum uulneratū & mortuum fuit cor Iesu, mortificati propter nos, tota die aestimati, si cut ouis occisionis. Accessit autem & mors corporalis & uicē ad tempus, ut uinceretur in aeternum. Victa est, non quia resurrexit a mortuis,

Roma. 7. quia mors ultra nō dominabitur: sed quia semel uenimus ad cor dulcissimum Iesu, & bonum est nos hic esse: ne sinamus nos facile auelli ab eo, de quo scriptum est: Recedentes a te in terra docentur. Quia autem accedentes? Tu ipse doces nos. Tu dixisti accedētibz ad te: Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in caelo. Concedemus hęc, quia hi qui in caelis scripti sunt. Quid ergo illi qui in terra scribentur? Uidebunt utique. Sed quis nolit gaudere? Accedamus ergo ad te, & exultabimus & letabimur in te, memores cordis tui. O quam bonum & quam iucundum habitare in corde hoc. Bonus thesaurus, bona margarita, cor tuum bone Iesu, quam fesso agro tui corporis inueniemus. Quis hanc margaritam abijciat? Quin potius dabo omnia, omnes cogitationes & affectus mentis commutabo & comparabo illam mihi, faciens omnem cogitatum meum in cor Domini Iesu, et sine fallacia illud me enutriet. Ad hoc templum, ad hęc sancta sanctorum, ad hanc arcam testamenti adorabo & laudabo nomen Domini, dicens cum David: Inueni cor meum, inquit, ut orem Deum meum. Et ego inueni cor regis, fratris & amici benigni Iesu. Et nunquid non adorabo? Orabo utique. Cor enim illius mecum est. Audacter dicam: Si, imō quia caput meum Christus est. Quomodo quod capitis mei est, non meum est? Sicut ergo corporalis capitis mei oculi, mei oculi uerē sunt: ita & spirituale cor, cor meum est. Bene ergo mihi. Ego uerō cum Iesu cor meum habeo. Et quid mirum? Cum multitudinis credentium fuerit cor unum. Hoc igitur corde tuo, & in eo dulcissime Iesu inuenito, orabo te Deum meum. Admitte tantum in sacrarium exauditionis tuę preces meas: Imō me totum trahē in eorum. Licet enim tortuositas peccatorum meorum impediat me, tamen quia cor illud incomprehensibili charitate dilatatum est & ampliatum: & tu qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, ut deposita gibbi sarcina, per foramē acus possim transire. O omnium pulchritudine speciosissime Iesu, amplius laura me ab iniquitate mea, & a

peccato meo munda me, ut purificatus per te, ad te purissimum possim accedere: & in corde tuo omnibus diebus uitę meę merear habitare, & ut uidere simul semper et facere tuam ualeam uoluntatē. Ad hoc enim perforatū est latus tuū, ut nobis pateat introitus. Ad hoc uulneratum est cor tuum, ut in illo & in te, ab exterioribus perturbationibus absoluti habitare possimus. Nihilominus & propterea uulneratum est, ut per uulnus uisibile, uulnus amoris inuisibile uideamus. Quomodo hic ardor melius ostendi potest, nisi quod non solum corpus, uerum etiam ipsum cor lancea uulnerari permittit? Carnale ergo uulnus, uulnus spirituale ostendit. Et hoc fortasse inuit ipsa auctoritas praelibata, in qua bis positum est uulnerasti. Vtriusque enim uulneris ipsa soror & sponsa causa est, ac si sponsus aperte diceret: Quia zelo amoris tui uulnerasti me, lancea quoque militis uulneratus sum. Quis enim cor suum palo uulneri permitteret, nisi prius amoris illius uulnus percepisset? Dicit ergo: Uulnerasti cor meum foror, mea sponsa, uulnerasti cor meum. Sed quare soror & sponsa? an non poterat sufficientem sponsi amantis affectum ostendere solius sororis, uel solius sponsę positio? Vel quare sponsa & nō uxor, cum quotidie uel ecclesia, siue quaelibet fidelis anima, sponso suo Christo honorum operū sobolem debeat generare? Paucis dico, solent sponsę nondum alligatę conjugali uinculo amari ardentius, quam postea. Tempore enim procedente amor ipse componitur. Sponsus ergo noster, ut magnitudinem insinuet sui amoris, qui tempore non decreuit, amicam suam sponsam appellat, eo quod illius amor semper nouus sit. Sed quia sponsę etiam carnaliter diliguntur, ut in amore sponsi nostri nil carnale sapias: ipsam sponsam suā sororē appellat, quia sorores iam nequaquam carnaliter adamantur. Dicit ergo: Uulnerasti cor meū, & cetera. Tanquā dicat: quia summe te diligo ut sponsam: castę, ut sororē, uulneratū est cor meum propter te. Quis illud cor tam uulneratum nō diligit? Quis tam amantem non redamat? Quis tam castum non amplectatur? Diligit profectō uulneratum, que nimio illius amore uulnerata proclamat: Uulnerata charitate ego sum. Nunquid non redamat sponsam amantem, quę dicit: Nunciate dilectio, quia amore langueo? Fraterno se amantem amore complectitur, que dicit: Quis mihi det, te fratrem meum sugentē ubera matris meę, ut inueniam te foris, & cōplectar & deosculer, & iam me nemo derideat. Quis autem est foris? Aestimō, quod extra corpus. Quandiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino. Quis hanc peregrinationem patiēter ferat? plena est dolorum: in qua et si sponsus se aliquando gratia consolationis exhibeat, stat tamen longē quasi post parietem corpore hoc peccati, separātē inter nos & ipsum: nec facile prębet se tangendū & osculandum, nisi illi animę que in tantum altitudinem

Cor Chri. sti cur uul. neratum. Ioan. 19.

Cantic. 4.

Ibidem.

Cantic. 5.

Cantic. 2.

titudinem meritorum processit, ut dicat ei: Surge amica mea, columba mea, formosa mea, quę sola licet raro aliquo modo arbitrās se comprehendisse, proclamat: Inueni quem diligit anima mea: inueni illum, nec dimittā. Sed ad hunc gradum non facile quis ascendit. Nos igitur adhuc intus, id est, in corpore manentes, quantum possumus, amemus, redamemus, amplectamur uulneratum nostrum, cuius impij agricolę fodunt manus & pedes, latus & cor: stemusq; ut cor nostrum durum adhuc & impenitens amoris sui uinculo constringere, & iaculo uulnerare dignetur.

De uinculis nostre uitę. Cap. IIII.

Ligatur uitis. Quis uincula nostrę uitę non uideat? Videamus tamen hoc uinculum. Primum, obedientia fuit. Obediuit enim patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Obediuit matri & Ioseph, secū dum illud: Venit Nazareth cū eis, & erat subditus illis. Obediuit enim in terrenis, iudicibus soluens didrachmā. Secundum uinculum, uterus uirginis, de qua canimus: Quia quem cęli capere non poterant, tuo sancto gremio contulisti. Tertium, in pręsepio fuit, secundum illud: Vagit infans inter arcta conditus pręsepia, membra pannis inuoluta, uirgo mater alligat, pedes manusq; crura stricta cingit fascia. Quartum uinculum fuit funis, quo ligabatur cum caperetur. Ita enim habes: Tunc uidelicet cum traditus esset, iniecerunt manus in Iesum, & uinxerunt eum. O rex regum & Domine dominantium, quid tibi & uinculis? Ligantur uites, ne si iaceant in terra, aut minuantur, aut corrumpanē fructus earum. Incorruptibilis autem fructus fuit eius & est. Quare ergo ligatur? Bene dicit quidā rex, cum percussus humana sagitta peteretur, ut se ligari permitteret, donec excinderetur, quia leuissimo motu mortem posset incurrere. Non decet, inquit, uinciri regem. Libera sit regis & semper salua potestas. O Deus deorum, quantum ergo derogatum fuit libertati & potentię tuę? Tot adeo ligaris uinculis, qui solus ligandi & soluendi potestatem habes? Sed propter misericordiā tuam ligatus es, ut nos a miseris nostris faceres absolutos. O quam immitia fuerunt illorum immitissimorum uincula, quibus agnum mitissimum uinciebant. Video oculis mentis te Domine Iesu, tam duris nexibus adstrictū, tanquā latronem trahi ad iudicium principis sacerdotū, & inde ad Pilatum: uideo et perhorresco, & admiror: & admirando deficerem, nisi quod liqui de cognosco, te prius in corde charitatis nexibus fuisse constrictum, qui ad deteriora uincula sufferenda te leuiter attrahere potuerunt. Gratia sit uinculis tuis bone Iesu, quę nostra tam potenter diruperunt. Quintum fuit uinculum, quo ligatus fuit ad columnam, cum flagellaretur. Quanquam & ipsa flagella, quę corpus eius circuibant, non incongruē possumus uincula appellare. Sed quamuis immitia, quamuis du-

ra, quamuis iniusta, diligo flagellorum istorum uincula, quibus sacratissimum corpus tuum datum est contingere, quę tuo purissimo sanguine non mediocriter sunt imbuta o bone Iesu. Si enim sanguis tuus in flagellatione fuit tam copiose effusus, ut columna guttis illius resperfa adhuc, sicut asseritur, rubra seruet uestigia: quantum sanguinis credam ipsis flagellis corpus tuū mitissimum scindentibus inhęsisse? Tam durę flagellatus est Dominus, ut sanguis eius sursum in aera resuleret. Vide autem quā bene huic ligationi cōueniat, quod uitis ad palum ligatur. Quid enim per palum, quā ipsa columna, cui Dominus Iesus alligatus accipitur? Sicut enim uitis palo, ita Christus statuę alligatur. Sextum uinculū fuit, corona illa spinea cū magna amaritudine illud caput amabile complectēs, et multorum aculeorū in illo signo relinquens: sanguineas utique guttas eliciens, & ut puto, in faciem uenerabilem transmittens, uix adhuc de sputis Iudaicis exccatum. Crudele fuit uinculum hoc, pręter pœnas quas pertulit in ligno, honoris plurimum habens & decoris. O rex glorię Domine Iesu Christe, corona omnium te confitentū, te sequentium, pugnantū pro te, uiuētium pro te, manentium in te. Quis te tam amaro uinculo confusionis addixit? Ecce operit cōfusio caput tuum, & faciem tuam amabilem ingeritur tibi a generatione praua & amaricante honor derisorius in corona: sed spinarum aculeis contendūt in te dolor & confusio. Nescio in utro magis puniaris: corona derisionem, spinę ingerunt punitionem. Egredimini filię Sion, & uidete regē Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater eius, in die desponsationis eius, & in die lætitię cordis eius. Quęcunq; autem anima confitetur se filiam Sion, id est ecclesię, egrediatur a curis secularibus, a cogitationibus uanis, & uideat per contemplationem mentis regem Salomonem: id est, Christum Iesum, qui est pax nostra, destruens inimicitias, amicitiasq; reformās inter Deum & hominem. Vide hunc o felix anima, in diademate quo coronauit eū mater eius, synagoga uidelicet, plebs Iudeorum. O mater amara, quid peccauit hic bonus filius tuus, ut uinculis etiam uinciat? Hic est qui soluit compositos, qui erexit elisos, suscipiens aduenas, pupillos, uiduasq; consolans, & meruit uinculari? Hancne dotem, hæccine munuscula nuptijs illius impendit? Dies enim desponsationis illius, dies ista est dies indignationis & blasphemię, dies tribulationis et miserię, dies percussiois et doloris, dies uinculorū et mortis, dies desponsationis illius est. Hac arra o fidelis anima, sponsus tuus speciosus subarrauit te: & ipse tanquā sponsus hodie coronatus, processit. Coronatus, inquit, non auro, nō gemmis, sed spinis: nec defuit purpura uestis irrisorię. Chlamydē enim coccinēā circūdederūt ei, quamuis ipse uestem corporis sui, sanguinis sui preciosissimi effusione multo nobilius purpurauit. Purpura enim non plus q̄

bis tingitur: ipse uero purpura corporis sui non solum bis, sed etiam tertio sanguineo torrente pertinxit. Ecce sponsus tuus & sponsa, rubricat in sudore, in flagellatione, in crucifixione. Eleua mentis oculos, & uide si tunica spōsi tui hæc sit, an non. Ecce, fera peissima condemnauit filium tuum, fratrem tuum, sponsum tuum. Quis hic gemitus, lachrymasq; contineat? Quis hic nō doleat? Quia si est pius gaudere pio lesurita est pius flere pius lesus. Septimum uinculū fuit, quo ligatus fuit in cruce, ferreū. Fuit hoc uinculum multo ferocius ceteris, quod nō solum manuum, pedumq; sanctissimorū compagem diuisit, uerum etiam illam purissimā animam a mundissimo corporis hospicio separauit. Nunc etiā dō filia Sion, egredimini & uidete pacificum nostrum, pugnantem pro libertate nostra in bello occumbere. Videte uitæ nostræ auctore pro nobis uitæ ianuas introire, ut nos ad uitæ uiam reuocet. Videte uincula durissima, clauos ferreos, pedes & manus, quæ salutē nostrā operabatur in medio terræ, crudeliter penetrare. Videli gnum crucis missum in panem nostrum, panem candidissimū, panem delicatum, panem angelorum, qui de cœlo descendit, ut se nobis daret in cibum, & animas nostras continuo subiectas labori semetipso nō alieno cibo reficeret: & se nobis incorporando nō se in nostram carnem, sed nos in suum spiritū reformaret. Videte quomodo iustus ligatur, quomodo cum iniquis deputatus est liberimus & optimus sponsus noster. Moritur uita nostra nō pro suis necessitatibus, sed pro nostris. Date lachrymarū flumina in tantis uinculis morientī, quia & ipse prior lachrymatus est. Vacate et uidete quam amara, quam turpi morte cōdemnetur. Sustinet enim adhuc, & diligenter considerat, si quis sit, qui simul contristet: si quem inueniat, qui sanguinis riuos abstergeat, & de cruce depositum munda sindone non panni, sed cordis inuoluat, et flens cum beatis mulieribus flentibus, ad tumulum proflequat. Quæcumq; anima fecerit hæc assidue, spero etiam quod lætissimæ resurrectionis quandoq; mereatur gaudia recreari. Si enim compatimur, & cōregnabimus: quod bene sponsa in Cantico amoris ostendit præmittens: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea cōmorabitur. & subiungit: Botrus Cypri dilectus meus mihi. Quid est fasciculus myrrhæ? Myrrhæ amara, amaritudinem passionis significat: fasciculus uero coadunationē multarum passionum ostendit. Fit ergo sponsus sponsæ suæ fasciculus myrrhæ, quando ipsum multiplicibus affectum iniurijs ad mētem reducit: quarum quædam iam enumerata, alia uero enumerandæ sunt. Quæ sunt autem ubera sponsæ? inter quæ illum commoraturum affirmat: Duo ubera sponsæ, prosperitas & aduersitas sunt. His tanquam uberibus nutritur, dum aduersitate fouetur, ne in prosperis eleuetur. Ponit autem dilectum suum inter hæc ubera, dum illius & in aduersis & in prosperis re-

cordatur. Ex quo euenit, ut ille qui modò fuerat fasciculus myrrhæ: id est, qui mentē sponsæ passionum suarum amaritudinibus amaricauerat, subito fit botrus Cypri, cōtinens in se uinum iucunditatis & lætitiæ: quod sit dū sponsum, quē tot uiderat oppressum iniurijs & morte turpissimi cōdemnatum, per resurrectionis triumphū gloria uidet & honore coronatum: & cum humanitate quam assumpserat, ad patris dextram consistere, cōfidens se certissimè per diuersas tribulationes ad idem Domini sui gaudium intraturam. Exeamus igitur & nos secundum monita Pauli apostoli cum sponso nostro bono Iesu extra castra: id est, extra concupiscentias presentis seculi improprium crucis & uinculorum asperitatem cum illo portantes: quia nō decet membrum delicatum esse sub capite crucifixo: nec ad capitis corpus se indicat pertinere membrum, quod capiti compassum non fuit. Vinciamur ergo uinculis passionis boni Iesu, ut etiam uinculis charitatis cum illo uinciri possimus. Ipse uel uinculis charitatis deuinctus ad suscipienda uincula passionis de cœlo tractus in terras: nos e cōtrario qui de terris trahi desideramus, ad colligendum prius passionis uinculum nostro capiti colligemus, ut per hoc ad charitatis uincula pertinentes unum efficiamur cum ipso, secundum quod orauit patrem, dicens, Rogo pater, ut quos dedisti mihi, cōfirmati in charitate sint unum in nobis, sicut tu & ego unum sumus. Quid hac unitate gloriosius? Quid ultra uel optare poteris uel habere? Vnum cum sponso tu eris? O felix felicior, imò omnium felicissima unitas. Hac unitate se Apostolus Christo unitū sentiebat, cū dixit, Quis separabit nos a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an persecutio, an periculū, an nuditas, an gladius? Certus sum, quia neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque altitudo, neque profundum, neque alia creatura poterit nos separare a charitate, quæ est Christi lesus. Optemus totis desiderijs, huius charitatis uinculis sponso & Domino nostro colligari: ita ut eius sequētes uestigia, illuc peruenire possimus, ubi ipse est qui dixit, Volo pater, ut ubi ego sum, illic sit & minister meus.

De cultura et speciositate interiori nostre uincæ.

Capit. v.

Vilis ex parte his quæ uitæ ad culturam exterius adhibent. Nunc ad ipsam uitæ iam animam cōuertamus: ut per qualdā similitudines illius, nostrā uitam magis propè & propius contemplemur. Totum corpus ipsius uitæ alijs arboribus & arbutis deformius inuenit, & quasi penitus inutile uidetur & abiectū, nec ipso aspectu amabile, aut uisui accommodū. Quid hic dicemus? Corpus uitæ nostræ Domini Iesu significare deberet, nisi quod plurimū discordare uidetur huius deformitas & forma illius, de quo scriptum est: Speciosus forma præ filijs hominū. Sunt autem nōnulli qui hæc uerba non ad exte-

riorem, sed interiorem hominem retorqueant: id est, ad animam, siue ad diuinitatē: in quibus nimirum non solum filios hominum, sed etiam filios Dei, id est, ipsos angelicos spiritus præcellant. Tanto enim melior angelis effectus est, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Ne ergo nos huic sententiæ contradicere uideamur, ad manum auctoritates habemus: licet plurimos esse sciamus, qui nondum omnino spirituales effecti, aliud sentiant, fingentes sibi quādam spiritualem pulchritudinē in corpore Domini: & si quando audiant Dominum ipsum de spicabilem forma fuisse, non patienter sustinent: & si lingua taceant, rancore et motu animi contradicunt, non attendentes quod scriptum est: Spiritus est qui uiuificat, caro autem nō prodest quicquam. Esaiam quoq; non audiuimus, uel inuerti audiunt dicentem in eum: Ecce uidimus eum, & non erat illi species, neque decor: aspectus eius non erat in eo, & desiderauimus eum despectum & nouissimum uisum, uirum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus uultus eius, & despectus. Vnde nec reputauimus eū. Et nos reputauimus eū quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum. Ecce qualis describitur a Propheta. Quid apertius? Et uerè talis erat in oculis infidelium & carnalium, qui tantum carnem nouerūt intueri. Quod et nos manifestis rationibus possumus approbare. Primum quidem per affectum compassionis, deinde per defectum passionis. Et quia uerè susceperat affectiones nostras, uideamus quomodo affici solent homines circa eos quos amant, ut per notū ad ignotum ueniamus. Quis nesciat hominem circa amicum suum periclitantē, sæpe tanto affectu & dolore moueri, ut corporis sui detrimentum incurrat? Si hoc præstat homo homini, quantum Deum hominē lesus putas homini præstitisse? Si tu pro uno homine per compassionē, periculum corporale incurris: quid putas Dominum Iesum pro omnibus hominibus tolerasse? Omnes enim sui erant, & omnes mortaliter infirmi erant. Certè nouimus Paulum apostolum de se dixisse: Quis infirmat, & ego nō infirmor? Et uerè eousq; infirmabat, ut sicut ipse de se fateatur, presentia eius esset despiciabilis: & sicut ait, Mundus mihi crucifixus est, et ego mūdo. Mundus quippe ei crucifixus erat, qui omnia quæ mundi erant, tanquā mortua reputabat. Ipse uero mundo etiam crucifixus erat, quia ipsum propter crebras compassionū simul & passionū infirmitates corpore extenuatū & exterminatum eum mundus abhorrebat, nihil in eo inueniens quod pertineret ad ipsum. Si ergo Paulus cū infirmantibus infirmabat, quid benignus Iesus cū esset conseruus & frater cum conseruis & fratribus? Quis dominus & pater pro creatura & filijs? ardebat Paulus quasi esset radio solis accensus. Quantum ipsum solem putas exarsisse? Si usq; ad tantam infirmitatē per affectum cōpassionis accendit, qui scintillā charitatis habuit, quid sen-

tiendum putas de ipsa charitate, de cuius plenitudine omnes acceperunt? Nec aliquo modo dubitandum, quin infirmitatem & exterminationem corporis incomparabilem sustinuerit, qui etiam uenerat crucem sustinere: & præ cæteris tanto magis fuerit cōfectus, quanto maior in eo fuit compassionis affectus: qui nō solum facta, sed etiam cogitationes inspexit. Suffragatur his rationibus sententia ipsius Domini sic dicentis: Hierusalem Hierusalem, quotiens uolui cōgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit? Videamus quid sibi hoc uelit, quod Dominus se gallinæ magis, quàm alteri animali uoluit comparare: quia ut a sanctis patribus tenetur, ideo factū est, ut exprimat incōparabilis affectus charitatis. Nullum enim animal circa pullos suos tanta cōpassione mouetur, sicut gallina. Fit enim toto corpore hispida, uoce rauca, toto feruens animo, & omnibus membris infirma, & usq; ad supremum defectum perueniens. Si ergo intantū pullis suis gallina animal irrationale compatit, quanto putas optimum Iesum humano generi fuisse compassum? ad quantam putas eum debilitatem et infirmitatē peruenisse? Quanta ipsum putas macie cōfectum fuisse, qui pro omnibus cognoscit doluisse? Vnde Esaias: Verè linguas nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Sed ad passionis iam defectum ueniamus. Passionem autem non illum diem unum appellamus quo mortuus fuit, sed totam uitam illius. Tota enim uita Christi crux fuit & martyrium. Breuiter ergo dicamus, sed meditando longius immoremur, quantæ fuerit parcitatis in abstinentia, quàm prolixus fuerit in uigilijs, quàm frequens in orationibus. In labore, in sudore uultus sui, quàm assiduus, cum circumiret uicos & castella euangelizās & curans undiq;: & quàm crebrò famem pertulit & sitim ille panis uiuus, ille fons aquę salientis in uitam eternam, Videamus illud ieiunium quadraginta dierum & quadraginta noctium, post quos esuriit: & iam a deserto ad homines redeunti occurramus, & uultum illum amabilem tantis ieiunijs considerare afflicto. Et optimè posuit Euāgelista, Post ieiunium esuriit: ut scias Iesum non in uirtute diuinitatis, sed humanitatis suæ natura ieiunasse. Quid enim magnum, si in diuinitatis fortitudine quadraginta diebus ieiunasset, in qua nunquam esuriit? Sed iam ad illū ultimā diei agone ueniamus, & causas deformati corporis nequibimus ignorare. Incipiat ergo cōsideratio nostra in eodem loco, ubi ipso teste, cum inciperet pauere & tædere, tristis fuit anima eius usq; ad mortem: sudor sanguineus orantis & agonizantis membra copiose perfudit, ita ut iam non solum distillaret, sed gutta guttatim decurreret in terram. Procedamus nunc, & illius noctis incommoda percurramus: quomodo tentus, uinctus, tractus, trusus, cæsus, cōsputus, colaphis alapisq; percussus, spinis coronatus, arūidine cæsum caput,

Galline se
Christus cur
comparat.

yoan
ex Grego.

caput, flagellis acerrimis laceratus, propria cruce oneratus, primo portans eam, quae ipsum postea statim fuit portatura. Talem inspicere Iesum. Quis hic locus deliciarum? Qualis hic decor speciei? Quis in corpore sic maculato formae pulchritudinem quaerit? Sed ueniamus ad finem. Nudatur Iesus. Quare? ut tu corporis purissimi deformationem ualeas intueri. Nudatur ergo bonus Iesus. Heu mihi, qui uestiuit caelos diuersis sideribus, ante crucem expoliatus: nudus etiam: ut erat, liuidus cruci affigit. Heu, candor lucis aeternae nigrescit in carne, pro carne saluanda. Et facies, quam Cherubim & Seraphim aspicere desiderant, erat ex lacrymis turgida. Nudatur Dominus, qui ante secula regnans decorem induit & fortitudinem, cui canimus: Confessionem & decorum induisti, amictus lumine sicut uestimeto. Spectaculum fit & opprobrium mundo & hominibus, fit tanquam prodigium multis, & comitio capitum in populis caput nostrum, & gaudium nostrum, honor noster bonus Iesus. Sed quid moror? Exaltato in crucem perforatur manus & pedes uiri optimi, benigni Iesu. Elicitur sanguis, si quis supererat. Stat mediator noster in conspectu patris sui in contractione, ut auertat iram eius, ne disperdat nos. Verè non cadit mente: stat constanter, etiam perseverantia bonae uoluntatis. O qualem te intueor dulcis Iesu. O dulcissime atque amantissime bone Iesu, quis te tam amarum & tam odiosum morti addixit? Vulnerum antiquorum nostrorum unice Saluator, quis te usque ad haec non solum dirisima, sed etiam turpissima uulnera patienda detraxit? O uitis dulcissima, bone Iesu, hunc cunctum fructum reddit tibi uinea tua, quam de Aegypto transtulisti? Expectaueram patienter usque ad hunc diem nuptiarum tuarum, ut faceret uuas, fecit autem spinas. Spinis enim coronauit te: & spinis peccatorum suorum circumdedit te. Ecce in quantam amaritudinem conuersa est uitis non iam tua, sed aliena. Ne gaudet enim te, dicens et clamans: Non habemus regem, nisi Caesarem. Eiectum ergo te extra uiciniam uel ciuitatis & consortii tui, sacrilegi agricolae occiderunt non subito, sed longo crucis tormento confectum, & multis uulneribus flagellorum & clauorum pariter cruciatum. O quantos habes Domine Iesu percussores? Percutit te pater tuus, qui proprio filio suo, id est tibi non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit te. Percutit te temetipsum: tradis enim in mortem animam tuam, quam nemo potest tollere a te, sine te. Percutit te discipulus impius, traditione & osculo falso. Percutit te Iudaeus colaphis & alapis. Percutunt te gentiles flagellis et clauis. Ecce quantum percussus & humiliatus es. O quanti percussores, & quanti traditores tui. Tradidit te pater tuus coelestis: quia sicut dictum est, pro nobis omnibus tradidit te. Sic enim quidam seruum tuorum gratulando dicit de te: Qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. O uere admirabile commercium, tradidit se rex pro ser-

uo, Deus pro homine, creator pro creatura, innocens pro nocente. Tradidisti ergo te in manus traditoris illius falsi discipuli: tradidit ille te Iudaeis, & tradiderunt te illi pessimi traditores gentilibus, ad illudendum & conspuendum & flagellandum, et crucifigendum. Dixisti, et praedixisti tu haec, & ecce facta sunt. Omnibus enim consummatis, ecce crucifixus es. Nec sufficit te uulneratum esse, quin & super dolorem uulnerum tuorum addunt, dantes tibi sitienti uinum myrrhatum bibere cum felle mixtum. Doleo super te Domine mi rex, magister, & pater, imò et frater Domine mi Iesu Christe, amabilis ualde super amore mulierum. Cuius sagitta nunquam abijt retrorsum. Sagitta enim tua, id est doctrinae tuae acuta, quia uiuus est sermo tuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad diuisionem animae & spiritus, nec declinat clypeus tuus in bello. Scuto enim bonae uoluntatis tuae coronasti nos. Haec orationum tuarum non est auersa. Quia etiam pro transgressoribus orasti, ut non perirent: quanto magis pro amatis? Tu leone fortior. Etenim tu leo de tribu Iuda superasti illum leonem, qui circuit rugiens et quaerens quem deuoret. Tu a qui la uelocior. Exultasti enim ut gigas ad curandam uiam, ad implendum mysterium incarnationis tuae, donec sicut aquila prouocās pullos suos expandisti alas brachiorum tuorum in cruce, & super nos uoluitans, assumpsisti nos, & portasti in humeris tuis, in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum in domum familiaritatis & claritatis tuae, ubi de oue & drachma perditā & inuenta, fecisti conuiuium uicinis & amicis tuis beatissimis spiritibus, ipsos hilariter ad tuam congratulationem inuitans, faciens in caelis gaudium de peccatore poenitente: & cum talis sis actantus, morte turpissima condemnaris, spiritumque in manu patris commendando, capite inclinato expiras. Venite quæso & condolete ei omnes, qui gaudere desideratis in Domino. Attendite manu fortem nostrum, quomodo contritus est: desiderabilem nostrum, quomodo miserabiliter deformatus est: pacificum nostrum, quomodo in bello peremptus. Vbi est rubor roseus? Vbi candor iuuenilis? ubi in corpore tam cōtrito decorem inuenies? Ecce defecerunt dies nostrae diei Domini Iesu, qui solus est dies sine tenebris, & ossa eius sicut cremum aruerunt. Percussus est sicut foenum, & aruit cor eius, eleuatus est & allisus ualde: sed in decore extrinseco decorem simul uerè & decus intrinsecus retinebat. Noli ergo deficere pro ipso in tribulationibus tuis, quia hunc speciosum forma praefilijs hominum uiderunt omnes in cruce, qui tantum exteriora intuebantur, & uiderunt eum non habentem speciem, neque decorem, sed facies eius abiecta est quasi deformis. De hac tamen deformitate redemptoris nostri, manauit precium decoris nostri, sed decoris interni. Omnis enim gloria filij regis ab intus, Senferat hec, quae in Cantico Salo-

co Salomonis proclamatur, Nigra sum, sed forma sa filiae Hierusalem, sicut pellis Salomonis. Nisi corpus Domini Iesu deforme fuisset, cuius nigredinem supra pro parte executi sumus, formolitam intrinsecam (quia in ipso omnis plenitudo diuinitatis) quis enarrabit? Deformemur igitur & nos in corpore extrinsecus cum deformato Iesu, ut reformemur interius in anima cum formoso Iesu. Conformemur corpori uitis nostrae in corpore nostro, ut reformet corpus humanitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. Imitatores simus Pauli apostoli, sicut ipse Christi, qui de se dicit, Christo confixus sum cruci. Et alibi: Ego semper porto stigmata Iesu Christi in corpore meo. Bene portabat characterem passionis Iesu Christi in corpore suo, cui mundus mortuus erat, & ipse mundo. Fuscus effectus est, quia decolorauit eum sol passionis & charitatis Christi. Sciendum tamen, quod ea quae diximus de deformitate corporis speciosi, non de naturali, sed de accidentali deformitate Domini, non accusantes in ipso defectum naturae, sed passionis charitatem commendantes.

De folijs uitis generaliter. Cap. VI.

Folia uitis penè omnium arborum folijs praestantiora sunt. Quid autem in folijs, nisi uerae uitis nostrae benigni Iesu uerba commendantur? Praeminet in folijs uitis, praeminet in uerbis Dominus Iesus. Senferat hoc Iudaeorum ministri, qui misit ut adducerent Iesum, reuersi & culpati dixerunt. Nunquam locutus fuit homo sic. Non accusauerunt defectum trunci, pulchritudinem foliorum uidentes: imò per folia aliquid aliud quam quod uidebatur, in corpore debili latere senferunt. Senferat enim Petrus, qui multis à Domino Iesu recedentibus, & interrogatis ab ipso duodecim apostolis: Nunquid & uos uultis abire? Respondit: Domine, quo ibimus? uerba uita aeternae habes: & nos ad quem ibimus? ablit, ac si diceret: Folia pulcherrima habes, quae nos ab omni aestu protegant. Da nobis ergo alium pulchriorem: id est, meliorem te, & ibimus ad illum abs te. Quem quia dare non potes, qui omnia potes, ad quem ibimus relinquentes te? Senferat horum filiorum, id est uerborum benigni Iesu uirtutem, quae loquente ipso ad turbas in foliorum pulchritudine singulari laeta non cogitabat: nec tacite quidè, sed extollens uocem, dixit: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quae suxisti. Verè beata, imò beatissima terra, quae talè tu lerat uitem, uirgo Maria, mater Iesu: uerè & tu beata, quae foliorum pulchritudine cōsiderata, inter tot calumniantium insidias, sola ueritati testimonium audacter praebuisti. Sed credo quod iam nunc magnam habes, & maiorem habitura sis huius confessionis mercedem ipsa ueritate, cui testimonium perhibuisti, iam te confitente coram patre suo, & nunc nihilo minus concessuro, cum dicet calumniatoribus suis: Non noui uos, discedite a me maledicti in ignem aeternum. Notis uerò dicet, Venite benedicti patris mei,

A Viderunt uirorem foliorum uerae uitis Petrus, & Ioannes, & Matthaeus, qui ad unam uocantis uocem illi retia, isti telonia reliquerunt. Quis uirtutem uerborum benigni Iesu enumerare sufficiat? Quae uirtus est uerborum, quae uerbis illius non commendetur? Nulla profecto. Vis autem audire uerba breuiter, quae tanquam folia refrigerium nobis ab aestu praestent uitorum?

Ad commendationem humilitatis dicit, Qui uoluerit inter uos maior esse, sit uester minister: Et: Filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Et item: Qui se humiliat, exaltabitur. Ad commendationem mansuetudinis contrariam: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et item: Beati mites, quoniam ipsi hereditabunt terram. Ad commendationem charitatis contra inuidiam: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & calumniantibus, ut sitis filij patris uestri, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ad commendationem alacritatis, ad exercitia spiritualia contra acediam, ait discipulis: Vigilate et orate, ne intretis in temptationem. Et alibi: Quoniam semper orare oportet, & nunquam deficere. Vbi intelligitur orationem non tantum esse uocis, sed deuotionis. Non enim semper clamare possumus motu labiorum, semper autem possumus bono desiderio feruere, quod ostendit Dominus loquens ad Moysen tacentem, Quid clamas ad me? Desiderium uiri sancti, clamorem appellat: quia lingua profecto tacebat. Vnde Dominus in Psalmo: Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, praeparationem cordis eorum audiuit auris tua.

Ad commendationem largitatis contra auaritiam: Date elemosynam, & omnia munda sunt uobis. Et illud: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in aeterna tabernacula. De diuitijs iniquitatis, id est, inaequalitatis, hoc est, quae uobis abundant, cum alijs deficient, facimus nobis amicos, cum illas pauperibus erogamus: ut si modò in illos misericordes existimus, per illos post hanc uitam misericordiam consequamur. Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Ad commendationem uerò abstinentiae contra gulam: Attendite, inquit, ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate, & superueniat in uos repentina dies. Et parabolam conuertit de diuite epulante quotidie splendide, qui mortuus petebat guttam aquae, cum esset in tormentis à Lazaro quiescente post mortem, nec poterat obtinere, recipiens perpetua mala pro uoluptate temporali transacta. Ad commendationem castitatis contra luxuriam: Audistis, inquit, quia dictum est antiquis, non moechaberis: Ego autem dico uobis, quia quicumque uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Huius uerbi folio tegantur oculi nostri, ne si forte minus caute referentur,

Hiere. 9. rentur, eueniat, quod Hieremias dicit, Ascendit mors per fenestras nostras. Fenestrae quippe animae nostrae, sunt foramina sensuum nostrorum, sicut licet oculorum, aurium, & oris, per quos quasi per fenestras quaedam mors ascendit, quoties ad aliqua criminalia appetenda referant. His & alijs uerbis plurimis tanquam quorundam foliorum umbra per uitam nostram, benignum Iesum ab aestu uitiorum refrigeramur, & in uirtutum temperie refouemur.

De umbra foliorum uitae. Cap. VII.

Sed quia gratior solet esse umbra foliorum uitae, cum ipsa eleuata super quandam struem lignorum huc & illuc distenditur: uideamus si uera uitae nostra aliquando leuata fuerit & distenta, & si qua tunc ad nostram protectionem dulcium uerborum folia emiserit, contemmur. Quod eleuata fuerit uitae uostra, ipsa testatur de se, dicens: Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Item: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Eleuatus ergo fuit, quia exaltatus. Manifestum est autem, quod haec exaltatio de cruce dicta est. Et uide quam apte lignorum frues, super quam uites solent eleuari, crucem signet. Cancellantur enim, hoc est, extransuerso componuntur, & sicut super haec uitae eleuata, distenditur quidem conuenientius. Cancellantur ligna crucis, eleuatur in illam, distenditur brachijs & toto corpore uitae nostra. In tantum enim in cruce distentus fuit, ut ne numerari potuissent omnia ossa eius. Ita enim dixit per Prophetam: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Quantum fossus fuit, supra dictum est: quantum autem distensus, nunc subiungitur: Dinumerauerunt omnia ossa mea. ac si diceret: Tantum distensus sum dextersum, & sinistrorsum, & a summo deorsum, ut corpore modo in modum tympanicae pellis distenso, facile possent omnia ossa mea dinumerari. Respice in faciem Christi tui o anima Christiana, & eleua oculos tuos ad tormenta illius non sine lachrymis, & cor contritum, non sine singultu, & uide quantum tribulatione & dolore inuenit, dum quaereret te, ut inueniret te. Laxa igitur oculos tuos, ut respicias in faciem Christi tui. Ausculta auribus arreptis, sed in dolore tanto, quod proferat uerbum semel auditum, pro preciosissimo recondite thesauro, in cubiculo cordis tui. Ecce positus est hic in immitti lectulo mortis suae, crucem dico. Extrema sponsi tui mandata conserua, si uis haereditatem incoinquinatam & immarcescibilem obtinere. Nec multa sunt, quae moriens locutus est, facile seruabuntur a uoluntaria Christi sponsa.

De septem folijs in speciali. Cap. VIII.

Septem sunt uerba, quae quasi septem folia semper uirentia uitae nostra, cum in crucem eleuata fuit, emisit. Cithara tibi factus est sponsus, cruce habete formam ligni: corpore autem

suo uicem supplente, chordarum per ligni planiciem extensarum. Nam nisi ligno affigeretur expressus, neuitquam uerborum sonum ederet tanquam citharizans, quibus amplius delectaretis. Obserua diligentius. Septem chordas habet cithara. Cantat tibi, ludit tibi: te ad audiendum inuitat, quae illam ad loquendum potius debueras inuitare. Vide ergo folia uitae tuae, & indelebiter ea memoriae commendare memento. Haec autem septem diuersis modis ordinantur, quorum ordo non facile potest inueniri, cum non ab uno Euangelista fuerint ordinata. Nos ergo eam secundum quod potuimus, inuestigare ordinamus. Luca referete cognouimus, quod cum crucifixus esset Iesus, dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. O folium uiride, o uerbum, summi patris uerbo conueniens. Facit bonus doctor quod iusserat: Orat non solum pro persequentibus et calumniantibus, sed etiam pro occidentibus se. Reconde in thesauro cordis tui hoc folium, ut quotiescunque seuiunt inimici, memoriam abundantiae suauitatis Iesu ualeas eructare, hoc folium semper tanquam clypeum contra inimicorum insulsum opponens. Orat Christus pro suis occisoribus, tu non orabis pro detractoribus? Sed ipsam orationem diligentius uideamus. Pater, inquit. Quare nomen patris ponit? Solent pueri, aliquid affectuosius orare uolentes, nomen paternum nominare, ut naturalem dilectionem ipsis ad memoriam reducant, per quam facilius petitionis suae consequantur effectum: sic & redemptor noster, misericors & misericors, patiens & multum misericors, & suauis in uniuersis, quamuis se a patre sciret semper audiri, tamen nobis commendans eum, quanto affectu sit pro inimicis orandum, nomen posuit charitatis. Tanquam si diceret: Per dilectionem paternam, qua unum sumus, supplico tibi, ut exaudias me pro his occisoribus meis ignoscendo. Agnosce filij tui amicitiam, ut inimicis ignoscas: & idem quare sit ignoscendum, subiungit. Quia nesciunt quid faciunt. Quid hic dicemus? Nunquid ignorabant se crucifigere eum quem crucifigebant? Nequaquam. sed quis esset ille quem occidebant, ignorabant. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Nescierunt quid facerent: quia quantum deliquerunt, nescierunt. Sic cogitandum, sic orandum tibi, quae sponsa Domini nuncupari desideras. Cum in te saeuunt inimici, cum obloquuntur, minantur, damna ingerunt, & cum in faciem cadunt, imo & cum occidunt: memento folij uitae tuae, sonum cytharae tuae recordare, sequere sponsum tuum, & dic ex toto corde: O sponse, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: id est, quantum delinquant, ignorant. Si enim scirent quantum beatitudinem amittant, quantum infelicitatem peccando incurrant, utique non peccarent. Quid enim est quod omnes homines ad peccandum instigat, nisi ignorantia boni, quod perditur: et mali, quod peccando incurritur? Amittitur peccando optimus Deus,

Primum uerbum Christi in cruce pendit.

Deus, acquiritur poena gehennalis, quorum commutationem nullus appetit nisi prorsus infans. Et uere quicunque coeli delicias omittentes, scienter peccando poenas infernales inuadunt, infans sunt: nesciunt ergo quid faciunt. Talibus ergo & pro nostra salute & pro illorum ignorantia est ignoscendum, & pro ipsis orandum cum grandi fiducia: quia tales preces aures Domini uiolenter intrumpunt. Nimirum exaudit ipse alios, in quo se uoluit exaudiri. Et exauditus fuit, cum ad praedicationem Petri uno die tria milia, alio die quatuor milia eorum qui in necem Domini acclamauerunt, sunt conuersi. Quanta in coelestibus iucunditas, cum occisus occisorem, & quilibet laesus se laedentem orationibus suis perducit ad coelum? O quanta fuerit exultatio Stephani super conuersione Pauli? qui suis orationibus ad fidem conuersus, postea pro fide Christi, sicut ipsum lapidauerat, lapidatus est, & multa mala quae ante sanctis ingesserat, propter Christum sustinuit. Sequamur igitur & nos pro inimicis orando, ut illis simul & nobis aeternam mereamur obtinere salutem.

De secundo folio. Capitulum IX.

Secundum uitae nostrae folium, & secunda citharae nostrae chorda, est secundum uerbum Domini crucifixi, quod ait ad latronem confitentem, & crucifixi confortium expetentem: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quanta uiroris est hoc folium? O quantum dulcedinem resonat chorda ista? Quam subitò ex hoste factus est amicus, ex alieno familiaris, de extraneo proximus, de latrone confessor? O quanta latronis fiducia? Omnis mali, nullius boni conscius sibi, transgressor legis, uitae simul & substantiae raptor alienae, positus in ianuis mortis, in fine uitae, desperatus de uita praesenti, spem uitae futurae quam toties demeruerat, nunquamque meruerat concipere, eam requirere non formidat. Quis hic desperet, latrone sperante? Sed operae praecium est diligenter intueri, qualis fuerit latro iste: ne si causam spei nesciamus, praesumptionis uitium incidamus. Omnes amici & proximi, & noti, fratres quoque, imò & ipsi discipuli unanimes, & electi de mundo a Domino Iesu Christo in tantarum pressurarum molestia, in tanta confusione, & tantis opprobrijs, percusso pastore uelut erratae oves sunt dispersi. Fugerat quoque ille discipulus, quem diligebat Iesus: ille ardens a longe sequebatur, signorum immemores diuinorumque Saluatore toties uiderant operari, imò & ipsi in nomine ipsius fuerant operati. Et nunclatrot inter tot improperia & miserias, imò & inter tot tormenta crucis & mortis, prius non cognitum confitetur, & ab eo fiducialiter petit auxilium, qui auxilio uidebatur indigere. Quem discipulorum tanta audacia inflammauit? Fugerunt omnes eum quem haecenus fuerant cofessi, dum uideret: iste uero quem uiuentem negauerat, confitetur morientem. Orat uero in fide, & spe, & charitate, dicens: Memento mei Domine, dum ueneris in regnum tuum. Credit profecto in eum, quem Dominum & regem appellat. Quis autem petit hoc, quod non sperat? Amat uero eum, cui coniungi desiderat. Quid tali oratori ille bonus pater negaret, qui eum incitauerat ut rogaret, praesertim dum in sede sponsali, in die nuptiali sederet? Sedes sponsalis, crux erat, in qua uerus sponsus sponsam suam ecclesiam sibi copulauit, ipsam sibi proprii sacra sanguinis effusione subarrhans. Exaudit ergo Christus animam non iam latronis, sed confessoris sui: sponsam suam, & orantem digna responsione confortauit. Amen dico tibi, uere dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Cui tibi? Tibi, qui me cofessus es in cruce tormentorum, mecum eris in paradiso deliciarum. Mecum, inquit. mira benignitas. Non dicit simpliciter, eris in paradiso, uel cum angelis eris, sed mecum eris. Satiaberis eo, quem desideras: uidebis in maiestate, quem confiteris positum in infirmitate. Nec differo quod promitto, quia hodie mecum eris. Bonus uero et dulcis Iesus cito exaudit, cito promittit, cito dat. Quis de tam pio exauditore, ueloci promissore, promitto redditor desperet? Sperauimus in te, qui nouimus dulce nomen tuum: quoniam non derelinques quaerentes te. Accedamus ergo ad te o bone Iesu mente, qua possumus, sedentem in throno maiestatis orantes, ut illuc a te, & ad te mereamur introduci, quo ingressus est tuus latro, te confessus in throno crucis.

De tertio folio. Caput X.

Præparemus nunc uisum pariter & auditum cordis nostri, ad uidentium tertium folium uitae nostrae. Mulier, inquit, ecce filius tuus: Ecce mater tua. Verbum bonum & suauis, uerbum mirabile, magnum continens patris charitatis affectum. Certè nos legimus, Dominum Iesum, maxime cum ad aetatem prouectam accesserat, charissimam matrem suam familiariter adhaesisse, & cum ipsa frequentius conuiuatum esse, & praeter ceteris mitius allocutum. Sed quantus in ipso fuerat circa matrem charitatis affectus, iam corporaliter recessuro, breuibus intimauit uerbis: & ut crucis suae taceam passionem, quanta circa beatam matrem compassione mutua credis affectum fuisse cor, cuius mitissimum tam ualido doloris sui gladio transuerberatum perfectè sciebat, adauxit uulnerum passionem materna compassio, quam contritissimo corde, manibus compassis, oculis lachrymarum torrente fluentibus, uultu contracto, uoce querula, et totis uiribus cordis destituta, uiriliter eum uidit sibi astare pendentem. Quoties ipsam ad illa immittia uerecundos putas oculos eleuasse, si tamè eos aliquando inde deflexit, uel si praenimio fluxu lachrymarum potuit intueri? Quoties ipsam propter uerecundiam uirginalem pariter & immensitatem doloris stantem, ut aestimo, capite cooperto ingemuisse putas lugendo filium, et dicendo, fili mi Iesu, Iesu fili mi? Quis mihi det, ut tecum & propter te moriar, fili mi dulcis Iesu? Quoties ipsam praeter immensitatem doloris

Nnn te doloris

te doloris credis potuisse deficere, à quo ipsum summè miror etiam mortuam non fuisse. Moriebatur uiuens, uiuendo ferens dolorem morte crudeliorem. Sed nemoriendo deficeret, à filio pro ipsa mortalitate confortata est. Confortata est intrinsecus: exterius uerò & uerbis & factis piè consolata. Quomodo stabat iuxta crucem le su mater eius? uerè iuxta crucem stabat, quia crucem filij præ cæteris mater maiore cum dolore ferebat. Stabant et aliæ, sed proxima hæc. Cum ergo uidisset Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier ecce filius tuus. Ad discipulum ait: Ecce mater tua. ac si diceret: Tu me filio corporaliter priuaris, unde tibi amicum præ cunctis dilectum in filium do, cuius præsentia interim dum absum, cõsoleris: tu uerò me patre spoliaris, unde hanc matrem mihi charissimam tibi in matrem do. Conseruate iura mutæ charitatis adinuicem, tu istum filium, tu istam matrem habendo. O quam munificus factus es in nuptijs tuis rex & sponse bone Iesu: Quam largè quæ habuisti omnia tradidisti? Ecce ipsis crucifixoribus tuis orationis affectum, latroni paradysum, matri filium, filio matrem, mortuis uitam, manibus patris amantissimam, toti mundo signa potentia tuæ contulisti: pro redimendo seruo non ex parte, sed totum sanguinem ex multis & largis foraminibus effudisti: proditori tuo reatus sui pœnam, terræ corpus nõ corrupendū, sed ad tempus reddidisti. Sed mouet me, quòd cum dixisset: Mulier ecce filius tuus. subiunxit, Ecce mater tua. cum utiq; etiam si hoc non subiunxisset, necessarium fuisset eam esse matrem illius, qui in filium sibi datus erat. Sed hoc mutæ charitatis affectum mihi commendare uidetur. Sunt enim nonnulli qui ab omnibus amari uolunt, sed nullos affectu mutuo complectuntur. Nolunt ut eorum labores & dolores alleuentur: & cum ferantur à pluribus, ipsi nullius onera uolunt portare, etc. Non hoc enim Christus docuit aut fecit. Portauit enim onera tua, inuitas te, ut & tu onera portes illius: id est, ut tu passiones illius imiteris. Christus enim passus est, relinquens nobis exemplū, ut se quamur uestigia eius. Hoc & docuit cum matrem discipulo, & matri discipulum mutuo cõmendauit: nimirū nolens, ut charitas spiritalis ex una parte frigida remaneret: sed ut simul dormientes, id est, in uera & pura charitate simul quiescerent, mutuo caleficerent: id est, alter ab altero ad charitatis exercitiā mutuo accendantur. Hoc enim est efficax signum ueræ & puræ charitatis, quòd si qui spiritali dilectione spiritaliter connectuntur per puram charitatem, ad exercitiā spiritalia alterutrum accendunt, ut deuotius orare, sapius genu flectere, frequentius disciplinā corporalem suscipere libeat: præcipue cum nec inuideat, imò ut congaudeat amans quisq; si tertius uel quartus uel plures ad charitatem illius quem amant, se adiungat: dummodo tales sint, quorū familiaritas non sit suspecta, & in ijs omnibus, et

in ijs similibus charitatis feruore perseverentiā conseruant. Non enim bonum uidetur habuisse fontem riuus charitatis, aliquando decrescens. Amemus ergo & nos inuicem, & amoris efficaciam operibus approbemus: quia talis charitas ex Deo est, quæ finis est præcepti, & quæ legem implet.

De tribus uerbis charitatis. Caput XI.

Sed in tribus uerbis pertractatis, tres charitatis species mihi commendari uidentur. Una, quæ habetur ad amicos etiam reconciliare uolentes, de qua dicit Ioannes: Diligamus Dominum, qui dilexit nos, cum adhuc essemus inimici, & hoc est summa & magis admiranda dilectio. Diligere enim inimicos, magis diuinum est quàm humanum. Secunda, quæ habetur ad eos qui aliquando fuerunt inimici, sed peccata reconciliatione, in gratiam sunt recepti, unde Paulus: Reconciliati sumus Deo per sanguinem ipsius. Tertia, quæ habetur erga eos qui nunquam fuerunt inimici, de qua idem: Opere mur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Prima aut charitatis species nobis cõmmedatur in primo uerbo, ubi Dominus Iesus orat pro inimicis: secunda, ubi Ieroni penitentia paradysum promittit. Tertia, ubi amicos præcipuos committit: tegamur ergo horū umbra foliorum. Audiamus et exaudiamus hos nostræ citharæ sonos dulcissimè modulantes, & à feruore omnis inuidiæ, odij, iræ, & ab omni amaritudine detractionis, adulationis, simulationis, adiuuante Domino, qui est uera charitas, temperemus ipsum in omnibus charitatis speciebus, animo simul & operibus imitantes.

De quarto folio. Caput XII.

Sed iam ad quartum folium uidentum, & quartam chordam audiendam, oculum simul & aurem cordis adaptemus. Ac utos petit hoc folium oculos, aures bene purgatas hæc chorda, imò & ipse purgare & acueri potest aures & oculos: quia iam non simpliciter hoc uerbum ut cætera dicit Dominus Iesus: sed ut testatur Euangelista, circa horam nonam exclamauit Iesus uoce magna: Heli Heli, Iam masaba Chani: quod est interpretatū, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Qui oculi folium hoc non uideant? Quæ aures hanc chordam non audiant? Quare ergo clamauit, nisi ut fortius audiant? Quanti fuit doloris, putas, acerbissima hæc magnitudo, cum hoc Dominus Iesus toto corpore distensus clamabat? Sed caue ne propter clamorem putes ad impatientiam dilapsū Dominum Iesum. Cum enim in summa crucis esset amaritudine, nihil exiit de eius corde, nisi dulcedo. Patientiam enim, sicut in sequenti folio & chorda ostendemus, in amarissima passione reuinit, & sui doloris magnitudinē ostendit: quod in beato Iob, qui interpretatur dolens, & uerbis & factis eius prius ostensum fuit, qui auditis nunciorum uerbis, amaritudinem animi foris ostendit in uerbis, Scissis enim uestibus & tonso crine capitis,

capitis, corruit in terram. Ecce magnitudo doloris. Post hoc ait: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est, sit no men Domini benedictum. Ecce uirtus patientiæ. Si patienter sustinuit Iob miseras suas, quanto patientius putas sustinuisse crucem suam, pro qua sustinenda uenerat? Quòd autem hæc uerba loqueretur ex persona hominis assumpti, qui cū ipso Deo filio una persona fuit, patet per hoc, quòd ait: Dominus Deus meus: quòd utique non diceret ipse qui unus est Deus cum patre, nisi hominem assumpsisset. Quid est autem hoc quòd ait: Ut quid me dereliquisti? Nunquid patet unicum suum filium poterat derelinquere? Absit. Sed pro toto corpore suo, id est, pro se & pro tota ecclesia loquitur ista. Caput enim nostrum Dominus Iesus, uolens unitatem cõmendare & charitatem suam quam habet ad ecclesiā sponfam suā, se quoq; in omnibus membris suis passurum ostendit. Quia nunc in capite sustinuit passionem, hoc est, in proprio corpore quòd assumpsit de uirgine: clamat autem se derelictum, qui derelinqui nõ poterat: quia multa membrorum suorum ad tantam tribulationem erant uentura, ut à Deo derelicta penitus uiderent. Quorū personam gestabat ille, qui dicebat: Qui custodiebant animam meam, concilium fecerunt in unum, dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia nõ est qui liberet eum. Quod et ipsi benigno Iesu in tormèto crucis improperatū est: Si filius Dei es, saluū te fac. Potest & ita accipi, quòd Dominus præuidens aliquos, imò plurimos in corpore suo, qui ab unitate ecclesiæ suæ per hæreses, siue per alia criminalia peccata erant recessuri, illorū personā in se transfigurādo, clamabat: Ut quid dereliquisti? Ac si diceret: Quare aliquis eorū abiit retrorsum, ut pereat ab unitate corporis mei, qui tanto cruciatu mihi sunt uniti. Vnde ex persona martyri dicit in Psalmo: Adhæsit in terra uenter no ster. Per uentrē qui est mollior, & infirmior pars hominis, signantur illi qui carentes patientia & firmitate perseuerantiæ, & propter hoc in acerbitate tormentorū deficientes adhaeserunt in terra, id est terrenis cõsilijs & actionibus cõsenserunt. Nos autem qui adhuc in tribulationibus quotidianis uersamur, qui spectaculum facti sumus mundo & angelis, & hominibus, & tanquā purgamenta huius mundi & peripsa omnium usq; adhuc, inenarrabilem spiritus fiduciam concipiamus ex hoc præcipue, quòd ipse Dominus consolator omnium pressurātū, tanta unitate spiritus & charitatis nobis coniunctus est, ut etiā per sonam nostræ infirmitatis in se tam manifestis uerbis transfigurare dignatus sit: qui adhuc etiā apud patrem ostensione uulnerū suorū interpellat pro nobis, orans ne derelinquat in inferioribus membris suis, qui in se capiti suo nequaquam potuit derelinqui. Et quomodo membra deperirent, quæ in uoluntate capitis sui suam sciunt cõstare salutē? Nunquid aliquod membrorū est in

mortali corpore nostro, cui non cõdoletur caput nostrum? Si affligitur pes uel manus, statim clamat caput per linguam, cur affligor? clamabat Dominus ad Saulum in membra sua saeuientē: Cur me persequeris? cum ipse tamen securus remaneret in caelo. Benedictus sit Dominus Iesus, qui primò in se pro nobis pati dignatur tribulationem, quam exigente iustitia patimur, suam re putans & clamans: Cum ipso sum in tribulatione, ut securius confidamus.

De quinto folio uitis. Caput XIII.

Quintum folium siue quinta chorda breuis quidem uidetur, sed si discutatur, si diligentius consideretur, ad amoris indicium efficacissima poterit inueniri. Ait enim Euangelista: Videns Iesus, quia omnia consummata essent, ut implerentur scripturæ quæ implendæ erant, illæ utiq; quæ dicunt: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Subiungit enim Euangelista: Vas ergo positū erat aceto plenum, & currens unus impleuit spongiam aceto, & circumponens hyssopum, dabat ei bibere. Alter uerò Euangelista pleniùs exponens quomodo scriptura sit impleta, etiam fellis facit mentionem, ita dicens: Et dabant ei uinum myrrhatum bibere cum felle mixtum. Fractis membris omnibus, dulcis Iesus uoluit puniri & linguam. Dedit ergo ei illa uitis aliena conuersa in amaritudinem de fructu suo potum amarum, potum non potandum, sed potius degustandum: quia ad pœnam linguæ sufficit acetum gustasse. Sed licet hoc ad impletionem scripturæ in ueritate patratæ sint, tamen hoc uerbo Sitio, aliquid aliud significari uidetur. Puto enim quòd hoc liquidò immensitatem nobis ardentissimæ charitatis uoluit commendare, quia ab homine sitiente multo ardentius desideratur potus, quàm cibus ab esuriente. In se ergo ostendens Dominus Iesus desiderium illius rei quæ ardentissimè concupiscitur, per illam figurari ardorem suæ charitatis ostendit: licet etiam ueraciter possumus accipere, quòd situerit, qui per totū corpus sacrati sanguinis effusione siccatus ossa habuit, sicut cremium arefacta. Sed non satis credibile est ipsum de siti corporali dixisse, ut potum peteret carnalem, qui in instanti se sciebat carnaliter moriturum. Sed potius desiderium ardentissimum salutis nostræ, ipsum credimus situisse. Sed est quòd moueat nos, quia cum instaret hora passionis extremæ procedens ad orationem, Dominus Iesus procidit in faciem suam, orans & dicens: Mi pater, si possibile est, transfer hunc calicem à me: & hoc non tantum semel, sed secundo & tertio fecit. per calicem quem bibiturus erat, proculdubio passionem significans, quam erat passurus: nunc uerò eodem calice passionis iam ebibito dicit, Sitio. Quid est hoc? antequam gustes o bone Iesu, petis calicem omnino auferri: & postquam obedisti, sitis? ut uideo, mirabilis potator es tu. Nunquid uino iucunditatis, & non potius uino compun-

tionis & summæ amaritudinis repletus fuit calix tuus: Imò uerò compunctionis amarissimæ plenus est, qui non sitim, sed potius potantifasti diu generare deberet. Sed, ut existimo, ante passionem, calicem ipsius tui patris à te transferri orasti, nò ut passionem declinares, pro qua ueneras patienda, & sine qua salus humano generi non adesset: sed ne putaret quis te uerum hominem amaritudinem non sensisse propter claritatis unionem, uerbis petentibus calicem à te transferri semel, & bis & tertio summam acerbitatem passionis tuæ dubitantibus indicasti: nobis quoque te sequentibus doctrinæ & exempli formam præscripsisti, quòd imminentibus periculis, etiam cum ad utilitatem nostram pertineant, posse & debere à nobis Dominum frequentius exorari, ut flagella iracundiæ suæ à nobis dignetur auertere: nihilominus etsi tamen ablata non fuerint exemplo passionis tuæ gratanter, patienter & uiriliter cum omni perseverantia toleranda sunt. Quando autem passionis calicem, quem antea rogaueras auferri, iam exhaussisti, dixisti: Sitio. dilectionis erga nos tuæ magnitudinem commēdasti, tanquam diceret: Quamuis passio mea tam acerba fuerit, ut quantum ad humanitatis sensum illam declinare potuerim: tamen tua o homo me charitate uincente, & ipsa tormenta crucis superante, adhuc plura & maiora si necesse sit, sitio subire tormenta. Nihil enim est, quòd detrectem pro te pati, pro cuius precio animam meam pono. Imitetur ergo quælibet fidelis anima sponsum suum dulcem Iesum, tantæ amaritudinis poculum sitientem, pro ipsa pariter & ebibentem, & sicut ipsa etiam pro ipso ebibat per aduersa presentia: sitiatis quoque & ipsum dulcissimum sponsum suum, cuius dulcedinem ex amaritudinibus presentibus melius poterit considerare, malisque exhaustis propter eum confidentius ipsum sitire poterit, & dicere cum Propheta: Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem Dei. Et iterum: Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.

De sexto folio uitis. Caput XIII.

In sexto folio uitis siue in sexta chorda citharæ nostræ, nobis uirtus perseverantiæ comendatur. Ait enim Euangelista, quòd cum accepisset dulcis Iesus amaritudinē acetū, dixit: Consummatum est. Quid est hoc? Suprà dictū est, quòd uidens Dominus quia cōsummata sunt omnia, ut impleretur scripturæ, ait: Sitio. Et cum gustasset acetū sibi porrectū, subiunxit: Consummatū est. Consummatum quippe est, id est, perfectum fuit testimoniū scripturæ, quæ dicit: Dederunt in escam meā fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Et per hoc omnis scriptura quæ de ipso erat, cōsummationē accepit. Sicut ergo caput nostrū pro peccatis nostris acerbitatē sustinens passionis usque ad cōsummationem, id est, usque ad perfectionem omnium scripturarum quæ de ipso erant, perseverauit patienter: ita & nos si huius

capitis membra esse uolumus, in omnibus aduersitatibus nostris uirtutem perseverantiæ conseruamus, ut ad finem omnium passionum construarum ipso benigno Iesu duce uenientes, cum ipso confidenter possimus dicere: Consummatum est. hoc est, tuo adiutorio, non mea uirtute bonum certamen certauit, cursum consummaui, fidē seruauit. Redde ergo, quòd legitime certantibus in agone te promittente, repositū est, scilicet coronam iustitiæ, quam tu iustus iudex reddes in tua die. In illa die quæ nubilum non habet, in illa die quæ in atrijs tuis melior erit super milia dierum, in qua tu solus, id est, singulariter soleris. O sol iustitiæ, benigne Iesu Christe, lucens in uirtute tua, reddes remetipsum in premium sempiternum omnibus qui perseverauerunt in agone certaminis. Recipient enim à te splendorem sempiternum, in quo sine fine felices lætantur. Hunc autem splendorem nullus poterit adipisci, nisi qui perseverauerit usque in finem. Quia nimirum uirtus boni operis perseverantia est. Huic soli redditur corona iustitiæ. Quid enim prodest esse bonum, esse sapientem, esse potentem, si non perseveraueris usque in finem? Bonus erat Saul & optimus: quia docet scriptura, quòd non erat uir melior eo in populo Israel. Sed ad quid deuenit? Cecidit, cecidit, & reprobus factus est, ita ut non obediret uoci Domini, Prophetam contemneret, à spiritu malo uexaretur, uirum innocentem persequeretur usque ad mortem. Tandem uerò cōsuleret Phitonissam, & ab alienigena miserabiliter interiret. Quis uerò sapientior Salomone? Sed deficientes à præceptis Domini, et cōiunctus mulieribus genitibus, fabricauit dijs, imò demonibus illarum templa, ita ut ipse cum illis idola adoraret: tanto magis in stultitia desipiens & defectus, quanto prius in sapientia fuerat eleuatus. De quantis legimus in Vitis patris, uiris potētibus in uigilijs & in ieiunijs, in laboribus supra modum humanum, imò & in miraculis coruscantibus qui ceciderunt, quia non perseverauerunt usque in finem. Qui perseverauerit usque in finem, Dominus inquit, hic saluus erit. Finis, non pugna coronat. Lauda nauigantis felicitatē, sed cum uenerit ad portū. Vnde: Cœpisti melius quam desinis: ultima primis Cedunt, dissimiles hic uir et ille puer. O quantum humilitatis tibi iure incutiet & timoris, cum aduerteris summū angelorum cum magna multitudine sequaciū suorum in celo cecidisse, hominem protoplastum cum uxore sua à paradiso eiectum fuisse, tot bonos, sapientes, potentes in terra nostra perisse, quia ad bonorū operum cōsummationē non peruenerunt? Est enim alius alio iustior, et nescit utrum amore uel odio dignus. Quare? Quia ignorat si perseveraturus sit, si coronandus sit. Est autem efficax medicamentum quod huic timori apponamus, uidelicet fiducia, spem et fortitudinē nostrā ponamus in eo, cui canit Psalmus: Adiutor meus, tibi psallam: quia Deus susceptor meus es, Deus meus,

Gregorius.

Hemistichium.

meus, misericordia mea. Et de quo Esaias: Ecce Deus Saluator meus, fiducialiter agam & non timebo: quia fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Quicumque enim ceciderunt, ideo profectò ceciderunt, quia magis de se, quam de Deo præsumperunt. Aedificauerunt quippe domum intentionis suæ super arenam. Imminente ergo tempestate, tentationum fluxerunt flumina, id est concupiscentiæ transitorie persuadentes appetitum, & flauerunt, uenti superbiæ & uanæ gloriæ, et cecidit domus illorū, & omnia facta eorū destructa sunt: quia super arenam, id est semetipsum aedificauerunt, de proprijs nimirum uiribus confidentes. Nos autem multo melius fundamentum ponentes, illū scilicet de quo dicit Apostolus: Fundamentū aliud nemo potest ponere præter istud quod positū est, quòd est Christus Iesus. Securi aedificemus super illud bona opera, quæ quādiu illi inhæserint, fundamenta corruiere non poterunt, donec ipso adiuuante qui cœpit, ad cōsummationem debitam perducantur.

De septimo folio uitis. Caput XV.

Nunc uerò ultimum folium uitis nostræ, uel ultimam chordam citharæ nostræ consideremus, ut indelebili memoriæ commendemus, imò & ore indefesso semper ruminemus. Pater, ait bonus ille Iesus, in manus tuas commendo spiritum meum. Litera plana est. Quid est autē, quòd ille coæternus & consubstantialis patri filius animam suam ita manifeste in manus patris commendabat, cui non minus commendata etiā esset, si hoc non dixisset? In Euangelio Ioannis habemus, quòd cum Dominus Iesus suscitatus esset Lazarum, dixit: Gratias tibi pater ago, quia me semper audis: sed propter astantes dixi, ut ipsi credant, quia tu me misisti. Ita profectò et nunc. Quamuis sciret animam suam sanctissimam patris esse manibus commendatam, qui paulo ante dixerat: Venit princeps huius mundi, id est Satanas, & in me non habet quicquam. Tamen ut erudiret nos qui terra sumus & cinis, ut spiritum nostrū disceremus patris æterni manibus commendare, ne ab huius mundi principe cum à corpore egressus fuerit, cōprehēdatur, qui in nobis, heu non pauca quæ ad ipsum pertineant, inueniet: cum ipse qui peccato nil debebat, imò etiam qui tollere peccata aduenerat, spiritum suū purissimū à purissimo corpore egressum nō utiq; necessitatis, sed exempli gratia, patris sui manibus comendauit. Quod & nos sub spe gratiæ & misericordiæ poterimus facere, si sub umbra follorū præmissorū latuerimus, si nos chordarū citharæ nostræ auribus cordis audierimus: scilicet si ore pro inimicis, si poenitentibus qui in nos peccauerunt ex toto corde remiserimus, si proximis nostris mutua rependerimus charitatem: si in omnibus tribulationibus nostris sperauerimus in eo, qui propter nos homo factus est, ut unitus nostræ naturæ esset nobiscum: si ardenti desiderio proximorū salutem

desiderauerimus: & postremo si in bonis operibus ad cōsummationē perstiterimus, in quantum hic egerimus, fiducialiter poterimus dicere æterno patri cum Domino Iesu: In manus tuas Domine commēdo spiritum meum. Semper orantes dum uiuimus, ut in ijs uerbis quibus ipse spiritum emisit, præstare dignetur nos etiam spiritum nostrum emittere, & suis efficaciter manibus commendare. Ecce secundum quod potuimus non quod debuimus, nec secundum quod uoluimus, uitis nostræ desuper extensæ folia septem uestræ ostendimus charitati, quæ non satis est tantum intueri, sed potius est accedendum, et sub umbra illorum sedendum, ut possimus cum sponsa ueraciter dicere: Sub umbra illius quem desiderabam, sedi. Cuius? Illius sponsi utiq; cuius folia umbram tanto habent latiore, quanto ipse sponsus, uerbum summi patris uerba habet uirtutibus amabiliora uicinioraq; saluti, magis accōmodata pietati, & omnium intellectu promptiora. Quamuis enim in omnibus & Apostolis locutus est ille bonus Iesus, nullius tamen uerba reperies omnino, quæ ita & fortibus & infirmis, id est, doctis et indoctis, sapientibus cōueniant et insipientibus, ut uerba doctissimi uerbi Domini Iesu. Nam sicut ait quidā: Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ. Sciendū autē quòd in umbra follorū istorū, id est, in uerbis Domini meditando est die ac nocte: quorū umbra tunc profectò protegimur, cū quoties à uicinis per tractatores aliquod uerbum de scripturis euangelicis nobis adducimus, cuius monitis & auctoritate irruentibus in nos uitijs resistamus. uerbi gratia: Si tentatus à superbiā, uidelicet ut uelis præesse, subesse nolis, occurrit tibi statim uerbum Domini, dicentis: Qui uoluerit inter uos primus esse, sit omnium seruus: quia sicut qui se exaltat, humiliabit: ita qui se humiliat, exaltabitur. Si infestat te ardor iracundiæ, habes statim foliū uitis nostræ quòd illi feruori opponas, uerbum illud scilicet, quòd omnis qui irascitur fratri, suo sine causa, reus est iudicio: & sic contra singula tentamenta uerba inuenies, quibus ab æstu uitiorū defendi possis, et uirtutē teporis cōseruare ipsa uite benigno Iesu, nobis præstante subsidium.

De iocunditate florum. Caput XVI.

Deinde ad florum iocunditatem, animum declinemus, imò uerè eleuantes, uideamus quomodo floruerit uitis nostrā. Floruit enim & tanto uberius, iocundiusq; cæteris, quanto ipsa melior omnibus: cuius magnificentia eleuata est super celos, sub cuius pedibus omnia sunt subiecta, quamuis nostra charitate deuinctus, ad tempus paulominus ab angelis fuerit diminutus. Nam propterea exinanauit semetipsum, formam serui accipiens, & plantatus est in terra nostra, & corporis nostri deformitatem accepit. Fronditq; & floruit, & fructus plurimos attulit: ut per hoc quòd nostræ humanitati unitus est, suæ diuinitati nos uniret. Sed quia sine flore non peruenitur ad fructū, floruit ille benignus Iesus.

Nnn 3 Qui

Qui sunt flores eius, nisi uirtutes? Floruit enim mirabiliter & ualde singulariter & excellenter uitis hæc, non uno florum genere sicut alia uites & arbores, sed omnium florum speciem in se continebat. Aliorum enim sanctorum alius alio castior, alius alio patientior, alius alio in charitate feruentior: ista uero uitis omnibus angelis & hominibus in humilitate, patientia, castitate, charitate, & cæteris uirtutibus omnibus præminet. Habuit ergo uitis ista uera non unius, sed omnium florum speciem: uiolam humilitatis, liliam castitatis, rosam patientiæ & charitatis, & florem abstinentiæ, quem crocum appellamus. Quam iocundus, ut putas, erit fructus uitis nostræ tanta iocunditate florentis? Sed iam singularitatem de ipsi floribus uitis nostræ ipso annuente aliqua differamus, hoc tamen præuiso, quod flores in iocunditate uisus, & in suauitate odoratus maxime considerantur. Comedi uero non solent, nisi quod apes de quibus floribus cibum dulcissimum sugendo colligunt. Diximus autem, quod nullus flos, id est, nulla uirtus per quemcumque florem significata deest uiti nostræ. Quæ enim uirtus deesset in Domino uirtutum?

De flore humilitatis. Caput XVII.

Primò ergo de flore humilitatis, id est de uio la uideamus, quare flos uiolaceus humilitatem significet, statura, situs, odor, color, & uis ipsius floris manifestant. Statura enim, id est quantitas ipsius modica est. Quis enim flos, hoc flosculo minor est? Nam & humiles in oculis suis parui sunt. Sic enim ait de se ille Apostolus, qui omnibus plus laborauerat: Ego sum minimus omnium Apostolorum, qui non sum dignus uocari Apostolus. Vides, ut hic magnus, quam paruus sibi erat? Et miro modo fit, ut ipsi quibus conscientia secura est, qui nihil sibi conscij sunt, tam humilia de semetipsis sentire contingat. Situs huius floris terræ est proximus, & optimè. Ita enim habes docentem Apostolum: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Non habent hanc proprietatem istius floris, qui se alijs meliores putant, uel alijs meliores uideri uolunt, quamuis sibi metipsis parui sunt. Sunt enim nonnulli qui quidem in conscientijs suis se subiectos iudicant, sed tamen uideri foris uolunt alijs meliores. Isti staturam huius floris habent, qui sibi intus in animo parui sunt: situm uero non habent, quia uolunt foris superalios eleuari, de quibus dicit Salomon: Mensura & mensura, pondus & pondus, abominatio est Domino. Et in lege Moyse duplex pondus prohibetur haberi. Duplex quippe pondus habet, qui sibi malorum conscientius, malum se iudicat: alijs uero uult foris bonus, & alijs melior apparere, suo iudicio terræ proximus est, & alijs cupit eleuatus uideri. Agitantur itaque quicumque tales sunt uitio hypocriteos, de quibus in sermone quem de Paruis conscripsimus, plenius sumus elocuti.

Odor.

Odor uiolæ suauis est, & salubris, quia etiam

apud ipsos superbos laus humilitatis exaltatur. Ipsa enim fama laudabilis, suauitas est odoris & uerè salutaris est: & nonnunquam de laude humilium auditores emendantur, etiam si sint tales qui istum odorem amittant, licet diligenter considerent. Color, sicut apparet, abiectus est, illis præcipue qui uirtutem flosculi ignorant: sed uim floris agnoscuntibus, fit etiam ipsius floris despectio commendabilis & dilecta. Hoc in ipsius humilitatis magistro benigno Iesu facile agnoscemus, secundum illud uerbum Apostoli: Nos inquit, prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus uero stultitiam: ipsis uero uocatis sanctis Christum Dei uirtutem & Dei sapientiam, nimirum Christus crucifixus uiola est. In cruce enim humilimus factus est. In hac humilitate solum colorem intuentibus Iudæis & gentibus, ipse color uilis apparuit, nobis uero qui uirtutem agnoscimus palsonis, ipsa etiam humilitas despecta, humilitas Christi placet, & per humilitatem maxime commendatur. Despectui ergo coloris adiungatur, quæ latet uirtus floris interior: ut per interiorem uirtutem, hoc quod exterius uile uidetur, non contemnatur, uerum amplius diligatur. Nunc ergo perfectiori et puriori oculo intueamur quantum floruerit ille flos singularis, de quo scriptum est: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. Bonus flos super quem spiritus Domini sanctus requiescit, & licet flos hic noster Dominus Iesus qui de se dicit: Ego sum flos campi, omnium in se filiorum habuit uirtutem & de corem sine diminutione aliqua: nulli tamen flori magis conuenit, quam uiolæ, ut in eo spiritus sanctus requiescat. Nec ego hoc affirmo, sed ipse qui dicit: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos? Quid apertius? Nunquid non potuisset rosam patientiæ & charitatis, liliam castitatis, crocum abstinentiæ, cum uellet ostendere requiem spiritus sancti? Quibus prætermisissis, uiolam posuit humilitatis, cuius pedisse quæ sunt quietes & timor, quæ postponuntur. Non enim possunt moueri uiolæ, id est humiles a uento superbiæ, qui semper quærunt alta corda, quæ concutiat, sicut quidam ait: Summa petit liuor, persilant altissima uenti. Dum enim inueniuntur humiles, non possunt moueri. Quiescunt ergo, et spiritum super se quiescentem non excutiant, dum nec superbiæ nec inuidiæ uento commouentur. Est & timor non quilibet perdendæ pecuniæ, non bonorum transitoriorum, sed timor sermonum Domini, humilitatis pedisse quæ: quia dum humilis nihil de sua uirtute præsumit, sermones Domini pro sua consolatione attendens, semper timet ne non adimpleat præcepta, ne patrem præcipientem sua transgressione offendant. Bonus ergo flos iste quietem generans & timorem, utique genitorem securitatis. Quia scriptum est: Qui timet Deum, faciet bona, pro quibus factis

Color.

Esa. 61.

Ouidius.

Virgo prima uotum emisit uirginitatis.

Hemistichium.

factis quid dabitur mercedis nisi securitas sempiterna? Bonus profectò flos uiola, qui florem celestem uerbis aterni patris in utero terreni floris beatissimæ uirginis mirifica dulcedine sui odoris attraxit, ipsa attestante, quæ ait: Exultauit cor meum in Deo Iesu meo, qui respexit humilitatem ancillæ suæ. Quid dicis? Nunquid non alios flores habes? Habeo inquam. Tota enim florea, nullius floris expertis: quia nulla uirtute careo, cum tota speciosa sim, & macula non sit in me. Habeo liliam castitatis, quia primò uotum cõseruanda uirginitatis uoui Domino. Habeo rosam charitatis, quia si non usque adeo dilexisssem Dominum, unde mihi tanta fiducia, unde tanta audacia, ut noui aliquid puellula tenera & uerecunda, & adhuc sub parentum iure & præceptis legis constituta inchoarem? Sed ut uerum fateor, Audacem faciebat amor, coegit rosa ardens seruillem timorem deuorans, ut facerem uotum, & singulare liliam, ut possem quantum dicere dilecto meo: Candida sum & rubicunda, sicut & tu candidus & rubicundus. Habeo & alios quoscunque flores, sed nullum horum tanta dignatus prærogatiua respexit in me Dominus, ut florem uolæ meæ. Respexit enim humilitatem ancillæ suæ. Et uultis uidere omnes, cui mutuauit flores meos, quantum ex flore sim consecuta? Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ex hoc dico, quia respecta sum à Domino. Flos uiolæ meæ, quia nardus mea dedit odorem suum, quæ idem significat quod uiola, id est, humilitatis uirtutem: quia fragrantia delectatus est rex, filius regis, Deus Dei filius cum esset in accubitu suo, id est, in sinu patris, & odore tam delectabili, quasi quadam illius uolentia tractus est in me: & uoluit concipi flos in flore, intra florem: id est, intra Nazareth, quod interpretatur flos, ut fieret ipse flos floris, hoc est, Nazarenus. Concordant omnia flori. Concipitur flos manens in flore, hoc est in Nazareth. Bonus ergo omnino et optimus uiolaceus flos, qui odoris eius fragrantia, quasi quodam delectabili uinculo florem cæli in utero nostri floris humilium uirginis inclinauit. Discant omnes, sed præ omnibus mundi flores, id est, uirgines, qui in tota ecclesia Dei excellunt, tanquam flores in gramine, quod uirgo uirginum prima, uirginum deuotum sanctissima & castissima omnium summam gloriam ponit in uiola humilitatis: licet in ea candeat singulariter liliam castitatis, rosam charitatis rubescat. Nolite gloriari uirgines de castitate corporali, licet illa sit laudabilis uirtus. Sed quanto maiores estis uos, tanto humiliare uos in omnibus, ut inueniatis gratiam apud Deum. Non enim castitate respexit Dominus, sed humilitate ancillæ suæ. Si uultis oculo misericordiam, oculo gratiam à Domino respici, humiles estote. Humilibus enim, sicut scriptura ait, dat gratiam: quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Si uultis lampades esse uestras refertas oleo, cum sponsus ad nuptias uenerit: id est, si uultis integram & lætam

conscientiam habere (oleum enim in lampade est, lætitia spiritualis in corde) nolite de altitudine liliæ uestri, id est, de puritate castitatis uestre alta sapere, nolite laudem exteriorè appetere: ne clauso hostio regni cœlorum, dicat uobis sponsus: Amen dico uobis, nescio uos: & à se excludat, qui respexit humilitate ancillæ suæ. Multe enim uirginum excludent, quia superbarum nulla ingreditur. Humilium uero nullus, nec coniugatus, nec uirgo, nec uidua merebitur expelli. Acta est ianua regni cœlorum, nec respicit nisi paruos. Timidi repelluntur, imò nequaquam possunt accedere cuiuscumque sexus siue conditionis fuerint uel ætatis. Et breuiter dico: Nulla uirtus accedit, nisi ad humilitatis uiolam fuerit inclinata. Dicit enim & docet hoc ipse humilitatis magister, qui aduocans paruulum, statuit eum in medio discipulorum, et dixit: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus hic, non intrabitis in regnum cœlorum. Nunquid posuit sibi in exemplum discipulis liliam castitatis Ioannem, uel rosam charitatis Petrum, qui & tunc presentes erant: quorum prior ab ipsis nuptijs, ut asseritur, uocatus fuit, et electus à Domino: sequens uero trina confessione Domino benigno Iesu, cui mentiri non potuit, perfectæ charitatis affectum contestatus est? Sicut enim Ioannes de speciali prærogatiua castitatis, ita Petrus de feruentiori charitate commendatur. Nec tamē istos in exemplum posuit cœlorum ianuam intraturis: sed paruulum humilitatis uirtute præcellum. Videamus ergo quantum in se istam uirtutem omnium uirtutum Dominus commendauit. Primò uerba eius attendentes, ubi ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Quid est magister bone, optime Iesu? Nunquid ad hoc redacti sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ in te recõditi, ut hoc singulariter doceas, quia mitis es et humilis corde? Non doces ut cœli discant fabricari, fieri miracula, mortuos suscitari, et cætera huiusmodi, sed quia mitis sum & humilis corde. Nunquid tam magnū est quod est paruus? utique. Quia per hoc inuenitur requies animabus. Quæ enim alia est causa omnis laboris & certaminis nostri, nisi ut inueniamus requiem animabus nostris? Breuis doctrina, breuis uia demonstrata est. Discite hanc à Domino Iesu, qui mitis est & humilis corde: id est, uide & quantum & quare humiliatus fuit ille, qui est excelsus super omnes gentes Dominus, & super cœlos gloria eius: & discite etiam quia tu es lutum & cinis, et sic inuenies requiem animæ tuæ. Sed nota, quod ait: Humilis corde. Non enim ficta humilitate placatur ille qui est humilis corde, sed humilitate uera. Humilitate cordis delectatur ille qui intuetur cor: quia in humilium cordibus requiescit. Quærit enim corda humilium, quæ eleuet, non tumida, à quibus resiliat. Sed quia duo posuimus, quæ nobis consideranda sunt, scilicet quantum et quare humiliata fuit uitis nostra Dominus Iesus, utrumque hoc iam explicemus.

mus, quia uestrae uotiuua sunt charitati. Deficit enim humanus intellectus, ratio succumbit, quantum humiliatus fuit Dominus in conuersatione. Quomodo enim scire potes deiectionem humilitatis, nisi etiam excellentiam dominationis agnosceres? Loquere enim. Quid potes? Numquid mensuram gloriae, potentiae & pulchritudinis eius attinges? Non ad hoc angeli, neque Cherubin, aut Seraphim peruenerunt. Non enim aliqua creatura Deum agnoscit ita plenarie & perfecte sicut ipse est. Quanto minus homo, aut filius hominis uermis? Et tamen, quia tantus erat, ut magnitudinis eius non esset finis, ad hoc inclinatus est, ut filius hominis fieret uermis. O quam humiliatus. Incoprehensibilis Deus uult comprehendere, summus humiliari, potentissimus despici, pulcherrimus deformari, sapientissimus fieri ut iumentum, immortalis mori, & ut compendio absolui, Deus uult fieri uermiculus. Quid excelsius Deo? Quid uermiculo inferius? Ego inquit, uermis sum & non homo. Quare uermis? Quia filius hominis. Ita enim habes in Iob: Astra non sunt munda in conspectu eius. Quanto minus homo putredo, & filius hominis uermis? Si ergo filius hominis est uermis, utique & ipse uermis est, quia ipso testante filius hominis est. Quem, inquit, dicunt homines esse filium hominis? Ecce qualem distinctionem facit inter hominem, & filium hominis. Homines appellat, qui de primo homine Adam per corruptionem descendunt. Vnde & Iob ait: Quanto magis homo putredo, quia in putredine corruptio est. Ipse uero solus purus Christus Dominus, quia sine corruptione de matre uirgine natus est. Si quidem non appellat hominem, qui utique putredo est: sed filium hominis, qui uermis est. Sicut enim uermis de sola terra, ita Iesus Christus de sola uirgine generatur. O quam humilis uermiculus Iesus Christus, qui opprobrium factus est hominum, et abiectione plebis: ab hominibus contemptus sine causa, sine uindicta conculcatus sicut uermis. Cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. Humiliatus est, ut fieret homo, ut hominibus subderet, beatam matrem & Ioseph nutricio suo, Simeoni expectatori suo, ut non solum bonis, uerum etiam malis terrenis potestatibus, soluens cum Petro didrachmum, inuentum in ore piscis. Subditus est Iohanni baptisate suo, qui ab ipso potius debuit baptizari. Humiliatus est usque ad ablutionem pedum discipulorum suorum, bonus et benignus Iesus. Postremo humiliatus semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quo ultra progredi poterimus? Mortuus non qualibet morte, sed morte crucis, morte turpissima uideamur. Vides ne igitur, quantum in uita nostra benigno Iesu, flos iste uolucis floruerit? Multi usque ad mortem humiliati sunt: sed nequaquam eodem uilipensionis descendunt, quia nunquam ad tantam exaltationem peruenerunt. Quis enim bonorum omnium morien-

1958
tium sibi potuit usurpare, quod de Christo Iesu dictum est: Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Nullus profecto, quia nullus hominum praeter ipsum Deus erat. Maxime ergo humiliatus fuit, qui solus cum in forma Dei esset, exinanitit semetipsum, formam serui accipiens, & ad tantam abiectionem deueniens, ut ab hominibus iam non homo, sed uermiculus reputaretur. Sed quae est causa tantae humiliationis in benigno Iesu? Non enim sine rationabili necessitate, et iusta causa sic humiliatus est filius & sapientia patris, quae nihil sine causa facit. Quid multis immoramur? Propter hoc factus est homo, ut hominem redimeret: infirmatus est, ut nostras infirmitates curaret: inops factus est, ut sua nos inopia ditaret: humiliatus est, ut nos exaltaret: traditus est ad mortem, immo mortuus est, ut nos uiuificaret. Quis sanae mentis contemnit humiliari propter tam humilitatum pro nobis? Et licet multae sint causae, quae nos ad humilitatem cogant, scilicet initium ponderosum, uita dolorosa, finis timorofus, metus gehennae, spes caelestium, ipsaeque cum alijs causis, si quae sunt, cessantibus, sola regis nostri ac redemptoris patris dulcissimi & optimi Iesu humilitas, ad humilitatem uirtutem nos non solum incitare, sed uolenter cogere deberet. Humiliemur ergo, et propter supra dictas causas, ut uicem rependamus propter nos humiliato Domino Iesu, offerentes uiolam humilitatis ipsius, qua ipse uitis nostra tam excellenter effloruit, & in corde nostro gustantes, ut hunc florem suum, quem ipse specialiter in se uoluit commendare, recognoscens in nobis, nos secum qui super omne nomen exaltatus est, in tempore uisitationis suae exaltare dignetur.

De fiorente lilio castitatis. Caput XVIIII.

Non potuit deesse in uita nostra fiorente, flos lilij candentis, excellens castitatis in fine. Inter omnes uirtutes, castitas quadam specialis prerogatiua flos meruit appellari, quae per lilium figuratur. Castitatis autem nomine hoc tractatu non quancunq; accipe castitatem, sed eam quae uirginitas appellatur. Est enim & castitas continentium, seu uiduarum, & est castitas maritalis. Sed etiam minime flores appellantur, quia uirginitatis florem lilij amiserunt. Eos igitur qui deflorati non sunt, id est, uirgines florem lilij in praesenti uolumus nuncupari: nec hoc dicendo facimus iniuriam continentibus & maritalibus. Non enim cum laudamus castitatem Iohannis, uituperamus coniugium Abraham: nec commendando uirginitatem Mariae, uiduitatem Annae reprobamus. Sed habent singuli merita sua, non parua tamen dignitate distincta. Quis autem fructum tricesimum non laudat in conuictis, sexagesimum in uiduis, licet his excellenter praefertur fructus centesimus uirginitatis? De hac igitur gratia lilij in quo uitis nostra floruit locuturi uideamus, uera luce nos illuminante, quare tanta uirtus per lilium figuretur. Et manifeste quidem occurrit, quia propter candoris munditiam,

munditiam qua ille flos caeteris floribus est prelatior. Hinc sane munditia uirginalis merito figuratur typo lilij. Nullus praeterea alius flos uel ipso prospectu tantum praese fert gratiam, quantum hic unus: quare merito mundissima & omnibus pijs gratiosa uirginitas per hunc figuratur florem. Quibus itaque laudibus te efferam o uirginalis candor? prorsus nescio. Atqui nescientem me doceat singulare illud lilium, increata Dei sapientia, Dominus Iesus unigenitus patris filius, & unicus filius lilij singularis: id est, castissimae uirginis matris, quae in confinio utriusque legis uotum consecrauit perpetuae & integerrimae uirginitatis. Doceat inquam, me, quomodo per considerationem lilij materialis, lilij uirginalis circumstantias agnoscere ualeam. Propter has ergo proprietates quas iam proposuimus, ipsum lilium materiale in radice & trunco, folijs & in his alijs flosculis, qui intra illud concluduntur, studiosius inuestigare curemus. Speramus enim, quod his omnibus specialiter consideratis, commendationem perfectae uirginitatis inuenire possimus.

De radice lilij. Caput XIX.

Radix lilij commendatur in tribus: alba est, splendida est, tractabilis est. Quid autem per radicem in terra latentem, nisi cogitatio latens in corde figuratur? Per albedinem ergo radicis, munditiam cogitationis accipimus. Quid ergo munditia carnis, siue munditia cogitationis? De hac praecipit Dominus: Lauamini, inquit, mundi estote. Nam ne exteriorem munditiam intelligeres solum, subiunxit: Auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Peruersae enim cogitationes separant a Deo. Et sicut ueritas testatur: De corde exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, furta, blasphemiae, & caetera, quae coinquant hominem. Sunt autem cogitationes nigrae siue pollutae, nempe diabolicae, mundanae, carnales. Cum aliquis se alto meliorem aestimat, cum alij similis esse uideri uult qui eo maior est, uel cum non uult subiectus esse ei qui sibi praelatus est, diabolicae sunt cogitationes, quae a diabolo irruente, & ab ipso caeteris familiariter usurpat, ita ut proprie character diaboli dicatur superbia. Cogitationes mundanae sunt illae, quae animum concupiscentijs rerum illaqueant: ut illis acquirendis nimis sollicitate insistant, & acquisitis nimis delectentur, ne proximorum necessitatibus erogentur, & sic fiant alieni a charitate Dei, quia scriptum est: Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitate patientem, et clauerit sua uiscera ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Cogitationes carnales sunt, quae homines ad luxuriam pertrahunt carnis, utpote quando inordinata dilectione & delectatione cogitant uiri de mulieribus, uel mulieres de uiris: quia stulti homines amorem appellare praesumunt, quod uerius odium posset appellari. Est & luxuria ciborum & potum, cum

1963
A lautiora & deliciaiora propter solum saporem quaeruntur, non propter sanitatem adipiscendam. Posset quis uti delicatis cum moderatione, quod tamen difficile obseruatur. Simile iudicium est de his qui uestimentis delicatis uti desiderant. Perditur proprietas lilij et uirginitatis decor, si radici desit albedo, & cogitationi uirginalis munditia. Nam si corpus extrinsecus sit mundum, & cogitatio intrinsecus sit polluta, iam non uirtus, sed hypocrisis appellanda est. Hoc tamen sciendum teste Gregorio, quod cogitatio quantumlibet immunda mentem non polluit, cui ratio non consentit. Quis enim cogitationes suas ita refrenare potest, ut non qualibet immunditia tituletur? Sed continuo talium cogitationum insultus sunt reprimendi: ut unde sperabat se hostis uincere, per hoc magis uictus abscedat. Quod fit, quoties prauis & immundis cogitationibus attracti, statim ad signum crucis, ad passionis Dominicae recordationem & lachrymarum subsidia confugimus, & suo telo in bello fortes effecti, hostem ferimus. Non solum autem alba, sed & candida siue splendida est radix lilij. Candore autem siue splendore hilaritatem animi uidetur designari. Sunt autem nonnulli, qui bona quidem opera faciunt uel coactione, uel necessitate, uel consuetudine: sed ad haec agenda nulla alacritate mouentur, quod uitium proprie acedia dicitur. Et hoc quidem uitio religiosi homines maxime affliguntur. Nam seculares admodum pauci, & si hoc sit uitium, non aduertunt. Mundo enim aligati, spiritualis uitij uitae possunt apprehendere nomen: cum tamen hoc uitium inter septem principalia nominetur. Nunc ergo spiritualibus loquamur, qui hoc uitium possunt intelligere. Vitium acediae est, quod quendam torporem incutit animo, ut ipsi omnia exercitia spiritualia quasi insipida uideantur, & in graue taedium conuertantur. De quo taedium dicit Psalmus: Dormitauit anima mea praetaedium. Et alibi: Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt usque ad portas mortis. Tantum quippe aliquando affligitur hoc uitio anima bonorum, ut etiam omnem escam: id est, omne spirituale exercitium abominetur, ut nec orare, nec legere, nec meditari, nec opus manuum libeat exercere. Immo etiam appropinquant usque ad portas mortis: id est, ut etiam ipsius uitae fastidium habentes, morte finiri desiderent, cum sancto Iob dicentes: Tædet animam meam uitae meae. Huic graui uitio medetur iucunditas, quae per nitorem radicis lilij designatur, & reformat aegrum animum & abiectionem, & ad meditationem incitat spirituale, et reddit desiderium laborandi, orandi, legendi, ut exultet quasi gigas ad currendam uiam: & cum Psalmus dicat, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Curritur quippe uia mandatorum Dei, cum cor dilatast, id est, spirituali iucunditate aperit. Dicunt enim naturaliter timore & tristitia cor

tia cor claudī, securitate uerō & lætitiā aperiri. A
Quantum putas, conuenit hæc uirtus hilarita-
tis uirginibus sacris, quæ gaudium huius mun-
di, & omnem ornatum seculi cōtemperunt pro-
pter ornatum Domini sui Iesu Christi: Vt quod
deest exterius, interius impleatur. Gaudete er-
go in Domino semper, quia uana gaudia eieci-
stis. Iterum dico, gaudete: quia uero gaudio
adhærere meruistis, & in cogitatione cordis ue-
stri hilaritatis nitorem semper habere. Hilarem
enim datorem diligit Deus, dator singularis &
ueræ hilaritatis. Est & tractabilis radix lilij,
per quam uirtutē mansuetudinis intelligere de-
bemus. Scimus enim quamplurimos esse, qui
castitatis uirtute præminent: sed ita leui causa,
immò sine omni causa moueri consueuerunt, ut
tam sibi quàm alijs in quos commouentur, fiant
nimium onerosi, semper exacerbatum animum
gerentes ex omnibus quæ capiunt uisū uel au-
ditū. Non decet hoc uirginem Christi, qui di-
cit & docet: Discite à me, quia mitis sum & hu-
milis corde. Et qui mitibus promittit beatitu-
dinem, dicens: Beati mites, quoniam ipsi pos-
sident terram. Quid ergo immites? Exules erunt
in terra. E qua? De qua scriptum est: Placebo
Domino in terra uiuentium. Quid prodest
castitas ab illa terra exulantibus? Non sunt
illa profectō lilia, quibus hæc proprietas deest.
unde non pertinent ad istud perfectissimum li-
lium, benignum Iesum, qui de se dicit: Ego flos
campi, & lilium conuallium. Quæ sunt illa li-
lia ad ipsum pertinentia? Audi. Sicut lilium in-
ter spinas, sic amica mea inter filias. Tractabi-
le & lene est lilium, pungentes & duræ sunt spi-
ne. Non perdit lilium suam lenitatem, licet pro-
ferat spinarum asperitatem. O quam malæ fi-
liæ per communionem fidei, spinæ per amari-
tudinem morum. Tu ergo si uis esse lilium ue-
rum, si uis à sponso dulcissimo collaudari, esto
lilium inter filias, inter illas animas quæ eiusdem
fidei, eiusdem professionis tecum sunt. Sed &
morum amaritudine & uerborum asperitate te
pungunt. Esto inter tales mitis & tractabilis:
non exaspereris ad quodlibet uerbum, sed habe
sustinentiam, ut merearis & tu audire: Sicut li-
lium inter spinas, &c. Nec tamen hæc dicimus,
ut tacite transeat omnium peruersitas, & ut non
corripiantur inquieti, uel ut tumidi non compr-
mantur, imò qui eiusmodi sunt, reprehendendi
ueniunt, ut ne amittatur tractabilitas tuæ radi-
cis, qui uis esse lilium. Sed secundum Aposto-
lum, argue, obsecra, increpa, insta opportune,
importune, in omni mansuetudine et patientia,
quasi dicat: Ita fortis exerce zelum disciplinæ,
ut lenitatem non perdat interius in mente, ut re-
uocando peruersum, tu ipse quoque non peruer-
taris. Sunt autem quandoque malorum uitia ar-
guenda, quandoque tacite sufferenda, secundum
quod uniuscuiusque qui talis est, utilitati uideris
expedire: quia non omnes ægroti uno genere
medicinæ curantur.

De trunco, & que requiruntur ad lilia castitatis.
Caput XX.

SEquitur uidere de trunco lilij, in quo tria cō-
siderantur, rectitudo, fortitudo, longitudo.
Truncus ergo lilij à radice exiens, est propositū
bonum exiens à bona cogitatione. Cum enim
bona cogitaueris, si cōualescat illa in te, sicut ra-
dix in terra necessitas exigit, ut ea quæ cogita-
tioni placent, proponas ad effectum boni ope-
ris perducere: & sic statim habes truncum lilij,
id est boni: hoc est, bonum propositū à bona ra-
dice & cogitatione procedens.

De rectitudine lilij. Caput XXI.

NEcessaria est huic trunco boni propositi re-
ctitudo, id est, ut recta intentione propo-
namus bonum facere pro illo, non terrenas diui-
tias, non humanos fauores, nec honoris transi-
torij excellentiam requirentes. Astutus enim il-
le serpens, id est Satanas, cum principio bonæ
cogitationis non potest resistere, ponit insidias
in uia, quibus intentionem boni propositi pos-
sit euertere, & per truncum peruersum ipsam
quoque radicem bonæ cogitationis amaresce-
re faciat. De his insidijs conqueritur Psalmus:
In uia hac qua ambulabam, absconderunt super-
bi laqueum mihi. O quanti istis laqueis capti
& decepti sunt, qui bona quidem bene intian-
tes, tandem exterioribus cogitationibus acce-
dentibus, propositi sui rectitudinem deserue-
runt. omnino peruersi, & per bona opera sua,
uel diuitias, uel honores, uel uoluptates terre-
nas semel adepti, primæ intentionis sunt obli-
ti: Et aliud quàm Deum quærentes, idololatæ
facti sunt, dum gloriam incorruptibilis Dei, qui
solus gloriosus est, & solus quærendus, muta-
uerunt in similitudinem uolucrum, bestiarum,
& serpentum. Quomodo in similitudinem uo-
lucrum mutant gloriam Dei? Qui bona opera
sua, quæ prius ad gloriam Dei facere intende-
runt, intentionis rectitudine commutata, pro
uana mundi gloria facere laborant. Per uolu-
cres enim leues & instabiles, & alta petentes ac
uana figurantur. Gloriam Dei mutant in simi-
litudinem bestiarum, qui bona opera per quæ
prius gloriam Dei intenderunt, præterea pro
carnis implenda uoluptate faciunt. Per bestias
enim quæ tantum quæ carnis sunt sequuntur,
uoluptas designatur. Gloriam uerò Dei in si-
militudinem serpentum commutant, qui bona
opera quæ pro cœlestibus tantū diuitijs, & pro
gloria Dei adipiscenda fieri deberent, propter
ea operantur, ut ex ijs terrenas diuitias conse-
quantur. Per serpentes enim qui terram co-
medunt, designantur auari, qui tantum lucrâ
terrena sequuntur, & animæ suæ uentrem cu-
piunt implere. Hæc sunt scandala, quæ in uiare
cæ intentionis gradientibus abscondit diabo-
lus, ut truncum lilij, id est, bonum propositum à
sua rectitudine distorqueat. Heu heu, Domine
Deus, quis euadet laqueos istos? Ecce, ut ta-
ceas seculares, quot quanto uidemus ordinum
diuersorum

diuersorum prælatos, quos bona sine dubio sci-
mus intentione nudos nudum Christum fuisse
secutos? & tamen inuiti ad prælaturas licet at-
trahantur, non post longum tempus, sed statim
corrumpit intentionem, truncum uitiant, com-
mutant propositum, ut prælaturis ad quas inui-
ti uenerant, libenter inhæreant, præesse cupien-
tes potius quàm prodesse lautioribus ferculis
& exquisitis: uoluptati uentris, potius quàm u-
tilitati uel diuinæ uoluntati deseruiunt: nonnū-
quam etiam pecunias congregare dicuntur, nō
ut spiritualibus filijs necessaria, sed ut carnali-
bus nepotulis & amicis superflue aliquid largiā-
tur. O utinam mentiar Domine Iesu, utinam
mentiar, ut me solo mentiente, omnes in recti-
tudine & ueritate persistant. Vobis autem o uir-
gines Christi, humilitatis uirtutem, quam sæ-
pius uestræ charitati commendamus, ad propo-
siti nostri rectitudinem pro maxima parte puta-
mus sufficere. Dum enim in tantam altitudinē
castitatis ascenditis, laborat aduersarius uester
Satanas, ut uos ab illa desceat. Clamat enim
nobis sæpe, imò semper suggerit uocem illam,
dicens: Incuruare ut transeamus. Quid est incur-
uare? Flecte intentionem tuam ad terrena, quam
ad cœlestia erexisti, ut pateat nobis trālitus per
te, ut conculcemus te. Ne consentias inimico
tuo, o anima casta, uirgo Christi, amica sponsi
tui, amici tui sponsa ne consentias, ut ne incur-
uis: hoc est, nihil terrenum quæras, non laudes
humanas, non honores, non diuitias terrenas:
quia si ad hæc declinaueris, transibit per te men-
dax ille, teque conculcabit & premet ac elidet te,
& iugum iniquitatis suæ importabile ponet su-
per te, si abieceris iugum Christi leue & suauē.
O quam insensati, qui rectitudinem intentio-
nis suæ sic incuruant, ut accipiant illum teterri-
mum & iniquissimū Satanam successorē suum:
abiecto illo pulcherrimo & optimo primo re-
ctore Domino Iesu, cuius, ut ipse asserit, iugum
suauissimum est, & onus leuissimum.

De fortitudine trunci. Caput XXII.

FORtitudo trunci imprimi uirtutem, quæ for-
tudo uocatur. Est autem fortitudo, secun-
dum quod eam hic accipimus, quædam uirtus
omnium tentationum, sustinens insultus non
earum modò quæ molestæ, sed etiam earum
quæ prosperæ sunt. Est autem hæc uirtus trun-
co lilij nostri propositi boni operis, & maximè
uoto uirginitatis conueniens: quia quanto lau-
dabilis est uotum, tanto fallacius & fortius ini-
tiō non potuit impedire. Talis truncus uerè o-
pus est, ut sit fortis contra frigus. Bonum nanque
propositum unde tentatur, acedia est, qua quan-
doque sicut etiam supra diximus, in tantum ten-
tantur electi, ut non orare libeat, nec legere, nec
meditari, nec aliud quicquam operari eorum
quæ sunt quædam fomenta animæ: quia oratio-
ne, lectione, meditatione, seu etiam exteriori ex-
ercitio corporis uires animæ reparantur & con-

seruantur, et augentur, eisque subtractis, animam
languescere necesse est, & in frigus mortale re-
solui: statimque subintrat luxuria, uendicatque si-
bi sedem in anima frigida, & eam pessimè suo i-
gne calefacit. Sine autem intermissione, nostro
lilio uirgini Christi orandum, legendum, medi-
tandum, uel etiam exterius aliquid operandum
est, ne in ipsa truncus boni propositi corrupta-
tur. Hæc enim, sicut ait beatus Augustinus, si
cum discretionem fiant, ut ualetudinem corpo-
ris non perturbent, in deliciis spirituales uer-
tuntur. Color quo corrumpitur truncus boni
propositi, seculi prospera sunt, in quibus nimis
insidiæ inimicorum latent. Multos enim inue-
nimus, qui aduersis resistent: quia in illis ten-
tatio est manifesta. Sanum est corpus, aduer-
sitates animi, quæ eueniant, & tentationes, se-
datae sunt. Quid superest, nisi securitas? Ca-
ue, caue, uæ huic securitati, uæ paci huic, de qua
dicit ipsa ueritas: Dum fortis armatus custodit
atrium suum, in pace sunt quæ possidet. Time
ergo dum omnia prospera sunt & tranquilla,
ne ille fortis armatus Satanas sine resistentia pos-
sedeat. Noli dicere apud te, quod dixit ille di-
ues, cuius ager uberes fructus attulit: Anima
mea, habes multa bona reposita in annos pluri-
mos, comede, bibe, epulare: quia cum dixerint
pax & securitas, tunc repentinus superueniet
eis interitus, & non effugient. Tu uerò si uis pa-
cem & securitatem ueram habere, uide ne un-
quam securus sis: sciens pro certo, nihil tibi tam
timendum sicut præsentem pacem, quæ sine
dubio æternum generat timorem. Neque e-
nim omnibus sanctis melior es tu, qui in ten-
tationibus probati et perfecti sunt. Quis melior
beato Iob: cui ipse Dominus testimonium per-
hibuit, quod esset uir simplex & rectus ac ti-
mens Deum, & recedens à malo, & cui similis
non erat in terra. Simile uide in omnibus Deum
timentibus, apostolis, martyribus, quanta pas-
si sunt tormenta, ut securi peruenirent ad palmam
regni, qui fortes facti sunt in bello, non in pro-
speritate. Tempestates autem trunci lilij no-
stri impugnant, manifestæ aduersitates sunt,
in quibus quærendum est unicum & singulare
remedium, ille optimus medicus, dux non se-
ducens, rex suos erigens, athleta fortissimus, in
suis & pro suis pugnant & uincens, & inde ui-
ctores coronans Dominus Iesus. Quid quæris,
quod in illo non inuenias? Si ægrotus es, me-
dicus est: si exulas, dux est: si desolatus es, rex est:
si impugnaris, pugil est: si sitis, potus est: si alges,
uestimentum est: si tristaris, gaudium est: si obtene-
braris, lux est: si orphanus es, pater est, sponsus
est, amicus est, frater est, summus, optimus, mi-
sericordissimus, fortissimus, pulcherrimus, sa-
pientissimus est, omnia sine fine gubernans.
Quid autem laboro? Omnia quæ uelle potes
& debes, est Dominus Iesus Christus. Desidera
huc, require hunc. Quia hæc est illa una precio-
sa margarita, pro qua emēda, etiā uendēda sunt
omnia

omnia quæ tua sunt, qua habita nullius tempe-
statis procellam timebis. Sit ille finis propositi
tui, sit in illo posita fortitudo tua, non in uiribus
tuis, & nullo modo confringèris: quia ipse &
non alius est uerissimus & optimus consolator
aduersitatum & pressurarum.

De uermibus qui corrodunt truncum. Cap. XXIII.

Vermes truncum boni propositi corrupē-
tes, sunt tentationes intrinsecæ, qui tanto
uiciniores sunt, quanto familiariores, sæpe sub
boni specie bonum propositum corruptentes.
Est enim aliquis qui de bonæ cogitationis radi-
ce, boni propositi truncum emisit. Proponit om-
nia quæ mundi sunt, relinquere, & ut nudus Chri-
stum nudum sequatur. sed nasci intrinsecus uer-
mis prauæ suggestionis, dicens: Ira indotata tibi
soror est, paupercula mater: sunt fortassis fratres
uel filij, siue alij quicumque amici, rei familiaris
inopia laborantes, qui de te solo pendent, te u-
num respiciunt: quos si reliqueris, aut mendica-
bunt turpiter nimum in tui generis opprobriū,
aut furtiue, uel uiolenter certè rapiant aliena, &
sic in corpore simul & in anima peribunt. Quod
si tu qui his poteris subuenire, manendo in pos-
sessione tua, hos incerto periculo reliquisse ui-
deberis, & clausisse uiscera tua ab eis, quomodo
charitas Dei manet in te? ergo ut maneat in cha-
ritate, mane cum illis: quia sine charitate nihil
proderit tibi, quicquid agas. Quod si tibi etiam
prodesset, melius tamen esset ut multos tecum,
quàm solum te seruares. Nunquid præceptum
est alicubi à Domino, mundum omnino ab om-
nibus relinquere? Quin & magis operibus mise-
ricordiæ commendabuntur electi, & saluan-
di in extremi examinis die. Quid ergo quæris
extra mundum, quod in mundo melius habere
poteris, & securius? Adduntur ijs uermibus alij
uermes mortiferi, scilicet difficultas claustralium
præceptorum: & quod maior est casus, ubi al-
tior gradus, ciborum parcitas, ieiunia, uigilia, in-
tolerabilis labor sine requie, duritia lectorum,
laboris assiduitas, & super omnia abrenunciatio
propriæ uoluntatis, cum periculo falsorum fra-
trum, duritia prælatorum. Ecquis omnia enumera-
bit? Innumerbiles sunt ijs uermes pessimarum sug-
gestionum, truncum boni propositi grauissimè
corrodentes omnino. Resistendum est ijs uermi-
bus omnino, & sacrarum scripturarum rationibus
sunt euacuandæ. Vermis igitur qui indiscretè a-
dedo charitatem & misericordiæ compassionem
persuadet, occidendus est unguento Dominicæ
sententiæ, dicentis: Si quis uenit ad me, & non
odit patrem, & matrem, & uxorem, & filios, &
fratres, & sorores, ad hæc autem & anima suam,
non est me dignus. Qualiter autem diligendi, et
qualiter odiendi, per uaccas trahentes plaustrum
cum arca Domini perdocepmur: quarum uisuli-
dum essent reclusi domi, ipsæ uaccæ arcam ge-
stantes, & recto itinere pergentes Bethsames,
cum audirent uoces uitulorum, dederunt qui-
dem mugitum, qui erat signum naturalis affe-

ctus: nec tamen se ab arrepto semel itinere desle-
xerunt. Tu uerò si iam portas siue professione
aperta & solemnè, siue occulto proposito iugum
Domini, id est regulam quamcumque per spi-
ritum sanctum à patribus institutam: si te prædi-
ctorum uermium suggestiones incipiunt corro-
dere, imitare uaccas Allophylorum, portantes
arcam Domini: redde mugitum, id est signum
affectus: hoc est, condole, compatere, consola-
re eos qui naturali amore conuicti sunt: nihil ta-
men minus serua uiam inceptam, hoc est, persi-
ce bonum propositum, dirigendo pedes tuos uer-
sus Bethsames, uersus domum solis, hoc est, ad
coelestem patriam, ubi est summa & spiritualis
habitatio solis nostri Domini Iesu, qui est sol ius-
titie, quæ in illa domo lucet, in uirtute sua habi-
tans lucem inaccessibilem. Sic sunt amandi ami-
ci, ut affectus amoris erga illos cõseruetur: sicut
sunt & odiendi, ut eorum amor nequaquam a-
mori Dei præferatur, imò nec animæ nostræ cõ-
modum amori illius præferre debemus: sed tan-
quam odisse animas nostras affligendo illas iei-
unijs, uigilijs, castigationibus, ut doceamus eas
Dominicis obedire præceptis. Eos quoque quo-
rum inopiam implere possemus in seculo per-
manendo, eidem commendabimus conseruan-
dos, qui est rex regum, & diues in omnes qui in-
uocant eum, orantes ut eorum statum ita guber-
net, sicut scit eorum salutem expedire. Ceterum uer-
mes suggerentes austeritatem uitæ regularis uelo-
citer necabuntur, si mentem nostram myrrha, id
est, amaritudine Dominicæ passionis, curaueri-
mus inungere, cui quicquid pati potuerimus cõ-
paratum, aut parum, aut nihil poterit aestimari.
Sunt autem ijs uermes maxime importuni pro-
posito uirginali, eo quod magister uermium Beel-
zebub, qui primitus Euam uirginem leuiter sup-
plantauit, se modo iure doleat à uirgunculis u-
triusque sexus toties supplantari. Vide ergo &
præuide, & præcaue uermes tibi insidiantes uir-
go Christi. Quum enim nonnunquam cogita-
ris te ad perfectam staturam casti lilij aut perue-
nisse iam, aut facile peruenturum: excute ac de-
pelle abs te uermes istos suggestionum noxia-
rum, & imminētium trunco pariter & radici tui
lilij, tibi quæ per suggestionem dicētium, Quid a-
gis? Quorsum desleckeris? Nunquid florem tu-
uentutis tuæ uis extinguere? Nunquid dulce
dinem maritalis copulæ non experieris? Nun-
quid filios charissimos & filias solatiij tui, & su-
perstites uitæ tuæ non habebis? Nunquid mi-
nistrorum fidelium seruitio carebis? Stultum est
iter quod aggredieris: imitare parentes tuos, qui
te genuerunt. Gigne & tu filios, & secundum
institutionem Dominicam conuigio frugere, qui
de uirginibus præceptum non dedit. Insidiosus
uermes sunt ijs, o uirgo Christi, in quorum faciem
conspuendum est tibi. Si hos curaueris euade-
re, diligentius intueri quis sit Iesus Christus o
anima uirginalis, utrum uirgo uel cõiugata, cui
uirginem matrem commiserit, quem familia-
rius

*Eadē hinc
Serm. 7. ad
sororem.*

rius dilexerit. Quid opus est multis? Virgo est
Christus Iesus, natus de uirgine, quam uirgini
commendauit purissimo: hoc est, beato Iohanni,
quem speciali prærogatiua castitatis ampliori
dilectione fecerat dignum. Hic Iesus Christus
sponsus tuus tibi sequendus potius quàm paren-
tes, si uis florem iuuenilem animæ tuæ conserua-
re, qui nunquam ueterascit. Virginitas enim
nunquam decideret. Si autem de flore corporali
uis agere, nunquid non magis florent uirgines
animo simul & corpore, quàm qui corrupti?
Imò uerò uirgines tam in corpore, quàm in ani-
ma uerè florent: singularia lilia lilij singularis,
qui ut firmiter spero, & in hac mortali uita suis li-
ijs abundantiam suæ suauitatis abundantius,
quàm cæteris eructat, quia in ijs similitudinem
suam uidet distinctius expressam. Quocumque
enim Christus pergit, uirgines sequuntur: fec-
undæque fiunt de spiritu ipsius, concipientes bo-
num propositum, & bona opera parientes, B
quæ nunquam moriuntur. Sicut generatio terre
na in peccato concipitur, in tristitia paritur, &
anxietate nutritur, cum dolore tandem amittitur
uel deseritur. Non tales erunt filij tui, o uirgo
Christi, non sic. Neque enim unquam morien-
tur, unquam amittentur: imò semper siue ui-
uentem, siue morientem sequentur te, tuebun-
tur te, & in uitam æternam perducent te. Mul-
ti ergo filij, & multo meliores deserta: id est, uir-
gines Christi, qui ad præsens deserta uident ma-
gis quàm eius quæ habet uirum carnalem. Si
hoc & ijs similia frequenter ad mentem reduxe-
ris, morientur proculdubio in te uermes mala-
rum suggestionum, nec ad corrodendum trun-
cum boni propositi tui, tuente te sponso tuo, ali-
quo modo præualebunt.

De longitudine trunci. Caput XXIII.

Longitudo trunci in lilio, quæ in altum ere-
cta est, uirtutem longanimitatis insinuat,
quæ perseverare uolentibus summè necessaria
est. Sed quia de uirtute perseverantiæ supra in-
tractatu sexti folij diffusius locuti sumus, hic bre-
uius aliquid dicemus. Videtur autem hæc uirtus
plurimum commendanda in uirginibus, maxi-
mè sexus femineæ, quarum tam animis, quàm
corporibus quædam infirmitas & debilitas lon-
ganimitati, siue perseverantiæ contraria naturali-
ter est inserta. Sed benedictus Deus qui hodie-
na die etiam infirma mundi elegit, ut confundat
fortia: & animis uirguncularum tenerimarum
seipsum proponit defensorem, ut illius primi &
fortissimi corruptoris (antiqui serpentis dico) ca-
put elidat, qui humillimis Christi uirginibus insi-
diatur. Quis sanæ mentis præ gaudio non exiliat,
cum iam tempora nostra tot uideat uirginum li-
lij redimiri, tanta fortitudine non sua, sed spon-
si sui contra furorem draconis infesti uiriliter di-
micantibus, & triumphis coronam merentibus.
Gaudeo ego planè cum iam nec in uicis, nec in
ciuitatibus, nec in claustris lilia ista desunt: imò
cum & multa deserta & inuia claustris uirgina-

libus sint repleta, ita ut uerè dicatur, quod ger-
minant campi, eremi, germen odorum Domi-
ni. Etenim ascendunt de deserto uirgunculæ,
uirtutum delicias affluentes, innixæ non super
se, sed super dilectum suum, & longanimitèr
expectantes sponsum suum quando ueniat: ut
cum clamor factus fuerit, aptent lampades suas,
& intrent cum eo ad nuptias sempiternas, ubi
iocunditas & exultatio thesaurizabit super i-
psas, & nomine æterno hæreditabit illas Domi-
nus Deus noster. Vos igitur o uirgines Christi,
ne deficiatis in expectatione Christi. Aderit
enim citissimè sponsum uester, qui idcirco ad-
uentum suum differt, ut cum cæteris bonis o-
peribus uestris, uestre etiam donet expectatio-
ni coronam. Scio, quamuis expertus non sum,
quomodo gematis, quomodo compungamini
in illo purissimo cubili cordis uestri. Ne defi-
ciatis in bono proposito uestro, ut ad consum-
mationem boni operis & perseverantiæ per-
uenire possitis, per quam coronam mereamini
sempiternam.

De folijs circa truncum. Caput XXV.

Sequitur de folijs circa truncum, iam de folijs
quæ circa truncum sunt, uideamus. Folia
igitur sicut supra diximus de folijs uitis, uerbo-
rum figuram habent. Circa quæ folia conside-
randum est, quod semper sunt uirentia infe-
rius, & circa terram maiora sunt & plura, quàm
in superiori parte, & quod supposita aposte-
matibus, rumpunt & mitigant ea. Nimirum
his folijs similia debent esse uerba uirginum.
Viriditas igitur foliorum, uirtutem uerborum
significat: uidelicet, ut nullum uerbum profera-
tur ab ore uirginis Christi, quod nihil in se uir-
tutis contineat. Ne refecentur hic non solum
uerba turpia, scurrilia, iocosa, luxuriosa, super-
ba, iracunda, detractoria, adulatoria, sed etiam
uerba superflua. Verbum enim superfluum, id
est, otiosum, folium aridum est. Folium uerò a-
ridum, folium lilij non est. Si ergo uis esse li-
litum, habeto uerba uirtuosa, folia uiridia, de
quibus scriptum est: Folium eius non defluet.
Vis autem uidere, quod uerbum otiosum folium
aridum est: Audi ipsam ueritatem, Dominum Ie-
sum: Omne igitur uerbum otiosum quod locuti
fuerint homines, reddent de eo rationem in die
iudicij. O quantus terror, iudex sapientissimus,
qui numerat omnes pluuie guttas, discretor om-
nium tentationum omnium hominum, à primo
Adam usque ad ultimū qui erit in fine seculi, uult
audire rationē uerborum omnium otiosorum, cum
federit in sede maiestatis iudicij sui, ubi non iam
misericordia, sed iudicij catabit Domino. Quid
tū miseri & miserabiles faciemus? Sapientissimus
es Domine, falli non potes, iustissimus es, corrupi
non potes. Tempus miserendi tunc præteritū
erit, quia iudicabis orbem terræ in aequitate, iudica-
bis populos in iustitia, qui prius per misericor-
diam pepercisti. Quid ergo dicā? Miserere quæ
so, dum tēpus est miserēdi, pater misericordiarum,
O o o ut non

ut non iudices me in tempore iudicandi. Pone custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis, ut non solum à maledictis & turpibus declinem, uerum etiam ociosa uerba deuitē, ne de illis me oporteat in die iudicij reddere rationem, ubi iam non de bonis et uiridibus folijs uerborū, sed de malis aridis ratio est reddēda. Quid est autem uerbum ociosum? Ociosum est uerbum teste Gregorio, quod ratione iustæ necessitatis, uel intentione piæ utilitatis caret. Quid ergo loqueris, nisi intēdas alicui prodesse, ociosum est. Quis de his omnibus reddere potest rationē? Modere ergo omnis homo linguā suā, sed præcipue uirgines Christi, ut sciant, quando uel qualem proferant sermonem. Non enim decet, ex ore cantaturo canticum nouum sponso suo aliquid uerbis procedere, quod illi cantico sit contrarium. Quid est ergo canticum nouum? Canticum charitatis. Quare nouum? Quia initio seculi à primis creaturis canticum fuit uetus, canticum contrarium charitati. Vis ergo nosse? Cantauit angelus periturus in cœlo canticum superbie, dicens: Ponam sedem meam ad Aquilonem, & similis ero altissimo. Cantauit postea detractionis canticum in paradiso, cum accedens ad mulierē ait: Quare prohibuit Deus uobis, ne comedere tis de ligno scientiæ boni & mali: tanquam diceret, mala intentione prohibuit. Canticum dubitationis cantauit mulier, dicens: Ne comedamus & forte moriamur. O forte, quantum infirmitatis nobis induxisti? Videns autem diabolus mulierem dubitantem, prorupit ad canticum mendaciæ, dicens: Nequaquam moriemini. O nequam, o nequam, ubi est modo tuum nequaquam? Ecce mortui sunt duplici morte, quos dixisti nequaquam morituros. Nequaquam inquit, moriemini. Malum et uetus canticum hoc, uerbum ueritati contrarium. Dixerat enim Deus: Quacumque die comederitis, morte moriemini, morte uidelicet animæ: uel ut alij exponunt, Moriemini, id est mortales efficiemini, scilicet, ut necessitate tunc habeatis moriendi, qui modo non potestis mori. Si enim in obedientia permansissent, mortui non fuissent. Cantauit & Adam canticum excusationis in peccato, cum dixit: Mulier quam mihi dedisti sociam, dedit mihi & comedit. ac si diceret: Tu potius accusandus esses, qui talem mihi iunxisti mulierem, que me ad peccandum induceret. Charissimi, uetera cantica sunt hæc, canticum superbiæ; canticum detractionis, canticum dubitationis, canticum mendaciæ, & canticum excusationis. Cauenda sunt, & per omnem modum cauenda hæc cantica o uirgines Christi, si nouum uultis canticum decantare. Sed neque aures uestras talibus canticis aperietis, qui uocem Christi specialius & familiarius audire desideratis. Viuit adhuc ille malignus serpens, & sub uirginea facie: id est, sub specie bonæ colloquutionis, suæ malignitatis uenena distillat. Cantat adhuc in cordibus auditorum suorum canticum superbiæ, cum illis laten-

ter suggerit, ut ad honores & dignitates & prelaturas aspirent, uel propter nobilitatem, uel propter scientiam, siue etiam propter bonitatem suam. Quin & his deceptus fuit ipse, qui se prelatum nobilitate pulchritudinis, et sapientia, et uirtutibus alijs, uidit choros angelorū et prorupit in canticum superbiæ, per quam cecidit, et alios cadere facit, quotquot secum idem canticum cantare præsumunt.

De nouo cantico. Caput XXVI.

Non ita cantauit noui cantici imitatrix mater Christi, uerum liliū uerē uiriditibus folijs redimitum. Vis uidere folia eius? uis audire canticum eius? Exaltata & supra quam dici aut cogitari potest, toti mundo cœlisq; prælata non ascendit supra se, sed cantauit canticum humilitatis, quod & charitas est: quia charitas non inflatur. Eructauit de corde suo inebriato uerbum bonum & suauē, canticum nouum uirginibus cantandum. Ecquid ait? Magnificat anima mea Dominum. Vide, quam contrarium est canticum hoc cantico angeli ruituri. Incepit ille in alto, ac proinde in ima non descendit, sed corruit: incepit Maria ab imo, ut in altum subleuaretur. Magnificat hæc Dominum, non se, licet inæstimabiliter exaltata, seruans quod scriptum est: Quanto maior es, humilia te in omnibus. Vnde & super omnes cœlos angelorum meruit eleuari. Magnificauit se ille supra Dominum, unde infra omne quod est, meruit præcipitari. Exultauit spiritus humilis Mariæ in Domino le su suo, unde oleo latitiæ præ consortibus suis inungi promeruit. Exultauit stultus ille angelus in se, unde luctu perpetuo meruit cōdemnari. Glorietur ista humilitatem suam esse respectam, unde habebit fructum in respectione animarū sanctarum. Gloriabatur ille in multitudine uirtutis suæ, unde perpetuam despectionē incurrit. Vos ergo o uirgines Christi, uirete in folijs, in uerbis charitatis, humilitatis, & patientiæ. Sequimini liliū illud præcipuum, matrem summi liliij boni Iesu, ut ipsum solum magnificātes, qui solus magnus est, in ipso & per ipsum & cum ipso mereamini magnificari. Cauete nihilominus canticum detractionis, quod in paradiso inchoatum est, canticum uetus & in peccati uelutatem perducens. Et uidete quantum omnino sit contrarium nouo cantico charitatis, cum necessarium sit illum non diligi, tibi detrahitur. Solet enim charitas non obloqui, non detrahere, sed potius peccata aliena excusare: uel si forte sit necessarium corripere, facit hoc non animo malignandi, sed corrigendi. Cauete & canticum dubitatis, non dubitantes de misericordia Domini: sed omnem sollicitudinem uestram audacter in eum projicite, quoniam ipsi cura est de uobis. Non enim crudelis est, ut permittat uos cadere, si uos in ipsum proieceritis, qui uos adhuc hortatur, qui uos propter ipsum omni terreno solatio scit uoluntariē destitutos, Nec dubitate

tis de pœna malis pro suis demeritis infligenda, ne in præsumptionis uitium incidatis: nec dubitatis de præmio iustis cōferendo, ne forte despectionis periculum incurrat. Cauete ne canticum mendaciæ aliquando ex ore uestro procedat, quo ueritatis sponsum uestrum spiritualiter laudare speratis. Perdit os uirginis uirginitatem suam, quoties scienter in animo malignandi loquitur mendacia contraria ueritati. Cauete nihilominus canticum excusationis in peccatis, semper habentes in mente illud beati Ioannis uirginis, uirginitati testimonium perhibentis: Filiole, inquit, si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est Deus, qui dimittit nobis peccata nostra, & emundat nos ab omni iniquitate. Nemo igitur æstimet se sine peccatis esse: nec cum cognouerit illa, excuset se, sicut stulti solent adhuc hodie loquentes excusationem Adæ, & dicentes: Mulier quam dedit mihi Deus, seduxit me. Quare talem mulierem dedit mihi Deus, quæ me seducat? Mulier ista seducens uirum, id est caro, spiritum nostrum adducens ad consentiendum peccatis, pro qua stulti Deum quotidie accusant, seipsos in peccatis uolentes & dicentes, se carnis illecebris non posse resistere, quam acceperunt à Deo. Grande ualde est peccatum illud, accusare Deum optimum qui fecit omnia bona, bona ualde propter te. Neque enim bonus esset, si te malè fecisset, propter te bona facta ualde fecit omnia. Bonum ergo & ualde bonum fecit te Deus. Bonus tu ipse, te uerè malum facis. Si deleueris in te quod tu ipse facis, inuenies ualde bonum te esse inter creaturas quas ipse fecit. Fecit ipse primò te secundum se, & factus es postea secundum te. Fecit ipse te post ad imaginem & similitudinem suam, & factus est ipse posterior homo ad similitudinem tuam. Verbum enim caro factum est. Laudemus ergo Deum, qui secundum se fecit nos. Amemus Deum, qui propter nos factus est secundum nos. Oremus ipsum, ut imaginem suam, sicubi deformata est in anima nostra, misericorditer reformare dignetur, nihilominus & corpus nostrum, quod ad similitudinem & naturam nostram accepit, sic immaculatum conseruare dignetur. Et uiridia folia, id est uerba, uirtutes continentia, proferamus, siquidem uolumus esse uerba lilia, quæ uerba ueterum canticorum non habent: sed quæ de nouo cantico, id est, charitati, spei, humilitati, & cæteris uirtutibus conuenire noscantur. Proferamus folia, & uos præcipue o uirgines Christi, qui à uiriditate habetis, quæ uireant & quæ apostematibus superposita rumpant illa, & leuiant & sanent sanie foris eiecta: quod sit, quoties incestum ad castitatem, superbium ad humilitatem, iracundum ad man-

stetudinem, auarum ad largitatem, gulosum ad sobrietatem, inuidum ad charitatem, acediosum ad alacritatem uerbis bonis & ueritati consentaneis producimus. Ista uitia quasi ulcera animam grauant, continentia in se uenenum immunditiæ & prauæ consuetudinis, de quibus singulis, quia nos in tractatu de Folijs uitis exempla posuisse meminimus, causa breuitatis in præsentibus iudicamus prætereunda. Hoc autem dicimus tantum, quod considerandum nobis est, quo uitio unusquisque laboret, ut secundum laboris sui magnitudinem & qualitatem, uerborum medicinam ministremus, & similiter de alijs uitijs, sicut supra positum est. Hoc enim sciendum est, quia nō semper silentio studendū, licet cum magno studio silentiū sit seruandū: sed ianuam oris nostri quandoque claudere, quandoque aperire debemus, quatenus ita taceantur mala, ne cum malis etiam bona & utilia taceantur. Quod etiam in petitione sua innuit Propheta, cum dicebat: Pone Domine custodiā ori meo, & ostiū circumstantiæ labijs meis. Ostium quippe non semper patet, nec semper claudit, sed in domo sapientis patet sapientibus in nuncijs emittēdis: claudit uerò pro stultis intrinsecus retinēdis. Sic & os nostrum, quod est ostium cordis nostri, per quod uerba quasi quædam nuncia egrediuntur, nunciata quid interius agatur in corde, quod uerbis prudentibus & utilibus est in tempore referandum: prauis uerò uerbis quæ de malis motibus cordis surgunt, iugiter est claudendum. Tempus enim loquendi, & tempus tacendi. Nec minus peccatis qui uerbum subtrahit in tempore opportuno, quam qui praua loquendo, alios scandalizat. Nimis enim uidetur auarus esse inuidus, qui uerba gratis habita, ad utilitatem proximorū negligit ministrare. Quando enim putas eum substantiam propriam indigentibus proximo largiturum, quæ diuisa minuitur, qui uerba nunquam deficientia non largitur? Ponat ergo Dominus custodiā ori nostro, ut sciamus quando & qualem debeamus proferre sermonem: & ostium circumstantiæ labijs nostris, ut ita non solum aperiantur, sed etiam claudantur in tempore, ut neutro offendamus. Sed superposita apostematibus animarum infirmarum uerba nostra, tanquam folia liliorum sanie uitiorum Domino adiuuante eijciant, & uirtutum uires ualeant inferere auditoribus.

De folijs iuxta terram. Caput XXVII.

Quid est autem, quod ipsa iuxta terram maiora sunt & plura, superius uerò pauciora & minora, nisi quod uiri iusti & præcipue uirgines quanto altius ascendunt ad culmē uirtutū terrenis cogitationibus et cupiditatibus infra relictis, tanto disciplinatioribus & tātō parciores debent esse in uerbis? Per diminutionē enim foliorū in superiori parte disciplina uerborū intelligit, quia disciplinati quicquid quasi circuncidunt & extenuant uerba sua, ne quid in eis pudicitie uel discipline,

Ociosum uerbum.

Canticum nouum.

contrarium valeat inueniri, quæ indisciplinati et turpes quicquid omni honestate carentia turgida & inflata emittunt. Per paucitatem uero foliorum, uerborum paucitas conuenienter accipitur, cui omnes boni tanto magis student, quanto uirtutum cultura uicinosiores existunt. Vnde de fratre quodam, qui discere uolebat, & quasi in usum reducere linguæ correctionem legitur, quod quidam per triennium lapidem portabat in ore: de alio uero, quod triginta annos non fuerat locutus quicquid. Videmus plures, qui dum in principio boni propositi & adhuc quasi uicini terræ, pristina ducti consuetudine, nec modestiam, nec paucitatem uerborum ualeant obseruare, quorum uerba designant per folia lilij iuxta terram. Procedente uero tempore, gratiaque accedente, secundum profectum suum moderantur uerba, studentque silentio, ita ut non solum praua, sed etiam ociosa deuiant. Cui autem honorum statui melius competit disciplina & paucitas uerborum, quam uirgini Christi? Nam si omni homini Christiano præcipitur, ut nec turpiloquus, nec scurrilitas procedat ex ore eorum, sed magis gratiarum: quanto magis uirgo suo Domino pudicitiam consecrans, ab omnibus potius debet temporibus abstinere? Qui suam procul dubio pudicitiam non uiolauit, tanto maiores debet Domino reddere gratiarum actiones, quanto maiore est gratiam consequutus. Bonos enim uirgines esse, summum bonum est & summa gratia: quia si soli sequuntur agnum quocumque ierit. Quanto uero is etiam à multiplicitate uerborum debeat abstinere, quis non uideat, cum loquacitas omnis sit indicium impudicitiae, quæ nequam potest simul esse cum pudicitia uirginali. Loquacitatis ergo uitium maxime deuit uirgines pudici, si uolunt uirtutem pudicitiae conseruare. Manifestum enim est, quod in multiloquio non deerit peccatum: sed paulatim ab ociosis uerbis ad detractiones uenitur, donec tandem ad apertas contumelias prorumpatur. Arguit autem loquacitatem apostolus Iacobus, ita dicens: Si quis putat se religiosum esse, non refranans linguam suam, sed seducens cor suum: huius uana est religio. Nemo igitur de religionis habitu blandiatur, qui adhuc linguam suam non didicit religare. Religa tuam linguam, si uis esse religiosus: quia sine lingue religatione religio uana est. Vnde patres sanctissimi religionum institutores, & eorum sequaces sapientissimè, sicut à spiritu sapientiae docti fuerant, districtè instituerunt obseruationem silentij: non ignorantes, quia sicut urbs patens & absque murorum ambitu, ita uir qui non potest in loquendo spiritum suum cohibere, sicut Psalmus ait: Vir linguosus non dirigitur in terra. Sciunt etiam homines spirituales, qui hoc experti sunt, quantum auferat deuotionis, quantum afferat dissolutionis intrinsecus frequens linguæ resolutio. Nam sicut fornax, cuius os semper apertum est, non potest in se retinere feruorem: sic nec cor deuotionis in se poterit gra-

tiam conseruare, cuius os non fuerit sanctorum silentij reclusum. Claudamus igitur os nostrum, ut cum deuotionis feruore Christum deuotionis largitorum, in feruenti affectu possimus animam conseruare. Vos autem præcipue à animæ uirginum sponsæ Christi, intrate in cubiculum cordis uestri, & clauso ostio oris uestri orate familiariter, humiliter, lacrymabiliter, hilariter, dulciter, fiducialiter sponsum uestrum, regem uestrum, patrem uestrum, et consolatorem. Effundite coram illo omnium inspectore cordium, corda uestra, confabulemini cum illo, recordantes illius: effundite super uos animas uestras, & terrenis corporalibusque relictis, pennis spiritualibus charitatis eleuamini, & transite in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei, ubi non corporis, sed cordis auribus audiat uocem exultationis, & confessionis sonum, festum diem celebrantis, ubi in terna consolatione refectæ, quandoque cum articulus tempestatis & necessitatis, tentationis & carnis aduenit, coelestis refectiois recordari possitis, & dicere: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc consistebor illi salutare uultus mei & Deus meus. Memores estote optimi Domini Dei, memoramini & delectamini, & deficiat spiritus carnis uestre, ut spiritu illius qui est super mel dulcis reficiamini, et discatis uilipendere exteriores colloquutiones, postquam interiores colloquutionis gustaueritis dulcedinem. O quam bonum et quam iocundum. O quam bonum et iocundum est, tecum o dulcissime Iesu habitare in unum, tecum colloqui, tibi reuelare causam animæ nostræ, tuque consolationis responso perfuiri? O quam bonum est ad te, inhabitantem lucem inaccessibilem duce charitate accedere, cui si tantum dux nostra fuerit, nihil manere poterit inaccessum? Cognouit cor tuum o dulcis Iesu charitatis lancea uulneratum, uiam facere charitati, cui perpetuo non claudetur. Accedite ergo ad eum, per eum gressibus charitatis, & illuminamini. Gustate, quoniam suauis est. Sciunt experti, & bene sciunt qui ex alia parte gustauerunt bonum Dei donum, qui aliquando in cellam uinariam à uera uite nostra sunt introducti, quam amarum & quam tediosum sit à dulcedine contemplationis illius interiori presentia separari, & ad exteriora corporalia uel audienda, uel uidentia reduci. Cum enim ille, quantum in presentia fas est, bonus Iesus discipulis suis familiaribus seorsum ab alijs fratribus in monte contemplationis educatis, se coram illis transfigurare uoluerit, & in ueste candida dulcedinis & bonitatis suæ apparere mirantibus, & solida charitate ebriare uoluerit eos quos ante uisitauerat per timorem iudicij, siue per uolentiam salubrium tentationum: quia per flagella Deus nonnunquam suorum se cordibus repræsentat. Cum ergo, sicut diximus, aliquando se in suorum cordibus transfigurare dignatus fuerit, & ut tristitiam in gaudium conuertatur, si interim dum hoc nescio

scio quomodo aguntur, aliquis exteriorem requirens presentiam, sic affectus, ut tamen ab amabilis contemplationis monte ipsum cogat descendere, putas illum talem impulsionem exteriorem patienter ferre, & non magis clamare cum Petro: Domine, bonum est nos hic esse, & cum Paulo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? O quam amarum est eis qui tali interiori refectioe satiari nouerint, ad exteriora rursus attrahit. Mori uidentur sibi, quia re uera quædam mortis species est à contemplatione uitæ, à contemplatione candidi Iesu, à contemplatione facie illius, rutilantis sicut sol, ad has tenebras rursus auelli, & à Mariæ dulcedine ad Marthæ ministerium reuocari. Breuiter autem dico, quod quicunque sciunt mentis oculos interioribus contemplationibus occupare, & linguam animæ ad diuinum colloquium referre, non solum non delectantur exterioribus uisibus uel colloquijs, uerum etiam plurimum fatigantur. Hi uero qui intrinsecus cæci sunt & muti, & contemplatione diuina & orationibus deuotè nesciunt se occupare, exteriorum sensuum subsidia querunt, & longitudinem temporis qua grauantur, inutilibus confabulationibus expendere satagunt. Exterioribus enim colloquutionibus uelle occupari, signum certissimum est animæ ociosæ quæ ad colloquutionem diuinam nulla penitus deuotione leuatur. Nondum certe ad summitatem lilij peruenerunt, qui linguam suam à multiplicitate uerborum nesciunt, siue nolunt refranare. Tantoque altius se quisque nouerit in uirtutum gradibus ascendisse, quanto minus humanis colloquijs delectantur, nisi forte eiusmodi hominum in quibus ipse Deus loquitur, & per quos uerbum Dei auditur. Tales enim non audiuntur propter se, sed propter Deum, qui & habitat & loquitur in ipsis: & cum talibus loquendo à nostris sæpe Domino cooperante dubietatibus expeditur, à prauis abducimur, & in bono proposito confirmamur. Veruntamen in omnibus discretionis spiritus optandus est & implorandus à Domino, ut ipso reuelante, sciamus cui spiritui sit credendum, cui cordium nostrorum simplicium sit cogitatio reuelanda, à quo salutis uerbum audiendum, ne simplicitas nostra ab astuti serpentis fallacia capiatur, qui plerumque mala bonis, & falsa ueris, erronea rectis admiscere consueuit.

Quid contemplandum sit de lilio nostro.

Cap. XXVIII.

IAm nunc ad contemplandum florem ipsum lilij ueniamus. Vide o uirgo Christi, quanta pulchritudine præmineat tuus iste flos, tuum florè designans præ ceteris floribus. Vide quantum præ omnibus floribus qui sunt in terra, gratiam obtineat specialem. Vide quantum ab ipso sponso tuolaudem præ cunctis floribus mereatur. Considerate, inquit, lilia agri, quomodo crescunt. Amen dico uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut unum ex

istis. Lege igitur o uirgo, & perlege, & sapius relege hoc uerbum sponi tui, & intellige quantum in huius floris commendatione tuam gloriam commendauit. Omnem mundi gloriam sapientissimus ille omnium creator & conditor unico flosculo tuo cooperuit, nec gloriam flosculo, sed hunc flosculum omni gloriæ prætulit. In Salomone enim, de quo legitur quod magnificatus est super omnes reges uniuersæ terræ in diuitijs, & honore, omnes mundi glorias debes intelligere. In flore lilij tui qui tuam, omniumque uirginum Christi figuram gerit, uirginitatis gloriam contemplare. Si ergo tantum commendatur ab ipsa ueritate decor lilij tui, ut ei iuste subijciatur omnis gloria Salomonis, etiam non dubium est secundum magnitudinem gloriæ suæ fuisse magnifice cooperum. Quantum putas commendandum ipsum esse tuæ uirginitatis liliam incorruptum, & nulla in perpetuum macula corruptum, cuius uel umbra & figura tantum meruit honorari? Si omne operimentum omnis gloriæ Salomonis non potest decori unius materialis lilij comparari, quis decor comparabitur tuæ florenti uirginitati, quæ est tuum liliam uerum & speciale? Nullus inquam. Quia claritatem altitudinis tui decoris nullus potest decor terrenus transcendere, quia nec Salomon in omni gloria sua cooperatus fuit, sicut unum ex istis. Noli ergo subtristis cantare: Regnum mundi & omnem ornatu seculi cõtēpsi propter amorē Domini nostri Iesu Christi, qui tibi etiam in presentia uita decorem dedit, omni mundano decore maiorem, liliam integritatis tuæ sibi conseruando, & sibi præ ceteris pulchritudinibus uirtutum specialiter de dicando & speciali dilectione astringendo. Videbis luculenter hoc in Cantico amoris, ubi ceteris floribus penè omisisis, florem tuum sepius nominat, nomen lilij sapius inculcando: Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Et iterum: Dilectus meus ascendit ad areolam aromatum, ut lilia colligat. Et rursus: Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia. Laudabile liliam, amica sponi: amabile liliam, quod colligitur à sponso. Non enim, ut aestimo, colligitur, ut ultra marcescat, sed ut in altari aureo collocetur, quod est ante oculos Domini: id est, ut collocetur in coelesti sanctuario, ut sic ipsum liliam ad ornamentum aliorum sanctorum, in quibus Dominus tanquam in altari suo aureo requiescit. Delicatum profectò liliam in quo pascatur sponus, non quod in hoc solo delectetur, sed in hoc quada speciali prerogatiua dilectionis plus alijs delectat. Nec immeritò. Duplex enim bonum in uirginibus, quod in alijs sanctis non uirginibus simplex est. Cum enim tota ecclesia uirgo sit, in anima nullā habens maculā neque rugā in fide, et spe, et charitate incorrupta, propter quod & uirgo appellatur, meretur & à sponso laudari. Quanta laude putas esse digna lilia nostra, quæ hic habent ram in corpore quam in anima, quod tota ecclesia habet tantum in anima. Quasi enim

quidam adeps & medulla ecclesiae sunt uirgines Christi, et quadam singulari excellentia aliorum florum sponi amplexibus familiariter inhaerentes. Hoc autem est uirginibus summopere considerandum, qui lili pulchritudine delectantur, quod flos lili tam interius quam exterius albus est. Quid enim per exteriorem partem floris albam nisi munditia corporis, aut quid per interiori rem nisi mentis uirginalis puritas figuratur? Turpe esset, imò non esset liliū, quod uel interioris uel exterioris candoris sui puritate careret: ita quoque turpis est uirgo, imò non est uirgo, quae non habet utranque, scilicet mentis & corporis castitatem. Unde non dubito, multos utriusque sexus uirgines in corpore defunctos esse & saluatos, qui nequaquam uirginalis praemium merebantur. Mortui enim sunt qui corpore quidem incorrupti, sed mente corrupti erant: ipsa tamen mente corruptiones non exigente eis ad mortem aeternam, quia legitimas nuptias expectabant, si ne quibus nulla illicita connubia uoluerunt perpetrare. Si enim, sicut ait Apostolus, nupserit uirgo, non peccabit, quae sola tantum uoluptate nupserit, quamuis iam in mente florem uirginitatis corruptit. Consentit huic sententiae beatus Augustinus, dicens: quod nequaquam uirgo aspirans ad nuptias melior est muliere nuptias adepti, cum ea quae iam nupserit, uno sit uiro contenta: nuptura uero quarens per omnem populum cui adhæreat, cum pluribus necesse est fornicetur animo. Placet enim illi hodie unus, cras alter, deinde tertius & quartus, & fortassis plures: & quomodo si talis moritur, meritum obtinebit uirginitatis incorruptae? Utinam autem uirgines illae quae ui opprimuntur post uirginitatis uotum, nec aliquando consentiunt corruptioni, uel illae etiam quae ante uotum aliquando ad nuptias aspirauerunt, firma mente, licet postea poenitentia ductae, uoto castitatis se constrinxerit. Siue etiam illae quae post uotum aliquando sola uoluntate a uoto continentiae resilierunt, sed rursus ad uoti constantiam redierunt, & usque in finem perseuerauerunt, utrum autem tales uirgines sint praemio coronandae? Fateor me ex auctoritate nescire, & hoc magis peritorum hominum uel certe diuino potius arbitrio sentio relinquendum. Dico autem magis opinando, quam definiendo de primis, quae uim patiuntur, si nunquam suae corruptioni, nec uoluntate, nec delectatione consentiunt beato uirginali praemio, non esse spoliantes, quod ex uerbis Luciae, si tamen authentica uideantur, uidetur posse probari. Si etiam per uolentiam, & non a consentientibus castitas uirginalis amittitur. Spero quod talis amissio castitatis ipsis amittentibus cedat in bonum: quia permisit eas benignus Iesus tali bono spoliari, quo praeciuit ipsas non bene usuras. Vtile enim esset aliquam quae propter uirginitatis meritum deberet superbiere, perdere uirginitatem, & per hoc consequi humilitatis uirtutem. Cauenda sunt autem uirginibus summo studio lo-

ca & tempora corruptoribus opportuna, ne si suae corruptioni per insipientiam suam occasionem praebuerint, ipse sibi merito nocuisse uideantur, & sua corona priuentur. Si enim Bethsabee non se impudice siue incaute lauisset in solario, & Susanna in pomærio, ubi uideri poterant alio quo modo, nequaquam illa adulterium, nec ista mortis periculum incidisset. Cautae sint uirgines, sicut sunt castae. Fenestras oculorum & aurium suarum discant obserare, uultus abscondere, ne uel sibi uidendo uel audiendo, quod forte non expedit, mortem ascendant, ne dum ab alijs incaute uidentur & audiuntur, ipsos quamuis ignoranter occidant. Quod saepe contigisse cognouimus illo suggerente & insidiante, de quo scriptum est: Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem. De alijs uero quae uel aliquando ante uotum, uel post sola uoluntate lapsae sunt, mihi uidetur sine prauidicio cuiuslibet melioris sententiae, quod uirginitatis coronam non amittant, si tamē citius ad uotum redierunt, & in eo fideliter permanserunt: sed tamen coronae meritum puto aliquantulum immittendum secundum mutationem uoluntatis, ut si qua longo tempore, uel firma uoluntate persistit in uoluntate frangendi uotum uirginitatis, tanto minus habeat meriti in corona. Integram uero omnino coronam aestimo possessuras, quae a primis annis suis uirginitate sponso suo Domino Iesu uouere & conseruare studuerunt.

Quod flos lili inclinandus sit ad terram.
Caput XXIX.

Nec praetereundum quod ipse flos lili tam altus, tam candidus, tam iocundus, semper reclinetur ad terram. Quid nobis per hoc aliud quam humilitas commendatur? Caput enim inclinare ad terram, est mentem nostram ad generationem terrenam & fragilitatem de terra contractam inflectere, ne de nobis aliquid praesumere omnino audeamus, dum nos lutum & cinerem esse consideramus. Nulli autem haec uirtus tam necessaria est, quam uirginibus, ne in profundum superbiae incidant, dum suorum considerant excellentiam meritorum. Virgines enim Christi etiam adhuc in terra uiuentes, angelorum ducunt uitam, tales cum sint, quales dixit Dominus homines futuros post resurrectionem: quia tunc neque nubent, neque nubentur, sed erunt similes angelis Dei in caelo. Non expectant autem uirgines Christi solummodo incorruptionem resurrectionis, sed in praesentia etiam uiuunt incorrupti, uitam sine dubio angelicam aemulantes. Ne igitur etiam sublimi gradu, quem non ex precepto cuiusquam, sed propria uoluntate uiriliter ascenderunt, uiriliter per superbiam decendant: inclinentur ad terram, sicut flos lili: recorderentur, quonia puluis sunt, & quod dies eorum sicut fenum, & nondum aestiment se ad immortalitatis beatitudinem resurrexissent, sed adhuc illo carneo pariete circumdatos, qui inter ipsos diuidit & dilectum Iesum. Cauent illi astu-

tum serpentem ipsis multipliciter insidiantem, ut ne ducat eas ad praesumendum aliquid de se, quatenus existiment bonum quod habetur, nec habere se a Deo, sed a propria uirtute: uel credant sibi pro meritis suis tradita, uel ut putent se habere quod non habent datum, quod acceperunt, uel propter hoc quod a Deo acceperunt, singulariter credant se meliores alijs. Haec sunt quatuor species iactantiae, quibus ille nequissimus serpens etiam non raro bonos decipit. Et prima quidem specie decepti, qui non putant quod habent a Deo accepisse, incidunt, quod nullum est maius crimine ingratitudinis. Quid enim peius quam non recognoscere Deum esse largitorem omnis boni? Quod qui non agnoscat, quomodo grates deferet ei a quo nihil se aestimet accepisse? Et certe non pauci tales sunt, quos ex ipsorum uerbis potes agnoscere. Quid enim dicunt? Quare, inquit, non seruasti castitatem tuam? Quare non habes humilitatis et patientiae uirtutem? Quare non habes orationis deuotionem, & fluentia lachrymarum? Quid putas eos cogitare qui hoc dicunt, nisi quod ipsi hoc habeant a se, & quaelibet a se hoc posse habere? Non ita cogita tu o uirgo Christi, sed scito te a teipso nihil habere nisi peccata. Cetera uero bona gratiae sponso tui sunt. Gratulare ergo, id est, latrare simul & gratias age ei a quo habes esse, & bene esse: & tanto magis diligere dilectum tuum, quanto pluribus & maioribus donis suis suam erga te comprobat dilectionem. Imò & ipsa dona uirtutum plus dilige, diligentiusque conserua, quia hoc a tam dilecto & tam diligendo accipere meruisti, quam si proprijs uiribus hoc obtineres. In retinendo datum, diligenter dantis dilecti sponso tui dilectionem ostende: quia non debet dare uilia munera dator tam preciosus.

Secundi uero, qui credunt se quidem accepisse quod non habent a Deo: sed tamē propter merita sua uolunt benignum Dominum Iesum sua gratia spoliare. Cur propter merita tua accepisse te putas uirtutem? Dic mihi, quis dedit tibi posse mereri? Quid enim habes, quod non accepisti? Quid gloriaris, quasi non acceperis? Et tamen si uis scire quomodo acceperis, audi eundem Apostolum: Gratia, inquit, Dei salui facti sumus. Quod autem saluamur secundum opera nostra, non ex iustificationibus nostris saluamur: sed gratia datur pro gratia. Gratia enim Dei sumus id quod sumus, siue in habendis uirtutibus, siue in celestibus obtinendis. Tertij uero qui ex spiritali dono putant se alijs meliores, aliosque contemnunt tanquam uiliores se, peste illius Pharisaei premuntur, qui etiam cum acceptis uirtutibus gratias ageret, peccauit: quia publicanum contempsit. Sed quia plurimi hac peste laborant, tentemus adiuuante Domino his aliquod medicamentum adhibere. Considerandum puto. Is aliqua uirtute spiritali caret, forsitan habet aliam similem isti uel maiorem hac. Ideo dicit Hieronymus: Praeclara est uirginitas & pu-

dicitia uirtus: si modo non alijs macularum lapsibus infirmetur. Nam tanto maiori studio placendi opus est, quanto est maior ille cui placendum est. Si enim uirgo es, adhuc dubium tibi est, ad quem gradum dignitatis uirginalis ascenderis. Non enim eiusdem meriti sunt omnes uirgines. Quis enim sanctorum uirorum similis in castitate & laude Ioanni uenit aequandus? Quae uirginum foeminarum usque ad altitudinem dignitatis Mariae uirginis altissime peruenit? Non ergo te exaltes super quenquam, cuius mentem ignoras, ne sub omnibus cadas. Item si tu forte dignitate uirginitatis locum tenes infimum, quomodo audebis te comparare ei qui in humilitate, uel charitate, uel obedientia, forte iuxta summum gradum ascendit? Quid si ille cui te audes praeferre, ad tantam perfectionem peruenit, ut non dubitet, imò Deo teste, cui conscientia ipsius nota est, tota mente flagret calicem passionis pro Domino exhaurire? Sic hic fortassis dicis, quia & tua conscientia testante, paratus sis ad tolerandum passionem. Ad quod respondemus, quod non sit quisquam qui huius uirtutis constantiam in se ueraciter possit agnoscere, nisi re ipsa atque experientia doctrice didicerit. Quantos enim putas in tormentorum acerbitate defecisse, qui se putabant usque ad mortem fortiter perseueraturos? Non ergo te ipsum iudices, qui te ipsum non agnoscis, cum perfectissimus omnium Paulus dicat: Sed neque me ipsum iudico: qui autem me iudicat, Dominus est. Alios quidem multo minus debes iudicare, propter hoc quod ibidem subditur: Nolite iraque ante tempus iudicare, quoad usque ueniat Dominus, qui & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Vbi sine dubio multi alij contra opinionem hominum, iudicio Domini cuncta uidentis proponuntur & postponentur, qui praeposendi falso putabantur. Est autem adhuc ratio ualida, quae ab hac specie iactantiae te auocet. Ita enim habes: Est alius alio iustior, alius alio sanctior: & idē nescit, utrum odio, an amore dignus sit, huius suam mentem exerceant optimi quique, & ad exemplum Ilij timore & humilitate coacti, inclinabuntur ad terram, cum habuerint in mente, quod nesciunt, utrum amore, an odio sint digni. Et uerē nesciunt & ignorant, quid superuentura pariat dies, imò nec hora: quanto minus sciunt, qualis eorum finis futurus sit, uel eorum qui modo mali sunt? Si Iudam proditorem uidisses, cum adhuc eras discipulus, & inter summos eicientem in nomine benigni Iesu daemonia, uidissesque latronem postea cum Christo crucifixum, qui eatenus infutisset latrocinij & homicidij, non dubito, quin latroni discipulum praetulisses: & tamen omnes scimus utri alter in fine praelatus sit. Tu ergo si etiam ad tantum iam uitae perfectionem peruenisti, ut miracula opereris: time ne ad extremum, cum ipso Iuda deprehendaris reprobus. Si uero alium quenquam pessimis operibus uideas

insudantem: ne te illi praeferas, quia nescis utrum exemplo latronis ad ultimum couertatur, sicut scriptum est: Beatus uir cui non impitauit Dominus peccatum: Quod de illis communiter accipitur, qui post scelera sua ad Dominum a Domino conuertuntur, qui considerat qualis quis moriatur. Nullum ergo & tu iudicare praesumas: nec licet te optimū cuiquam alteri quāuis pessimo praeferas, quia tuus & illius qualis futurus sit exitus, ignoras. Ad terrā igitur cum lilij flore inclinare: id est, considera fragilitatem tuam, quam habes in te, quia terra & cinis es. Et: Quanto maior es, humiliā te in omnibus, carnis munditiam uirtute humilitatis inclinans. Quid autem uanius illis, qui se putant habere quod non habent: Sed certē hac peste omnium hominum genus ferē laborat. Quis est enim, qui seipsum perfecte cognoscat, nisi cui datum est a patre lumen, a luce uera, quae illuminat omnem hominem. Et coelo uenit, *γυνή σευ*, id est, noscē te ipsum. Nam in Cantico Canticorum ipsa sponsa, quae ad amplexus sponsi anhelabat, quae senserat unguentorum illius fragrantiam, de ignorantia sui quodammodo reprehensa est, dicente sponso: Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere a me. Vide ergo quantum malum sit quāuis ignorantia sui, propter quam ab amantissimo sponso meretur repelli. Ad cognitionem igitur propriam redeamus, id est, ad terram nostram, si uolumus esse uera lilia, & ad sponsi admitti praesentiam. Nos ipsos iugiter introspicimus, incessanter clamantes ad uerum & benignum Iesum, ut mentis nostrae oculos ad cognoscendum nos ipsos illuminare dignetur.

De numero foliorum nostri lilij. Caput XXX.

Nunc ad numerum foliorum ipsius floris, candidissimo flore nostro benigno Iesu nos illuminante, animum extendamus. In perfectis lilij, ipse candidus flos plurimum sex folijs constat, per quae sex causas intelligimus, quae ad uirginitatis munditiam debent animos uirginum incitare: quarum tres ad uitam praesentem, tres ad futuram pertinent. Tria sunt incommoda in praesenti uita in coniugatis, propter quae uitanda, uirginalis castitas est appetenda. Tria sunt quoque commoda futurae gloriae, per quae acquirenda, uotiuā uirginitas est conseruanda. Praesentis uitae incommoda duo habemus ex maledictione, quae inflicta fuit primae parenti nostrae Euae post transgressionem peccati. Serpens enim tribus maledictionibus subiicitur, Eua duabus, Adam uni. Serpenti enim dictum est a Domino: Supra pectus tuum gradieris, terram comedes, et mulier conculcabit caput tuum. Euae autem dixit Deus: In dolore paries, & sub potestate uiri eris. Adā uerō ait: In sudore uultus tui comedes panem tuum. Maledictiones Euae, & per ipsam omnium mulierum nuptiarum duae sunt in praesenti expressae: scilicet quod in dolore pariunt filios, & sub potestate uirorum

sunt. Quis & quantus sit dolor parentium mulierum, nullus hominum nouit, nisi quae experientiae sunt. In Scripturis autem, doloris huius testimonium frequenter inuenimus: quia cum magnitudinem alicuius doloris uolumus exprimere, ipsum mulieri parturienti comparare solemus. Hoc enim ipsum Dominus omnium dolorum cognitor, cum uideret discipulos suos de morte sua nimium contristatos, ipsorum tristitiam mulieris parturientis tristitia uoluit comparare, dicens: Mulier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius: ita & uos nunc quidem tristitiam habetis. Similiter & beatus Paulus dicit, uolens ostendere dolorem eorum qui in extremi iudicii die imparati inuenientur, ait: Cum autem dixerint pax & securitas, tunc repentinus superueniet eis interitus, sicut dolor in utero habenti, & non effugient. Sapius quoque in prophetis & in alijs scripturis de huius doloris magnitudine inueniuntur multa exempla. Sed quia uiuorum plura suppetunt testimonia, quae illud ad experientiam cognouerunt, uiderunt in his non diutius immorandum. Sed felices uirgines & uerē prudentes, quae etiam praeter commoda temporalia spiritu Domini iungi uicini uis elegerunt, spirituales foetus: id est, bona opera multo melius, uberius & securius immortalis sponso suo Iesu non singulis annorum spacijs, sed diebus singulis procreantes, amantes eum in cuius thalamum castissimum duce pudicitia intrauerunt, uel quem potius in sui cordis thalamum receperunt, eius uocem organicam in preceptis suis & promissis praemiorum celestium, et loquente sponso suo sibi per obedientiam responderunt, cuius amor castimoniam, cuius tactus munditiam, cuius nuptiae uirgines faciunt & conseruant. O uerē felices, quae tali uiro non solum animi, sed etiam corporis munditiam consecrauerunt. Cuius commercio sic in animo fecundantur, ut omnium uirtutum matres efficiantur: quarum lilij in domo celesti aeternaliter habitant, & semen operum ipsarum coram sponso suo in seculū dirigitur. Euadunt etiam uirgines Christi maledictionem secundam Euae matris nostrae, & per ipsam omnium maritarum, scilicet quod sub uiri mortalis potestate non sunt: & in hoc quantum bonum inuenias, quantum malum estugias, diligentius intuerē. Super quo Pauli apostoli sententiam audiamus: Virgo quae innupta est, cogitat quae sunt Dei, ut sit sancta corpore & spiritu. Quae autem nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat uiro. Quid acquiritur: Euaditur malum non modicum, sollicitudo mundana, quomodo uiro placeat. Quantum putas animis uirginalibus de uotionis augeri, quod liberē quando uolunt & quando debent, nulla impediēte cura, possunt orationibus ceterisq; spiritualibus exercitijs uacare. Quantas habent coniugata religiose & Deo uacare uolentes, molestias: cum a proprijs uiris, quibus eas esse subiectas oportet, prohibentur.

bentur. Est enim hoc magnum onus coniugij, cum mulieres uiris talibus copulentur, qui a bonis earum moribus & bona conuersatione discordent. Quantas putas esse coniugatas, quae supplicijs hoc emere uellent, quod a malorum potestate liberata, liberum Domino possent seruitium exhibere? Felices ergo uirgines, quae sponsum suum Christum accipientes, illi se soli subiecerunt, cuius iugum suauē est, & onus leue: ei q; soli tota & integra mente placere desiderant, qui sanē est speciosus forma praefilijs hominum, non diuidentes mentem suam, ita ut nec ex parte cupiant, & sollicitae sint placere Deo: nec ex parte placere uiro, sed se totas integras reddunt illi a quo acceperunt ut essent, & receperunt ut bene essent, ipsum munere praeterea sponsum suum gratuito acceperunt. Quid poteris largitori tuo dignē rependere? Dedit te tibi, quando te creauit: ut esses, reddidit te tibi, cū recreauit ut bene esses: dedit in uaticum tibi, ne in uia deficias, corpus & sanguinem suum, se uerum Deum, et hominem uerum, & tu quid rependes? si pro eo quod dedit tibi, quando te creauit, uicem nequis rependere? quid denique pro eo rependes, quod se tibi dedit? Certē si te millies posses rependere, quid esses tu in comparatione Dei? Repende tamen quantum potes, repende te totam illi, qui se totum tibi & dedit, & reddidit: & his non contentus, se quoque totum tibi dedit. Dilige hunc tantum te diligentem, & singularem dilectum ex tota anima tua, & ex toto corde tuo, & ex omnibus uiribus tuis: quia & cor bonae uoluntatis, & animam rationabilem, & uires ad implenda quae bona sunt, ipse dedit tibi. Benedicte anima tua Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius, & te dilectionis illius uinculis astringe, ut liberius uacare possis & uidere quam suauis est Dominus, quem si rectē gustaueris, ipso te trahente, iam nequaquam ulterius sub alterius potestatem redigeris. Omnis enim sapiens ab illius se nolle absoluerē seruitio, cui seruire regnare est. Quis autem regnare nolit? Vis regnare feliciter? serui benigno Iesu, & regnabis: quia illi seruire, regnare est. Sic enim de sanctis legitur, quia cum Christo regnabunt in aeternum. Quid est regnabunt? Reges erunt. Hoc enim & Apostolus ait: Haeredes quidem erunt Dei, cohaeredes autem Christi. Reges ergo uerē erunt, haeredes regni Dei, cohaeredes autem regis. Felicissimae ergo uirgines huius solius iugo subiectae, quae seruos suos commutant in reges, quorum regnum non mutabitur in aeternum.

Tertia causa appetendae uirginitatis, est carentia multiplicium anxietatum, quae inenarrabiliter habetur circa pueros nutriendos. Quanta sit haec anxietas, soli nouere parentes. Secundum amorem enim quo afficiuntur circa filios, extenditur sollicitudinis magnitudo, quem amorem exceptis parentibus nulli sciunt. Verum dixit, qui ait: Quis sit amor prolis, soli nouere parentes.

tes. Vnde nonnunquam sollicitudinem ipsam tantum contingit extendi, ut omnes animi uires occupet, & omnibus postpositis solummodo filiorum mentionem habeant. Discurret animus, & uagatur, & percurrat mare & aridam, nil in expertum relinquit, plurimumq; et corpus miserorum parentū diuerso labore atteritur, ut filijs pecunia & possessio comparet. Nec adhuc quiescitur, etiam pluribus quam necessitas exigat conquisitis, quia occasione dilectionis filiorum subintrat auaritia: & Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit: & nimis hanc optat cū non habet, consequenterq; moriunt in miserijs, nec possunt compati, nec uolunt misereri, & se ipsos miserissimi parentes faciunt indignos ad misericordiam consequendā. Iam, ut puto, uides, quantum malum facit sollicitudo circa filios habita, & ad quem finē tendunt. Quantum autem putas anxietatis adijci etiam bonis parentibus, & maxime matribus, quae maiori circa filios solent affectu moueri, cum uident uitam filiorum, uirtutum tramite relicto, uagari per deuia uitiorum, cum diuersis illos affici uident corporū infirmitatibus, cum deniq; tantū ad mortis uident iteritum deuenire. Quis in tantis miserijs locus diuinā cōtemplationis relinquit? Quomodo cor sursum haberi potest ad Dominū, tantis grauitatibus oppressum? O quam beatae uirgines, quarum sponsum ultra mori non potest: quarum filij, id est, uirtutes semper uiuant, imō & ipsas ad uitam perducunt, quarum animus non ad diuersa terrena descendit, posteriorū oblitus. Portant iam uirgines beatae in mente sua coelū cum gaudijs, quantum homini fas est, quod ipsas praeterea est laturum. Iam uagantur per gaudia celestia, transeunt singulariter choros beatissimorum spirituum, singulorum chororū officia singularia spirituali mentis uiuacitate perspicunt, & singularium uirginum gaudia sibi a rege & a sponso praeparata, libera mentis auaritate degustant, nulla filiorum terrenorum sollicitudine remorata.

De tribus commodis futurae uitae.

Cap. XXXI.

Sequamur, & nos prosequamur in materiae tractatu propositae tria commoda futurae uitae, Christi uirginibus singulariter accessura. Beatissimus Ioannes Euāgelista in Apocalypsi sua uidit duodecies duodena milia sanctorum citharcedorum illibatae uirginitatis in corpore, uiriditatis inuolatae in corde, quod sequatur agnum, sponsum uirginū quocumq; ierit. Ecce uirginū premium singulare, per quod quartū folium floris lilij designat: quia sequunt agnum quocumq; ierit. Quo ire putamus hunc agnum, quod nemo sequi eum uel audeat, uel ualeat nisi uos? Quō in qua putamus eum ire: in quos saltus? in quae prata? Illuc aestimo, ubi sunt uera gaudia, non gaudia huius mundi uana, infana, mendacia, nec gaudia, qualia in ipso regno Dei ceteris praestantur: sed a ceteris forte distincta gaudia uirginū Christi,

libes & innuptæ, pergite perseveranter usque in finem. Laudate Dominum dulcius, quem cogitatis uberius: sperate felicius, cui servitis infatigabilius: amate ardentius, cui placetis attentius. Non sint in vobis incentiva ulla vitiorum, sed totum hominem vestrum vestro sponso consecrate simul, & conservate specioso forma præ filijs hominum. Non conspiciatur in virgineo corpore vestro improbus vultus, non uagi oculi, non infrænis lingua, non petulans risus, non scurrilis iocus, non indecens habitus, non tumidus aut fluxus incellus. Iam nõ reddite malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Iam postremo ad illam dilectionis mensuram accedite, ut ad imitationem sponsi vestri ponatis animam pro fratribus vestris. Hæc enim addita uirginitati, angelicam uitam hominibus, & cæli mores exhibent terris. Sed quanto maiores estis, tanto humiliare uos in omnibus, ut coram Deo inueniatis gratiam, qui superbis resistit, qui se exaltantes humiliat, qui inflatos per angustam portam non traiecit. Nulla sit superflua sollicitudo: ubi feruet charitas, non desit humilitas. Si ergo nuptias contempseritis filiorum hominum, ex quibus filios hominis gigneretis, tanto magis corde amate filium hominis speciosum forma præ filijs hominum. Inspicite pulchritudinem amatoris vestri, et hoc ipsum quod in eo derident superbi, inspiciate quam pulchrum sit interioribus luminibus. Inspicite uulnera pendentis, cicatrices resurgentis, sanguinem morientis, precium & commercium redimentis. Hæc quanti ualeant cogitate, hæc in statera charitatis appendite, et quicquid amoris in nuptias uestras impendendum habetis, illi rependite qui non pulchram carnem, sed interiorum uestram pulchritudinem querit, qui uobis dedit potestatem filios Dei fieri. Videte autem quanta securitate amatis eum, cui displicere fallis suspicionibus non timetis. Vir & uxor inuicem se amant, quia in se manifeste uident signa charitatis: sæpe tamẽ de se aliquid mali inuicem suspicant, quia sua occulta inuicem nõ conueniunt. Non ita est de amore uestro dulcissimo Iesu ac desiderabili, in quo nihil inuenietis, quod reprehendere possitis: nec uobis timendum est, quod falsò aliquid mali de uobis suspicetur, qui renes intuetur & corda. Si ergo magnum amorem coniugibus debetis, quantum amare debetis eum, propter quem coniuges habere nolulistis. Totus uobis figuretur in corde, qui pro uobis crucifixus est in cruce: semper habetis in mente quantam uobis exhibuit charitatem, qui uobis sibi inuolatos tam in corpore, quam in anima conseruauit, quantam uobis & quam specialem gloriam preparauit, quos sic sublimauit. Specialem inquam, gloriam, specialem coronam donauit uobis in cælis, quam nostri maiores aureolam appellant: quam idcirco ab auro æstimò nominatam, ut ipsum coronam nomen, quæ dabitur uobis in præmium uirginitatis, insinuet excellentiam gloriæ uirginalis. Quid inquam, da

Hec Aug.

bitur sacris uirginibus Christi? Cæteris sanctis ut præmineant, sicut aurum cætera metalla precellit. Dicit enim Esaias: In die illa erit domus corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui. Attende quod corona sit de auro & de lapidibus preciosis, sertum de floribus, putros, uiolis, & huiusmodi. Attende quam magnum est ipsum Deum habere pro corona, & uirgines non tantum habebunt Deum pro corona, id quod est commune omnibus glorificatis: sed habebunt pro capillo florido, exultationis prærogatiuam spiritualis excellentiæ, quæ in uirginibus in patria cœlesti apparebit. Quid autem est ille locus multo melior, quam filiorum Dei? Quid illud nomen æternum? Quid aureola? magnum est ualde, & inexplicabile in expertis, & propterea cum magna auiditate currendum, cum magna fortitudine perseverandum est eis qui soli fruendo poterunt hoc experiri. Sed quia commemorando gratiam specialem uirginibus a sponso suo gratis concessam, & gloriam specialem ab ipso quoque nihilo minus in cælis uirginibus preparatam: ad specialem dilectionem sponsi cœlestis benigni Iesu animos uirginalis munditiæ, prout ipse uirginitatis & dilectionis auctor largiri dignatus est, incitare curamus, secundum ordinem profectu de dilectione proximi, sine qua Dei dilectio non subsistit, pauca queremus annexere: quia in his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ.

De dilectione proximi, & sex operibus misericordiæ.
Capitulum XXXII.

Flosculi igitur aurei coloris numero sex, qui in medio floris albi in lilio consistunt, charitatem erga proximum habendam figurant: quæ in sex operibus charitatis, quæ & opera misericordiæ nominantur, consistit. Charitas ergo quæ ociosa esse non potest, ubicunque est, se operibus ostendit. Sicut beatus Gregorius dicit: Probatio dilectionis, exhibitio est operis. Et ille specialiter dilectus Domini Ioannes ait: Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauerit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Si enim fratrem suum quem uidet, non diligit: Deum quem non uidet, quomodo possit diligere? Opera autem misericordiæ, quibus charitas Dei demonstratur, curauit ipsa ueritas explicare, ostendens se de ijs solos iustos in die extremi iudicii laudaturum, & propter horum defectum reprobos damnaturum, dicens: Cum uenerit filius hominis, & sederit in sede maiestatis sue, & statuerit iustos a dextris suis, & reprobos a sinistris, dicit ipse rex his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & in carcere, & uisitastis me. Quia quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Tunc dicit his qui a sinistris: Ite maledicti in ignem

gnem æternum. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & nõ dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: infirmus & in carcere, & non uisitastis me. Quia non fecistis uni ex minimis meis, nec mihi fecistis. Ecce opera misericordiæ de charitatis radice procedentia. Considerandum est quantum sint dignitatis, quæ sola in districto examine laudari merentur, quorum dignitas in colore aureo flosculorum liliæ designatur. Nihil ualet albi floris munditia, hoc est, uirginalis puritas sine operibus charitatis. Sed quid dicimus de his qui propter defectum terræ substantiæ, hoc operibus implere non possunt, siue adhuc in seculo commorentur, siue renunciantes seculo et omnibus quæ possidebant, nudum Christum nudum secuti sunt, nunquid hi omnes reprobi erunt, qui Christo in operibus misericordiæ ministrare non possunt? Absit. Non enim impotentes, sed nolentes condemnabuntur. Nam uiscera, id est, compassionem suam nõ claudit a proximo indigentiam patienti, qui si possit, uellet subuenire: sufficitque Domino cor inuenire, si sola uoluntas asit. Nam & ipsam pro facto reputat uoluntatem. Nullus ergo se poterit excusare, quin omni petenti se tribuat uel opere uel uoluntate. Non igitur se excusent qui dare non possunt. Tam enim afflictam quam uoluntaria paupertate coactam, uoluntatem dare tenentur. Examinet autem se quislibet, si hanc habeat uoluntatem. Cum enim uides pauperem, uel infirmum, uel peregrinum, & nulla compassione permotus, tales pertransis, nec orationem, nec gemitum pro illo effundis, nunquid dandi habes potestatem? nequaquam. Si enim nõ diuidis affectum charitatis cum proximo indigente, perinde ac si non compateris patienti. Si enim non condoles condolenti, quomodo substantiam exteriorum diuideres? Si non das compassionis affectum, qui quo plus datur, plus abundat: quomodo terrenam substantiam dares, quæ diuisa minuitur? Quoties ergo uidemus aliquem indigentem, agnoscamus Christum in illo: quia et ipse indigens, membrum Christi est. Nõ claudamus uiscera compassionis nostræ ab illo, & per hoc sciamus, quia charitas Christi manet in nobis. Maxime uirgines Christi intra albos flores munditiæ uirginalis habeant hos aureos flosculos charitatis, sine qua nulla est munditia castitatis: nullus labor passionis, nulla scientiæ plenitudo sanuam uite ingreditur eternam. Nihilominus autem, imò & multo magis miserendum est miseris a uia rectæ fidei uel operum fidei exorbitantibus, & in peccatorum sordibus iacentibus, siue ipsi sua peccata agnoscant, siue non: & frangendum est eis, id est, orationibus et lachrymis nostris ad misericordiam inclinandus ille panis cœlestis angelorum dulcis Iesus. Similiter & illi quibus dedit Dominus intellectum panem sacræ scripturæ, talibus frangent & apponent orando Dominum, ut oculos eorum aperire dignetur, ut eum agnoscant, & cordis palatum sanent, & gustent, & uideant, quo

nam omnino suauis est Dominus: & ipsum in fractione panis, id est, sacra scriptura agnoscant, quorum oculi intellectus ante tenebantur, ne eum cognoscerent, peccatorum sordibus superiectis. Frangendus est panis consolationis his qui in profuris sunt constituti, siue in languoribus corporis, siue onere paupertatis, uel in semetipsis, uel in amicis suis: ut secundum consilium sapientis, detur sicera morientibus, & uinum dulcis consolationis his qui amaro sunt animo: diuinitẽ semper uoluntatem habentes ad omnes, non solum ad amicos et domesticos fidei, uerum etiam ad inimicos, ut simus filij patris nostri qui in cælis est, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Sed forte dicet aliquis: Quid deperit Deo meo, quod solem suum et pluit uiam suam tam malis quam bonis largitur? Nihil enim inquam, imò & prodest, quia plerumque uincuntur mali multitudinem bonitatis & beneficiorum Dei, & a prauis suis itineribus conuertuntur. Et tu dic mihi: Quid deperit tibi, si charitatem tuam, quæ quasi sol cæteras uirtutes illuminat, & pluuiam lachrymarum tuarum etiam cum inimicis diuidas, orando & lachrymando pro illis, ut quandoque reuertantur ad cor, & errores suos agnoscant, & charitatis unitatem recipiant? O si scires bonitatem optimi Dei, & quam bonus est qui te monet orare pro persequentibus & calumniantibus te, & quantam mercedem talia orantibus parat. Certè iam dudum peti uisses ab eo, & dedisset tibi solem talis charitatis, & pluuiam talium lachrymarum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Apud quem fons est uitæ, & in cuius lumine uidebitur lumen, lux uera, quæ illuminat omnem hominem, dulcis Iesus. Ad cuius exemplum diuide & tu charitatem tuam, diuide lachrymas tuas, tam cum inimicis tuis, quam cum amicis, ut sis filius patris tui cœlestis, & frater, & imitator Domini Iesu, qui super ciuitatem fleuit peccatricem, pro occisoribus suis orauit, ut non perirent. Sed iam finem floris huius attingamus. Flosculus in medio flosculorum aureorum præminens cæteris omnibus longior, diuinitatem signat, quæ est super omnia, Deus benedictus in secula: Amen. Habet autem hic flosculus caput unum triangulum, per quod trinitas ipsa designatur. Vnum enim caput, diuinæ substantiæ unitatem figurat: tres uero anguli eminentes, & a se distincti, signant trinitatis personas. Summus est hic flosculus in lilio uirginali, quia uirgo Domini omnes cogitationes suas, omnem uoluntatem suam, omnia uerba sua, omnia facta sua, omnem munditiam suam corporis & cordis sui ad honorem sponsi cœlestis debet inferre: quia si gloriam propriam quaesierit, lampadem, id est, purum corpus non habebit: sed oleo lætitiæ spiritualis & igne charitatis carebit. Scimus autem, quod illis uirginibus dicturus sit sponus, quæ lampades habebunt sine oleo, uerbum horribile, non solum auditu, sed & cogitatu: Nescio uos. O uerbum aspectum.

Ppp rum.

rum. Libera nos Domine Iesu, dum adhuc tempus est liberandi nos pauperes peccatores à laqueo uenantium, ne postmodum illud uerbum asperum audiamus. Scimus, quod aduersarius noster, serpens ille astutissimus innumerabiles et subtilissimos laqueos nobis obtendit, ut quos à bonis operibus non potest auertere, prauis suggestionibus de bonis saltem faciat operibus gloria ri. Et quomodo putas eum fremere, quomodo stridere dentibus suis, cum uidet uirgunculas teneras à primis infantibus sue rudimentis regnum mundi, & omnem ornatum seculi contemnere, & tam altam semitam uirginitatis ascendere? Quantas illum putas insidias tendere nec radici, nec trunco, nec folijs albis, nec flosculis aureis lilijs uirginalis, ut inducat eas in aliquo honorum operum querere gloriam propriam, ne ad uirginitatis summam apicem pertingant? Sed uirgo Christi semper respiciat in faciem sponsi sui, ut omnia faciat propter ipsum, omnia ad ipsum referat, in omnibus querat ipsum, dicens cum ipso: Ego gloriam meam non quero: sed honorifico Dominum meum, & ipse honorificabit me: quia ipse solus susceptor meus & gloria mea, qui exaltabit caput meum dulcis Iesus. Si quis uirginum sic loquetur, sic ager, erit perfectum lilijs, & florebit in aeternum ante Dominum, & in Domino suo, & in sponso suo: & Dominus suus et sponsus suus florebit in ipso, qui in ortum ecclesiae suae descendit, ut talia lilia colligeret. Haec autem per quemdam excessum de flore lilijs spiritalis, quo praecipue floret uitis & uera Dominus Iesus. In gratiam uirginum ad quorum notitiam hunc tractatum credimus uenturum, diligentius tractare studuimus, ut hic inueniant compendiose & facilius memoriae commendent: tanto uidius legendo, quanto breuius quod ab alijs sanctis patribus diffusius est tractatum, & multis grauibus disputationibus aggrauatum, quod propter difficultatem à simplicium uirginum simplici intellectu non potest comprehendere. Nec timemus linguas detractorum dicentium nos uniformitatem materiae non seruasse, qui à tractatu uitis in tractatum lilijs ceciderimus, cum pro certo sciamus nos à charitatis benignitate Christi nimirum uirginum sponsi excusandos, cui in hoc tractatu confitemur, sicut intelligimus subseruisse, in cuius manus sumus & nos & sermones nostri, quem ut firmiter speramus, in huius materiae tractatu secuti sumus non gloriam doctorum, sed fructum discipulorum requirerent. Veruntamen quantum intelligo, non magis floret ullo aliquo flore uitis nostra, non aliterius alicuius floribus tam attrahit fragrantiam, quam huius lilijs, id est, uirtutis uirginalis, cuius amore tot adolescentulae attractae tam liberaliter currunt in odorem unguentorum sponsi, uoce simul & opere clamantes: Trahe me post te, in odorem unguentorum tuorum curremus. Quid enim amant tot uirginum milia, mundi illecebras spernentia? quid inquam, amant in sponso suo, cuius uirtutis delectatione attrahuntur, quam

Digestionis à uita ad lilijs ratio.

odorem lilijs, id est amorem uirginitatis: Licetrit ergo nobis hunc florem potissimum in uite nostra commendare, quo nullus preciosior, nec speciosior est in ipsa uite. Nunc autem ad alios compendiosius tractandos transeamus.

De rosa rubente & ardente. Capitulum XXXIII.

Floret in uite nostra benigno Iesu nihilominus rosa rubens & ardens: Rubens sanguine passionis, ardens igne charitatis, rosida effusione lachrymarum dulcis Iesus. Fleuit enim & contristatus est propter me, gaudium meum, imò gaudium angelorum, Dominus Iesus, qui ut ait Apostolus, in diebus carnis suae offerens uota & supplicationes ad eum qui possit saluum facere eum à morte, cum clamore ualido & lachrymis exauditus est pro sua reuerentia. Audis cor non carneum, sed lapideum illum magnum Iesum & optimum in diebus carnis suae, quam pro me redimendo assumpserat, lachrymis immaduisse, & adhuc aridum permanens: O cor durum, audis commoueri pro me ad lachrymas illum, qui in aeternum stat & non commouebitur, nec adhuc tu ad lachrymas commoueris? Ad dam & ignem charitatis & passionis sanguinis: si forte calefias, si emolliaris, ut dulcissimo Iesu pro lachrymis suis & sanguinis effusione solas saltem lachrymas rependas. Adhuc addam & malleum grauem, & cuneos ferreos incutiam tibi ut scindaris. Nam si tu cor sicut terra sine aqua exaruisse, utique uel leuiter posses molliri solis perfusum lachrymis lachrymantis Iesu: si autem à facie frigoris iniquitatum induratum es in rigorem lapidis, addo instrumenta fortia, malleum crucis, & cuneos clauorum ferreorum, ut illis tibi incussis scindaris, & fontem lachrymarum salubrem effundas. Quod si nec adhuc commoueris o cor durum & impoenitens, durius es silice, qui in deserto à Moysse bis percussus uirga, emisit aquas largissimas: praesertim cum malleus crucis Domini ualidior sit ad ferendum, quam uirga Moysi: & tres clauus ferri tibi incussis efficaciores esse debeant ad aquam lachrymarum elicendam, quam percussio uirgae Moysi geminata. Si uero & adhuc permanens inconcussus, eo quod in adamantis duriciam sis conuersus, qui solo haedi sanguine potest molliri, assero tibi haedi pariter & agni incontaminati, optimi Iesu sanguinem copiosum, calore incomparabilis charitatis feruentem, qui sua fortitudine illum adamantinum parietem inimicitiarum positum inter Deum & hominem omnino comminuit & dissoluit. Hic paries per tot annorum milia durauerat, nec lege, nec prophetis ipsum diuersorum praecceptorum, comminationum, & comminationum malis percussis aliquid fuerat comminutus: sed accedente sanguine haedi & agni nostri benigni Iesu non tantum perforatus, sed & destructus est. Dicitur autem & bonus Iesus & purissimus esse haedus, qui est mundum animal: quia carnem nostram gestabat plenam in nobis immunditiam

immunditiam peccatorum, in ipso uero nihil habentem. Propter eximiam uero mundiciam agnus est, qui non solum non habet peccata: sed totius mundi tulit peccata. Huius ergo haedi et agni copioso sanguine o cor adamantinum inungere & immerge te, iace in illo, ut calefias, calefactum emolliaris, emollitum uero fontem lachrymarum effundas. Copiosa autem aqua opus est, ut reficiatur populus meus & iumenta. Est autem populus meus, motus animi mei rationales, quaerentes ea quae tantum spiritui meo conueniunt. Habeo & iumenta, nempe alias cogitationes, quae circa carnem occupantur, quae animam tenentur seruilitate impendere, ut iumentum: quae utraque cogitationes decet refici fonte lachrymarum, ne in uia uitae huius deficient, uel à recto itinere declinent: ut quod bonum est in eis, confortetur & sordidum abluatur, quae uirtus utraque in lachrymis inuenitur. Quaram ergo mihi, & utinam in ueniam fontem lachrymarum in lachrymis, in cruce, in clauis, postremo & in sanguine rubicundi Iesu. Legam ergo & intelligam, quantum ipse annuerit, ruborem carnis & animae dilecti ex dilecto amantissimi Iesu. Rubuit enim in utroque, id est tam in corpore, quam in anima: in carne ex natura, quia naturaliter omnis caro rubea est, nec minus sanguine passionis, quo carnem suam charitate nostra compellente, tam crebro tamque copiose perfudit, quas sacratissimi sanguinis effusiones in superioribus frequenter meminimus nos explicasse. In his igitur minime immorandum, ne lectori fastidium generetur. Sed quis nisi totus caro & sanguis, & qui in se nil habebat spirituale, sanguinem iustum fastidiat? Quis uolens se de sanguinibus contractis liberari, istum purissimum saluberrimumque sanguinem Iesu purissimi non affectet? Quis semel isto dulcissimo sanguine inebriatus, quem parauit in dulcedine sua pauperi Deus, non magis ac magis sitiat, audiens ueram uocem sapientiae Dei, unigeniti patris, optimi Iesu, dicentis: Qui edunt me, adhuc esuriunt: & qui bibunt me, adhuc sitient. Si uerum est, imò quia et uerum est humano sanguini praeter ceteris tantam naturaliter inesse dulcedinem, ut quum à bestia qualibet semel gustatus fuerit, illum de cetero semper gustare desiderat, ita ut alijs animalibus postpositis, sanguini insidiatur humano, & in mortem suam corrumpant pro illo acquirendo. Quantum in se credis habere dulcedinis sanguinem filij hominis Iesu Christi? Ecce sitiunt irracionales bestiae sanguinem hominis, & non sitiam ego sanguinem filij Dei? Bestiae quanto plus gustauerint, tanto plus sitiunt sanguinem humanum: & ego fastidiam sanguinem Dei & hominis benigni Iesu? Bestiae corrumpunt in mortem suam, dulcedine sanguinis humani attractae: ego non festinabo ad uitam meam & sanguinem rubicundi Iesu et candidi? imò uere festinabo, emam & bibam. Emam absque argento & absque ulla commutatione uinum & mel: quem nobis sapientia patris altissimi benignius miscuit

in cruce cordis sui, nimirum sanguinem suum, precium uitae nostrae. Properate mecum, qui diligitis Dominum: emite non corruptilibus auro & argento, sed commutatione morum & conuersationis uestrae uinum et lac, sanguinem illum dico purissimum, preciosissimum, inebriantem perfectos, & uinum & lac paruulos nutrientem. Si perfectus, si fortis es, uinum est tibi sanguis iste, sanguis meracissimus. Si adhuc infirmus es & cui opus sit lacte, lac est tibi ad nutriendum te. Bibe ergo sanguinem hunc meracissimum, fide, memoria, & intuitu spiritali. Ecce sub compendio, iterumque reduco tibi multiplicem sanguinis effusionem largissimi Iesu, qua rosam passionis & charitatis suae rubricauit. Charitatis quidem illius ardorem humanus comprehendere non sufficit intellectus, nisi quantum ex passione ipsius quae cunctis apparuit, comprehendit.

De rosa charitatis. Capitulum XXXIII.

Veruntamen prius de rosa charitatis, quam de rosa passionis uideamus. Ardorem rosae charitatis perpendemus: si diligenter uideamus, quis, qualis, quantum, quare amauerit amator misericors & miserabilis. Amator noster est ille quo nihil maius, nihil dicitur, nihil fortius: cui omnis spiritus confitetur, quoniam Deus meus es tu, quia bonorum meorum non eges. In hoc breui uersu comprehenditur, quis amator noster sit, quis Deus: & quare amauerit, ex uerbo sequenti elicitur, uidelicet non ideo amauit nos, ut aliquid nostri acciperet, qui bonorum nostrorum non eget, sed gratuita gratia sua. Quod si etiam in nobis esset aliquid boni quod ille appeteret, non hoc à nobis, sed ab illo haberemus. Qualiter autem amauerit nos amator noster, exponit ille qui ait: Cum adhuc & inimici essemus; reconciliati sumus Deo. Iustus enim iniustos, solus bonus & pius peccatores & impios adiuuauit. O quanta dignatio. Iam uero quantum amauerit, uideamus. Quis hoc sufficienter dicat?

De rosa passionis. Capitulum XXXV.

Ecce in expositione huius uerbi necessarium habemus, rosam passionis rosae charitatis coniungere: ut rosa charitatis in passione rubescat, & rosa passionis igne charitatis ardeat. Tantum enim dilexit nos dilector noster, ut charitatis ardore cogente ruborem passionis incideret, traderetque in mortem animam suam, mortem autem crucis: non breuiter transeuntis, sed à principio ortus sui usque in finem mortis durissimae perdurantis. Sicut etenim superius uestrae commendauimus charitati, crux optimi Iesu Christi non tantum fuit unius diei: sed tota uita illius crux fuit & martyrium. Omnia ergo quae cunctis passus est Dominus in diebus carnis suae, ad ruborem utique passionis pertinent rosae passionis, quamuis effusionibus crebris sacratissimi sanguinis ipsius specialiter fuerit rubricata. Sed quia omnia quae passus est enumerare non possumus, san-

guinis effusionis salutiferas nos non pigeat iterare, ut quae iugiter sunt memoranda, tenaci memoriae arctius imprimantur.

De septem effusionibus sanguinis uitis nostrae Iesu Christi. Capitulum XXXVI.

Primam sanguinis effusionem legimus in circumsione, quando nomen eius uocatum est Iesus iam tunc mystice significando, quod effusione sanguinis sui futurus nobis esset uerus Iesus, id est, Saluator: audiant & intelligant tam pueri teneri quam puellae, & frequenter eorum mentibus inculetur maturum martyrium innocentis Iesu. Vnde et Esaias de necessitate eidem Iesu Christi loquens: Puer, inquit, natus est nobis, et filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius, crucem quam imperij nomine significauit, natiuitati statim adiungendo: quia perfectio a natiuitatis exordio, passio crucis simul exorta est. Non modicum enim pertinet ad commendationem rubicundae passionis, quod Saluator noster in alieno loco, in media hyeme, in medio noctis, in stabulo diuersorij ex matre paupercula natus est, licet ibi sanguis eius effusus non fuerit, quod tam paruo temporis interuallo, id est, septem dierum spacio secutum est. O quanta charitas, o quanta commendatio charitatis. Vix natus est caeli gloria, caeli diuitiae, caeli deliciae, dulcis Iesus: et ecce recentiori ortui crucis ignominia, crucis dolor, crucis paupertas copulatur: sed redemit miseriam crucis, imperij nomen uerum. Cruce etenim totum mundum simul & inferos subiugauit, qui regnauit a ligno fortis Iesus. Propter enim crucem ad quam humiliavit seipsum factus obediens, exaltauit illum Deus pater, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & inferorum. Bene ergo in prima effusione sanguinis agni purissimi aptatum est ei hoc nomen Iesus, eo quod iam tunc puram saluationem sanguinis fundere inciperet, qui in completionem salutis nostrae totus erat effundendus.

Secunda effusio sanguinis. Capitulum XXXVII.

Secunda sanguinis effusio Iesu Christi, quae passionis rosae coloratur, inuenitur in sudore sanguineo orantis & agonizantis benigni Iesu. Ita enim ait euangelista: Et factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Vt cessent omnes caeterae sanguinis purissimi effusiones, nunquid haec sola non poterit rosam nostram sufficienter rubricare? Vere potest conscindere cor meum miserum, & sanguineis lachrymis madefacere: quia ecce creator meus pro me sanguineo cruore perfunditur, nec leui quidem, sed decurrente in terram: uae misero cordi, quod tali & tanto sudore non madescit perfusum. Inspice tribulationem ipsius mitissimi cordis, qua angebatur, cum totum corpus ex omni parte sanguineo sudore manaret. Neque enim corpus extrinsecus tanto talique sudore deflueret, si corpus intrinsecus

nullius doloris molestia frangeretur. Contritum est cor meum in meipso, ait Propheta. Scisso igitur corde interiori, scissa est & exterius pellis nostri Salomonis, effusus est sudor sanguineus super terram. Rubricata est rosa passionis & charitatis Christi rubicundi Iesu. Ecce quam rubicundus & quam totus rubicundus: nec uacat a mysterio ista sanguinis Iesu effusio generalis. Suda uit enim toto corpore sanguine, qui nostras uenerat tollere infirmitates, ex corpore nostro & sanguine contractas: ut ad conualescentiam & sanitatem totius corporis, spiritualisque ecclesiae sufficeret sudor sanguineus ab omni parte corporis, capitis scilicet nostri Domini Iesu Christi effusus. Liberati ergo sumus de sanguinibus, Deo gratia sit, auctori salutis nostrae benigno Iesu, qui sumus pro nobis sanguinem liberalissimè effudit. Vel hoc certe significabat sudor sanguineus a toto corpore capitis nostri effusus, quia in toto corpore suo spirituali, quod est ecclesia, sanguis erat martyrum effundendus, & ecclesia rubricanda.

Tertia sanguinis effusio. Capitulum XXXVIII.

Tertia sanguinis effusio fuit in uelligatione genarum, cuius testimonium habemus in Propheta, dicente ex persona ipsius crucifixi: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Quod quidam exponunt de laceratione maxillarum, facta cum unguibus impiorum Iudaeorum: quidam autem de contractione barbae Domini. Potest utrunque fuisse uerum. Credo non sine aliqua sanguinis effusione id peractum. Video ergo sacrilegas manus impiissimae gentis non saturatas colaphis et alapis, et conspuitio ne desiderabilis uultus Christi: sed etiam ad genarum ipsius uelligationem exarsisse, & a uultu quoque dulcissimo ad rubricationem rosae nostrae sanguinem elcuisse. Video agni illius immaculati patientiam admirabilem, & imitandam, per quam genas pudicissimas impudicissimorum unguibus lacerandas cum omni mansuetudine prebuit: ut patienter sufferamus, si aliquando nostram faciem operiat consilio propter ipsum, imò & si quis nos caedat in faciem uerbis & factis propter dulcem Iesum.

De quarta effusione sanguinis. Capitulum XXXIX.

Quartam sanguinis purissimi effusionem in corona inuenire possumus, in corona spinea, non tamè leuiter imposta, sed inuide impressa capiti dulcissimo capitis mei dulcis Iesu. Satis enim consentit ueritati, ut qui oderant ueritatem, non solum opprobrium illius, sed supplicium requirant. Nec hic puto quidem riuos sanguinis defuisse, qui a capite irrisorie & inuide coronati defluerent in collum simul & faciem dulcis Iesu: quia si nolissent coronato poenam simul cum irrisoribus irrogare, facilius de alijs ramis uel uirgulis arboris alicuius potuerant plexisse coronam: sed ut morum suorum aculeos demonstrarent, nunc

rent, nunc gloria & honore coronatum, tunc spinarum aculeis coronauerunt agnum mitissimum, dulcem Iesum. Et licet in irrisione coronent, tamen ignorantes et irridentes coronatum regem fatentur, quia regum est coronari. Coronatus ergo rex esse a nescientibus demonstratur: in spinis uero coronantium malitia aperitur. Moraliter autem docemur imitari caput nostrum, regem & ducem nostrum, dulcem Iesum. Si autem maiorum quorumlibet peruersitate compungimur & irridemur, cum caput nostrum ita compunctum, ita irrisum conspexerimus, non murmuramus, non recalcitemus. Pauca quae nobis in uita praesenti & breui inferuntur, cum omni aequanimitate et patientia sufferendo, ut digni simus esse membra capitis nostri, & boni bellatores simus, sequendo uestigia signiferi nostri.

De quinta effusione sanguinis. Capitulum XL.

Quinta rubricatio rosae inuenitur in crudeli flagellatione mansuetissimi agni rosei Iesu. O cum quanta quantitate putas illum sanctissimum sanguinem, & consisso corpore et flagellato distillasse in terram? O quanta puras saeuicia impiorum frementium, quanto fremitu saeuientium flagellatum putas fuisse dulcem Iesum, qui uenerat ut nos a flagellis liberaret aeternis. Sine causa, inquit, flagellis ceciderunt me. Vere sine causa, nisi forte miserimi & peruersi bona opera tua poenis digna iudicarent, qui ueritatem tuam in mendacio detinuerunt. Sed & hic moraliter erudimur, ut flagella benignissimi patris nostri discamus aequanimitate tolerare, qui pessimorum flagella pro nobis indignè tam patienter sustulit dulcis Iesus. Quis enim flagella non sufferet homo ad laborem natus, in peccatis nutritus & conuersatus, haereditati caelestis aulae destinatus, quae non nisi mundos recipit, cum uideat regem omnium regum & Dominum dominantium, dulcem Iesum, qui peccatum non fecit, & in cuius ore non est dolus inuentus, tam grauibus flagellationibus esse contritum? Audi o homo stulte & insipiens, & erudire: & non solum non refrige, sed etiam apprehende disciplinam, ne forte quandoque pereas de uia iusta, Domino tibi irascente, qui proprio filio suo non pepercit, sed propter te tradidit flagellandum. Non pepercit filio suo naturali, consubstantiali sibi & coaeterno & impalpabili, quin pro salute tua ipsum faceret nasci in tempore & passibilem, & flagellis contereret, sicut scriptum est: Dominus uoluit eum contere in infirmitate: & quomodo parceret tibi filio adoptiuo, cum sensus tui proni sint in malum? quin in chamo et fraeno maxillas tuas constringet, ut saltem uexatio det tibi intellectum, quatenus ad ipsum approximare cogaris, qui licet molestè, salubriter tamè flagellat omnem filium quem recipit.

De sexta effusione sanguinis. Capitulum XLI.

Sexta effusio sanguinis, quae rosam passionis rubricauit, in folsione clauorum copiosissimi

me inuenitur. Quis enim defossis, imò & de perfossis manibus pedibusque innocentis Iesu copiam sacrae sanguinis dubitet effluxisse? In torrentibus huius sanguinis rosa nostra purpurata est, quia uere hic ardentissima charitas, hic rubicundissima passio inuenitur. In hac magnitudine passionis, magnitudo consideretur charitatis: ardorem rosae, charitatis ruborem considera passionis. Quis unquam tam grauiam, tam pudendam passus fuit? Deus est qui patitur, nec in aliquo sibi durum torcular passionis alleuiat, qui feruis suis uel omnino auferre, uel alleuiare, uel breuiare uires tormentorum consueuit. Non pepercit sibi, qui suis parcere nouit. Huius rei euidentiam uides in Euangelio Ioannis, ubi cum ab his qui ad ipsum uenerant capiendum, ei diceretur, quod ipsum quaerent, subiungit: Ego sum quem quaeritis. Si ergo me quaeritis, sinite hos abire. O ardor uerissima charitatis, manifestat & tradit se charitas ipsa saeuientibus inimicis, non parcens sibi, rogatque pro suis, ut parcatur illis. Captus ergo post plurimas illusiones tam Iudaeorum quam gentium, post sanguinis plures effusiones, clauis in manibus manibus simul & pedibus perforatur & configitur ligno crucis Saluator noster, mitissimus Iesus. Intuere & respice rosam passionis sanguineae, quomodo rubet in indicium ardentissimae charitatis. Contentunt passio & charitas: illa ut plus ardeat, ista ut plus rubeat. Sed mirabiliter per ardorem charitatis fit passio rubea: quia si non diligeret, non pateretur: & in passionis rubore, maxima & incomparabilis ostenditur charitas. Sicut enim rosa per frigus noctis clausa solis ardore surgente, tota aperitur, & folijs expansis in rubore demonstrat ardorem iocundum: ita flos caeli deliciosus, optimus Iesus Christus, qui multo tempore a peccato primi hominis quasi in frigore noctis clausus fuit peccatoribus, nondum plenitudinem impendens, tandem plenitudine temporis accedere, radijs scilicet ardentis charitatis in omni corporis sui parte apertus est, & rosae charitatis ardor in rubore sanguinis effusi refulsit. Vide ergo quomodo hoc flore rosae floruerit optima uitis nostra, rubicundus Iesus. Vide totum corpus, sicuti rosae sanguineae florem non inuenias. Inspice manum unam & alteram, si florem rosae inuenias in utraque. Inspice pedem & unum & alterum. Nunquid non rosei? Inspice lateris aperturam: quia nec illa caret rosa, quamuis ipsa subrubea sit propter mixturam aquae. quia sicut narrat Euangelista: Cum unus militum lancea latus eius perforasset, exiuit sanguis & aqua. Ipse est enim qui uenit per aquam: & non per aquam solum, sed per aquam & sanguinem optimus Iesus Christus. O suauissime uniuersorum Domine, & Saluator bone Iesu, quales tibi condignas gratiarum referre poterò actiones? Quia a principio ortus tui usque ad mortem durissimam, imò & post mortem pro me preciosissimum sanguinem tuum effudisti, qui ardore excellentissimae

charitatis tuæ tam crebris sanguinis tui effusionibus manifestare curasti. O quam multo numero foliorum multiplicata & exornata est rosa tua. Quis omnia ista enumeret? Numerata guttas sanguinis effusi de dulcissimo corpore dulcissimi Iesu, & habebis passionis charitativæ folia enumerata. Singulæ enim guttæ sanguinis sui, folia sunt rosæ sanguinæ passionis ipsius. Sed ideo ad alia transeamus, quia septimam sanguinis Dominici effusionem iam breviter diximus, cum de apertura lateris doceremus, unde exiit sanguis & aqua, per quæ baptismatis accepimus sacramentum.

De croco abstinentiæ vitæ nostræ.
Capitulum XLII.

CROCUM etiam abstinentiæ in nostra vite, dulcissimo Iesu Christo sentimus floruisse. Quis non propterea abstinens fuerit, ut castigaret corpus suum & in servitutem redigat, ne forte reprobos efficiatur? Sed ut nobis formam daret & documentum abstinentiæ, sicut in circumcissione & baptismo, quæ non ad emundationem suam accepit, qui semper fuit mundissimus & omnium emundator: sed ut obedientiæ nobis formam iustitiæque donaret. sine dubio uirtutem habuit abstinentiæ rex uirtutum, & præ omnibus sanctis præteritis & futuris excellentius semetipsum macerans non necessitate, sed uoluntate. Sed obijciatur nobis sententia de uerbis ipsius Domini Saluatoris de se dicentis: Venit ad ludæos Iannes baptista non manducans neque bibens, & dixistis: Damonium habet. Item uenit filius hominis manducans & bibens, & dicitis: Ecce homo uorax & uinarius, amicus publicanorum & peccatorum. Ecce testimonium ueritatis, quod Iohannes non manducauit neque bibit: & quod ipse Iesus & manducauit & bibit. Nunquid ergo Iohannes in abstinentia, uirtute præcellit nostrum dilectum Iesum? Nequaquam. Sed notandum quod duplex abstinentiæ uirtus: una intus in mente, altera foris in actu. Et ea quidem quæ in mente est, semper esse habenda: ea uero quæ est in actu, rerum ac temporum qualitate manifestanda est. Bene autem Iohannes qui purus homo erat, abstinentiam tam in mente quam in corpore exercebat: ne forte contaminaretur, sicut homo noster uerus Iesus, qui maculari non poterat. cibus & potibus pro tempore utebatur, ut conualescentes sibi ad uirtutem attraheret abstinentiæ cæterasque uirtutes. Nec credas ullo modo maiorem esse uirtutem omnino abstinere a cibus, quam ipsis cibus uti moderatè. Difficillimum est enim in cibus modum seruare omnimodum, ita ut ultra quam naturæ potest sufficere nihil sumatur, nec cum ipsius naturæ aliquid de necessarijs subtrahatur. Si ergo contingat aliquem habere uirtutem abstinentiæ cum Iohanne, scilicet ut ipsam mente & opere exerceat: non condemnet eum, qui abstinet cum perfectissimo Iesu, id est, qui abstinentiam prout tempora exigunt, & perso-

nae pro utilitate uel proprii corporis uel proximi nunc intendit, nunc remittit: obseruans tamen in omnibus omnia quæ circa uirtutem abstinentiæ sunt seruanda, ut semper uitij abstinentiæ oppositi, id est, gulae crimen euitet. Cuius uitij abusiones hoc uersu notantur: Præpropere, lautè, nimis ardentè, studiose. Præpropere enim comedunt & bibunt, qui tempus comedendi præueniunt, sola uoluptate, non necessitate coacti. Legimus in uita Patrum de sanctis patribus, qui hospitiu spiritualium charitate deuicti, tempus consuetum ciborum anticipauerunt: sed comedendo in charitate, se nequaquam soluisse ieiunium. Aestimabant ita ut etiam aliqui post talem refectiunculam missarum celebrare solennia non timerent: quod quamuis nobis conueniat trahere in exemplum, ut similiter faciamus, quoniam quidem ab eorum perfectione nos nimirum separamur, eos tamen sine peccato talia fecisse cõfidimus, quæ nequaquam nisi spiritu sancto ipsis ueraciter reuelante fecissent. Lautè comedunt, qui delicatis utuntur cibarijs, sola delectatione attracti, quibus non sufficit naturalis sapor carniu siue piscium, quem creator illis imposuit: sed modis naturæ contemptis, querunt adulterinos saporis piperis & salis mentorum uariorum, ut sibi appetitum faciant comedendi: non metuentes optimum hominum creatorem uituperare in creatis suis, dum alios illis saporis ipsi faciunt, quam creator naturæ earum præstiterit. O quantum huiusmodi alienos saporis homo Christianus uitare deberet, si aduerteret dulcissimum et sapientissimum Dominum suum fecisse omnia bona ualde, cuius creaturas uerè bonas nullus nisi malus alterare consueuit. Consueuit dico, quia quandoque lautioribus uti cibarijs pro infirmitate corporis repellenda, palato non alludente, sed renitente cibarijs, nulla uel parua culpa esset. Ad eorum igitur confusionem, quorum ut Apostolus ait, Deus uenter est & gloria in confusione eorum, quos idem asserit stendo inimicos esse crucis Christi, & imitatores illius pauperrimi diuitis, qui epulabatur non aliquando pro sanitatis remedio, sed pro uoluntate quotidie splendide: propter quod nec guttam aque cum in inferno sepultus esset, meruit impetrare, ut refrigeraretur lingua eius, ardens profecto in flamma, quæ alienis semper & superfluis fuerat saporibus delectata: nec naturali aquæ frigore meruit refoueri, qui in uoluptatibus suæ naturæ saporem alienauerat: ad horum inquam consilio, nem, gentilibus hominis memorare sententiam nõ grauabor, ut erubescat nomine Christianus, cum à meliore seipsum ignorante docerur, qui neque creaturas per creatorem uenerari sciebat, nec asperos sciebat pati saporis pro Christo, quæ uel nesciuit, uel non credidit pro se in crucis patibulo uinum mirrhatum bibisse cum felle mixtum, sed soli naturæ consentiens contra uoluptuosos exclamat: O prodiga reru Luxuries nunquam

nunquam paruo contempta paratu: Et quaesito rum terra pelagoque ciboru Ambitiosa fames, o lautæ gloria mensæ. Discite, quam paruo liceat perdere uitam, Et quantum natura petat: nõ erigit agros, Nobilis ignoto, diffusus consule Bacchus. Non auro gemmisque bibunt, sed gutture puro Vita reedit, satis est populis fluuiusque Ceres: id est, aqua & panis. Hæc satis concordant cum illa uisitata sententia & uera: Panis & aqua uita hominis. Nec adhuc conuertuntur hac confusione durissima: frontes uoratorum tam ipsius ueritatis uerissimi Iesu, quam Apostoli eius, imò ne gentilibus quidem hominis reprehensione & eruditione percussis, et dicunt: Christiani sumus, non tamen recipiunt uocem Christi in Apostolo loquentis, & monentis: Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Vnde frequenter euenit, ut cum adhuc escæ eorum sint in ore eorum, ira Dei ascendat super eos: & qui deduxerunt in pessimis terminis dies suos, in punctu ad infernum descendunt, ubi uermis comedens ipsos non moritur, & ignis nõ extinguitur, pro delicijs breuibus mala recipientes sempiterna. Nimis comedere quid sit, omnibus nocum est. Nimis enim comedit, qui ultra quam naturæ sustentandæ possit sufficere, sumit alimenta, maxime si hoc scienter fecerit. Euenit enim non raro, ut homo suis laboribus consideratis, plus uilium sumat alimentoru, ut in labore possit subsistere, & à timore deficienti cogente mensuram refectiõnis excedat, à quo peccato uix credo aliquem esse immunè. Sed talia peccata crebris confessionibus, intermixtis uoluntarijs abstinentijs statim ut deprehenduntur, purganda sunt. In nullo autem genere ciboru illud uitium superfluitatis ciboru et potuum excusatur. Cum etiam legatur, quod peccatum Sodomie fuit abundantia panis. & diabolus tentaturus Dominum non de alio aliquo quam de pane tentauit: scies profecto in nimio sumptu panis peccatum non deesse, qui primos parentes & per ipsos omnes homines unius pomi comestione decepit: quamuis non ita facile in cibus uilibus mensura excedatur, ubi sapor non decipitur, sicut in cibarijs lautè præparatis & saporibus alteratis. Ardentè comedere, est cibos uel potus cum nimio desiderio sumere: quod tam in uilibus, quam in delicatis potest cibarijs euenire. Cuius rei exemplum habemus in Esau, qui uillis sibi delectatione attractus, ultrò uendidit primogenita sua. Ita enim habet Genesis: Quia ueniente Esau de agro, uidit Iacob fratrem suum coquentem lenticulam, cui dixit: Da mihi de coctione tua hac rufa, quia oppidò lassus sum. Et facta pactiõne cum Iacob de uenditione primogenitorum, comedit in uoracitate coctionem nimis desideratam, & dignitatem primogenitorum amisit: quia enim nimium ardentè desiderabat lenticulam, En, inquit, morior. Quid mihi proderunt primogenita? Non est dubium, quin ardentè comederit acceptum, quod tam

Iuxta tamè
Hebraicis
num, nomi
ne panis, ci
bus omnis
intelligi
tur.

ardenter fuerat desideratum. Miserere Domine misericordissime Iesu mihi miserrimo peccatori, qui nullam diem sine peccato huiusmodi me sentio præterire, ne per talem excessum fidei tue, qua tibi genitus sum, merear perdere dignitatem. Econtra & sanctissimos, Heliam & Iohannem Baptistam, carnibus nullis usos fuisse accepimus, & per sobrietatem temperantiæ eos nullum ex hoc omnino meritum perdidisse. Studiose comedere, est in cibus uel in potibus nimis diu immorari. De hoc expertis loquimur: & utinam non essemus experti, nec unquam experturi. Frequenter solet accidere, quod sumptis cibarijs, quæ secundum consuetudinem necessitati sumentis possunt et debent sufficere, quædam surgat noua delectatio, quæ facit hominem improuidum & insidias diaboli non cauentem, illi cibo cum tanto studio inhærere, tanquam nihil ante comederit, uel intra multos dies post hoc nil sit sumpturus ciborum. Et quia gula speciem in se deprehendunt, auxiliante Deo, huic facile possunt resistere: quia impetus eius non longius durat, quam dum à mensa surgatur, & illius quod tanto studio desideratur, memoria subducatur. Sunt autem plurimi qui tale studium comedendi nec peccatum existimant, nec etiam cuiquam suggerenti esse peccatum, fidem adhibeant, habentes in consuetudine damnabili, nulli desiderio resistere, quod possit à natura aliqua obumbratione defendi: nec ponunt aliquam metam desiderio comedendi, donec tempore deficiant fatigati. Sed Christianus homo comedit, ut uiuat: non uiuit, ut comedat, sicut quidam ait, id est & illud bene de inutilibus et uoracibus: Nos numerus sumus fruges consumere nati. Christianus autem non sic, sed semper ita surgat de mensa, ut adhuc habeat appetitum plura sumendi, & eum qui adhuc esset implendus cibarijs, Domino Iesu pro grato munere conferat appetitum, qui pro nostra salute sapius esurire uoluit & sitire. His & alijs similibus rationibus unus aliquis inductus tanta se abstinentia macerat, ut nimia consumptus inedia, languores incidat diuturnos, ut sibi nec alijs ualeat omnino prodesse: imò fiat etiam omnibus grauis, qui si grauaretur, ipse potius alleuiare deberet. Quis ista docet? Quis ista sapiens faciet? Ignorant tales, quod uirtus est medium uitiorum utrinque reductum. Est enim quoddam medium inter nimis comedere, et nimis abstinere: et illud medium est uirtus. Hoc est tantum sumere alimentoru, ne nimis debilitetur natura: nec tantum, ut uitia uegetetur. Quod si omnino tale medium seruare non potest, tamen hoc cauere potest, ne nimis à medio recedatur: id est, ut ille qui nimis comedit quam debeat, non nimis abstineat: ut ille qui comedere diu mensuram excedit, eam nõ nimis excedat, ita ut corpus non nutriatur uitijs, sed uirtutibus conseruetur. Quare autem flos croci abstinentiam signet, color ipsius ostendit: facit enim suos cultores abstinentia croceos flori croci asimiles. Non

enim potest facies esse rubicunda, cum stomacho abstinentiæ. Multitudo autem florum croci, multas species designat. Non enim est abstinentia solummodo cibi & potus, sed etiam somni & lasciuia & uestimentorū, & aliorum quorumlibet commodorum, quæ corpori superflue tribuuntur, uel balneorum, unguentorum, musicorum instrumentorū, & cantilenarum & cæterorum huius quæ sensus humanos corrumpunt animumque subuertunt. Quod autem quedam folia rubei sunt coloris, signat charitatem semper debere immixtam esse operibus abstinentiæ: quia si quis sine charitate corpus suum ita tradat ut ardeat, nihil ei prodest. Quosdam enim esse qui non propter charitatem Dei, sed propter uanam gloriam se macerant abstinendo, ostendit ipsa ueritas Dominus Iesus dicens discipulis suis: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, qui exterminant facies suas, ut uideantur ab hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Quare? Quia non sunt uerus crocus, qui carent rubris folijs charitatis, sine qua nullum opus perfectum est. Ipsa enim est uirtus, de qua dicitur: Qui habet unam, habet omnes: & quam qui non habet, illud quod habet, auferetur ab eo.

De odore florum uitis. Capitulum XLIII.

TAm ad odorem florum uitis nostræ accedamus, rogantes ipsum dulcissimum Iesum, ut sui odoris dulcissimi fragrantia corda nostra dignetur aspirare, ut de ipso dulcia & sentire & dicere ualeamus. Quid autem dicere de hoc odore poterimus? Mirabilis & supra quam potest credi aut cogitari, inestimabilis est iste odor uitis nostræ. Floruerunt & alij sancti palmites, in quibus ipse profectò floruit: sed certissime uiri illi soli capiti nostro optimo Iesu clamabāt, nempe illa spiritalis sponsa: Meliora sunt ubera tua uino, fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Non est mirum, si odor est inestimabilis nimis, qui de hac uite nostra florente procedit, si nomina eius diligentius attendamus, quæ sunt Iesus, Christus, Nazarenus. Iesus autem, ut scitis, salutaris uel saluator interpretatur, de quo Psalmus: Conuertere nos Deus salutaris noster. Et iterum: Saluasti nos de afflictionibus nostris. Quis autem in afflictione positus saluari nolit? Si uis saluari & attrahi odore huius nominis salutaris, quod effusum est sicut oleum, incipe delectari in dulcissimo Iesu, & confidenter require in uero saluari salutem: non imitando illos qui latantur cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis, in quibus salutem suam constare putant: sed potius eam, cuius spiritus exultauit in Deo saluari suo, quæ nominis huius salutaris odorem tanto suauius attraxerat, perfectiusque senserat, quāto illi fide, spe, & charitate uicinior fuerat, quæ ipsum de suis uisceribus genuerat, nempe ue-

rum & perfectum Deum & hominem, salutarem Iesum. Non ignorabat enim qualiter sine omni carnali concupiscentia conceptus, qualiter sine omni dolore ex ipsa natus, quomodo à pastoribus prædicatus, quomodo à Magis adoratus, quomodo uirgineo lacte suo nutritus, quomodo à Simeone & Anna commendatus. Nouerat, inquam, hæc omnia, & multo plura uirgo illa fidelissima, & perfectissima fide salutarem ueri salutaris sequebatur odorem. Nec poterat non sperare in eum, quem fide perfectissima cognoscebat & posse, & scire, & uelle saluare omnes desiderantes salutem. Quantum enim quis credit, tantum sperat: quantum sperat, tantum amat. Quanto ergo hæc optima mater perfectior fuit in fide, tanto in spe fortior, & in charitate feruentior, omnem cogitatum suum iactans in eum. Oleum enim effusum est, nomen tuum. Quare? Quia oleo nutriuntur infirmi, pascuntur famelici, lumina reparantur. Quis enim tam infirmus, qui hoc oleo saluari, nomine scilicet salutaris Iesu curatus non fuerit, dummodo uelit curari? Ita enim ait ipse Saluator cuidam languenti, qui iacebat ad piscinam probaticā: Vis saluus fieri? Et ille: Domine hominem non habeo, ut cum mora fuerit aqua, mittat me in piscinam. Stulte, ecce oleum salutaris salutaris Iesu, cuius nomen est sicut oleum effusum. Quid tibi cum aqua? Si uis recipere salutem, ecce fons olei misericordiae, in quo te nullus prohibet baptizari, cuius nomen est effusum oleum: id est, omnibus gentibus manifestum, quo oleo uicini infirmi sanantur. Quomodo, cum audis et intelligis super eminentem misericordiam optimi Iesu, quem propter te redimendum desersum patris descendit ad terras, te misericordissima passione redemit: non oboritur tibi certa spes, quod te redemptum tanto precio nolit perdere, quam de cælo uenit redimere. Iam ergo sic cogitanti, sic speranti oleum nominis Iesu ubi effusum est. Vnge te, ut saneris: id est, spera in misericordia Saluatoris, qui saluat omnes sperantes in se. Nihilominus autem & oleum hoc pascit te, si famelicus es: si esuris, uerbum est. In hoc uerbo Dei optimi Iesu inuenis, quod te faciet, si dictis & factis eius aurem cordis tui uelis inclinare. Sanat enim animam esurientem quicquid dixit uel fecit dulcis Iesus. Quod si esuris & sitis iustitiam, sanabit te uerbum oris eius, qui dixit: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Addet quoque ignem ad oleum, quod huic nomini Iesu optimè conuenit: quia huius nominis uirtute fides confirmatur, charitas exardescit. Pauci enim fidem habuerunt ante huius olei effusionem, id est, ante prædicationem nominis tui o bone Iesu, pauci igniculo charitatis arserunt. Sed ecce illa effusione, quanti fide illuminati? Quanti charitate cōflagrarunt? Dedit odorem, id est, bonam famam, oleum nominis tui effusum oleum Iesu, et patuit te esse etiā Christū, id est, unctū. Sic enim ait Psalmus de

mus de te: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo latitiae præcōfortibus tuis. Ergo & oleum unguentum est: quia unguentum de oleo & aromatis conficitur. Quid ergo mirum, si hæc uitis admirabilem dedit odorem, quæ & uncta est & florens? Nazarenus enim florens interpretatur. Vitis ergo nostra Christus, id est, Nazarenus, id est, salutaris, uncta & florens, qui non attraheret omnes, qui salutem, gloriam, diuitias, uel delicias concupiscunt? Venient omnes ad uitam hanc. Dabit enim Iesus salutem, quia salutaris est: dabit Christus regnum, in quo gloria cum diuitijs habetur, quia unctus est, quod propriè ad reges pertinet: dabit Nazarenus delicias, quia florens est. Quid enim iucundius flores? Multi autem, imò omnes, id est, omnium uirtutum flores in nostro Nazareno sunt, quarum delectabili odore totum mundum traxit post se. Nam qui ueniunt ad ipsum propter humilitatem uiolæ, eius sequuntur odorem: qui propter castitatem, lilij, qui propter charitatem, passionis rosæ, qui propter abstinentiam, croci sequuntur odorem. His ergo uirtutibus optimi Iesu Christi, ubique prædicatores tanquam quodam precioso unguento effuso, extraxerunt odorem eius adolescentulæ, & odore eius mirifico delectatæ, cucurrerunt post unctum Iesum. Et adhuc nimirum currunt clamantes in toto corde suo: Trahe me post te, ut curramus in odorem unguentorum tuorum: scientes, quod neque uolentis, neque currentis, sed folijs Dei miserentis est. Superat autem omnes odores omnium uirtutum, uncti Iesu odor crucifixi, ubi perfectio præcipue effloreat, & de floribus uulnerum suorum inestimabilem odorem effudit. Fracto enim alabastro mundissimi corporis uirginalis dulcis Iesu, effusum est unguentum sacratissimi sanguinis. Ipsa quoque anima, in qua sine dubio redolebat unguentum spiritus septiformis, emissa, dilatatus & dispersus est odor uitis nostræ florentis, non per terras solum: sed & per inferos, et suscitati sunt mortui, qui tam ad uitam corporis quidē, quam ad uitam animæ quotidie suscitantur. Quia domus Christi, id est, ecclesia impleta est ex odore unguenti nostræ uitis, præcipue in passione florētis. Conscissus est faccus corporis Domini Iesu, ceciderunt grana sanguinearum guttarum, quæ adhuc à fidelibus mente colligi possunt, et ab accedentibus ad crucem fideliter ac deuotè colliguntur. Preciosissimus uerò thesaurus & incōparabilis, guttæ sunt sanguinis Iesu Christi. Accede huc o fidelis anima, & collige tibi reliquias epularum sponsi tui, micas gratissimas, folia rosarum. Ecce in quanta multitudine distillant de manibus simul & pedibus, necnō & de latere dulcissimi crucifixi Christi Iesu. Non est morbus animæ, cui his floribus mederi non possis. Collige tantum folia florum florentis Iesu, stillas sanguinis rubicundi, et tanquā pillulas, sine quibus esse nolo, in cubiculo cordis tui reconde. Erit tibi illarū sapor & odor

in medicinam salubrem, morbos, si qui fuerint, repellentem, uenturosque cauentem. Vide tantum, ne unquam sine illis esse uelis, quæ uerè nomen habent, quolibet fideliter dicente, sine quibus esse nolo. Hauri ergo toto cordis tui affectu odorem uitis ueræ Iesu Christi Nazarenæ, & delectare in illo sicut pater cœlestis in illo delectatus fuit, ut uerè dicere potuerit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Verè pleni, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi sunt. Est autem adhuc causa, quare tanto crucifixus odore fragrauerit. Modicus uel nullus est odor corporis cuiuslibet animalis uiuentis: sed cum igni caro apposita fuerit, quam suauis, quam delectabilis inde procedat odoris fragrantia, nullus ignorat. Attendamus ergo, quis et quantus ignis corporis nostræ uitis appositus fuerit: fragrabat interius incendio charitatis immensæ, exterius passionis ardore uerissimum & gratissimum, & saluberrimū holocaustum in ara crucis crucifixus Iesus. Quod holocaustum simile istis? Nullum uerò: quia nullum sic totum incensum dicitur. est istud dicebatur uerè holocaustum, quod totum ardebat, cum tamen ibi arderet sola caro: quanto uerius nostra uictima dicitur holocaustū, quod intus & foris incōparabiliter ardebat? Ardebat & totus Laurentius, Vincentius, alijque quamplurimi, sed nihil ad hunc. Quis enim ardori fornacis crucis aliquid audeat supplicium comparare? De quo superius nos multa meminimus posuisse exempla. De holocausto igitur nostro crucifixo Iesu incōparabiliter ardente, inestimabilis nimis odor processit: odoratusque est Dominus Deus pater odore suauitatis, & benedixit nobis, auertitque iram indignationis suæ longè à nobis, pace integra reformata, & sanguine rubicundi Iesu tam nostro, quam ipsius particeps pacis æternæ obside existente. Odorauerunt & alij plures ab oriente & occidente, ab aquilone & meridiano occurrentes, & ad hoc dulcissimi odoris corpus floridum congregati, ut de eo se fatient: illo tamen integro permanēte, impleuerunt ipsius dulcissimi Iesu uerbum dicentis: Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. sed iam non cruda caro ista comeditur, optimè percocta cum sit duplici igne charitatis & passionis. Vnde tam delectabili odore inebriati non solum uiri natura fortiores, sed & uirguncule tenerimæ currunt toto cordis affectu, omnibus uiribus animi ad delicias crucis, hausturi delicias cordis sui quantum in præsentī uita licet, unguentorum defluētium largiter ab holocausto nostro tam ualidis ignibus ardente. Non parum enim delicatum ardentis corporis adauxit odorem spiritualium unguentorum odor: id est, gratuitorum collatio, quæ post passionem à Domino Iesu apostolis sunt collata. Ante passionem enim spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus: humiliato autē & exaltato pio Iesu, defluxit unguentum

unguentum spiritus sancti à capite, id est, à Christo, id est, uncto in barbam, id est, in eos qui uiriliter egerunt & confortati sunt, ut sperarent in Domino: & non solum in barbam Aaron, id est, non solum Christi apostolis datum unguentum hoc, quod liquefactum fuit igne passionis Christi, ut daret odorem bonæ opinionis per omnem terram: sed quod descendit in oram uestimenti, id est, in infima membra ecclesiæ, quæ est tanquam Christi uestimentum. Vnde scriptum est: *Viuit Dominus, quia his omnibus tanquam uestimento indigeris. Quod ita impletum est, et adhuc impletur, ut etiam in nationes spiritus sancti gratia diffundatur, & sentiant Christi odorem spiritualis unguenti, de summo capite omnium defluente, quo mundæ fiant adolescentulæ, ut attrahant & diligant unctum nostrum, & currant in odorem unguentorum illius. Nec mirum si uehementer delectentur duplici odore uitis nostræ, uno qui ex unguentis, altero qui ex floribus procedit. Odorantur & odoratum sequuntur, Iesum imitantes bestiam quandam, quæ odore cocti panis & recentis ita delectatur, ut ubicunque illum senserit, illum sequatur etiam usque ad interitum. Ecce, ipso te iste, panis uiuus, qui de coelo descendit, decoratus duplici igne charitatis, & passionis odorem suum longè lateq; dispergit. Quis hunc non sequatur? Sequitur irrationalis bestia odorem panis cocti & cõsumendi: non sequetur homo rationalis odorem panis bis cocti angelorum. Imò stultior est quàm bestia, qui illius odoriferi panis odorem non intelligit & honorem. Sed præterire non possumus, quod transituri mare, panem bis coctum necessarium habent. Quicunque se in hoc mari magno huius seculi esse cognouerit: quod quia spaciosum est, citò transire non potest: & propter reptilia, quorum non est numerus, periculosum est, quia & uentis & tempestatibus sauiat: si securus uult esse, habeat hunc panem coctum, fortissimum Iesum in nauē crucis sue, quem comedat, quem adoret, quo reficiatur, quo consoletur, quo (ut breuiter dicam) ab omnibus periculis eruatur. Si enim ut ait Psalmus: *Illic naues pertransibunt, id est, homines in crucibus suis Iesum sequentes: quæ nauis potius pertransibit, quàm nauis crucifixi Iesu.* Secundum uerò Pauli sententiã dicentis: *Quia Christo confixus sum cruci, crucifigamur & nos cum Christo, crucem eius, imò ipsum in cruce in deficienti cordis affectu amplexemur, in uiuifico odore delectemur ardentis Iesu, qui de se dicit: Ego quasi uitis fructificauit suauitatē odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis: cuius spiritus est super mel dulcis. Eius inquam odore delectemur, unguentis charismatum eius foueamur, pane celesti, id est, in corpore suo purissimo cõfortemur: ut corpus eius edentes sanguinemq; pro salute nostra effusum in nostram salutem bibentes, gustare possimus, & uideri licet per speciem in ænigmate: quia suauit-**

simus est Dominus, ut etiam ipsius promissio perficiatur in nobis, quantum in præsentis uitæ fas est, qui dicit: Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient.

Quod flores inueniendi sunt in uite nostra.
Capitulum XLIIII.

Postremò uideamus, quia flores & uisum delectant & odoratum. Licet comedi non soleant, suguntur tamen ab apibus, & deliquore è floribus expresso, dulcissima sibi mella conficiunt. Apes eiusmodi, ut puto, sunt illi qui penitis contemplationis eleuari sciunt & possunt, suãq; ipsorum possunt aluearia, hoc est, corporis, curam relinquere, & ad ortum deliciarum transuolare, in quo omnium florum diuitias & diuites delicias inueniunt. Ortus enim iste paradisi est. Ita habes enim in Cantico amoris: *Emissiones tuæ ò uirgo Maria fecundissima, paradisi. Processit enim hinc paradisi ab utero uirginali, omni flore, omniq; fructu referus: sed fructibus interim dilatatus. Flores istius paradisi uideamus, legamus, uel potius sugamus. Conuenit enim, ut talis modi apes simus, quæ sciant sugere mel de petra. Idem enim est ortus & petra, id est Christus. Si ergo flores querendi sunt, ubi potius querentur, ubi promptius inueniuntur, quàm in dulcissimo Christo? Manifesti sunt flores uirtutum & uulnerum eius. Stat ecce expasis manibus, nudo corpore, manibus simul & pedibus perforatis, capite inclinato. Confortare nunc & eleuare anima mea misera & infirma, & alis fidei & spei ad hunc ortum charitatis enitere, & totum mentis intuitum per uaria dispersum in unum collige: ac apum sedulitatem imitans, ad conficiendum tibi mel deuotionis, ad paradisi charitatis ascende, accedens ad cor altum: quia ecce quem queris, exaltatus est, humiliatus est. Non enim eleuatus est in crucem, ut se difficilem præberet accedere ad eum uolentibus: sed magis ut omnibus posset parari inueniri. Accedens ergo cum fiducia ad hunc paradisi, in extentione brachiorum cognosce, suscipe affectum paratum ad tuos, & te ad suos inuitantis amplexus, et quodammodo miserabiliter, misericorditerq; clamantis: *Reuertere, reuertere, ut intueamur te. Reuertere à mala uoluntate, à malis factis, ab obstinatione, à desperatione. Reuertere inquam ad me, quæ à me auersa fuisti, ut intueamur te intuitu gratiæ, quo mulierem peccatricem, Petrum, latronem respexi. Lege mel librum uitæ, scriptum intus & foris, & lectum intellige. Collige tibi flores meos sanguineos, ut paradisi illius possis ianuam introire, ante cuius fores Cherubin collocatus est cum gladio flammeo ac uersatili. Valet enim scientia, quam ex me plenariè discere potes ad amouendū impedimentum Cherubin. Flores ergo sanguinis mei gladij uersatilis, flammæ horredas ac tibi formidabiles extrahant. Intra ergo ò anima paradisi omnibus paradisi meliorem, nunc solo cogitationis**

Ationis quo potes affectu, ut postmodum anima & corpore & terrestrem et celestem paradisi ualeas introire. Nec breuiter amplexandus est hic paradisi, sed uolandum est per singulos istius paradisi flores, & singulorum florum folia sunt sugenda, nunc ad dexteram, nunc ad sinistram riuulos & guttas sanguinis spargentem propius & interius accedendū. Vndelibet querenda deuotio & gratia lachrymosa compunctionis, utrinque considerandum quàm immittes fixuræ clauorum, quàm amara uenarum, osiumq; perfractio in manibus illius qui cœlum fabricauit & terram, qui operatus est salutem in medio terræ, & inter horum considerationē frequenter repetendum. Redde mihi lætitiã salutaris tuæ, ad imitationem apis quæ inter uolandum semper quendam sonum habet, nec cõticefcit, donec intra florem intrauerit, ubi mellis optati dulcedinem colligit & exugit. O quàm felix eris, si postquam intra florentis paradisi nostri flores sanguineos, uulnera dico, fueris intromissus: ab huius mundi strepitu & tentationum incurfibus per dimidiã saltem horam omnino ualeas liberari, & soli ei ad quem introisti uacans gustare & intelligere possis, quàm bonus, quàm dulcis est Dominus? Sic lustrandi sunt & pedes non minus sanguinis habentes, non minus quàm manus, perfossi & ipsi & perfracti, sanguineas manantes guttis. Tandem accedendum est ad cor humillimum altissimi Iesu per ianuã lateris lanceati, ubi procul dubio thesaurus ineffabilis desiderabilis charitatis later: ubi noua deuotio inuenitur, inde lachrymarum gratia extrahitur: discitur mansuetudo, patientia in aduersis, compassio in afflictis. Præcipue cor contritum & humiliatum ibi inuenitur. Ipse Iesus complexus tuos desiderat, talis ut completatur, expectat: caput floridum multis spinarum aculeis confixum ad te inclinat, ut ad pacis osculum te inuiteret, tanquã dicat tibi: *Ecce quomodo configuratus sum, quomodo confossus, quomodo maceratus, ut te possim ponere super humeros meos, quæ aberraueras ouis mea, & ad pascua reducere paradisi. Redde uicem, & super uulnera mea misericordia commouere, & pone me talem, qualem nunc uides, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, ut in omnibus cogitationibus cordis tui, in omnibus operibus brachij tui mihi taliter, ut uides, signato possis similis inueniri.*

Conformaueram te imagini diuinitatis meæ, cum te crearem: conformatus sum imagini humanitatis tuæ, ut te reformarem: tu ergo qui non retinuisti formam diuinitatis meæ tibi impressam in tua formatione, retine saltem formam humanitatis tuæ mihi impressam in tua recreatione: id est, si non retines qualem te creauit, retine saltem qualem te recreauit. Si non capis quãtas uirtutum diuitias tibi dederim te creando: cape saltem, quantas in humanitate tua miserias propter te acceperim recreando, & ad potiores

Aquàm ad quas te formaueram, delicias reformando. Nam propterea homo uisibilis factus sum, ut à te uisus amarer, qui in deitate mea inuisibilis non amabar. Date ergo præmium in carnationi & passioni meæ, pro quo incarnatus simul & passus dedi me. O dulcissime atque amantissime Iesu, pater luminum, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, misericorditer respice humiliter tibi confitentes, & uerè sentientes, quia sine te nihil possumus facere: & qui dedisti te pro nobis in præcium, da, licet tanto precio minus simus digni, ut tuæ gratiæ tam integræ reddamur, ut conformati imagini passionis tuæ, ad eam quoq; quam peccando amissimus, tuæ diuinitatis imaginem reformemur. Nec prætereundum est, quod apes de liquore florum collecto fauum conficiunt, id est, ceram in se mel continentem. Quid est hoc? Per ceram, tenacem memoriam accipe, quæ apta est ad recipiendum formam sigilli, & ad nutriendum ignem, si tamen in ea sit lignum: quæ cera mel in se continet dulcissimum, mundificatiuum, deterfiuum. Nos uerò si uerè spirituales apes sumus de floribus nostri paradisi Nazareni, id est, orti florentis floridissimi Christi nobis memoriam componamus tenacem, qui non qualibet tentatione dissoluatur, sed apta sit illa memoria recipere impressionem sigilli, id est, crucifixi Iesu, ut illum semper in memoria habeamus, qui dicit: *Pone me sicut signaculum. Signaculum enim regium, crux est: quã si in cordis nostri memoria portauerimus, tantam regionem regis quæ finem non habet, secure poterimus transire. Habet hoc sigillum imaginem crucifixi Iesu in ipso sigillo crucis multis fossuris effossam & expressam, sicut in sigillis imago rerum exprimitur fodiendo. Habet & superscriptionem, titulum à Pilato conscriptum, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Huius superscriptionem significatio spiritualis consequetur. Si quis hoc sigillum crucis gestare curauerit tenaci memoriæ impressum, habebit Iesum, id est, salutem, quod primum est in superscriptione. Salus autem quæ ab omnibus sanæ mentis appetitur, in tribus consistit, ut quæ in tribus dictionibus exprimitur. In hac dictione Nazarenus, quod interpretatur florens, uoluptatem siue delectationem intellige, quia florum pulchritudo delectat. Vnde in libro Sapientiæ luxuriosorum uoluptas exprimitur his dictis: *Nullum pratum sit quod non pertranseat uoluptas nostra. Coronemus nos rosas, ante quàm marcescant. In hac dictione rex, diuitiæ exprimuntur. Reges enim diuites esse solent super omnes quos regunt. In hac dictione Iudæorum gloria accipitur: quia uno modo Iudæus glorians interpretatur. Portitor ergo uoluntarius sigilli regis nostri, crucis crucifixi Iesu fructum superscriptionis consequatur, ut sit salus scilicet, ut uoluptatem consequatur sempiternam, torrente uoluptatis summi regis**

regis potatus, æternas quoque diuitias thesauri A
zet in optimo Iesu, in quo sunt omnes thesauri
sapientiæ et scientiæ reconditi: in ipso quoque glo
rietur sine termino, qui excelsus est super omnes
gentes, & cuius gloria super cælos. Illuminat
quoque donum cordis nostri, & fouet in eo ig
nem charitatis diuinæ. Cera tenacis memoriæ
per lignum intelligitur, ita tamen si sit in eo li
gnum: id est, exercitiū spiritualis laboris, quod
per lignū intelligitur sumptum de ligno, quod
multis laboribus conteri solet, ut ad utilitatem
aliquam perducatur. Si ergo in memoria nostra
passionis Christi laborem habemus, potest ac
cendi & ardere charitas eius in nobis, qui illu
minat tenebras ignorantiae nostræ, & accendit
frigus tarditatis nostræ, ut et nos parati simus pa
ti pro illo, qui prior pro nobis passus est. In tali
cera memoriæ nostræ debet esse mel: id est, de
lectatio de recordatione crucis, quæ est mel dul
cissimum. Quid tam amarum, quod in recor
datione uiuicę passionis non possit dulcescere?
Certè legimus Hebræos cum exissent de Ae
gypto, uenisse ad aquam amarissimam, quam
nullus gustare poterat: cui cum Moyses lignum
iniecisset, dulcorata est sic, ut eam delectabili
ter biberēt. Quid apertius per aquam amaram,
quam cuiuslibet aduersitatis amaritudo signa
tur, cui cum lignum crucis inijcitur, id est, cum
passio dulcis Iesu consideratur, necesse est om
nem passionem hominis leuem uideri respectu
passionis Domini, quam pro hominibus uo
luit sustinere Deus & homo, mediator Dei &
hominum Dominus Iesus. Est & mel mundi
ficatum, quia uerè nihil est, quod ita ab om
nium uitiorum impulsu & contagione cogita
tionem nostram purificet, & in puritate conser
uet sicut iugis memoria crucis & passionis Do
mini Iesu. Est & mel descensuum, quia contra
aliorum liquorum consuetudinem naturalem,
quod in melle est purissimum, ad ima descēdit,
feculentum uerò ascendit. Quid per talem de
scensum, nisi uirtus humilitatis designat? Quæ
perfectio uirtus in passionis Domini mem
oria acquiritur & conseruatur: quia non potest
quis non humiliari, cum recordatur pro se humi
liatum Dominum maiestatis. Indignum quip
pe esset, hominem lutum & cinerem per sui ele
uationem illuc ascendere, ubi angelus perfectis
simus in omni scientia & decore, quia humilitate
caruit, non potuit remanere. Colligamus
ergo nobis in floribus uitis nostræ Domini Ie
su talem memoriam, talem delectationem, ut
stigmata crucifixi nostri in memoria iugiter re
tinentes, ita in ipso qui solus est dulcis, delecte
mur: ut omnes per ipsum præsentis uitæ amari
tudines superemus, mundemur ab omni deli
ctio, & in bonis operibus iugiter per humilitatis
custodiam conseruemur.

De odore florum. Cap. XLV.

Sper est ut dulci Iesu adiuuante dicamus,
Squid sit quod per odorem florum uitis om

nia uenenata præcipue effugentur. Cuius rei ra
tio citius inuenitur, si quid serpentes significant,
agnoscatur. Quod autem de serpentibus dici
tur, de alijs quoque uenenolis reptilibus acci
piatur. Quid autem melius per serpentes, quam
diabolicas suggestiones accipiamus? Ad simili
tudinem enim serpentum reptant occulte per
mentes hominum, sed subito nisi agnoscantur,
morsus mortales incautos affigunt: quod præ
figuratum accepimus in filijs Israel in deserto à
serpentibus miserabiliter interemptis. Huius
interemptionis causam ponit Apostolus, dicens:
Neque tentemus Deum, sicut quidam eorum
tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Quid
est autem tantare Deum? Non credere Domi
no. Incredulitatis namque uitio urgebantur, eo
que à serpentibus occisi sunt. Quid est autem deser
tum, in quo occisi sunt, nisi hic mundus, in quo
uagamur per baptismum tanquam rubrū trans
eunt mare, liberati per nostrum legislatorem
Dominum Iesum à seruitute Aegyptiaca, qua
ante baptismi gratiam premebamur? Si autem
diligentius consideremus, cuncta penè uitia ex
incredulitatis uitio inuenimus oriri. Quis e
nim uanam mundi gloriam quæreret, si perfe
ctè crederet aliam esse futuram in cælis immar
cescibilem, quam oculus non uidit, nec auris au
diuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ hu
milibus conseruantur? Putas ne huic gloriæ
mundanæ tam incertæ, quam transitorie animū
inclinarēt? Nequaquam. Sed quod tales asse
runt se Deo credere, prouenit ex quadam con
suetudine, quia totum penè mundum tali uidēt
et audiunt fidē teneri. Quod si infidelium nu
merus excreueret, & nomen Christi non pos
sent sine pœna uel sine timore cōfiteri: citius au
dire deberes eos quod corde gerūt, lingua pro
palare eum quem factis denegare non timent.
Simile est de auaris qui cœlestes non curant di
uitias, & de inuidijs qui charitatis laudem & præ
mium non attendunt, & de iracundis, qui in pa
tientia animas suas non possident, & de acedio
sis, qui pro æterno commodo labores subire re
fugunt temporales, & luxuriosis qui cœlestibus
uoluptatibus mentis oculum non intendunt, &
de gulosis, qui panem illum delicatissimum an
gelorum suis epulis terrenis postponunt: quia si
ea quæ futura promittuntur uerè crederent, ne
quaquam terrenis tam ardentè inhierent. Pro
pter ergo incredulitatē suam, dantur non solum
uulnerandi per tentationes, sed etiam occidēdi
per ueneni sui infusionē serpentibus ignitis: id
est, demonibus illius maximi et tortuosi serpen
tis primi peruerforis ministris, qui illos secum
peruertunt, & incendijs æternis addicunt, quos
in hac uita incendio suarum prauarū suggestio
num corrumpunt. Sed remedium attendamus,
per quod uitium incredulitatis subiectum est.
Dixit Dominus ad Moysen: Fac serpentem æ
neum, & pone in ligno erecto, quem qui intuiti
fuerint, à serpentium moribus sanabunt: cuius
serpentis

serpentis mysteriū ipse Dominus Iesus curauit A
exponere dicens, Sicut Moyses exaltauit serpen
tem in deserto, ita exaltari oportet filium homi
nis, ut omnis qui credit in illo, nō pereat. Vides
ne quorsum feramur? Prorsus ad exaltatum in
cruce benignum Iesum, qui optimè serpenti æ
neo & exaltato comparatur. Serpens enim dici
tur mortifer, quia per suggestionem serpentis
mors intrauit in orbem: æneus uerò, quia cha
ritatis simul & passionis ignibus conflatus, pas
sionis sanguine rubricatus, ad modum æris in re
surrectione induratus est, quia ultra non morif.
Exaltatio autem serpentis, exaltationem cruci
fixi Iesu figurat. Hic est serpens, quem incredu
li à malignis spiritibus uulnerati ad crudelitatem
conuersi, si uolunt saluari, respicere commonen
tur. Est enim serpens iste de uirga Moysi trans
formatus. Per uirgam, quæ est insigne regium,
Deum intelligit: per serpentem uerò, cuius sug
gestionem primi parentes mortui sunt, hominem
mortalem accipe. Mutata est uirga in serpen
tem, quando uerbum caro factum est, assumens
quod non erat: id est humanitatem, manens quod
erat, id est, Deus. Sicut ergo factus serpens ma
gorum Aegyptiorum serpentes deuorauit, sic
Deus factus homo inimicorum suggerentium
peccata, & fraudes euacuauit, maxime tamen
cum esset exaltatus in cruce, cum sanguinis sui
flores ostenderet, & florum scilicet uirtutū sua
rum odorem per totum mundum effunderet, &
corda quibuscumque uitijs uulnerata sanaret. Re
spiciamus igitur & nos in faciem serpentis ænei,
elevatori Christi, si uolumus à prauorum damo
num suggestionibus serpentinis liberari. Respi
cere autem fide, in ipsum tendere est: quod non
infirma, sed forti & perfecta fide cōpletur. Sunt
autem qui quidem ore confitentur, quoniā Chri
stiani sunt, factis autem negant, quos non puto
fide tendere in cruce fixum piū Iesum. Ut au
tem hic per similitudinem aliquo modo offen
damus. Similis est enim fides uino, quod tantū
colorem habet uini, sed à sapore ueri uini & uiri
bus est alienum: cuiusmodi uinum non credo fi
deliter Deo acceptū, sed quale in Cantico canti
corū laudatur, ubi ipse sponsus ad sponsam ait,
Guttur tuum, sicut uinū optimum. Et illa statim
respondet, Dignum dilecto meo ad potandum,
& dentibus eius ad ruminandū. Et post pauca:
Dabo, inquit, tibi uinum conditū & mixtū ma
lorum granatorum meorum. Ecce quale uinū erit
placens dilecto, et quod in amorem nostri illum
accendat. Est namque uinū optimū, quod est fides
perfecta, cordis sententia & oris confessione pa
riter cōcordante. Et quod subditur, Dabo tibi ui
num conditū, fides bonis uirtutū operibus con
dita & exercitata intelligitur. Tali fide tenditur
& intenditur in piū Deum non fide ficta, ope
ribusque carente, sine quibus fides mortua est. De
mus ergo dilecto nostro pio Deo uinū optimū
fidei perfectæ, & uinum diuersis aromatibus uir
tute saporosum, & sicut ueamur in faciem eius

pro nobis ad similitudinē serpentis ænei in cruce
suspensi. Et quotiens alicuius serpentina tenen
tationis morsu nos cognouerimus uulneratos,
ad crucem curramus, & thronum crucis quan
doque ignominia, nunc summæ gloriæ acceda
mus: & fide, & spe, & charitate liberatorem pijs
simū intendentes, per mortem nostri serpentis,
qui mortem antiqui serpentis occidit, à serpen
tum moribus petemus, ac poterimus liberari.

De fructu uitis nostræ. Cap. XLVI.

Q Via docente & ducente, ut spero, nos pari
ter pro Iesu duce optimo & doctore pro
lixiore multo quam sperauimus, sermonē ha
buimus de floribus uitis nostræ: nunc eodem
nos adiuuante, qui usque in finem diligit & dirigit
suos, in cuius manu sumus & nos & sermones
nostri, ad fructum eiusdem uitis animum accli
nemus, florum dispendium fructuum compen
dio redempturi. Cōfortata est enim scientia fru
ctus uitis nostræ huius, & non potest ad eam no
stri ingenio tarditas eleuari. Ut ergo oēs ab
scindamus ambages, fructus perquiramus. Præ
cipue redemptio est plantata in terra benedicta,
in uirgine uirginum Maria. Illa uitis uera, dulcis
Iesus apparuit in natiuitate, præcisā in circuncisi
one, circumfossa in insidijs, perfossa clauis, ligata
uinculis multiplicibus: frondit in uirtutibus,
fructificauit in passione, & redemit hominē, quē
alio modo redimi non conteniebat. Sed dicis,
Quomodo dicitur in passione fructificasse, qui
paulo ante dictus est in natiuitate floruisse? Nū
quid idē sunt flores & fructus? An ita subito si
ne interuallo temporis fructus suum florem se
cutus est? Non enim id uidemus fieri in rerum
naturis. Præcedit enim flores, & intercedit mul
ti temporis interuallum, ut fructus ad maturita
tem perducatur, quod nos uerum quidem esse
fatemur. Verum ea quæ habemus præ manibus,
non tantū humana, sed & diuina sunt: unde non
sequuntur rerum naturas in omnibus, sed natu
ræ magis suam sequuntur authorē. Quod uideli
cet apertius intelliges, si diligentius uolueris in
tueri in omni arborū genere, in ortu fructus flo
rem decidere & perire: in hominibus quoque &
ferè cunctis animantibus, fructus foliorum florē
uirginitatis abscindit. Non sic erat à natiuitate ui
tis nostræ. Beatissima enim mater illius fructum
quidem protulit benedictum, non amissouirgi
nitatis flore, imò magis per partum mirabilem
& mundissimū est decorata, ubi lex, ubi iura na
turæ abscisa sunt. Non est igitur magnum si sine
temporis interuallo flores uitis nostræ non pere
unt, fructus saluberrimus consecutus est. Pro
tulit eum mater pulcherrima, flore uirginali nō
perdito: protulit & ipse fructum redemptionis
nostræ, floribus uirtutum non marcescentibus.
Nec tamen caret ratione, maturitas fructus acce
lerata. Patet enim, quia secundum augmentū &
diminutionem caloris, maturitas fructus uel ac
celerat uel tardat. Vide ergo magnitudinem ca
loris, imò feruoris in patiente pio Iesu, & non
miraberis

Q q q miraberis

miraberis fructus sui accelerationem. Ardebat incomparabiliter charitatis intrinsecus, & passionis extrinsecus igne, ut fructum nostrae redemptionis sine mora produceret. Productus ergo botrus ille optabilis cunctis patriarchis & prophetis alijsq; iustis, scilicet redemptio nostra, quem fructum ecclesia non solum ex his qui sunt sub tempore gratiae, sed à mundi principio iuste congregata, dulcem sibi fore gratulatur. De sponso in Cantico amoris: Sub umbra illius quem desiderabam, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Quid mirum si redemptio iustorum à diabolica tyrannide, à tenebris & umbra mortis, à carcere infernali, quo inclusi tenebantur, reductio in paradysum angelorum custodia deputatur? Quid mirum praesentiam Christi fuisse delectabilem, atq; uotiuam tanto tempore expectati ac desiderati? In afflictis enim rebus constitutis tanto solet esse gratior liberatoris aduentus, quanto fuerit diuturnior afflictio. Quanto enim tempore primus Abel iustus, primus martyr, qui sua passione primus liberatorem praefiguravit, expectauerat? quandiu ipse Adam & Eua parentes nostri adhuc etiam in inferno, paradysi gaudia ad memoriam inuicem reuocantes istam redemptionem situerant cum alijs sanctis & iustis, qui se liberandos sperabant? Quanto putas eos exultasse tripudio, cum ille crucifixus adueniret, angelis praecedentibus & clamantibus, Tollite portas principes uestras et eleuamini portae aeternales, & introibit rex gloriae? Quanta putas eos alacritate contremuisse, & consonis subilis in communem laetitiam profusuisse ac dixisse? Aduenisti desiderabilis, quem expectabamus in tenebris, ut educeres uinctos de claustris. Te nostra uocabant suspiria, te larga requirebant lamenta. Tu factus es spes desideratis, magna consolatio in tormentis. O quam dulcis fructus reductionis his, qui in tanta & tam amara seruitute fuerant constituti. Hic est fructus, de quo sponsus loquitur in Cantico amoris: Dixi ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Quid est in palmam? in cruce eius, cuius una pars de arbore palmae dicitur facta fuisse refertur. De cypresso, de cedro, de oliua, de palmis. Cypressus in profundo, cedrus in longo, oliua in alto, palma in lato. unde dicit Apostolus: Ut possimus comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, longitudo, subtilitas, & profundum. Profundum uero in cruce uocatur illud lignum, quod infixum erat terrae, in quo stabat lignum erectum & cui dorsum crucifixi Domini applicandum fuerat, quod est crucis longitudo. Lignum uero ex transuerso illo appositum, cui manus erant affixae, latitudo crucis nominatur. Illud autem quod à Pilato fuit appositum, in quo titulus triumphalis fuit scriptus, altitudo nuncupatur. Habent autem horum lignorum singula suas mysticas significationes secundum naturas suas, Cypressus enim

A timorem siue humilitatem significat, ubi est radix crucis, per quam non solum situs humilis, sed natura eius exprimitur: quia ut dicitur, fugat odore serpentes, id est diabolos, quorum proprius ahara character superbia ab humilitatis uirtute fugatur. Cedrus arbor longitudine praestans alijs arboribus, longitudinem crucis, id est perseverantiam significat, siue patientiam. Naturali enim sua uirtute approbatur: quia est ualde durabilis, & corrumpi ex natura non potest. Oliua uero arbor, oleum effundens, per quem misericordiae opera significantur, charitatem significat: quae arbor bene latitudinem habet crucis, quia lata est charitas, quae etiam ad inimicos extendi praecipitur. Palma porro arbor uictoriae significans, altitudinem crucis optime significat, spem de supernis habendam, non ad infima deprimendam. Haec arbor habet in se titulum triumphale scriptum, in quo inuenitur fructus crucis. Prima enim dictio est Iesus, per quam intelligitur saluatio, quae idem est quod redemptio. Ecce fructus crucis. Propterea enim Christus crucifixus est, ut redimeret hominem. Quod autem ait, Ascendam in palmam, à parte crucis totam crucem significauit. Sed bene per palmam, in qua titulus signum redemptionis, quae fructus crucis est, inuenitur. Sed dicit aliquis: Diciturus eras de fructu uitae, & dicit de fructu palmae? Quae concordia est uitae & palmae? Ad quod ego: Palma crucem, uitae uero significat crucifixum. Dic igitur, nunquid diuersus est fructus crucis & crucifixi? Non puto. Ergo & idem est fructus & palmae & uitae. Ascendit uitae in palmam, apprehendit fructus palmae, non quos palma habuit ex se: sed ex uite in palmam extenta. Quare ergo dicit ipsa uitae: Apprehendam fructus eius, & non potius dicit, meos: cum palma fructum habuerit à uite, non uitae à palma? Christus non habuit hunc fructum sine palma, imò & per palmam, id est per crucem: quia si Christus crucifixus non esset, non fuisset secuta redemptio. Apprehendit ergo Christus fructum crucis, illum profecto quem ipse per crucem fuerat operatus. Sed habet hic botrus grana multa, scilicet impletionem scripturae, uictoriae de diabolo, resurrectionis gloriam, ascensionis mirabilem eleuationem, donorum spiritus sancti missionem. De impletionem scripturae ipse Dominus testimonium perhibet, dicens Petro: Calicem quem dedit mihi pater, non uis bibere illum? Quomodo ergo implebuntur scripturae? quia sic oportet fieri. Et in alio loco: Nonne oportuit adimpleri omnia quae scripta sunt in lege & prophetis, & psalmis de me? Victoria de diabolo, etiam alio modo potuit, tamen alio modo impleri non debuit. Multum enim desipit, qui sapientiam Dei & Domini aliud aliquid putat, nisi id quod praestantissimum fuit ordinasse. Necessarium fuit esse per hominem uinci, & per lignum, qui hominem uicerat per lignum, ut unde mors oriebatur, inde uita resurgeret: & qui in ligno uincebat, in ligno quoque uinceretur. Quare autem per hominem, qui erat

erat Deus, & non per simplicem hominem, satis manifestum est: quia omnes homines peccato erant obnoxij, & non poterat quisquam aliorum soluere uincula, qui seipsum soluere non ualebat. Christus enim fortis, qui originalis peccato nihil debebat, eo quod singulari priuilegio nascendi sine omni carnali concupiscentia conceptus erat: qui solus est inter mortuos liber, solus à morte poterat mortuos liberare, sicut ait Apostolus: Non habebat necesse pro se offerre sacrificium, quemadmodum alij sacerdotes, tam pro sua, quam pro populi ignorantia. Si autem quaeritur, quare Deus potius per se, quam per aliquam aliam creaturam hominem uoluerit liberare: possumus hoc quidem charitati eius imputare, quam ut nobis commendaret, non solum incarnatus, sed & mortuus est pro nobis. Tradidit nihilominus per hoc formam charitatis, ut parati simus, cum necessitas exegerit, pro fratribus nostris animas nostras ponere, cum regem nostrum pro nobis animam posuisse uideamus. Est & adhuc alia rationabilis causa, quare per Dominum redempti sumus: scilicet quia nequaquam decuit nos per alium reformari, quam per eum, per quem formati eramus. Plus enim excitat nos ad charitatem reformatio, sicut sapius supra dictum est, quam formatio. Si ergo per alium quam per ipsum, per quem sumus formati, reformati essemus, plus reformati nostro quam formatori deberemus: & sic plus diligeremus, creaturam, quam creatorem, quod esset inconueniens. Ut ergo incitaret nos ad diligendum ipsum ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus uiribus nostris, impendit nobis quiddam debuit creando, & recreando nos optimus Deus, cuius beneficijs non communicat alienus. Fructum igitur redemptionis nostrae toto desiderio complectamur, & sapius, imò sine intermissione ad memoriam reuocantes, latentem in ipso dulcedinem lingua intellectus nostri degustemus: & in uase memoriae nostrae recondamus sanguinem huius uuae meracissimum, sanguinem inquam rubicundi Iesu, quia factus est nobis redemptio, quia per ipsum saluati & liberati sumus. His floribus, hoc fructu quo redempta est à tyrannide daemónica, iugiter resicienda est fidelis anima, ne in hoc tædioso deserto deficiat, in quo sine requie, sine intermissione laborat suspirans ad illam terram lacte & melle manantem: & cum sponsa proclamans, Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languet. Non ignorat ista, quis & qualis fuerit fructus uitae ligni uitae Iesu Christi. Nonnunquam enim lectum conscientiae nostrae floribus uirtutum & passionis sponsi sui respererat, quae eidem in eodem Cantico amoris proclamat: Lectulus noster floridus, non de alienis, sed de tuis floribus dulcis Iesu. Veni ergo & agnosce tuos flores, requiesce in lectulo tuis floribus adornato. His ergo floribus petit à socijs sponsi, ab annunciatoribus uerbi Dei, se sponsa fulciri: sciens profecto quid uirtutis habeant, qualem effectum operentur

A tur in ipsa, tales flores per ministrum uerbi ad memoriam reuocati: quantum ipsam in tentationibus & periculis praesentis uitae confortent, quantum ad supernae patriae desiderium accendant. Nec dubito, quin eadem sponsa in hortu sanctorum scripturarum sui sponsi quandoque fuerit introducta, ubi proculdubio lignum uitae ueram inuenit, cuius alacriter fructum apprehendit, uolens in mente sua, & reuoluens & intuens diligenter ac perspicaciter, qualem ex ardore dilecti sui, imò ex ipso dilecto fuerit fructum consecuta: sentitque infallibiliter, quantum amoris ei debeat, quantum ad omnia pericula sustinenda merito debeat confortari gustato spiritu fructuosissima, quem ex arbore tam dilecta suscepit. Optat ergo sibi sapius ad memoriam reuocari hos flores, & hunc fructum: quia & illis fulciri, ne cadat: & his stipari, ne aliquo modo moueatur, exorat: sciens nimirum quod uirium habeant & illorum odor & huius sapor. Quod autem addit, Quia amore languet: quid est, nisi quod sponsa desiderio supernae patriae accensa dilationem diuturnam non patitur? Unde in eodem: Filiae Hierusalem nunciate dilecto, quia amore languet. Quis est amor iste tam ualidus & languorem inducens? Nunquid non est amor, de quo scriptum est: Fortis est ut mors dilectior? Qualis est ista fortitudo, quae infirmitatem inducit? Respondeant illi qui in libro experientiae huius questionis solutionem perlegerunt. Experientiae dixi. Et quare non sapientiae, quae à sapore dicta est? Qui ergo in libro Sapientiae legerunt, id est qui saporem internum experti sunt, dicant & doceant nos, quis sit iste amor, qui cum sit fortis ut mors, facit amantes languere usque ad mortem: quia in morte huius corporis & non ante sanantur. Possent quidem medio tempore dum in uita hac mortali, siue in hac morte uitali degunt, dilecti ac desiderabilis floribus & fructibus cori solari: at non satari, donec ueniat dies, quem cum propheta desiderant dicentes, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et in alio loco: Adimplebis me iucunditate cum uultu tuo delectationes in dextera tua usque in finem. De qua dextera aliàs legitur: Laeua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et uide quam bene ista autoritas cum superioribus concordat, ut laeua dilecti appelletur recordatio illius charitatis, qua nulla maior est, quam ea qua posuit animam suam pro amicis suis. In dextera uero beatam Dei uisionem, quam promissit amicis suis, & gaudium, de praesentia diuinae maiestatis: Merito illa Dei & deifica uisio, illa diuinae praesentiae inestimabilis dilectio in dextera deputatur, de qua delectabiliter canitur: Delectationes in dextera tua usque in finem. Merito in laeua memorialis illa & semper memoranda dilectio collocatur, ut donec transeat iniquitas super eam, sponsa requiescat & recumbat. Merito ergo laeua sponsi sub capite sponsae, super quam uidebitur caput suum inclinata sustentet: id est, uenient

tis suae intentione incurruetur, ne inclinetur ad carnalia & secularia desideria: quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Idem ergo per flores & fructum nostrae uitae, & per laetiam ipsius sponsi figuratur: languoris autem sanatio per dexteram eius. Per hos ergo flores & fructum nostrae uitae non perit se fulciri, nec aliena dilectione gloriantur se sustentari, qui spem & fiduciam suam non in rebus caducis posuerunt: sed illa tantum anima, quae modò pro amore & desiderio dilecti corporalibus & mundanis curis languet, imò & moritur, cui & dicitur, Quae est ista quae ascendit de deserto delictis affluens, in nixa super dilectum suum? De deserto quippe huius mundi ascendit, quae cor suum cum corde dilecti in ea charitate conuexit, quaerens ea quae sursum sunt, non quae super terram. Unde delictis uirtutis affluit, tanquam unguento delibuta diuersorum aromatum, quae de dilecti paradiso collegit, sequens est qui pro ea passus, suum ipsi reliquit exemplum. Unde & bene dicitur, In nixa super dilectum suum, non super hominem: quia maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, nec super aliquas res terrenas quae omnia reputauit quasi stercora, ut Christum lucrificeret. Talis ergo anima, quae nunc floribus & fructu uitae uerae sponsi sui fulcitur, quae modò pro amore illius languet usque ad mortem dicens cum Iob: Desperavi, nequaquam iam ultra uitam: talis inquam, post haec sponsi dulcissima dextera ineffabiliter amplexari, & fructu aeternae iucunditatis satiari merebitur, languore non solum sanato, sed & aucto. Sanabitur enim languor intolerabilis desiderij, in perfruitione iucundissima dilecti desiderati, non tamen auferatur, imò augebitur idem desiderium: sed tunc non erit languor, sed depulsio fastidij, cum desideras plenissime satiabit desiderato, & satiatas dicit in satietate desiderare mutua & interminabili et inexplicabili generatione, desiderio generante satietatem & satietate desiderium pariente, sed iam reuertamur ad uiam. Est tertium granum in botro redemptionis nostrae dominica resurrectione, quae quantum habuit habeatque dulcedinis, quis explicet? Ponat aliquis tamen, si quis potest, in corde suo magnitudinem ineffabile illius beatissimae & tristissimae passionis, uideat quanto desperationis moerore, illa dilectorum passio Iesu corda percussa fuerunt, uideat illarum fidelium mulierum lamentationes, quae dulcissimum Iesum ad passionis locum euntem cum sibi crucem baularat, & cum dulcissimam animam expiraret, non deseruerunt. Videat precipue illam tunc spectantem mulierculam, nunc uero mundi dominam, matrem Domini, quam acutus doloris gladius animam eius pertransierit: uideat totius mundi machinam fabricatori suo compatiertem, terra caligine inuolutam. Videat inquam, haec & tantae turbationi serenitatem tertiae diei, & insperatam laetitiam laetissimae resurrectionis

A annectat, recogitetque propensius cum quanta exultatione susceperint Dominum a mortuis resurgentem, quem cum ingenti tristitia uiderant morientem. Vide cum quanta iucunditate recompensauerit in resurrectione discipulos, suam tristitiam illam & sanctissimam extremam comestionis suae coenam, in qua dixit, Non bibam amodo de generatione uitae, donec bibam illam uobiscum nouam. Ecce iam nunc resurrexit in gloria uitae uera, comeditque & bibit cum eisdem discipulis cum gaudio maximo proculdubio, seque dubitantibus aliquibus uidentum pariter & tangendum exhibuit. Nec putet quisquam, quod resurrexerit ad gaudium solis discipulis, imò & resurrexit nobis & toti mundo, beatificans omnes: qui quamuis non uideant, credunt tamen ipsum passum fuisse propter delicta nostra, & resurrexisse propter iustificationem nostram, quibus docemur, quoniam si socij fuerimus passionis, erimus & resurrectionis: & ut non dubitemus mortalia corpora nostra resurrectionis gloria sublimanda, cum caput nostrum morte turpissima condemnatum resurrexisse credamus. Nam sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Primitiae enim dormientium Christus, deinde hi qui sunt Christi, in aduentu eius qui ad exemplum Christi resurgentis, ad gloriam ultra non morituri resurgent. Est & ascensio granum in botro redemptionis per passionem factae, dulce quidem granum, plurimum in se continens dulcedinis, faciens gaudium caelis & terris. Quis enim dubitet gaudium magnum factum discipulis, cum eum ut hominem uiderent coelestia penetrantem? Stabant animis simul & cordibus in caelum erectis, animi sui gaudium non capientes, sed in uoce iubilationis eunti Domino gratulantes. Exultauit proculdubio & coelum, omnes uidelicet angelorum, chori purpurato suo Domino nostrae carnis trabea occurrentes, et summa cum laude summum suscipientes uictorem. Quod si in unius uicti siue martyris animae aduentu omnis angelorum exultat chorus, quantum putas in singularis sui imperatoris aduentu omnium ordinum spiritus exultasse? Humano igitur intellectu ad huius laudis & gaudij magnitudinem succumbente, gaudeamus & nos dulcedinem huius granum recolendam admirando, diligendo fugamus, exultantes in spiritu sancto, pro eo quod carnis nostrae portio in dulcissimo Domino, in summo trinitatis throno excellentissime sit collocata, intendentes animos nostros quantum possumus, post ipsum & in ipsum: ipsi in humilitatis spiritu supplicantes, quatenus nos post se trahere dignetur: ut in odore unguentorum ipsius currentes in illa cellaria, in illam supremam apothecam aromatum, in illa interiora sancta sanctorum mereamur introduci, quo ipse Christus caput nostrum praecelsit. Quintum botri nostri granum, missio spiritus sancti est. Quis uinum iucundissimum huius granum ualeat explicare? Vinum inquam,

quam, & si magis placeat, mustum. Mox enim accepto ab Apostolis, & alijs qui cum eis erant expectantibus, spiritu sancto inebriati sunt, eruptauerunt uerbum bonum, loquebantur uarijs linguis magnalia Dei. Antè timore absconditi, nunc cucurrerunt foras, non iam timuerunt aquam populi frementis charitatis igne succensi. Tunc pro certo experientes uerum esse, quod scriptum est: Aquae multae non poterunt extinguere charitatem, & flumina non obruerunt illam. Irruerunt enim in eos flumina potestatum, fluxerunt aquae populosa multitudinis: flauerunt uenti ac procellae comminationem uerborum, & ignis charitatis non est extinctus, imò etiam auctus est. Ibant enim Apostoli gaudentes a conspectu consilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati. Est autem auctus ignis charitatis, pluribus per eorum praedicationem accensis, & eadem qua ipsi ardebant, iucunditate succensis. Sed quid aiebant Iudaei omnium bonorum increduli? Musto, inquit, pleni sunt, mentientes & ignorantes, uerum dixerunt. Musto quippe illo nobilissimo charitatis Dei, imò charitate Deo repleti erant, inflammante ad amorem, & confortante ipsos contra timorem. Unde, sicut mustum non patitur se contineri a uase, nisi foramen habeat, unde prorumpat: sic ab istorum corde per ora eorum se mustum spiritus sancti manifestauit, loquentia magnalia Dei cum mirabili eloquentia. Non enim impedit, sed expedit linguam haustus musti huius, ut illud poeticum uerum inueniatur: Focundi calices, quem non fecere disertum? Focundus uero calix Domini & praeclarus inebriauerat eos, quia sicut ait Apostolus: Charitas Dei diffusa erat in cordibus eorum. Sed uidentur uerbis nostris uerba Petri contraria, qui haustu noui musti audax factus, iam non solum non timuit uerba mulieris cuiusquam, ut antè: sed nec uerba principum. Hic ergo obijciens se in medium, dixit discipulos ebrios non a uino, sed audiamus uerba ipsius optime distincta: Non enim, inquit, sicut uos aestimatis, hi ebrii sunt. Non enim musto tereno ebrii sunt, sicut uos putatis, sed coelesti spiritu. Hauriamus igitur & nos charissimi, de uino iucundissimo granum huius. Quod si uel in quo hauriamus, scilicet uas intellectus non habemus, curramus cum plena fiducia ad singularem nostrum ac prouidum conditorum, cuius figmentum sumus, oremusque ut uas formet in anima nostra huius dulcissimi musti capax: ut nostro consolatore spiritu gratiae septiformis accepto, multiformes tentatoris aduersarij nostri laqueos euadamus, & pedes affectuum nostrorum in compedes sapientiae iniiciamus, ut cum ipsa sapientia colligati trinculis charitatis indefinenter & indefesse curramus post illam, donec ad saporis ipsius plenitudinem attingamus, ubi iam non per speculum & in aenigmate, sed facie ad faciem, regem nostrum in decore uideamus, & sicut sumus cogniti cognoscamus. Hic enim aduertendum puto, quod uitae no-

A strae fructus & comeditur & bibitur. Masticatur enim uua, bibitur uero uinum: quod in uino continetur & in utroque usu iucunditas est, sed in uino & iucunditas & utilitas prolixior est, quod ad botri huius, de quo locuti sumus fruitionem mihi pertinere uidentur. In praesenti enim uita hunc botrum masticamus, cum suauitatem, iucunditatem, & utilitatem nostrae redemptionis dentibus intellectus nostri discutimus, cum resurrectionis potentiam, ascensionis gloriam, & aduentus spiritus sancti utilitatem in cordis nostri consideratione uersamus, tanquam uvas in ore, sicut de his nonnunquam aliqua laetitia cordi nostro. Erit autem Christus postquam cessauerit tempus, id est mutabilitas temporum, quando haec iam non comedemus, sed bibemus inestimabilem de his perpetuam laetitiam consecuti. In comedendo enim aliquis labor est: quod uero bibitur, sine labore recipitur. Unde per comestionem delectatio quaecunque, uel qualiscunque, uel quantacunque, quae sine corpore non percipitur, sed semper aggrauat animam. Per potum uero sine labore acceptum, illius loci & temporis gaudia significantur, ubi & quando iam non erit luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: quoniam haec omnia transierunt. Et ipse ab aeterno stabilis, qui pro nobis, ne uelut umbra transiremus, transiens factus fuit, ministrabit nobis: ibi etiam tunc iam non cum labore & timore & impedimento corporis mortis huius comedemus, sed cum magna iucunditate bibemus uinum redemptionis nostrae, & secundum naturam nobile uinum, quantum plus biberimus licet satureremur, tanto plus sitiemus, admirantes & laudantes sine termino, & sine intermissione bonitatem admirabilem redemptoris nostri, quam in fructu redemptionis nostrae circa nos uoluit exhibere. Et uide, si non ista differentia cibi & potus nobis in uerbis sponsi in Cantica amoris committitur ait, Comeditis amici & bibite, & inebriamini charissimi. Praemonet enim comedere, quod utique ad praesentem uitam pertinet, in qua, sicut diximus, contemplatio labori actionis admixta est: in futura uero uita, quae omni actione caret, gaudio tanquam poculo perfruemur. Bibemus enim & inebriabimur ab ubertate domus Dei, & torrente uoluptatis eius potabimur, iam nos tunc esse regis & sponsi nostri charissimos liquidò cognoscentes, cum aqua omnis laboris & actionis terranae in uinum diuinae contemplationis commutabitur, implebunturque omnes hydrae usque ad summum. Omnes enim implebuntur in bonis domus Domini, cum ille desiderabilis nuptiae sponsus, id est, Christi, & sponsa, id est, uniuersalis ecclesiae celebrabitur. Bibeturque in summa laetitia cordis omnium clamantium domino & dicentium, Tu bonum uinum seruasti usque adhuc. Nos autem dicimus hanc laetitiam per cibum significari, cum scriptum sit: Ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, licet expositio praecedentis auctoritatis etiam in hac posita

locum obtinere. Si uero afferat aliquis indignū fore, ut tanta uitis tantum laborata, & laborans unum tantum botrum produxerit, potest si uult ea quæ nos grana appellamus, botros appellare, & singulis aliquam granorum multitudinem adiungere. Veruntamen non irrationabiliter in præfenti botros uitis innumeros inuenimus, si omnes ecclesias, omnia monasteria, omnes congregationes quæ in uniuersa ecclesia sunt, uolumus intueri. Hos enim botros quis produxit, nisi uitis nostra? Nam & Christus & ecclesia uitis una sunt, sicut unum corpus singulæ congregationes, singuli botri: grana uero singularitatem exprimunt personarum, & non inconuenienter ut mihi uidetur. Nam per exteriorem folliculum grani, siue uix corpus exprimitur, per nucleos ossa, per liquorem anima figuratur, uel sanguis qui est sedes animæ. In morte hominis anima à corpore tanquam uinum de acino exprimitur, & si dignum fuerit, in regale defertur cellarium paradisi celestis, ut gaudium fiat regi celesti & cõiuuiis suis beatis, qui ad nuptias agni uocati sunt & perueniunt. Bibit enim & ipse sponsum uinum proprium de uite sua & uinea sua ecclesia scilicet, cuius & ipse caput est. Bibet & ipse sanguinem uuarum meracissimum, scilicet animas sanctorum expressas, & separatis ab acinis in torculari crucis, in labore & siti, in frigore & nuditate, in uigilijs multis, & alijs

exercitijs spiritualibus. Bibet has, id est, sibi delectabiliter incorporabit, faciens ut unus spiritus secum effectu cum ipso & in ipso, à cunctis de cætero laboribus requiescant. Timeant & caueat sibi illa putrida grana, fratres falsos (peruersos Christianos dico) qui in se uinum non continent, sed uenenum, qui in torculari crucis premi nolunt, & in labore hominum non sunt. Caueant inquam, dum tempus est, ne porcis, id est, diabolis deuorandi proiciantur: quia in cellaria regia, non nisi per torcular crucis iter est. Restabit nobis dicere de secundis floribus uitis nostræ, & de fructibus illorum secundum quod scriptum est: Et resoruit caro mea, quod de resurrectione dici nullus est qui ambigat, cuius fructus erit gloria resurrectionis secundæ: sed nos magis legentem uolentes, scientem relinquere, quam fastidientem, hic huic sermone terminum imponimus: parati emédare, demere, & mutare, sicut ubi contra fidem & contra sacras scripturas aliquid diximus, in omnibus gratias humiliter agentes ei qui gratuita gratia sua nos edocuit: qui aperit os mutorum & linguas infantium discretas facit, nomini cuius nouum, principium operisculi huius finemque consecramus optimo, & dulcissimo Iesu: Amen.

Finit tractatus de passione Domini super, Ego sum uitis uera, editus à beato Bernardo.

B. PATRIS B. PRIMI QVONDAM ABBATIS CLAVALLENSIS COENOBII, RHYTMICA ORATIO AD VNVM quodlibet membrorum Christi patientis, & à cruce pendentis.

<p><i>Ad pedes.</i> Salue mundi salutare, Salue, salue Iesu chare, Cruci tuæ me aptare. Vellem uerè, tu scis quare, Da mihi tui copiam. Ac si præfens sis, accedo, Imò te præfentem credo: O quam nudum hic te cerno, Ecce tibi me prosterno, Sis facilis ad ueniam. Clauos pedum, plagas duras, Et tam graues impressuras, Circumplector cum affectu, Tu pauens in aspectu, Tuorum memor uulnerum. Grates tantæ charitati, Nos agamus uulnerati, O amator peccatorum, Reparator confractorum, O dulcis pater pauperum. Quicquid est in me confractum, Dissipatum aut distractum, Dulcis Iesu totum sana, Tu restaura, tu complana.</p>	<p>Tam pio medicamine. Te in tua cruce quaero, Prout queo corde mero, Me sanabis hic ut spero, Sana me & saluus ero, In tuo lauans sanguine. Plagas tuas rubicundas, Et fixuras tam profundas, Cordi meo fac inscribi, Ut configar totus tibi, Te modis amans omnibus. Dulcis Iesu, pie Deus, Ad te clamo licet reus, Præbe mihi te benignum, Ne repellas me indignum De tuis sanctis pedibus. Coram cruce procumbentem, Hosque pedes cõplectentem, Iesu bone non me spernas, Sed de cruce sancta cernas Compassionis gratia. In hac cruce stans directe, Vide me o mi dilecte, Ad te totum me conuerte, Esto sanus, dic aperte,</p>	<p>Dimitto tibi omnia. <i>Ad genua.</i> Salue Iesu rex sanctorum, Spes uotiuua peccatorum, Crucis ligno tanquam reus, Pendens homo, uerus Deus, Caducis nutans genibus. O quam pauper, o quam nudus, Qualis es in cruce ludus, Derisorum iocus factus, Sponte tamen, non coactus, Attritus membris omnibus. Sanguis tuus abundanter Fusus, fluit incessanter: Totus lotus in cruore, Stas in maximo dolore, Præcinctus uili tegmine. O Maiestas infinita, O egestas inaudita, Quis pro tanta charitate, Quarit te in ueritate, Dans sanguinè pro sanguine? Quid sum tibi responsurus, Acti uilis, corde durus? Quid</p>
--	--	--

<p>Quid rependam amatori, Qui elegit pro me mori, Ne dupla morte morerer? Amor tuus, amor fortis, Quem nõ uincit iura mortis: O quam pia me sub cura, Tua foues in pressura, Ne morfu mortis uulnerer. Ecce tuo præ amore Te complector cum rubore: Me coopto diligenter, Tu scis causam euidenter, Sed suffer & dissimula. Hoc quod ago non te grauet, Sed me fanet & me lauet Inquinatum & ægrotum, Sanguis fluens hic per totum, Vt non super sit macula. In hac cruce te cruentum, Te contemptum & distentū, Vt requiram, me impelle. Et in hoc imple meum uelle, Facturus quod desidero. Vt te quaeram mente pura, Sit hæc mea prima cura, Non est labor, nec grauator: Sed sanabor & mundabor, Cum te complexus fuero. <i>Ad manus.</i> Salue Iesu, pastor bone, Fatigatus in agone, Qui per lignum es distractus, Et ad lignum es compactus, Expanlis sanctis manibus. Manus sanctæ uos auete, Rosis nouis adimpletæ, Hos ad ramos durè iunctæ, Et crudeli ferro punctæ, Tot guttis decurrentibus. Ecce fluit circunquaque, Manu tua de utraque, Sanguis tuus copiose, Rubicundus instar rosæ, Magnæ salutis præcium. Manus clauis perforatas, Et cruore purpuratas, Corde premo præ amore, Sitibundo bibens ore Cruoris stillicidium. O quam largè te exponis, Promptus malis atque bonis: Trahis pigros, pios uocas, Et in tuis uicinis locas, Paratus gratis omnibus. Ecce tibi me præfento Vulnerato & cruento: Semper ægris misereris, De me ergo ne graueris, Qui præfeto es amantibus. In hac cruce sic extensus, In te meos trahes sensus,</p>	<p>Meum posse, uelle, scire, Cruci tuæ fac feruire, Me tuis apta brachijs. In tam lata charitate, Trahe me in ueritate, Propter crucem tuam almam, Trahe me ad crucis palmam, Dans finem meis uitijs. Manus sanctæ uos amplector, Et geniendo condelector. Grates ago plagis tantis, Clauis duris, guttis sanctis, Dans lachrymas cum osculis. In cruore tuo lotum, Me commendo tibi totum. Tuæ sanctæ manus istæ, Me defendat Iesu Christe, Extremis in periculis. <i>Ad latus.</i> Salue Iesu, summe bonus, Ad parcendū nimis pronus: Membra tua macilenta, Quam acerbè sunt distenta, In ramo crucis torrida. Salue latus Saluatoris, In quo lateret mel dulcoris, In quo patet uis amoris, Ex quo scaturit fons cruoris, Qui corda lauat fordida. Ecce tibi appropinquo, Parce Iesu si delinquo, Verecunda quidem fronte, Ad te tamen ueni sponde, Scrutari tua uulnera. Salue mitis apertura, De qua manat uena pura, Porta patens & profunda, Super rosam rubicunda, Medela salutifera, Odor tuus super uinum, Virus pellens serpentinum. Potus tuus, potus uitæ, Qui sititis, huc uenite, Te dulce uulnus aperi. Plaga rubens aperire, Fac cor meum te sentire, Sine me in te transire, Vellem totus introire, Pulsanti pande pauperi. Ore meo te contingo, Et ardentè ad me stringo, In te meum cor intingo, Et feruenti corde lingo, Me totum in te traice. O quam dulcis sapor iste, Qui te gustat Iesu Christe, Tuo uictus à dulcore, Mori posset præ amore, Te unum amans uince. In hac fossa me reconde, Infer meum cor profundè,</p>	<p>Vbi latens incalescat, Et in pace conquiescat, Nec prius quinquā timeat. Hora mortis meus flatus, Intret Iesu tuum latus, Hinc expirans in te uadat, Ne hunc leo trux inuadat, Sed apud te permaneat. <i>Ad pectus.</i> Salue salus mea, Deus, Iesu dulcis amor meus, Salue pectus reuerendum, Cum tremore contingendum, Amoris domicilium. Aue thronus Trinitatis, Arca latæ charitatis, Firmamentum infirmitatis, Pax & pausa fatigatis, Humilium triclinium. Salue Iesu reuerende, Dignè semper inquirende, Me præfentem hic attende, Accedentem me succende, Præcordiali gratia. Pectus mihi confer mundum, Ardens, pium, gemebundum, Voluntatem abnegatam, Tibi semper conformatam, Iuncta uirtutum copia. Iesu dulcis, pastor pie, Fili Dei & Mariæ, Largo fonte tui cordis, Fœditatem meæ fordis, Benignè pater dilue. Aue splendor & figura, Summi Dei genitura, De thesauris tuis plenis, Desolatis & egenis, Munus clementer proflue. Dulcis Iesu, Christi pectus, Tuo fiam dono reclusus, Absolutus à peccatis, Ardens igne charitatis, Vt semper te recogitem. Tu abyssus es sophiæ, Angelorum harmoniæ, Te collaudant: ex te fluxit, Quod Ioannes cubans fluxit In te fac ut inhabitem. Aue fons benignitatis, Plenitudo deitatis, Corporalis in te manet Vanitatem in me fanet, Quod tu confers consilium. Aue uerum templum Dei, Precor miserere mei: Tu totius arca boni, Fac electis me apponi, Vas diues, Deus omnium. Qqq 4 Ad cor.</p>
---	---	---

Summi regis cor aucto,
Te saluto corde lato,
Te complecti me delectat,
Et hoc meum cor affectat,
Ut ad te loquar, animat.
Quo amore uincebaris,
Quo dolore torquebaris,
Cum te totum exhaurires,
Ut te nobis impartires,
Et nos à morte tolleres?
O mors illa quam amara,
Quam immitis, quam auara,
Quæ per cellam introiuit,
In qua mundi uita uiuit,
Te mordens cor dulcissimū.
Propter mortem quam tulisti,
Quando pro me defecisti
Cordeis mei cor dilectum,
In te meum fer affectum,
Hoc est, quod opto plurimū.
O cor dulce prædilectum,
Munda cor meum illectū,
Et in uanis induratum,
Pium fac & timoratum,
Repulso retrò frigore.
Per medullam cordis mei,
Peccatoris atq; rei,
Tuus amor transfertur,
Quò cor totum rapiatur,
Languens amoris uulnere.
Dilatate, aperire,
Tanquam rosa fragrans mirè,
Cordi meo te coniunge,
Vnge illud & compunge,
Qui amat te, quid patitur?
Quid nam agat nescit uerè,
Nec se ualet cohibere,
Nullum modum dat amori,
Multa morte uellet mori,
Amore quisquis uincitur.
Viva cordis uoce clamo,
Dulce cor, te nanq; amo:
Ad cor meum inclinare,
Ut se possit applicare,
Deuoto tibi pectore.
Tuo uiuat in amore,
Ne dormitet in torpore,
Ad te oret, ad te ploret,
Te adoret, te honoret,
Te fruens omni tempore.
Rosa cordis aperire,
Cuius odor fragrat mirè,
Te dignare dilatate,
Fac cor meum anhelare,
Flamma desiderij.
Da cor cordi sociari,
Tecum Iesu uulnerari.
Nam cor cordi similiatur,
Si cor meum perforatur
Sagittis impropertij.

Infer tuum intra sinum,
Cor ut tibi sit uicinum,
In dolore gaudioso,
Cum deiformi specioso,
Quòd uix seipsum capiat.
Hic repaulet, hic moretur,
Ecce iam post te mouetur,
Te ardentem uult finire,
Iesu noli contraire,
Ut bene de te sentiat.
Ad faciem.
Salue apud cruentatum,
Totum spinis coronatum,
Conquassatum, uulneratum,
Arundine sic uerberatum,
Facie sputis illita.
Salue cuius dulcis uultus,
Immutatus & incultus,
Immutauit suum florem,
Totus uersus in pallorem,
Quem cæli tremat curia.
Omnis uigor atq; uiror
Hinc recessit, non admiror:
Mors a parer in aspectu,
Totus pendens in defectu,
Attritus agrâ macie.
Sic affectus, sic despectus,
Propter me sic interfectus,
Peccatori tam indigno,
Cum amoris interfigno,
Appare clara facie.
In hac tua passione,
Me agnosce pastor bone,
Cuius sumpsi mel ex ore,
Hauftum lactis cum dulcore,
Præ omnibus delicijs.
Non me reum aspernetis,
Nec indignum dedigneris,
Morte tibi iam uicina,
Tuum caput hic inclina,
In meis pausa brachijs.
Tua sanctæ passioni
Me gauderem interponi,
In hac cruce tecum mori:
Præsta crucis amatori,
Sub cruce tua moriar.
Morti tuæ tam amaræ,
Grates ago Iesu chare,
Qui es clemens pie Deus,
Fac quòd petit tuus reus,
Ut absq; te non finiar.
Dum me mori est necesse,
Noli mihi tunc deesse,
In tremenda mortis hora
Veni Iesu absq; mora,
Tuere me & libera.
Cum me iubes emigrare,
Iesu chare tunc appare:
O amator amplectende,
Temetipsum tunc ostende,
In cruce saluifera.

*in cōmemorationem Domini-
nicæ passionis, qui & rhythmicæ con-
stat modulatione.*
Iesu dulcis memoria,
Dans uera cordi gaudia:
Sed super mel & omnia,
Eius dulcis præsentia.
Nil canitur suauius,
Nil auditur iucundius,
Nil cogitatur dulcius,
Quam Iesus Dei filius.
Iesu spes pœnitentibus
Quam pius es petentibus,
Quam bonus te querentibus:
Sed quid inuenientibus?
Iesu dulcedo cordium,
Fons uitæ, lumen intantum,
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.
Nec lingua ualet dicere,
Nec litera exprimere:
Expertus potest credere,
Quid sit Iesum diligere.
Iesum quæram in lectulo,
Clauo cordis cubiculo:
Priuatim & in publico,
Quæram amore sedulo.
Cum Maria diluculo,
Iesum quæram in tumulto,
Clamore cordis querulo,
Mente quæram, non oculo.
Tumbam perfundam fletib.
Locum replens gemitibus:
Iesu prouoluam pedibus,
Strictis hærens amplexibus.
Iesus rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Torus desiderabilis.
Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine,
Pulsa mentis caligine,
Mundum replens dulcedine.
Quando cor nostrū uisitas,
Tunc lucet ei ueritas,
Mundi uilescit uanitas,
Et intus feruet charitas.
Amor Iesu dulcissimus,
Et uerè suauissimus,
Plus milies gratissimus,
Quam dicere sufficimus.
Hoc probat eius passio,
Hoc sanguinis effusio,
Per quam nobis redemptio
Datur, & Dei uisio.
Iesum omnes agnoscite,
Amorem eius polcite,
Iesum ardentem quærite,
Quærendo inardescite.
Sic amantem diligite,
Amoris

Amoris uicem reddite,
In hunc odorem currite,
Et uota uotis reddite.
Iesus author clementiæ,
Totius spes lætitiæ,
Dulcoris fons & gratiæ,
Veræ cordis deliciæ.
Iesu mi bone sentiam
Amoris tui copiam,
Da mihi per præsentiam
Tuam uidere gloriam.
Quum dignè loqui nequeam
De te, tamen ne sileam:
Amor facit, ut audeam,
Cum de te solum gaudeam.
Tua Iesu dilectio,
Grata mentis refectio,
Replens sine fastidio,
Dans famem desiderio.
Qui te gustant, esuriunt:
Qui bibunt, adhuc sitiunt:
Desiderare nesciunt
Nisi Iesum, quem diligunt.
Quem tuus amor ebriat,
Nouit quid Iesus sapiat,
Quam felix est quem satiat:
Non est ultra quod cupiat.
Iesu, decus angelicum,
In aure dulce, canticum:
In ore mel mirificum,
In corde nectar coelicum.
Desidero te milies
Mi Iesu, quando uenies?
Me lætum quando facies?
Me de te quando faties?
Amor tuus continuus,
Mithi languor asiduus,
Mithi mellifluus fructus
Est, & uitæ perpetuus.
Iesu, summa benignitas,
Mithi cordis iucunditas,
Incomprehensa bonitas,
Tua me stringat charitas.
Bonum mihi, diligere
Iesum, nil ultra quærere,
Mithi prorsus deficere,
Ut illi queam uiuere.
O Iesu mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ,
Te quærunt piæ lachrymæ,
Te clamor mentis intimæ.
Quocumq; loco fuero,
Mecum Iesum desidero:
Quam lætus, cum inuenero,
Quam felix, cum tenuero.
Tunc amplexus, tunc oscula,
Quæ uincunt mellis pocula:
Tunc felix Christi copula,
Sed in his parua morula.
Iam quod quæsiui, uideo:
Quod concupiui, teneo:
Amore Iesu langueo,
Et corde totus ardeo.
Iesus quum sic diligitur,
Hic amor non extinguitur:
Non tepescit, nec moritur,
Plus crescit, & accenditur.
Hic amor ardet iugiter,
Dulcescit mirabiliter,
Sapit delectabiliter,
Delectat & feliciter.
Hic amor missus cœlitus,
Hæret mihi medullitus,
Mentem incendit penitus,
Hoc delectatur spiritus.
O beatum incendium,
Et ardens desiderium:
O dulce refrigerium,
Amare Dei filium.
Iesu, flos matris uirginis,
Amor nostræ dulcedinis,
Tibi laus, honor numinis,
Regnum beatitudinis.
Veni, ueni rex optime,
Pater immensæ gloriæ,
Affulge menti clarius,
Iam expectatus sapius.
Iesu sole serenior,
Et balsamo suauior,
Omni dulcore dulcior,
Cæteris amabilior.
Cuius gustus sic afficit,
Cuius odor sic reficit,
In quo mens mea deficit,
Solutus amanti sufficit.
Tu mentis delectatio,
Amoris consummatio,
Tu mea gloriatio,
Iesu mundi saluatio.
Mi dilecte reuertere,
Confors paternæ dexteræ:
Hostem uicisti prospere,
Iam cœli regno fruere.
Sequitur te quocumq; ieris:
Mithi tolli non poteris,
Quum meum cor abstuleris
Iesu, laus nostri generis.
Cœli ciues occurrite,
Portas uestras attollite:
Triumphatori dicite,
Aue Iesu rex indypte.
Rex uirtutum, rex gloriæ,
Rex insignis uictoriæ,
Iesu largitor ueniæ,
Honor cœlestis patriæ.
Tu fons misericordiæ,
Tu ueræ lumen patriæ,
Pelle nubem tristitiæ,
Dans nobis lucem gloriæ.
Te cœli chorus prædicat,

Et tuas laudes replicat:
Iesus orbem lætificat,
Et nos Deo pacificat.
Iesus in pace imperat,
Quæ omnem sensum superat:
Hanc mea mens desiderat,
Et ea frui properat.
Iesus ad patrem redijt,
Cœleste regnum subiit:
Cor meum à me tranijt,
Post Iesum simul abiit.
Quæ prosequamur laudibus,
Votis, hymnis, & precibus,
Ut nos donet cœlestibus
Secum perfrui sedibus. Amen.
EIVSDEM SANCTI PATRIS
Bernardi rhythmicæ oratio ad Domi-
num Iesum Christum, eiusq; matrem
intemeratam uirginem.
Summe summi tu patris unice
Mundi faber, & rector fabricæ
Pietatis respectu deice,
Peccatores afflictos respice
Pie pater.
Summa summi tu mater filij,
Clauem nostræ tenens auxiliij,
Foue tui lacte consilij
Peregrinos huius exilij
Pia mater.
Consolentè ô bone Domine,
Respirantes in tuo nomine,
Qui pro mundi tollendo crimine
Dignatus es nasci de uirgine
Matris pater.
Consolentè ô bona domina,
Sitientes tua solamina,
De qua sola felice foemina
Prædicantur hæc duo nomina,
Virgo mater.
O figura patris substantiæ,
Tu es splendor paternæ gloriæ,
Tu es uerum lumen iustitiæ,
De quo manat totius gratiæ
Plenitudo.
O regina regni Dauidici,
Tu es uirga floris Dominicæ,
Tu es arca panis angelici,
De quo nostra meretur refecti
Solitudo.
Virtus patris & sapientia
Suauiter disponens omnia,
Tu & pater una substantia,
Aequus honor, eadem gloria
Est utrique.
Stella maris, regina seculi,
Tu es mater illius paruuli,
Quem adorant fideles populi,
Semper omnes et semper singuli
Et ubique.
O sanctorū sancte mirabilis,
Toti

Toti mundo desiderabilis,
Homo potens & Deus humilis,
Non est tibi, nec erit similis
Deus meus.

O sanctarū sancta dulcissima,
Sola tanto partu dignissima,
Vt de tua carne mundissima,
Nascetur maiestas maxima,
Homo Deus.

Iesu Christe, fons indeficiens,
Fons humana corda reficiens,
Te suspiro, te solum litiens,
Solutus eris mihi sufficiens,
Fili Dei.

Mater Christi, decus uirginē,
Thronum sedens super æthereū,
Nomen tuū sapore melleum
Liquefacit affectum ferreum
Cordis mei.

Summū bonū plenū dulcedinē,
Verum lumen de uero lumine,
Solo cuius auditō nomine
Sariatur mira pinguedine
Cor iustorum.

Summi boni reclinatorium,
Dulcis uini, dulce cellarium,
Quod edulcans dulcedo dulcī
Prælegit sibi in proprium
Rex cœlorum.

Patrum pater præcelse cæteris,
Reparator humani generis,
O qui carnē pro nobis miseris
Mulieris de carne pauperis
Assumpisti.

Matrū mater & uirgo uirginū,
Apotheca salutis hominum,
O quæ mūda de carne Domini
Sine carnis mistura seminum
Concepisti.

Audi precor, o qui das gratiā,
Peccatoris huius miseriam:
Et per tuam misericordiam
Peccatorum meorum ueniam
Mihī dona.

Audi precor, o plena gratia
Peccatoris huius suspiria,
Et pro tua misericordia
Deo meo mere concilia
Mater bona.

Tibi pater fac beneplacitum

Peccatoris istius gemitum:
Soluti mei reatus debitum,
Quia malum prætendo meritū,
Et prætendi.

Tibi mater fac acceptabilem
Peccatoris hanc uocē flebilem,
Redde mihi Deū placabilem,
Ne se præstet inexorablem,
Quem offendi.

O intacta fili puerpera,
Audi planctus animæ miseræ,
Quæ peccati faciens in puluere,
Vt iumentum se computrescere
Lamentatur.

O intacta uirgo puerpera,
Ad te clamat mens mea misera,
Quæ nephāda semper ad scelera
Ab ætate nunc usq; tenera
Effrenatur.

Pie pater errantem corrige,
Piam manum labenti portige:
Iam de luto me fecis erigē,
Et in uiam tuorum dirige
Mandatotum.

Pia mater errantem uisita,
Pio corde me recogita,
Coram Iesu benigno clamita,
Vt meorum remittat debita
Peccatorum.

Esto nobis pater propitius,
Quorum frater es atq; socius:
Te laudamus, te benedicimus,
Adoramus atq; diligimus
Mente tota

Esto nobis mater propitia,
Quorum soror es atq; socia
In tuarum laudum præconia,
Corda nostra fac uoluntaria,
Ac deuota.

Benedicte creator omnium,
Benedicas mentes fidelium,
Nomen tuum benedictum
Mortis tuæ per beneficium,
Quos saluasti.

Benedicta in mulieribus,
Benedicte benedictibus:
Benedictis tuis uberibus,
Hunc lactasti.

Laus & honor sit Dei filio,
Salus, uirtus & benedictio:

F I N I S.

Benedicta sit incarnatio,
Mors illius & resurrectio
In æternum.

Benedictus sit pater luminum,
Benedicta sit uirgo uirginum:
Benedicat cor meum Dominū,
Sitiatq; fontem dulcedinum
Sempiternum. Amen.

PROSA RHYTHMICA MO
dulatione excurrens in laudē Dominice na
tuitatis, authore B. Bernardo Abbate pri
mo Clauentallen. cenobij.

Letabundus
Exultet fidelis chorus,
Halleluia.

Regem regum
Intracta profudit thorus
Res miranda.

Angelus consilij
Natus est de uirgine,
Sol de stella.

Sol occasum nesciens,
Stella semper rutilans,
Semper clara.

Sicut sidus radium,
Profert uirgo filium
Pari forma.

Neq; sidus radio,
Neq; mater filio
Fit corrupta.

Cedrus alta Libani
Conformatur Hyssopo,
Valle nostra.

Verbum ens altissimi
Corporari passum est,
Carne sumpta.

Esaias cecinit,
Synagoga meminit:
Nunquam tamen desinit
Esse cæca.

Si non suis uatibus,
Credat uel gentilibus,
Sibyllinis ueribus

Hæc prædicta.
Infelix propera,
Credere uel uetera

Cur damnaberis gens misera:
Quem docet litera,
Natum considera:

Ipsam en genuit puerpera. Amē.

CON.

C O N F E S S I O N I S P R I V A -

T A E F O R M U L A , Q U A E B E A -
to Bernardo ascribitur, & uere
digna Bernardo.



Nunione acerbissimi doloris tui, qui causam doloris mei assumpsisti, & emendationem pro peccatis meis suscepisti Domine Iesu Christe, cum uniuersitate dolentium, uere poenitentium, & te in ueritate querentium, confiteor tibi omnia peccata mea, mala commissa, & bona omissa, uel non pure aut negligenter facta, sicut in ea melius non sit in numero, pondere & mensura, & dies perditos uitæ meæ, in quibus te offendi, & laudem tuam minui, & a te summo bono cecidi, & proximum in casu traxi. Suscipe ergo Domine de mea misera uita residuum annorum meorum: pro his uero quos male uiuendo perdidisti, quibus perditæ uixi, cor contritum & humilitatū Deus ne despicias. Dies mei declinauerunt, & perierunt sine fructu. Impossibile est, ut eos reuocem: sed placeat tibi, ut recogitem illos in amaritudine animæ meæ. Domine, abyssus profundissimus miseræ meæ, abyssum inuocat altissimæ misericordiæ tuæ. Ne contineas in ira miserationes tuas, & fontem inexhaustum misericordiæ tuæ circa me exicari permittas propter peccata mea, qui misereris omnium: & nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter poenitentiam. Tuum est Domine, remittere peccata, misere mei dum tempus est gratiæ & miserationis: & dum tempus est emendationis, da mereri gloriam benedictionis, ne in die consummationis me feriat uerbum maledictionis. Fac me quæso Domine, assueta mala relinquere & quæ tibi placent, peragere: & studiū quod hucusq; in peccatis exercui, te adiuuante deinceps in tua uoluntate da ut exerceam, ut ubi abundauit delictū, tua gratia reabundet. Rogo te propter te metipsum, & per amorem pijsimæ matris tuæ gloriosæ uirginis Mariæ, & per intercessionem omnium sanctorū tuorum atq; electarū tuarū, ignosce omnibus peccatis, negligentijs & ignorantijs meis: & ne perdas me cum omnibus iniquitatibus meis, neq; in sinē iratus reserues mala mea. Recordare Domine Iesu, quia tuū non est perdere quidquam eorum quæ pater tuus dedit tibi: quin tibi propriū est misereri semper & parcere, neminem perdere, sed saluare. Nam pater tuus misit te in mundum, nō ut iudices mundū: sed ut uitā habeamus per te, ut sis propitiatio nostra, et aduocatus noster, non contra nos. Quod enim debuimus, tu soluisti: quod peccauimus, tu luisti: quod negleximus, tu supplesti. Proficiat ergo nunc Domine, & in extremis meis plenaria, imō superflua satisfactio, amarissima mors tua & preciiū inestimabile fusi sanguinis tui, cōmemoratio satisfactionis tuæ, uenerabile mysteriū

corporis & sanguinis tui, quod tibi quotidie offertur in ecclesia p salute fidelium seruorum tuorum, in qua es tu ipse sacerdos & sacrificiū: ille qui offert pariter, & cui offert, & hoc ipsum quod offertur, ad promerendam in præsentī gratiā, quā non mereor ad obrinendam in futurum requiem & gloriam, quam tua amarissima mors impetravit. Imperfectum meum Domine Iesu, oculi tui uiderunt: sed tu pie, misericors & præstabilis super malitia, ne quæso imputes mihī ad æternum supplicium, qui omnia ad summū & perfectum bonum optime, perfectissime & sapientissime præordinasti: & ne permittas me deleri de libro uitæ, sed offer mihī portionē, quæ me contingit in subsidium tuæ, uidelicet preciosæ passiois, pro qua uoluisti hominem habere tibi coheredem in terra uiuentium. Te igitur Domine, moneat & inclinet ad misericordiā humanæ fragilitatis consideratio, qui nostri quæ sit hominis substantia, & quod non uanē constitueris hominem super terram: & conserua me opus tuæ pietatis, ne in cassum circa ipsum laboraueris, ne ue infructuosa sit in me immaculati cruoris tui effusio. Tu qui es purificationem faciens peccatorū, præsta ut emundatis per te peccatorū fordidibus, illustratusq; mentis acie cognoscā te: teq; agnosens in directione iugiter ad te tendam, ut foelicitandē exitu ad te merear peruenire Iesu Christe Deus meus & Dominus meus, qui cum patre & spiritu sancto uiuit, & c.

T A B V L A S E Q U E N T I S
operis.

De fide.	Sermo I
De spe.	II
De gratia.	III
De timore Dei.	III
De charitate.	V
De primordijs conuersorum.	VI
De conuersione.	VII
De contemptu mundi.	VIII
De habitu.	IX
De compunctione cordis.	X
De tristitia.	XI
De dilectione Dei.	XII
De dilectione proximi.	XIII
De compassione.	XIII
De misericordia.	XV
De exemplis sanctorum.	XVI
De contentione.	XVII
De disciplina.	XVIII
De obedientia.	XIX
De perseverantia.	XX
De uirginitate.	XXI
De continentia.	XXII
De fornicatione.	XXIII
De abstinentia.	XXIII
De ebrietate.	XXV
De peccato.	XXVI
De confessione peccatorum & poenitentia.	XXVII
De communionem.	XXVIII
De cogitatione.	XXIX
De silentio.	XXX
De mendacio.	XXXI
De periurio.	XXXII
De detractione.	XXXIII
De inuidia.	

De inuidia.	XXXIII
De ira.	XXXV
De odio.	XXXVI
De superbia.	XXXVII
De iactantia.	XXXVIII
De humilitate.	XXXIX
De patientia.	XL
De concordia.	XLI
De tolerantia.	XLII
De infirmitate.	XLIII
De auaritia.	XLIV
De cupiditate.	XLV
De paupertate.	XLVI
De murmuracione.	XLVII
De proprio.	XLVIII
De oratione.	XLIX
De lectione.	L
De operatione.	LI
De psalmis & hymnis.	LII
De actiua & contemplatiua uita.	LIII
De curiositate.	LIII
De uigilantia.	LIV
De prudentia.	LVI
Vt laicae mulieres uiuentur.	LVII
Vt uirgo non diligat societatem uirorum.	LVIII
Vt uirgo fugiat societatem iuuenum.	LIX
Vt uirgo non coniungatur malis hominibus.	LX
Vt uirgo non suscipiat dona uel literas in occulto.	LXI
Vt uirgo cum deuotione reddat, quod Deo promissit.	LXII
Vt uirgo semper consideret illum propter quod uenit ad monasterium.	LXIII
Vt uirgo non querat placere hominibus de pulchritudine sui uultus.	LXIII
Vt uirgo non rideat immoderate.	LXV
Vt uirgo non desideret ciuitates uidere.	LXVI
De tentatione.	LXVII
De somnijs.	LXVIII
De breuitate uitae.	LXIX
De morte.	LXX
De iudicio.	LXXI
De oratione.	LXXII
De obsecratione.	LXXIII

DIVI BERNARDI DOCTORIS clarissimi, & abbatris Clareuallensis, Ad sorore sua Modus bene uiuendi, in quo continetur omnium uirtutum summa ad Christianam religionem necessaria.

P R O L O G V S.

Charissima mihi in Christo soror, diu est quod rogasti, ut uerba sanctae admonitionis scriberem tibi. Sed cum scriptum sit: Superbia est quemquam uelle docere meliorem se, indignum me ad hoc opus conspexi: et ideo quod rogasti, aliquando facere distuli. Sed quia iterum iterumque rogasti, rursus ad memoriam reduxi sententiam Domini dicentis: Quicumque angariauerit te mille passus, uade cum eo duo milia: omnique petenti te tribue, undique coactus, tandem charitate compulsus, tuisque orationibus adiutus sub mensa patrum micas collegi. Et si non uidebui, tamen ut potui, quas in hoc libro tuae sanctitati represento. Nunc ergo charissima soror, hunc librum accipe, et eum ante oculos tuos quasi speculum praepone, cumque omni hora uelut speculum contemplare. Praecepta namque Dei specula sunt, in quibus semper animae inspicunt, et in quibus cognoscunt maculas, si quae sunt foeditatis: quia nemo mundus a delicto, et in quibus emendant uicia cogitationum suarum et relucetes uultus quae ex reddita imagine componunt: quia dum praecipit Dominus uicis toto animo intendunt, in eis proculdubio quid in se coele-

A Si sponso placeat, uel quid displiceat cognoscunt. Nunc igitur librum soror uenerabilis, libenter perlege, iterum iterumque relege, et in eo cognosces, qualiter Deum proximamque diligas: quomodo cuncta terrena et transitoria despicias, quemadmodum aeterna ac coelestia concupiscas, qualiter pro Christo aduersa huius mundi patienter sustineas, et prospera ac blandimenta contempnas: quemadmodum in infirmitatibus tuis Deo gratias reddas, uel agas, et in sanitate non superbi- as: quomodo in prosperitate non eleueris, nec in aduersitate frangaris. Soror mihi in Christo dilecta, librum istum tua prudentia studiose percurrat, et peccata mea assidue lugeat. Et qui non sum dignus impetrare indulgentiam, saltem tuis orationibus possim consequi peccatorum meorum ueniam. Omnipotens Deus te custodiat, et ab omni malo defendat, et cum omnibus tecum Deo pariter seruientibus ad uitam perducatur aeternam, uenerabilis soror. Amen.

Sermo primus. De fide.

Dominus dicit in Euangelio: Omnia possibilis sunt credenti. Nemo potest uenire ad aeternam beatitudinem nisi per fidem. Ille uero est beatus, qui recte credit: et recte credendo bene uiuit, et bene uiuendo fidem rectam custodit. Unde beatus Ilidorus: Sine fide nemo potest placere Deo. Fides nequaquam ut extorqueat, sed exemplis atque ratione suadet. Quibus autem uiolenter exigitur perferre in ea, nequaquam possunt: exemplo nouellae arboris, cuius si quis cacumen uiolenter represserit, denuo dum laxatur in id quod prius fuerat, confestim reuertitur. Fides sine operibus mortua est. Et frustra ibidem sola si de blanditur, qui bonis operibus non ornatur. Qui crucem portat, debet mundo mori. Nam crucem ferre, semetipsum est mortificare. Crucem ferre & non mori, simulator hypocritarum est. Qui non dubitauerit in corde suo, sed crediderit, quod cumque petierit fiet sibi. Qui credit in filium Dei, habet uitam aeternam. Qui autem non credit, non uidebit uitam: sed ira Dei manet super illum. Iacobus: Sicut corpus sine anima mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Soror charissima, magna est fides, sed nihil ualet sine charitate. Legitur, soror uenerabilis, terua in te rectam fidem, tene sinceram fidem, custodi intemeratam fidem. Maneat in te recta fides, sit in te incorrupta confessio fides. Nihil temere de Christo loquaris, nihil de Deo prauum uel impium sentias. Nihil peruerse sentiendo, nec dilectionem eius offendas. Esto in fide ista. Habeto in fide recta conuersationem sanctam. Deum quem inuocas fide, non deneges opere. Malum mixtum bonis contaminat plurima. Vnum malum multa bona perdit. Non delinquas in opere, perfecta es in fide. Male uiuendo non polluas fidem, integritatem fidei prauis moribus non corrumpas. Non admisceas uitium uirtutibus, non adiungas malum bonis. Soror amabilis, Deus te incolu- men custodiat. Amen.

De spe.

De spe. Sermo. II.

Dominus dicit in Euangelio: Nolite desperare, sed habete fidem Dei in uobis. Spes quae uidei non est spes. Na quod uidet quis quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Unde Salomon ait, Expectatio iustorum laetitia, spes autem impiorum peribit. Ergo soror charissima & tu expecta Dominum & custodi uiam eius, & exaltabit te ut haereditate capias regnum Dei. Expecta Dominum charissima, & recede a malo, & exaltabit te in die uisitacionis: id est, in die mortis tuae, siue in die iudicii. Qui male agere non cessant, in uanum misericordiam Dei expectant: quae recte expectarent, si a malo recederent. Unde beatus Ilidorus: Timere debemus ne per spem, quam Deus promittit nobis, perseueranter peccemus. Nec rursus, quia iuste peccata dirigit, de Dei misericordia desperemus: sed quod est melius, utrumque periculum fugiamus, ut a malo declinemus, & de pietate Dei ueniam speremus. Omnis quippe iustus spe & formidine nititur, quia nunc spes ad gaudium erigit: nunc ad formidinem terror gehennae reducit. Qui enim de peccati uenia desperat, plus se de desperatione quam de peccato damnat. Igitur soror dilecta, spes tua sit in Iesu Christo sponso tuo firma: quia sperantes in Domino, misericordia circudabit. Spera firmiter in Domino, & fac bonitatem: in habita terram, & in coelesti regno pasceris in diuitijs eius. Soror uenerabilis, depono in iustitiam, & spera in Dei misericordia: aufer a te iniquitatem, & spera in salutem. Emenda te ipsam, & spera in Dei clementiam. Expelle a te prauitatem, & spera indulgentiam: corrige uitam tuam, & spera uitam aeternam. Ad quam te perducere dignetur ille qui te elegit ante seculum. Amen.

De gratia Dei. Sermo. III.

Paulus apostolus dicit, Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia: ut sicut regnauit peccatum in morte, ita & gratia regnet per indulgentiam in uitam aeternam. Stipendia enim peccati mors, gratia autem Dei uita aeterna. Vni cuique autem uestrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Soror clarissima, sicut beatus ait Ilidorus. Profectus hominis donum Dei est. Ergo si dono Dei proficimus, necessesse est, ut de bonis operibus non nosmetipsos, sed Deum laudemus. Nec a te potest quisquam corrigi nisi a Deo. Homo nihil boni habet proprium, cuius uia non est eius, testante propheta qui ait. Scio Domine, quia non est hominis uita eius, nec uiri est, ut ambulet & dirigat gressus suos. Cumque aliquid donum percipit, non plus querat quam cum accepit: ne dum alterius membri officium surripere tentat, id quod meruit perdat. Conturbat enim ordinem corporis totum, qui non suo contentus officio surripit alienum. In diuisione donorum diuersa Dei dona percipiunt. Nec uni homini conceduntur omnia dona, sed ut sit praehumilitatis studio ut alter habeat, ut admiretur in altero. Nam quod in Ezech, animalium alae ad-

terae ad alteram percutiuntur, uirtutes designantur sanctorum mutuo se affectu prouocantur alternoque se exemplo erudientur: honesta uirgo, nolo etiam telateat, quod sine gratia Dei perueniente, comitante, & cooperante nihil boni possumus facere. Gratia Dei nos praeuenit, nec bonum uelimus, concomitatur nos: ut bonum incipiamus, cooperatur nobiscum, nec bonum perficiamus. Ergo a Deo datur nobis bonum uelle, incipere & perficere: igitur a Deo dantur nobis uirtutes. Uitia uero & peccata oriuntur ex nobis. Charitas, pudicitia & honestas a Deo dantur nobis: superbia uero, auaritia, cupiditas, sunt ex nobis. Sine Deo nihil boni possumus facere, per gratiam Dei multa bona possumus operari. Sine gratia Dei ad bene operandum, tardi, pigri & tepidi existimus. Sed per gratiam Dei in bonis operibus grati, & solliciti & deuoti sumus. Sine Deo ad peccandum statim parati sumus, sed per gratiam Dei a peccato liberamur. Sine Deo terrena & transitoria plusquam oportet diligimus. Sed per gratiam Dei cuncta quae in hoc mundo sunt despiciamus, & coelestia desideramus: propter peccatum primi hominis de paradiso eiecimus, sed per gratiam Dei ad paradysum nos peruenire credimus: per peccatum primi hominis in infernum descendimus, sed per gratiam Dei nos confidimus ascendere in coelum. Nam & quod potentes sumus, quod diuites, quod sapientes existimus, non nisi per gratiam Dei sumus. Interea uolo te scire reuerentissima soror, quod omnia bona quae in hoc seculo habemus, per gratiam Dei habemus. Omnia enim mala eueniunt nobis propter peccata nostra: Deus per suam sanctam misericordiam & gratiam det nobis bona. Sed propter peccata nostra accidit nobis mala, per gratiam Dei tribuunt nobis prospera. Sed propter iniquitates nostras adueniunt nobis aduersa, per gratiam Dei dantur nobis necessaria, & propter uitia nostra accidunt nobis contraria. Igitur o sponso Christi, necesse est nobis, ut semper ad memoriam reducamus cum gratiarum actione benemerita Dei, unde ecclesia in Canticis de Christo sponso suo loquitur dicens, Memores uerum tuorum super uinum, recti diligunt te. Ac si diceret: Memores gratiae tuae & misericordiae tuae, atque beneficiorum tuorum diligunt te. Hoc est, illi te diligunt qui recti sunt corde. Illi recti corde sunt, qui de iustitia aut sanctitate nihil suis meritis attribuunt. Sed omnia tuae gratiae dono ascribunt. Memores gratiae tuae qui saluati sunt, diligunt te. Honesti uirgo semper memor esto, quicquid boni in te est, per gratiam Dei est. Audi Paulum apostolum de se dicentem: Gratia Dei sum id quod sum. Sic & tu charissima, gratia Dei es quicquid es. Nam & qui seculum contempsisti, & quod domum patris tui reliquisti, & quod ancilla Dei esse uoluisti, & quod in monasterio seruire Deo decreuisti, & quod dinter ancillas Dei uiuere nunc deuquisti, omnia bona haec per gratiam Dei peruenierunt tibi. Nam & quod uirgo es, & quod prudens & sapiens eris,

Rrr non

qui male agunt...

et si sine gratia dei nihil possumus facere

bona habemus per gratiam Dei

quid dicitur...

homo nichil boni habet...

nō per te, sed per gratiā Dei es. Interrogatio: Dic mihi quæso frater mi, quid est q̄ in sacra scriptura legit̄, quia nemo sanctus, nemo bonus, nemo iustus, nisi solus Deus? Responso: Soror dilecta, sicut dicit̄, ita est uere solus Deus, est bonus & sanctus atq; iustus: quia per se est bonus. Homines uerò sunt boni non per se, sed per Deū: & ideo solus Deus est bonus, quia per se est bonus. Homines uerò sunt boni, iusti & sancti, non per se, sed per gratiā Dei. Quod bene in Canticis canticorū sp̄s ecclesie, scilicet Christus designat, dicens, Ego flos campi & lilium conuallium: quia odorem uirtutis meæ per uniuersum mundum diffundo. Ego inquit, sum flos campi, & lilium conuallium: id est, ego sum sanctitas, bonitas & iustitia eorum qui cum humilitate in me confidunt: quia nullus eorum poterit esse sanctus, nec bonus sine me. Sicut dixi in Euāgelio: Quia sine menihil potestis facere. Ego sum flos campi, & lilium conuallium. Sicut enim campus floribus adornatur & uernat, ita totus mundus fide Christi & notitia decorat̄. Ego flos campi & lilium conuallium: quia illis hominibus amplius meā gratiam dono, qui non in sua bonitate, nec in suis meritis confidunt, sed in me. Soror uenerabilis, ideo te moneo ut nihil tuis meritis attribuas, nihil de te præsumas. In uirtute tua nihil ponas, in uirtutibus tuis non confidas, in tua audacia fiducia non habeas. Omnia diuino dono & diuinæ gratiæ scribe. In omnibus operibus tuis Deo gratias refer, in omnibus actionibus tuis Deo gratias redde, in omni conuersatione tua Deo gratias repende. Cōfidentia tua semper sit in Christo, qui te creauit ex nihilo.

De timore Dei. Sermo. IIII.

Soror charissima, audi quæ dico, audi quæ moneo, ausculta quæ loquor. Deum time su per omnia, & mādata eius semper obserua, quia ecce oculi domini super timentes eum, & in eis qui sperāt super misericordia eius. Et Salomon: Time Dominū, & recede à malo. Qui timet Dominum, nihil negligit. Etiam quidā sapiēs ait: Timor Domini gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini dābit cor, et dabit gaudium & lætitiā in longitudine dierū. Nā quis sine timore est, non poterit iustificari. Timor Domini est sapientia & disciplina: nō sis menducus in timore Dei, & ne accesseris ad illū duplici corde. Timentes Dominū sustinete eius misericordiā, & nō deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis Dominū, credite in illū, ut in oblectatione ueniat uobis misericordia. Qui timetis Dñm credite in illum, & non euacuabit merces uestra. Qui timetis Dominū diligite illum, & illuminabuntur corda uestra. Qui timent Dominum, nō erunt increduli uerbo eius: & qui diligūt illum, conseruabunt uias illius. Qui timēt Dominum, inquirūt quæ beneplacita sunt illi: & qui diligūt illum, replebuntur lege eius. Qui timent Dominum, probabūt corda sua, & in conspectu illius sanctificabūt animas suas. Qui timēt Dominū,

custodiunt mandata eius, & patientiā habebunt usq; ad inspectionem ipsius. Oculi Domini super timētes se, et ipse cognoscit omnia opera eorum. Consummatio timoris Dei est sapientia. Timenti Dñm non occurrūt mala, sed in tentatione Deus liberabit illū à malo. Spiritus timentium Deū requirēt, & in respectione illius benedicēt. Timor Dñi est sicut paradus, benedictio & omnis gloria operiet illū. Beatus uir, cui donatū est timorem Domini habere. Timor Dñi est, initium dilectionis eius. O soror dilecta, nulla res nos sic ab omni peccato custodit immunes, sicut timor inferni & amor Dei. Deum timere est nulla mala facere, & nulla bona que faciēda sunt præterire. Timor Dñi, est fons sapientiæ. Timenti Dominū bene erit in extremis, & in die mortis suæ benedicetur. Soror uenerabilis, bonū est nobis timere Deū: quia timor Domini expellit peccatū. Timor Domini semper emendat. Timor Domini reprimīt uitiū. Timor Domini cautum facit hominē atq; sollicitū. Vbi uerò timor non est, ibi perditio est animæ. Vbi timor non est, ibi dissolutio uitæ est. Vbi timor nō est, ibi est abundantia peccatorū. Igitur honesta uirgo, timor & spes, semper sint in corde tuo. Pariter sint in te, timor & fiducia: spes & metus pariter perseuerent in te. Sic spera in misericordia Dei, ut timeas eius iustitiam. Sed tamē, soror mihi in Christo amabilis, uolo te scire, quatuor esse timores: uidelicet humanum, seruilem, initialem, & castum. Humanus timor est, ut ait Cassiodorus, quando timemus pati pericula carnis, uel perdere bona mundi, propter quod peccamus, hic mundanus timor, malus est: & in primo gradu cum mūdo deseritur, quē Dominus prohibet in Euāgelio, dicens: Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. Secundus timor, est seruilis, ut ait beatus Augustinus: Cū timore gehennæ homo recedit à peccato, & omnia bona quæ facit, non propter dilectionem Dei, sed propter timorem inferni facit. Ille quasi seruus timet, qui bonum quod facit, non timore amittendi bonum, quod nō amat: sed timore patiendi malū, quod formidat facere. Ille nō timet perdere amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in pœnas inferni. De hoc seruili timore ait Paulus: Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorū, id est, spiritum filialem. Bonus est iste seruilis timor, & utilis, licet insufficiens & imperfectus, per quem crescit paulatim consuetudo iustitiæ. Cum incipit homo credere diem iudicij, incipit timere. Si cœpit credere, cœpit et timere: sed qui adhuc timet, non habet perfectam fiduciam in die iudicij. Nondum est in illo perfecta charitas, qui adhuc timet: quia si perfecta in illo esset charitas, nō timeret. Perfecta charitas faceret in homine perfectam iustitiam, & homo non haberet, unde timeret: sed haberet unde desideraret, ut transeat iniquitas, & ueniat regnū Dei. Quid est perfecta charitas, nisi perfecta sanctitas? Ille

habet

habet in se perfectā charitatem, qui perfectē uiuit. Qui perfectē uiuit, non habet unde in inferno damnetur, sed unde in coelo coronetur. Qui perfectā habet in se charitatē, non timet in inferno puniri, sed sperat in coelo cum Deo gloriari. Vnde dicitur in Psalmo: Gloriantur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Ergo timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Timor prius uenit in corde hominis, ut præparetur locus charitati. Huic seruili timori succedit tertius timor, uidelicet initialis, quando homo incipit facere bonū propter dilectionem Dei, quod antea faciebat propter timorem inferni. De hoc initiali timore ait Dauid propheta in Psalmo: Initium sapientiæ timor Domini. Initialis timor est, quando homo incipit amare Deum, quem ante timebat. Et sic excluditur à corde seruili timor. Huic initiali timori succedit quartus timor, scilicet castus, per quē timemus, ne sponsus, scilicet Christus taret, ne discedat à nobis, ne eum offendamus, ne in eū peccemus, & ne eum perdamus. Timor iste scilicet castus, de amore descendit. Timor iste de amore nascitur. De hoc timore legit̄ in Psalmo: Timor Domini sanctus permanet in seculū seculi. In corde hominis prius uenit timor. Et quare uenit? ut lo cum charitati præparet. Cum autem charitas cœperit habitare in corde hominis, tanto magis timor decrescit. Quanto maior est charitas in corde hominis, tanto minor est ibi timor. Quare quia charitas mittit eū foras. Audi soror dilecta, congruentē similitudinē. Sæpe uidemus per lectam introduci linum, quando aliquid fuitur, prius intrat seta, & post setam intrat linū: sic timor prius intrat in mente hominis, & post timorem, charitas: ideo intrat timor, ut introducat charitatem. Sed postquā intrat charitas, foras mittit timorem. Timor iste sanctus est, quia in mente hominis generat sanctitatem. Timor iste sanctus est, quia introducit in mentem hominū perfectā charitatem. Perfecta etenim charitas, perfecta est sanctitas. Timor iste castus est, quia non recipit adulterum amorem, scilicet quia Deū super omnia diligit, & nihil amoris illius præponit. Etiam timor iste dicitur filialis, quia non timet Deum quasi seruus crudelem Dominum, sed quasi filius patrem dulcissimum. Hic timor ideo dicitur filialis, quia non timet quasi seruus, sed quasi filius. Sed quid est, quod ait Dauid ppheta: Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi, cū Iohannes dicat, Perfecta charitas foras mittit timorē? Hoc est quod superius diximus, quia ille habet castū & sanctū timorē, qui Deū nō timet propter pœnas inferni, uel propter supplicia gehennæ, sed cū reuerentiā & amore. Et hic timor, scilicet reuerentia Dei, permanet in seculū seculi: ille uerò qui Deum timet propter pœnas inferni, non habet in se timorē castū, sed seruile: quia non habet perfectā charitatē. Si enim Deū perfectē diligeret, perfectā in se iustitiā haberet: & Deū nō propter pœnas, sed cū reuerentiā & timore timeret. Et ideo timor pœnæ nō est in charitate, quia perfecta charitas eū foras mittit. Alio modo timet seruus Dominū, atq; aliter timet filius patrem: seruus timet Dominū cū desperatione & odio, filius timet patrē cū reuerentiā & amore. Nunc igitur, soror reuerēdissima, moneo te ut timeas Deū cū amore & reuerentiā. Nolo em̄ ut semper iaceas sub iugo timoris depressa, sed ut consurgas per dilectionē ad Dominū patrē tuum, qui te creauit quasi filiam. Etiam te moneo, ut Deum castē diligas, & nihil amoris eius preponas: sed pro amore eius omnia quæ in hoc mundo sunt despicias. Iterum admoneo te, atq; rogo honestissimā uirgo, ut corrigas uitam tuam cum omni studio, ita ut sit sermo tuus pudicus, incelsus honestus, uultus humilis, lingua affabilis, mens plena dilectione, manus plena operatione, iuuāte Domino, sine quo nihil boni poteris facere. Amantissima mihi in Christo soror, si me quasi fratrem audieris, & Deū in toto corde tuo timueris, multa bona non solum in hac uita, sed & in futura habebis. Amen.

De charitate. Sermo V.

Introduxit me rex in cellam uinariam, & ordinauit in me charitatem. Cella uinaria ecclesia est, in qua est uinū euangelicæ prædicationis. In hanc ergo cellā amica sponsi, scilicet sancta anima introducit, atq; in ea charitas ordinatur: quia non sunt æqualiter omnia diligenda, sed differenter. Non debemus æqualiter omnia diligere, sed alia minus, & alia magis. Nā scire quid facere debeamus, & nescire ordinē faciendū, perfectā scientia non est. Si non diligimus ea quæ diligere debemus, uel si diligamus ea quæ diligere non debemus, ordinatam charitatem non habemus. Et si plus diligimus ea quæ minus diligere debemus, uel si minus diligimus ea quæ plus diligere debemus, ordinatā charitatē non tenemus. Hec est ergo ordinata charitas, ut Deū ante omnia, & sup omnia diligamus. Debemus Deū diligere ex toto corde, id est ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota uoluntate, & ex tota mente, & ex tota memoria, ut omnem intellectum & omnes cogitationes nostras, & omnē uitam nostram ad eum dirigamus, à quo omnia bona habemus. Aut nulla pars uitæ nostræ ociosa relinquatur, sed quicquid in animum uenerit, illuc dirigat, ubi impetus dilectionis currit. Igitur soror charissima, dignissimum est, & ualde nobis necessarium, ut Deum in omnibus, & super omnia diligamus, qui est summum bonū. Summum ergo bonum diligere, summa est beatitudo. Quanto quisq; Deum amplius dilixerit, tanto magis beatus erit. Qui Deum diligit, bonus est. Si bonus est, ergo beatus. Vnde Salomon in Canticis canticorum: Fortis est, ut mors dilectio. Vere Dei dilectio fortis esse, ut mors dicitur: quia si mors uiolenter separat anīmā à corpore, ita dilectio Dei uiolenter separat hominem à mundo & carnali amore. Vere Dei dilectio fortis est, ut mors: quia dum per dilectionē

Rit 1 Dei

si os scripturae d. san. ang. nisi solus

initialis

si non est

castus

quatuor

si non est

similitudo de seta

seruili

quom debz bibi

caritas ordinata

Dei a uitijis mortificamur: quod mors agit in sen-
 sibus corporis, hoc agit dilectio Dei in seculi cu-
 piditatibus. Deus diligentibus est propter se-
 metipsum, quia est summus bonus, & qui nos cre-
 auit ex nihilo. Charitas, est dilectio qua diligitur
Deus propter se, & proximus propter Deum.
 In primo loco diligitur Deus, sicut iam dictum
 est in omnibus & super omnia. In secundo uero
 diligitur proximus in Deo, hoc est in bono. Cha-
 ritas habet duo mandata, unum pertinens ad di-
 lectionem Dei, quod est maximum mandatu:
 alterum uero pertinens ad dilectionem proxi-
 mi, quod est simile huic. Sicut enim scriptu est:
 Diliges Dominum Deum tuum, & proximum
 tuum sicut teipsum. Ac si diceret: Ac hoc debes
proximum tuum diligere, ad id quod diligis te
ipsum, scilicet ut bonus sis, & ut ad uitam aeterna
peruenire possis. De hac dilectione Dei & pro-
 ximi in Canticis canticorum sponsus, scilicet Chri-
 stus loquitur sponsa, scilicet ecclesiae animae san-
 ctae dicens, Quam pulchrae sunt mammae tuae so-
 ror mea sponsa, & odor unguentorum tuorum
 super omnia aromata. Quod per mammam con-
 uenientius in hoc loco, quam ipsa dilectio Dei
 & proximi, de qua superius diximus, intelligit:
 per quas mammam mens sancta omnes sensus su-
 os per sua dilectione nutrit, cum Deo suo charita-
 tis coniunctione conglutinatur, & proximis su-
 is quicquid boni potest largiri. Et odor unguen-
 torum tuorum super omnia aromata: per unguen-
 ta quippe ipsas uirtutes, quae ex charitate na-
 scuntur intelligimus. Debemus proximos nos-
 tros in bono diligere, quia qui in malo diligit
 proximum, non diligit proximum, sed odio ha-
 bet. Qui non diligit fratrem suum quem uidet,
 Deum quem non uidet, quomodo potest dilige-
 re? Nequaquam. Igitur diligamus nos adiuuante,
 quia charitas ex Deo est. Et qui diligit fratrem
 suum, ex Deo natus est, & uidet Deum. Qui di-
 ligit fratrem suum quem uidet oculis corporis,
 uidet oculis mentis in se manentem Deum, scili-
 cet charitatem: quia Deus charitas est. Et qui non
 diligit fratrem suum quem uidet oculis corpo-
 ris, non uidet oculis mentis in se manentem Deum,
 scilicet charitatem: quia si in eo esset charitas, De-
 us esset in eo, quia Deus charitas est. Debemus
 etiam diligere propinquos nostros, si boni sunt,
 & si Deo seruiunt. Plus debemus diligere extra-
 neos, qui nobis sunt coniuncti uinculo charita-
 tis Christi, quam propinquos qui Deum non di-
 ligunt, nec Deo seruiunt. Quare quia sanctior est
 copula cordium, quam corporum. Omnes fide-
 les homines debemus diligere, sed cum omni-
 bus prodesse non possumus. Illis maxime con-
 sulendum est, qui pro locorum & temporum, uel qua-
 rumlibet rerum opportunitatibus constrictius
 nobis quasi quadam sorte coniunguntur. Pari-
 dilectione est optanda uita aeterna omnibus ho-
 minibus. Omnes homines affectu charitatis de-
 bemus diligere, scilicet ut Deo seruiant, & ut sal-
 ui fiant. Sed per opera misericordiae non debemus

uiras habet dno
dntm

propinquos adqm

ipm in malo odit

ne diligitur propin-
quos boni

omnibus hominibus aequaliter impendere, sed
 alijs minus atq; alijs magis. Soror dilecta, si uera
 & perfectam charitatem uolumus custodire, ad
 aeterna patriam, Deo adiuuante, possumus per-
 uenire. Præterea debemus diligere inimicos no-
stros propter Deum, sicut & ipse ait in Euan-
gelio: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui
oderunt uos, & orate pro persecuentibus & ca-
lumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in
caelis est. Igitur uenerabilis soror, necessaria est
uobis charitas, sine qua nullus potest placere
Deo. Deū nō diligit, qui hominē odit. Nec Deū
diligit, qui Dei præcepta cōtemnit. Charitas, est
 radix omnium uirtutum. Sine charitate enim quod-
 cunq; facimus, nihil nobis prodest: nostrum stu-
 dium est uacuum, si non habemus charitatem, quia
 Deus est. Ibi regnat carnalis cupiditas, ubi non
est Dei charitas. Tunc homo est perfectus, qua-
 do est charitate plenus. Sine amore charitatis
 quanuis quisq; recte credat, ad beatitudinem per-
 uenire non potest. Tanta est etiam uirtus chari-
 tatis, quae si desit, frustra habentur ceterae uirtu-
 tes: si adsit, recte habentur omnia. Qui Deum non
 diligit, nec seipsum diligit. Nunc ergo moneo te
 honestissima uirgo, ut per amorē coniugaris in-
 uisibili sponso Iesu Christo, & ut ardeas eius desi-
 derio. Nulla iam quae in mundo sunt concupiscas.
Longitudinē presentis uitae poenā aestimes, exi-
re de seculo festines: nullam consolationem præ-
sentis uitae recipias, sed ad Christum quem dili-
gis, tota mente suspires, ferueas, anheles, anxie-
ris, & ipsa salus tui corporis causa amoris Chri-
sti fiat tibi uilis: uulnere amoris transfigaris, ita
ut recte ualeas dicere, Vulnerata charitate ego
sum. Soror in Christo, dilecta mihi, audi uerba
Iesu Christi, sponsi tui: Qui diligit me, diligitur a
patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo
ei meipsum. Dilige ergo eum charissima, in hac
uita, ut ipse te dignetur diligere cum patre in aeter-
na beatitudine: Amen.

diligere
in omni

fratrem suum
inimicus dei

De primordijs conuersorum. Sermo VI.

Inchoantibus praemium promittitur, sed per-
 seuerantibus datur, sicut scriptum est: Qui per-
 seuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Tunc em
 placet Deo nostra conuersatio, quando bonum
 quod inchoamus usq; in finem produximus. Si-
 cut enim scriptum est: Vae his qui sustentiam
perdiderunt, id est bonum opus non consumma-
uerunt. Sunt multi homines qui ex sola mentia
 deuotione conuertuntur ad Deum. Multi etiam
 coacti plagis conuertuntur ad Deum, qui ex de-
 uotione non conuertebantur, sicut in psalmo le-
 gitur, In chamo & freno maxillas eorum con-
 stringe, qui non approximant ad te. Omnis conuer-
 sus a fletu incipiat peccatorum, & sic transeat ad
 desiderium coelestium bonorum. Soror charissi-
 ma, prius debemus mala quae fecimus lachry-
 mis lauare, ut tunc munda mentis acie id quod
 quarimus contemplerur: ut dum antea a nobis
 plorando detegitur caligo peccati, mundatis cor-
 dis oculis albefacta inspiciantur. Necessae est om-
 ni conuerso,

propin-
quos boni

ni conuerso, ut post timorem confurgat ad De-
 um per dilectionem, quasi filius, ne semper sub ti-
 more iaceat sicut seruus. Nouiter conuersi blan-
 dis uerbis sunt consolandi, ne si exasperari coepe-
 rint territi ad priora peccata recurrant. Qui enim
nouitū suauitate & dulcedine non docet, & ca-
stigat, plus nouit exasperare quam corrigere.
 Prius corrigendus & castigandus est nouitius a
 prauo opere, deinde a cogitatione. Omnis no-
 uia conuersio, adhuc pristinae uitae habet permix-
 tionem. Propterea nequaquam ulla uirtus ad ocu-
 los hominum debet exire, donec uetus conuer-
 satio funditus ab animo extirpetur. Tunc ma-
 gis grauari se quisq; impulsu uitiorum cogno-
 scit, quando in seruitutē Dei accedit. Si populus
 Israel grauiori onere ab Aegyptijs premitur, cum
 per Moysen diuina cognitio aperitur. Vicia e-
 nim in hominem ante conuersionem habent
 pacem, quando autem expelluntur grauius con-
 tra hominem insurgunt. Multi post conuersio-
 nem, motu libidinis sustinent, quem tamen non
 ad damnationem tolerant, sed ad probationem su-
 stinent: scilicet ut semper habeant hostem, cui re-
 sistant pro excutienda inertia, dum tamen non
 consentiunt. Remissa conuersio multos in pristi-
 nos errores deducit, ac uicē corpore resoluit.
 Tepidus in conuersione, ociosa uerba & uanas
 cogitationes noxias esse non conspicit: sed cum
 animus a corpore mentis euigilauerit, ea quae le-
 uia aestimabat, confessum quasi contraria & hor-
 renda pertimescit. Fraus & desidia timenda sunt
 in omni opere Dei. Fraudē Deo facimus quan-
do nō Deū, sed nosmetipsos de bono opere no-
stro laudamus. Desidiam facimus, quando per
 torporem languidi, ea quae Dei sunt operamur.
 Omnis ars huius seculi strenuos habet amato-
 res, & ad exequendum promptissimos. Quare:
 Quia presentem habet remunerationē sui ope-
 ris: ars uero diuini timoris, multos habet secta-
 tores, tepidos, languidos, pigritiae inertia conge-
 latis. Sed hoc proinde fit, quod d merces laboris
 eorum non in presenti uita, sed in futura dabitur.
 Qui nouiter sunt conuersi ad Deum, non debent
 in exterioribus curis prouehi. Nam si implicen-
 tur, statim quasi arbuscula plantata, & nedum ra-
 dice praefixa concutiuntur pariter, & arefcunt:
 tamen ualet conuersis pro anime salute mutatio
 loci. Saepē tamen dum mutatur locus, mutatur
 & mentis affectus. Congruū est enim, inde eti-
 am quisq; corporaliter recedere, ubi se meminit
 uitijis deseruisse. Soror uenerabilis, audi quae di-
 co. Multi conuertuntur ad Deum, non tam men-
 te quam corpore, quod nos sine graui gemitu
 dicere non possumus: habitum religionis habent,
 sed mentem religiosam non habent. Multi ha-
beor religionis animum: multi enim ad conuer-
sionem ueniunt, non tam propter animae salutē,
quam propter corporis necessitatem, qui non
Deum colunt, sed uentrem suū: de quibus Apo-
stolus ait, Quorum Deus uenter est. Non est in-
tentio eorum ut dignē Deo seruiant, sed ut bene

comedant & bibant, & ut bene uestiantur, & ut
 bene sit eis in hoc seculo. Et quia terrena diligunt,
 coelestia perdunt. Et sic ait Dominus in Euan-
 gelio: Recipiūt suam mercedem in hoc seculo. Vn-
 de soror dilecta, cauendum nobis est, ne transi-
 toria & terrena plusquam oportet diligamus. ideo
 psalmista nos admonet, dicens: Diuitiae si afflu-
 ant, nolite cor apponere. Terrena quidem nobis
 in usu esse debent, coelestia uero in desiderio. Ter-
 rena debemus expendere, coelestia desiderare.
 Etenim quaedam admirabilis & magna multitu-
 do dulcedinis, quam abscondit Deus his qui di-
 ligunt eum. De qua scriptu est: Quia oculus nō ui-
dit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit,
quae praeparauit Deus diligentibus se. Vnde pro-
 pheta: Satiabuntur, inquit, cum apparuerit glo-
ria tua. Soror in Christo amabilis, ergo illa fatie-
tas sit nostra foelicitas. Amen.

De conuersione. Sermo VII.

Dominus dicit in Euangelio: Qui uult ue-
 nire post me, abneget semetipsum, & tol-
 lat crucem suam, & sequatur me. Sed quid est se-
 metipsum abnegare, nisi uoluptatibus proprijs
 renunciare? Ut qui superbus erat, sit humilis:
 & iracundus sit mansuetus, & qui luxuriosus, sit
 castus, & qui erat ebriofus, sit sobrius: & qui erat
 avarus, sit largus. Nam si ita quisq; renūciat om-
 nibus quae possidet, & non renūciat suis prauis
 moribus, non est Christi discipulus. Qui renun-
 ciat suis rebus, sua abnegat. Qui non renūciat
suis prauis moribus, semetipsum abnegat. Ea
 quae amatores seculi diligunt, serui Dei uelut ad-
 uersa refugiant. Serui Dei plus gaudent aduer-
sitatibus mundi, quam prosperitatibus delectan-
tur. Soror charissima, ea quae in hoc mundo sunt,
 seruis Dei contraria sunt, ut dum ista aduersa sen-
 tiunt, ad coeleste regnum cum summo desiderio
 suspirant. Magna apud Deum refulget gratia,
 quae huic mundo contemptibilis est. Nam reue-
 ra necesse est ut quae mundus odit, diligantur a
 Deo. Sancti uiri peregrini sunt & hospites in
 hoc seculo, unde reprehenditur Petrus, quod ta-
 bernaculum in monte fieri uoluerit: quia sanctis
 in hoc mundo tabernaculum non est, quibus in
 caelo patria & domus est. Soror uenerabilis, cum
 cetera temporalia quasi herbae marcentes siccantur
 & transeunt, & ideo aeternis rebus quae nunquam
 arefcunt, recte serui Dei ista contemnunt & de-
 spiciunt: quia in eis nullam stabilitatem aspiciunt.
 Sancti uiri qui perfecte seculum contemnunt, ita
 huic mundo moriuntur, ut soli Deo uiuere dele-
 ctentur. Et quanto se a conuersione huius seculi
 subtrahunt, tanto magis oculis mentis presenti
 am Dei, & angelicae societatis frequentiam con-
 templantur: quamuis Deus in medio hominum
carnaliū uita electorū protegat, tamen ualdera-
rū est, ut homo inter seculi uoluptates positus, a
peccatis sit alienus. Non erit semper securus, qui
 periculo fuerit proximus. Soror dilecta, bonū est
 ut homo sit corporaliter remotus a mundo: sed
 multo est melius, ut sit uoluntate elongatus a se-
 culo.

quid est se abne-

abnegat nos

sancti uiri sunt

trano ex...

Ergo ille est perfectus, qui mente & corpore a seculo est elongatus. Vnde beatus Iob: **Onager contemnit civitatem: & servus Dei contemnit secularium hominum societatem.** Qui perfecte mundum despiciunt, adversa vite nostrae appetunt, & prospera contemunt: & dum ab eis vita haec contemnitur, coelestis invenitur. Longe quippe a Deo est animus, cui haec miserabilis vita dulcis est. Ille enim quid de coelestibus concupiscat, vel quid de terrenis despiciat, ignorat. Nam sicut scriptum est: **Qui apponit scientiam, apponit dolorem.** Quanto homo plus potest superna cognoscere qui concupiscat, tanto amplius dolere debet de terrenis & transitorijs rebus quibus involuitur. Servi Dei qui parentum suorum utilitatem procurant, a Dei amore se separant: unde spiritualis ita prodesse debet suis parentibus, ut dum illis gratiam carnis praestare studet, ipse a spirituali opere, vel proposito non declinet. Soror in Christo dilecta mihi, audi sententiam beati Isidori: Multi canonicorum, monachorum, sancti monialium foeminarum pro amore suorum parentum involuuntur terrenis curis & phrenesibus & iurgijs, ac negotijs, & temporalis salute suorum parentum perdunt animas suas: tamen ordinata discretio est, ut quod extraneis misericorditer impenditur, parentibus non negetur. Dignum est ut demus parentibus nostris, quod medio-criter damus extraneis. Parentibus enim carnaliter praestatur, quod extraneis pie impenditur. **Honesta soror, non debemus odio habere parentes nostros, sed impedimenta eorum qui nos a recto itinere deviant.** Per uacuas Philistinorum quae ducebant arcem Domini ad terram Israel, intelligimus figuram eorum qui propter Deum dereliquerunt seculum. Nam Philistaei sicut iunxerunt uacuas plaustro, uiculosque eorum reduxerunt domi, & super plastrum imposuerunt arcem testamenti Domini: ita iugum Christi leue & suave impositum est super ceruices seruatorum Dei. Et sicut uaccae amore filiorum suorum mugiebant, & tamen non declinabant ad dexteram neque ad sinistram, sed recto tramite incedebant usque Bethsemas, qui erat in itinere terrae Israel: ita servi Dei recto tramite incedere debent, & pro amore parentum suorum non debent ad dextram, neque ad sinistram declinare a bono opere uel proposito, sed recto itinere usque ad Bethsemas, id est, usque ad introitum coelestis regni peruenire. Et sicut uaccae pro filiis suis mugiendo pergebant: ita conuenit seruis Dei pro parentibus suis mugire: id est pro eis debent orare, ut bene sint eis, & ut a malo liberentur, atque in bono confirmantur. Soror in Christo amabilis mihi, sicut superius dixi tibi, non debemus parentes nostros odio habere, sed diligere. Sed sicut ait beatus Augustinus: **Si in uia Dei nobis fuerint contrarii, nec sepultura a nobis illis debetur.** Tu charissima, egressa es cum Abraham de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & uenisti in terram quam Deus monstrauit tibi, id est in monasterium, Obsecro ergo, ut per

seueres in eo bene uiuendo, quiescas in sinu eius. de Abraham, hoc est in beata requie, ut post mortem tuam possis quiescere. **Tu soror mihi in Christo dilecta, cum Loth egressa es de Sodoma, id est de seculari uita: ideo moneo te ne cum uxore illius retrorsum respicias, ne quod ablit, in exemplum peruersitatis omnibus hominibus fias.** Sed rogo ut cum Loth in monte, id est in monasterio saluam te facias, & alij exemplum sanctitatis tribuas. **Tu honesta uirgo, egressa es cum Iosue de Aegypto: hoc est de seculo, & cum eo moreris in deserto, id est in monasterio, in quo Deus manna pluat tibi, hoc est panem coelestis uerbi dat tibi.** Ideo soror amantissima in Christo mihi, moneo te ut perseueres in monasterio sicut coepisti, & in eo uigilando, orando, psallendo, contra diabolum uiriliter pugnando, ad postremum deuctis hostibus cunctis, atque omnibus seculi delectationibus superatis, cum eodem Iosue peruenire possis ad terram promissionis: hoc est ad beatitudinem uitae coelestis, atque ibi uidere mereararis faciem indefessi solis: Amen.

De contemptu mundi. Sermo VIII.

Soror charissima, audi Dominum Iesum Christum dicentem in Euangelio: **Omnis qui reliquit domum, aut patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam aeternam possidebit.** unde ualde bonum est nobis, omnia terrena propter nomen Domini relinquere, ut ab eo possimus coelestia accipere. **Quicumque uoluerit esse amicus huius seculi, inimicus Dei erit.** Igitur soror in Christo amabilis, non diligamus mundum, ne inimicum Deum habeamus. **Facile contemnit omnia, qui se quotidie moriturum aestimat: si quotidie mortem nostram ad memoriam reducimus, libenter omnia terrena despiciamus.** Si diem mortis nostrae in mente habemus, cito omnia quae in hoc mundo sunt despiciamus. Interrogatio. O frater mihi, libenter propter nomen Domini, omnia quae in hoc mundo sunt relinquerem, si aliquid haberem: sed quia non habeo aurum, neque argentum, neque diuitias huius mundi, ne scio quid relinquam propter nomen Domini. **Responsio. O sponsa Christi, quam multum relinquis, si uoluntatem habendi dimittis. Multum dimittis, si desiderium habendi postponis. Multum relinquis, si carnalia desideria deseris. Multum relinquis, si delectationem huius mundi propter Deum despicias. Multum dimittis, si cupiditatibus & desiderijs terrenis renuncias: & plus amat Deus hominum animas, quam diuitias terrenas. Deus plus diligit mentem mundam & sanctam, quam terrenam substantiam.** Soror uenerabilis, regnum Dei tantum ualeat, quantum habes. **Deus a te non requirit, quod tibi non dedit.** Ergo tu hoc da illi, quod ille dedit tibi: scilicet mentem sanctam, castam, mundam, pudicam, religiosam, imbricam a bonis moribus ornata. Igitur honesta soror, regnum Dei tantum ualeat, quantum es tu. Trade te ipsam Christo, & compara regnum eius ab illo. Non turberis de

ris de precio. **Precium non te turbet.** Non tibi uideatur difficile. Non sit tibi graue, quoniam Iesus Christus rex caelorum semetipsum dedit, ut te de potestate diaboli liberaret, & Deo patri acquireret. Ergo libenter da te ipsam illi qui te redemit de manu inimici. **Integram te da illi, quia ille ut te saluaret, integram te tradidit.** Dilecta mihi in Christo soror, contemne terrenas diuitias, ut acquirere possis coelestes. Diuitiae perducunt hominem usque ad periculum corporis & anime. Diuitiae pertrahunt hominem usque ad mortem. Multi propter opes periclitati sunt, & multi propter diuitias in periculo deuenerunt. Multis exitiales fuerunt diuitiae. Opes multis hominibus generauerunt mortem. **Nunquam habent quietem mentis, qui curis terrenis se implicant.** Sollicitudines enim rerum, mentem conturbant. Mens occupata in terrenis curis, semper est in angustijs. Venerabilis sponsa Christi, si ergo uis esse quietam, nihil ex his quae in seculo sunt quaeras. **Semper quietem mentis habebis, si te a mundi cura remoueris.** Semper habebis pacem mentis, si te a strepitu terrenarum actionum subtraxeris: quia diuitiae nunquam sine peccato acquiruntur. **Nullus administrat res terrenas sine peccato.** Valde rarum est, ut qui diuitias possident, ad quietem perueniant. Qui curis terrenis se implicat, ab amore Dei se separat. Qui defigitur in amore temporalium rerum, in Deo nullatenus delectatur. **Cura temporalium rerum ab intentione Dei auertit animum.** Nemo potest simul amplecti gloriam Dei & gloriam seculi. Nemo potest diligere simul Christum & seculum. Difficile est simul seruire coelestibus curis & terrenis negotijs. Difficile est Deum simul & mundum diligere. Nemo potest simul perfecte Deum et mundum diligere. **Uterque autem simul aequaliter amari non potest: honesta uirgo, audi quae dico, quauis homo in gloria seculi fulgeat, quauis purpura & auro uestitus sit, quauis preciosis uestimentis indutus sit, quauis uis secularibus uestibus ornatus appareat, quauis uis gemmis ac lapidibus decoratus respiciatur, quauis uis glorioso habitu redimitus incedat, quauis uis sit multitudine seruatorum circumdatus, quauis sit excubantium armis protectus, quauis sit innumeris obsequentium cuneis constipatus, quauis uis agminibus tutus, semper est in poena, semper est in angustia, semper est in luctu, semper est in periculo, semper in sericis stratis manet: sed turbatus in lectis aureis facit, sed infirmus in lectis argenteis cubat, sed fragilis in pluma iacet, tamen fragilis & mortalis est.** Soror amantissima mihi in Christo mihi, ideo haec dixi tibi, ut cognoscas quam uana est gloria huius mundi. **Felicitas huius mundi breuis est.** Modica est huius seculi gloria. Caduca est & fragilis temporalis potentia. Igitur uenerabilis uirgo, ut acquirere possis coelestes diuitias, contemne terrenas: libenter despice terrena, ut possis peruenire ad coelestia bona. Respue transitoria, ut habere merearis aeterna: da parua, ut a Deo cosequaris magna. Fuge

in terra societatem hominum, ut in caelo habeas societatem angelorum, ad quem te perducere dignetur ille qui te redemit precio suo sanguine: Amen. De habitu. Sermo IX. Dominus noster Iesus Christus dicit in Euangelio: **Ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regnum sunt. Mollia dicunt uestimenta, quia mollem faciunt animum.** Mollibus uestimentis delectatur regis curia: asperis uero & humilibus delectatur Christi ecclesia. **Talia debeat esse uestimenta seruorum & ancillarum Dei,** in quibus nihil possit notari nouitatis, nihil uanitatis, nihil superfluitatis, nihil quod pertineat ad superbiam, & ad uanam gloriam. Vnde beatus Hieronymus: **Non facit ornatu clericum tenera uestis, sed munditia mentis.** Soror charissima, ergo ornemus nosmetipsos spiritualibus ornamentis: scilicet charitate, humilitate, mansuetudine, obedientia & patientia. **Hec sunt uestimenta, quibus placere poterimus Iesu Christo coelesti sponso.** Christus inuisibilis sponso non requirit pulchritudinem foris, sed intus: sicut scriptum est in Psal. **Omnis gloria eius sicut regis ab intus.** Igitur soror in Christo amabilis, diuitiae tuae boni mores: **pulchritudo tua sit bona uita: charissima, opto, ut de te dicatur illud quod in Canticis canticorum legitur: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.** Et iterum: **Veni, de libano coronaberis.** Vere beata est anima illa, quae Iesu Christo sponso coelesti seruit sine macula. Sic & tu soror uenerabilis, beata eris, si Iesu Christo sponso tuo sine macula serueris. **Stude ergo placere Christo non preciosis uestibus, sed bonis moribus: non pulchritudine carnis, sed pulchritudine mentis.** Stude placere illi non in facie, sed in corde. **Uestimenta tua & calcamenta nec nimium sint preciosa, nec multum uilia, sed ex moderato & competentis habitus: sic enim ait beatus Augustinus de semetipso: Fateor, de preciosa ueste erubescere.** Et iterum: **Non decet hanc professionem, non decet hanc admonitionem.** Non decet haec membra, non decet hos canos. **Honesta uirgo, uestis pura circumdetur tibi non ad pulchritudinem, sed propter corporis necessitatem.** Ut dum preciosis uestimentis uestiris, cadas in turpitudine anime: quia quanto amplius corpus foras propter uanam gloriam componitur atque ornatur, tanto interiorus anima foedatur & foedatur. Igitur soror in Christo amabilis, professionem tuam habitu & incessu demonstra. Sit in gressu tuo simplicitas, sit in incessu honestas. **Nihil dedecoris, nihil lasciuiae, nihil petulantiae, nihil insolentiae, nihil leuitatis in incessu tuo appareat.** Animus enim in corporis gestu apparet. **Gestus corporis, signum est mentis.** Corporis gestu animus prodit: soror charissima, ergo incessus tuus non habeat imaginem leuitatis, incessus tuus non offendat oculos alterius. Non praebas de te spectaculum. Non des alijs locum de te obtrechandis. Soror dilecta, munda conscientiam tuam ab omni malitia, ut feliciter dica tibi a Iesu Christo sponso coelesti: **Ecce tu**

ad hunc cui huc dicitur

uestim seruu

quisq: mali mns qnati

uestim corpora

incessus

memoria moris

non in conspectu mundi

quid dicitur

quid dicitur

pulchra es amica mea: ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Pulchra uidelicet, propter perfectionem corporis, & mundiciam cogitationis. Ecce tu pulchra es, habens mundā & simplicem intentionem cordis: quia cūcta bona quae agis, non ut hominibus uidearis, sed ut soli Deo placeas operaris. Oculos habeas columbarū, quia tunc immunem custodis ab omni malitia & simulatione, atq; fictione. Soror mihi in Christo amantissima, ideo hoc dixi, ut plus gaudeas in tuis in anima de sanctis uirtutibus, q̄ foris in corpore de preciosis uestib. Vnde dicit beatus Gregorius: Nemo quippe uestimēta preciosa quaerit, nisi ad inanem gloria: uidelicet ut in laude tur, & ut honorabilior ceteris appareat. Nemo uult preciosis uestib. indui, nisi ubi ab alijs possit uideri. Ergo pro sola uana gloria, uestimentum preciosum quaerit uirgo uenerabilis. In hoc cognoscimus, quod seculū diligimus: quia preciosa uestimenta amamus. Qui seculum nō diligit, preciosa uestimenta non quaerit. Quando homo gaudet de pulchritudine corporis, mens eius elongatur ab amore creatoris. Quāto amplius in compositione corporis latamur, tanto magis a superno amore disiungimur. Quāto plus in terrenis & transitorijs rebus gaudemus, tanto minus coelestia desideramus. Verē maculam habet in se sanctimonialis foemina, si diligit preciosa uestimenta: non est sine macula Christi, sponsa si amat uestem preciosam. Ancilla Christi, quae seculum perfecte relinquit, uilia uestimenta quaerit. Ancilla Christi, quae preciosa uestimēta desiderat, adhuc perfecte seculū non cōtempnit. Nigra uestis insinuat humilitatē mentis. Vile uestimentum denunciat mūdi contemptū. Nigredo uelī, munditiā & puritatē demonstrat animi. Nigrū uelū, castitatis & sanctitatis est signū. Nūc ergo reuerendissima soror, moneo te, ut habitū quē ostendis specie, impleas opere. Obsecro te, ut habitum ordinis, bonis ornes moribus. Sanctus est habitus, sanctus sit animus, sicut sancta sūt uestimēta, sic opera tua sint sancta: & sicut sacratū est uelum, sic opus tuum sit sanctū. Non aliud abscondas intus, & aliud ostēdas foras. Non sis aliud in secreto, et aliud in publico: qualis uis haberi, talis esto: qualis es in facie, talis esto in operatione: & qualis es in uultu, talis esto in actu. Amē

De compunctione. Sermo X.

Compunctio cordis, est humilitas mentis, ueniens de recordatione peccati, & de timore iudicij. Illa compunctio est perfecta, qua repellit a se omnem delectationem carnalium rerum, & toto studio mentis figit intentionem suam in contemplatione Dei. Duplicem esse compunctionem legimus, unā scilicet qua propter Deū anima cuiusq; serui Dei afficitur, id est, cum ad memoriam reducit mala, quae fecit: altera uerō cum suspiret propter desiderium aeternae uitae. Quatuor modis compungitur mens iusti hominis: hoc est memoria peccatorum, recordatione futurarum poenarum, consideratione peregrina-

preciosa a nō in seculum

in alium quid

incho per se

compunctio

quatuor modis compungitur

tionis huius uitae, desiderio superne patrie, quatenus ad eam possit cito peruenire. Omnis peccator, tūc se cognoscit uisitari a Domino, quando compungitur ad lachrymas. Nam & Petrus tūc fleuit, quādo in eum Christus respexit, sicut scriptū est: Et cōuersus Dñs respexit Petrū. Qui statim egressus foras, fleuit amare. Vnde etiā psalmista dicit, Respexit & commota est, & contremuit terra. Tunc terra contremiscit, quando peccator ad lachrymas cōmouetur. Admoneo igitur te soror charissima, ut in oratione cum lachrymis ad memoriam reducas peccata tua: quia qui non habet cordis compunctionem uel contritionem, non habet mundam orationem. Soror mihi in Christo amabilis, audi exempla sanctorum, qui per cōpunctionem & lachrymas apud Deum obtinuerunt ueniam peccatorum suorum. Anna mater Samuelis per compunctionem & lachrymas meruit habere filium, insuper obtinuit apud Deum prophetiae donum. Dauid per compunctionem & lachrymas, obtinuit ueniam perpetrati homicidij atq; adulterij. Sic enim audiuit per prophetam: Nō morieris, quia Dñs transtulit peccatū tuum. Pater Thobias per cōpunctionem & lachrymas meruit accipere curationem caecitatis, & cōsolationem paupertatis. Sic enim dixit ei Raphael angelus: Gaudium tibi semper sit, & adiecit, Forti animo esto, in proximo est, ut a Deo cureris. Etiam Maria Magdalena per compunctionem, & lachrymas meruit a Domino audire: Remittuntur tibi peccata tua. Soror uenerabilis, ideo exempla sanctorum proposui tibi, ut lachrymae per cōpunctionem suaues sint tibi: bona cōpunctio thesaurus est desiderabilis, & inenarrabile gaudium in mente hominis. Anima que in oratione habet cōpunctionē, proficit ad salutem. Vir fortis non est minus laudabilis in luctu, quā in bello. Quia ergo post baptismū inquinauimus uitā, baptizemus lachrymis conscientia nostrā. Vbi lachrymae fuerint, ibi accendit spiritalis ignis, qui illuminat secreta mentis: lachrymae poenitentij pro baptisate reputantur apud Deum. Soror mihi in Christo dilecta, si compunctionem secundum Deum habueris, beata eris. Compunctio cordis, sanitas est anima: Compunctio mentis, illuminatio est anima: quia tunc anima illuminatur, quando ad lachrymas compungitur. Compunctio lachrymarum, remissio est peccatorum: quia tunc peccata dimittuntur, quando cum lachrymis ad memoriam reducuntur. Compunctio spiritum sancti, reducit ad se: quia cū spiritus sanctus mente uisitat, statim homo peccata sua plorat. Interrogatio, O frater mi, quae so, dic mihi, quae sunt causae nostri doloris, p quibus in hac uita mortali ploramus, scilicet propter peccata nostra, & ppter miseriam huius mundi, ac propter cōpulsionem proximi, & propter dilectionem coelestis praemij. Propter peccata flebat ille qui dicebat, Lauabo per singulas noctes lectum meū, lachrymis meis stratum meū rigabo. Idem de miserijs huius mundi

visus uel a domino

quinon hūc uel conu

quoniam

quoniam

quoniam

quoniam

quoniam

quoniam

quoniam

quoniam

quoniam

quoniam

quoniam

quoniam

quoniam

quoniam

quoniam

mundi gemebat, cū dicebat, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus Cedar, multū incola fuit anima mea. Dominus per compulsionem fleuit super Lazarum, & super ciuitatem Hierusalem dices, Quia si cognouisses & tu. Etia Paulus apostolus, qui praecipit gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, per cōpulsionem dolebat dices, Quis infirmatur, & ego non infirmor: Cum dilectione coelestis praemij plorabāt iusti dicentes illud psal. Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, dum recordāremur tui Sion. Vita praefens, mors est: quia est plena miserijs, quod non est in patria, sed in uia: nec est in domo, sed in exilio. In hoc mundo non sumus in nostra ciuitate, sed in peregrinatione, sicut scriptū est: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futurā inquirimus. Responso: Soror dilecta, ideo moneo te, ut primō lugeas ppter peccata tua: deinde propter miserias huius mūdi, atq; cōpulsionē proximi: at postremū uerō propter dilectionē Dei ac coelestis praemij. Honestā uirgo, deprecare Deū cum omni deuotione, ut det tibi uerā mentis cōpunctionem, & cordis contritionem. Compunctio unigenitū Christum Dei filium facit habere in se, sicut Dñs ipse ait, Ego & pater ueniemus, & apud eum qui me diligit mansionē faciemus. Vbi lachrymae abundant, ibi graues cogitationes nō propinquantur: & si aliquādo appropinquantur, ibi radices non habēt. Lachrymae apud Deū semper nobis dant fiduciā magnā. Soror in Christo amabilis mihi, audi uocē Iesu Christi sponsi tui dicentis, Surge amica mea & ueni per dilectionē. iam enim hyems transit, imber abiit, & recessit: flores apparuerunt in terra, tempus putationis aduenit, uox turturis audita est in terra nostra, hoc est, uox praedicantiū Apostolorū in ecclesia. Turtur est auis castissima, quae in excelsis & in arboribus semper nidificare, uel morari solet: Apostolos, uel ceteros doctores significat, qui possunt dicere, Nostra cōuersatio in caelis est, quae & gemitū habet pro cantu: & significat ploratum sanctorū, qui suos ad lamentum & fletum hortant dicentes, Miseri estote & luge. Igitur honesta uirgo, accipe exemplū huius turturis, & luge propter amorē Iesu Christi sponsi tui, quousq; eum uidere possis, regnantem in solio regni sui. Melius est tibi lugere cum amore Iesu Christi, quā cum timore inferni. Pulchrae sunt genae tuae sicut turturis: natura turturis est, ut si per occasionem perdidit coniugem, alterum amplius non quaerit. O sponsa Christi, assemilare & tu huic turturi, & praeter Iesum Christum sponsum tuum, amatorem non quaeras alterum. O sponsa Christi, esto similis turturi, & luge die ac nocte cū desiderio Iesu Christi sponsi tui: quia iam ascendit ad coelos, ut aliquando faciem illius uidere merearis in dextera patris. Pulchrae sunt genae tuae, sicut turturis. In genis solet esse uerecundia. Soror uenerabilis, genas habes turturis, si praerecūdia Iesu Christi sponsi tui,

nihil contra uoluntatē illius facis. Genas habes turturis, si cum amore & reuerentiā Christi, ea quae illi displicent postponis. Genas habes turturis, si praeter Christū, alterū amicum non diligis. Igitur soror charissima, indelenter peccata tua cum lachrymis laua. Quotidie laua tuas negligentias per cōpunctionē & lachrymas. Transgressiones tui ordinis sine intermissione ablue cum lachrymis, & per lachrymas, & cōpunctionem acquirere tibi tuorū remissionem peccatorū: per lachrymas & crebra suspiria acquirere tibi aeterna gaudia. Plange iniquitates tuas, mala scelerū tuorū deplora, mala quae egisti flendo, commemora. Mœroris unda te irriget, compellat te plāgere fluuius lachrymarū. Quae gelsisti prauē, fletibus dele, quae illicite cōmisisti, lachrymis ablue. Honestā uirgo, si peccata non ploraueris in hoc seculo, quando dictura es Deo: posuisti lachrymas meas in cōspectu tuo, charissima, si iniquitates tuas nō fleueris in hac mortalitate, quādo dices, fuerunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte. Moneo igit te sponsa Christi, ut in hac mortali uita lugeas peccata tua, ut consolari merearis in coelesti patria. Sicut scriptum est: Beati qui lugerit, quoniam ipsi cōsolabuntur. Amen.

De tristitia. Sermo. XI.

Domino dicit in Euangelio: Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos: mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Etiam Salomon ait, Cor gaudens exhilarat faciem: spiritus uerō tristis deijcitur in mœrorem anime. Animus gaudens facit aetate floridā: spiritus uerō tristis exiccat ossa. Fili, in bonis nō des quere lam, & in omni dato nō des tristitiā uerbi mali. Omnis plaga, tristitia cordis est. In cūditas cordis, est uita hominis. Cor prauum dabit tristitiam, & homo sapiens resistet illi: per tristitiā festinat mors, tristitia flecit ceruicem cordis. Cor laetum bonam facit ualitudinem: uero autem tristiti exiccantur ossa, etiā beatus Athanasius dicit, Homo tristis semper maliciatur, & contristat spiritum sanctum sibi a Deo donatum. Hoc etiam docet Apostolus dicens, Nolite contristari spiritum sanctū qui habitat in uobis, in quo signati estis in die redemptionis. Vide ergo soror charissima, ne contristes spiritum sanctum, qui habitat in te, ne forte derelinquat te. Aufer a te dubietatem & animositatem, quia utrunq; contristat spiritum sanctū. Aufer a te tristitiā, quia ipsa est soror dubietatis, & animositatis. Certē tristitia secularis omnium malorum spiritū est pessimum, & nocet seruis Dei. Tristitia secularis laedit & conterit, atq; allidit seruos Dei. Spiritus enim sanctus non sustinet tristitiā carnalem. Igitur soror dilecta, indue semper laetitiam spirituales, quae habet gratiā apud Deū. Omnis laetitiam spiritualis semper bona est, & bona cogitat, atq; cōtempnit uanā tristitiā. Si laetitiam spiritualis bona non esset, nunq; Propheta diceret, Laetamini in Dño, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

moribile hinc

uoluntate

quod

lugerit

corde. Et iterum: Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabunt omnes recti corde. Interrogatio: O frater charissime, si tristitia mala est, & nocet servis Dei, quid est quod ait Salomon: Cor sapientum ubi tristitia est, & cor stultorum ubi est lætitia. Responso: Soror venerabilis, hoc quod ait Salomon: Cor sapientum ubi tristitia est, & cor stultorum ubi est lætitia: non est intelligendum, nisi de spiritali tristitia, & de seculari lætitia. Ac si apertius diceret: Cor sapientum ubi tristitia est spiritalis, & cor stultorum ubi est secularis lætitia. Qui secundum Deum tristitiam habent, sapientes sunt. Qui autem secundum seculum tristitiam habent, sunt stulti. Vnde Dominus in Evangelio: Gaudete & exultate, quia nomina uestra scripta sunt in caelis. Et Paulus apostolus: Quasi tristes sperant gaudentes. Et iterum: Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete: ergo tristitia spiritalis bona est: tristitia vero quæ nascitur ex cupiditate temporalium rerum, est mala. De tristitia spiritali, scriptum est: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. De tristitia autem seculari, ait Salomon: Multos occidit tristitia, & non est utilis in ea. Iterum de lætitia spiritali dicitur: Lætetur cor querentium Dominum. Et iterum de lætitia seculari legitur: Ve vobis qui ridetis nunc, quoniam plorabitis & flebitis. Soror charissima, audi etiam quod beatus Paulus dicit: Tristitia quæ secundum Deum est, operatur salutem poenitentia: tristitia vero quæ est secundum seculum, operatur mortem. Oratio hominis qui semper est tristis, non habet virtutem, nec potest ascendere ad Deum. Vbi tristitia fuerit cooperta spiritui sancto, non ibi est acceptabilis oratio, quia infirma est: & non potest ascendere ad Deum. Igitur soror mihi amabilis, omite tristitiam, desine tristis esse, tristitiam repelle à te. Noli dare te multæ tristitiæ, non perseveres in tristitia, ne dederis tristitiæ cor tuum. Tristitia unum est ex septem principalibus vitijs, & ideo est cavenda ab omnibus servis Dei. Vnde beatus Isidorus: Si bene & pie vixeris, nunquam eris tristis. Bona vita semper habet gaudium. Honestas soror, ergo expelle à te tristitiam: quia sicut tinea comedit uestimentum, & sicut vermis rodit lignum, ita tristitia nocet cordi. Munda ergo cor tuum ab omni tristitia carnali atque seculari, & oratio tua erit acceptabilis apud Deum. Igitur soror venerabilis, de recordatione peccatorum tuorum luge, & in amorem Iesu Christi sponsi tui gaude. De memoria præcedentium delictorum tuorum plora, & de spe celestium bonorum exulta. De transactis culpis & negligentijs tuis dole, & de promissione celestis regni lætare. De præteritis tuis delictis contristare, & de gaudio æternæ retributionis hilaresce. Ad quod te perducere dignetur ille, cui in tuo virgineo corpore iucundum habitaculum præparasti. Amen.

in bona & mala

intra semper habet ga

Dominus noster Iesus Christus dicit in Evangelio: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et Ioannes apostolus: Nos diligimus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis suis, & continebit se ab illis. Soror charissima, dilige Deum, & inuoca eum in salute tua: quia dilectio est vita, & odium est mors. Deus non vult se tantum diligi verbis, sed puro corde & operibus bonis. Deum non diligit, qui præcepta Dei contemnit. Mens hominis qui Deum diligit, non est in terra, sed in caelo: quia semper celestia desiderat. Moneo te soror charissima, ut diligas Deum super omnia: quia ipse te elegit ante secula. Plus debemus Deum diligere, quam parentes nostros. Quare? quia Deus fecit nos & parentes nostros proprijs manibus, id est, propria uirtute. Sicut scriptum est: Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Maiora tribuit nobis Christus, quam parentes nostri. Et ideo super parentes debemus diligere Christum. Stultum est aliquid plusquam Deum amare: qui plus diligit creaturam quam creatorem, peccat. Et qui præponit amorem creaturæ amoris creatoris, errat. Ergo super omnia est nobis Deus diligendus. Dic obsecro honesta uirgo, cum amore & dilectione de Christo: dilectus meus mihi & ego illi qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies & inclinentur umbræ. Sponsa Christi, rogo ut apertius dicas: Dilectus meus mihi societur uinculo charitatis & amoris, et ego illi coniungar, & focier uicissitudine mutua dilectionis, qui pascitur inter lilia: hoc est delectatur, & iocundatur inter candidas & odoriferas uirtutes sanctorum, atque inter choros uirginum, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ: donec nubila transeat præsentis uitæ, & appareat dies, hoc est, ueniat claritas sempiternæ beatitudinis. Soror charissima, iustitia est Deum toto corde amare: illi quæ tota adhæret uoluntate, qui est summum bonum. Summum bonum amare, summa est beatitudo. Qui Deum amat, bonus est: si bonus, ergo & beatus. Quanto homo plus Deum diligit, tanto magis beatus erit. Dilectio est specialis, & propria uirtus sanctorum. Amantissima mihi in Christo soror, ideo hæc dixi, ut nullus amor seculi te separet ab amore Christi: sponsa Christi etiam rogo, ut aliquid nobis de amore celestis sponsi tui dicas. Fasciculus mirrhæ dilectus mihi inter ubera mea comorabitur. Dic ergo charissima planius, ut ea quæ dicis intelligamus. Fasciculus mirrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea comorabitur. Locus cordis est inter ubera, hoc est, inter mamillas, ergo dilectus meus inter ubera mea comorabitur, id est, memoria, dilectio, & amor Iesu Christi sponsi mei, semper erit inter mamillas meas, hoc est, in cordo meo. Et siue in prosperis, siue in aduersis, semper ad memoriam reducā omnia bona quæ mihi tribuit: quia dilexit me, & mortuus est pro me, atque ascendit ad caelos:

infirmitas amara dei

caelos: & ut ad eum perueniam quotidie uocat me dicens, Veni de Libano sponsa, ueni, coronaberis. Læta Iesu Christi sponsi mei sub capite meo, id est, donum spiritus sancti requiescat in me in hac præsentis uitæ: & intellectus sanctarum scripturarum sit in mente mea, ut eum cognoscā & perfecte intelligam, & dextera illius complexabitur me, hoc est ad æternam beatitudinem peruenire faciat. Charissima soror, roga ancillas Christi quæ tecum sunt, & dic eis: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore Iesu Christi sponsi mei languo. O uos sanctæ sorores meæ, quæ iam Christum super omnia diligitis, & nihil amoris illius præponitis, fulcite me bonorum uestrorum exemplis, & qualiter Christum dilectum meum inuenire ualeam ostēdite, quia pro amore illius confirmor. Hic amor dulcis, hic languor suauis, hæc infirmitas sancta, hæc dilectio casta, hæc coniunctio intemerata, hæc copula inuolata, hæc complexio illibata. O uos sanctæ sorores, fulcite me floribus, id est uestræ cōuersationis exemplis, quia præ amore sponsi mei infirmor. Honestas uirgo, uere pro amore Iesu Christi sponsi tui languet, & infirmaris: si pro amore illius omnia quæ in hoc mundo sunt, contemnis & despicias, uere pro amore Iesu Christi infirma iaces in lecto cōtemplationis: si Christum super omnia diligitis, uere pro amore Christi es infirma: si plus diligis celestia quam terrena, uere propter amorem & dilectionem Christi languida iaces in lecto intimæ dilectionis ac suauitatis, si in sanctis operibus es fortis, & in terrenis actibus es debilis. Soror mihi in Christo amabilis, si Christum ex toto corde tuo dilexeris, & nihil amoris illius præpuseris, cum eodē Iesu Christo sponso tuo, in celesti regno lætaberis. Si Christum in tota mente secuta fueris, & cum tota mente dilexeris, absque ulla dubitatione cum eo in celesti patria gaudebis, & eum cum sanctis uirginibus quocumque ierit se queris. Si cum omni deuotione Christo adhæseris, & ad eum die ac nocte suspiraueris in hoc præsentis seculo, sine dubio cum eo exultabis in celesti palatio, atque inter uirginum choros cātabis illi dulces hymnos, sicut scriptum est: Qui pascis inter lilia septus choreis uirginum, sponsas decorans gloria sponsis quæ reddens præmia. Quocumque pergis, uirgines sequuntur: atque laudibus post te canentes currit, hymnosque dulciter per sonant. Ideo hoc dixi soror charissima, ut Christum super omnia diligas, & ut nihil amoris illius præponas. Obsecro te dilecta soror, ut nullam præter Christum quæras amorem, & nullam præter Christum diligas pulchritudinem. Pro amore Christi luge, pro amore Christi plange, donec eam merearis uidere in dextera patris sui regnantem. Amen.

De dilectione proximi. Sermo XIII.
Soror charissima, audi quæ Dominus Iesus Christus ait discipulis suis: In hoc cognoscet omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Omnes fideles discipuli Christi

sunt. Vnusquisque illius discipulus est, cuius doctrinam sequitur. Ergo qui uult Christi discipulus esse, studeat proximos suos tanquam se ipsum diligere. Dilectio proximi malum non operatur, quare: quia plenitudo legis est dilectio. Et Paulus apostolus: Ambulae in dilectione, sicut & Christus dilexit uos, & tradidit semetipsum pro uobis. Etiam Ioannes apostolus ait, Qui diligit fratrem suum in lumine manet, & scandalum non est in eo qui odit fratrem suum, in tenebris est, & nescit quomodo uadat, quoniam tenebræ obcauerunt oculos eius. Si quis dixerit, diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est, & ueritas in eo non est. Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum: qui non diligit fratrem suum quem uidet, Deum quem non uidet quomodo potest diligere. Etiam Salomon ait, Omni tempore diligit, qui amicus est. Et frater in necessitate comprobatur. & beatus Augustinus: Hominem uincis humana felicitate, diabolum uincis inimici dilectione. Tamen soror dilecta, non debet inter seruos Dei carnalis dilectio esse, sed spiritualis. Nihil Deo specialius uirtute dilectionis. Nihil desiderabilius diabolo, quæ extinctio charitatis, sanctus amor non habet scandalum. Omnem hominem fidelē iudica tuū esse fratrem. Memento quod unus artifex condidit nos. Verus amor non habet amaritudinem scandalum. Soror uenerabilis in proximi dilectione cognosces, quomodo debeas peruenire ad dilectionem Dei. Sicut dilectio mentem eleuat, ita malitia demergit. Nec Deum uere sine proximo poteris diligere, nec proximum sine Deo. Veram charitatem tenes, si & amicum diligis in Deo, & inimicum diligis propter Deum: quantum fueris larga in dilectione proximi, tantum eris in alta congregatione Dei. Si in ueritate diligis proximum tuum, in tranquillitate est cor tuum. Ille uero qui proximum suum habet odio, circumdatus est tenebris, & tunc diligendo proximum purgas oculum mentis ad uidentium Deum. Tamen reuerentissima soror, moneo te, ut nullum hominem carnaliter diligas. Vnde beatus Isidorus: Multum in terra demersus est, qui diligit hominem mortuorum plusquam oportet carnaliter. Cum Deo manere non possumus, si in hoc seculo unanimes esse uolumus, amicus in necessitate comprobatur. Si præcepta Dei uolumus custodire, sicut nosmetipsos debemus proximos nostros diligere: quia si sine dissimulatione diligit homo fratrem, ei tunc placet Deum patrem: qui diligit proximum non potest facere homicidium, non adulterium, non iuramentum, non periurium, non falsum testimonium, non rapinam, non inuidere, non litigare. Igitur honestas uirgo, dilectionem Dei & proximi, in qua rota lex pendet & propheta, semper meditemur, & opere perficiamus. Sed si proximus noster patitur aliquam tribulationem, aut infirmitatem, aut damnum, aut in carcerem mittitur. Si dolemus pro illo, in corpore ecclesie sumus: si autem non dolemus, iam a corpore ecclesie præcisi sumus: charitas

Diligam proximi qui uult esse discipuli dei

menda qui dicit mendax est, ueritas in eo non est

dilectione inimici diabolum uincis inimici dilectione

qui diligit proximum non potest facere homicidium, non adulterium, non iuramentum, non periurium, non falsum testimonium, non rapinam, non inuidere, non litigare

qui condelet op

charitas quæ colligit & uiuificat omnia membra ecclesie, si nos uiderit de ruina proximi gaudere, statim nos præscindit à corpore. Tam diu dolet membrum, quamdiu in corpore continetur. Si autem membrum præscindit à corpore, nec sentire poterit, nec dolere. Si manus aut pes, aut aliquod membrum præscindit à corpore, si totum corpus tunc in multis partibus diuidatur, aut in ignem mittatur: manus illa iam non sentit, quia iam diuisa est à corpore. Talis est omnis Christianus, qui de alterius damno aut tribulatione, aut angustia, aut necessitate non dolet. Sed quod peius est, gaudet: quia iam alienus est à corpore ecclesie. Nos uero honesta uirgo, si ueram & perfectam charitatem uolumus custodire, diligamus bene omnes homines fideles, sicut nosmetipsos studeamus diligere: ut quia Christus est caput nostrum, mereamur membra illius esse, ut cum Christus apparuerit qui est gloria nostra, nos per concordiam charitatis, & per dilectionem Dei & proximi, cum ipso possimus apparere in gloria. Tunc uero amicus amatur, si non pro se, sed pro Deo amatur. Vnde beatus Ildorus: Qui intemperanter amat amicū, magis amat illum pro se, quam pro Deo. Tunc quisque bonitatis & diuinæ iustitiæ fit contrarius, quando despicit amicū aliqua aduersitate percussum. Vera amicitia nulla occasione excludit, nullo tempore delet, sed ubique se uerterit tempus, illa firma est. Pauci sunt amici, qui usque ad finem sint chari. Illa est uera amicitia, quæ nihil ex rebus amici quarit nisi solā beneuolentiā, scilicet ut gratias amet amantē se. Igitur soror amabilis in Christo, moneo te, ut diligas amicos tuos in Deo, hoc est, in bono. Dilige etiā inimicos tuos propter Deū, sicut scriptū est: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos. Et iterū: Si elurierit inimicus tuus, ciba illi: si sitit, potū da illi. Et iterū: Benedicite persequentibus uos, benedicite, & nolite maledicere. Dilectio est soror charitatis. Charitas nunquā fuit sine dilectione, nec dilectio sine charitate. Honestā uirgo, ergo necessaria est nobis dilectio, in qua tantæ uirtutes consistunt, & de qua tāta bona nascuntur. Dilectio habet duas alas. Ala dextera, est dilectio Dei: sinistra ala, est dilectio proximi. Nullus hominū cū una ala poterit uolare ad cœlum. Quare? Quia nec sola dilectio Dei sine dilectione proximi, nec sola dilectio proximi sine dilectione Dei ualet ad consequendam æternam beatitudinē. Virgo prudens, fume tibi has duas alas, uide dilectionem Dei & proximi, ut libere possis uolare, bona operando, & peruenire ad patriam cœlestis regni. Amen.

De compassione. Sermo. XIII.

Soror charissima, audi quid Dñs noster Iesus Christus dicat, Omnia bona quæ uultis ut faciant uobis homines, uos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Et Paulus ait, Gaude cum gaudentibus, flete cum flentibus. Et iterum: Suscipite infirmos, patientes estote ad

omnes. Et Salomon ait, Qui despicit proximum suum, peccat. Fidem posside cum proximo tuo in paupertate illius, ut & in bonis eius lateris. In tempore tribulationis permane proximo tuo fidelis, ut in hæreditate illius sis coheres. Qui cauet proximo suo à fouea, cadet in illam: & qui parat lacum proximo suo, perbit in illo. Vnde psalmista: Lacum aperuit & effodit eū: & incidit in foueam, quam fecit. Perfecte proximum non diligit, qui illi in necessitate non succurrit: quanto amplius per compassionē proximis nostris in necessitate succurrimus, tanto amplius creatori nostro appropinquamus. Sic debemus habere curam nostri, ut non negligamus curam proximi. Igitur soror dilecta, quod non uis tibi accidere, nec proximo tuo cupias euenire. Condole alienis calamitatibus. Saucia te flentibus in alienis mœroribus. In tribulatione alterius & tu esto tristis, cū infirmis, esto infirma. Sic alienos mœrores tanquam tuos luge, cū plangentibus plange, cum lugentibus luge, cum flentibus fle, cum plorantibus plora: talis esto alijs, quales optas circa te esse alios. Quod non uis pati, non facias alteri: non facias alteri mala, ne tu patiaris similia. Ita clemens esto in alienis delictis sicut in tuis, ut non aliter te, & aliter alios penses. Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari in ruina aduersarij, noli extollere: non letaris super inimici interitū, ne forte & tibi superueniat malum. Non extollaris de casu inimici, ne forte conuertat Deus irā suā in te. Qui enim gaudet de casu inimici, cito ueniet super eum malum. Sit igitur humanus affectus erga miserū, sit erga pauperem dolor cōpansionis, sit erga dilectū amor miserationis. Si elurierit inimicus tuus, ciba illi: si sitit, potum da illi. Non despicias pauperes, nō contempnas egenos, non uilipēdas pupillos, nullus à te tristitiam habeat, nemo à te confusus abscedat. Visita infirmos, consolare pusillanimes, ut tu à Domino cōsolari merearis in æterna beatitudine. Amen.

De misericordia. Sermo. XV.

Soror charissima, audi Iesum Christū in euangelio dicentem, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et iterū: Estote misericordes, quia & pater uester cœlestis misericors est. Et Paulus apostolus: Estote autē inuicem benigni & misericordes, & induite uos sicut electi Dei, & sancti in sancta misericordia. Pietas autē ad omnia utilis est. Et Salomon ait, Facere misericordiam & iudicium, magis placet Deo quam sacrificium. Misericordia facit locū unicuique secundum meritum operum suorum. Misericordia hominis circa se, & circa proximum suum. Misericordia autem Domini super omnē carnem. Ille offert sacrificium, qui facit misericordiam. Misericordia autem Domini à compatendo aliena miseria, uocabulum sortita est. Qui in altero misericors nō fuerit, misericordiam Dei inuenire nō poterit, Soror dilecta, mihi in Christo, misericordia & ueritas te præcedant. Misericordiam

cordiam nunquam deferas. Benefacies animæ tuæ, si misericors fueris. Qui alteri miseretur, misericordiam à Domino consequetur. Soror, soror uenerabilis, quod habes, habeto ad misericordiam. Præbe misericordiam sine murmure. Tale erit opus tuū, qualis fuerit intentio tua. Nō est misericordia, ubi nō est beneuolentiā. Bonū quod facis, propter misericordiam fac, nō propter uanā gloriā: nihil facias propter laudē, sed propter æternā remunerationē: nihil facias propter temporealem opinionem, sed propter æternam mercedem: nihil facias propter famam, sed propter uitā æternā, ad quā te perducere dignetur omnipotens Deus, reuerendissima soror: Amen.

De exemplis sanctorum. Sermo. XVI.

Ad conuersionem uel emendationem fidelium, multum exempla sanctorum profunt. Soror charissima, ideo scribuntur casus & reparationes sanctorum, ut miserum propter multitudinem peccatorum nō desperemus, sed per poenitentiam resurgendi, etiā post lapsum spem habeamus, ut nullus post peccatū de bonitate Dei desperet, dum cōspicit etiā post ruinā reparationē fuisse sanctorum. Propterea posuit Deus uirtutes sanctorum ad exemplum nostrum, ut per uestigia ipsorum peruenire possimus ad regna cœlorum: uel si eos ad bene operandum sequi noluerimus in poenis, inexcusabiles sumus. Sancti Dei homines quandiu fuerunt in hoc seculo, non cessauerunt currere in bonis operibus, scilicet in ieiunijs, in uigilijs, in elemosynis, in castitate, in continentia, in longanimitate, in patientia, in iuramentis, in orationibus, in persecutionibus, in beneuolentia, in fame & siti, in frigore & nuditate, & in laboribus multis pro Christi nomine. Sancti homines despererunt præsentē mundū, ut æternū regnū acquirerent: non acceperunt hic promissiones, uel diuitias miserabiles huius seculi, quæ perducunt homines, malè eis utentes, ad tormenta inferni: sed hanc patriā tota intentione relinquentes, ad cœlestē Hierusalē leuauerunt oculos suos. Homines sancti uitauerunt peccatum in uerbo, in facto, in cogitatione, in uisu, in auditu, in motu, in oculis, in manibus, in ira, in pedibus, in rixa, in furore, in dissensione, in uana gloria, in superbia, in elatione, in cupiditate, in gula, in somnolentia, in fornicatione, in uolentia. Custodieres corpora sua & animas suas, duobus modis se inuauerunt, scilicet à uitijs & actibus. Bona est abstinentia ciborum, sed multo est melior abstinentia uitiorum. Vnde ecclesia de suis membris, id est de eisdē sanctis patribus dicit: Manus meæ stilauerunt mirram, quid per manus nisi operationes sanctorum intelligimus, & quid per mirrā nisi mortificatio carnis, & mortificatio uitiorum accipitur: Manus ecclesie sancti homines sunt, bona operantes, de quibus dicit: Operatae sunt iustitiam. Manus ergo ecclesie mirrā honorū operū stillant, quia nobis exēpla bene uiuendū demonstrant, & ut uitia carnis nostræ mortificemus, prædicant. Vnde quidam eorum dixit: Si

enim secundum carnem uixeritis, moriemini. Et iterum: Mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Et iterum ecclesia dicit: Dignitatem meam mirra probatissima. Tunc uerè est mirra probatissima, quando perfecte caro mortificatur, & uitia atque peccata extinguuntur. Igitur soror in Christo dilecta, si societate habere cupimus, necesse est ut exempla sanctorum sequamur. Si peccamus, iam de peccato nullam excusationem habemus. Quare? Quia & lex Dei quotidie nos admonet ut bene uiuamus, & exempla sanctorum patrum semper inuitant ad bene operandū: sed est aliquando secuti sumus exempla malorum hominum, cur nō sequimur exēpla sanctorum patrum? Et si apti fuerimus ad imitandum malos in malū, cur pigri sumus ad imitandum bonos in bonum? Soror uenerabilis, ergo deprecemur Deū, ut uirtutes sanctæ, quas suis sanctis præparauit ad coronā, nobis nō sint ad poenā neque ad damnationē, sed ad profectū & salutem. Sine dubitatione credimus, quia si exēpla sanctorum secuti fuerimus, post hanc uitā cū eis in cœlo regnabimus: quāto amplius uitā sanctorum patrum legimus, si exēpla eorum sequi uolumus, & tāto amplius culpabiles sumus. Nūc honesta uirgo, omnipotentē Deū deprecor, ut det tibi has uirtutes sanctorum patrum: scilicet, humilitatē Christi, deuotionē Petri, charitatē Ioannis, obedientiā Abrahamæ, patientiam Isaac, tolerantiam Iacob, castitatē Ioseph, mansuetudinē Moyse, constantiam Iosue, benignitatem Samueles, misericordiam Dauid, abstinentiam Danielis, & cetera digna facta priorum sanctorum, ut post hanc mortalem uitā peruenire possis ad societatem eorum. Virgo Christi, quotidie cōsidera, quo moderamine, qua intentione, uel qua compunctione homines Christi placuere Deo. Vnde in persona Christi in Canticis cantorum ecclesie dicitur: Quam pulchri sunt gressus tui, in calceamentis filia principis. Christus potentia diuinitatis princeps est omnium creaturarum: & ideo sancta ecclesia filia principis dicitur, quia per prædicationem Christi in nouam uitā regeneratur. Quæ sunt autē calceamenta ecclesie, nisi exempla sanctorum patrum, quibus in uia huius seculi munimur, ut per omnes tribulationes calceamenta ambulent. Soror in Christo amabilis, & nos spiritualiter pedes calceamus, quando à sanctis patribus exempla bene uiuendū sumamus, ut ad similitudinem eorum tērationes huius mundi uincamus. Iterū in eisdē Canticis sponsus ecclesie, scilicet Christus loquitur, dicens: Descēdi in hortū, ut uiderē poma cōuallū & inspicerē si florissent uineæ, si germinassent mala punica. Vineæ florent, quando in ecclesie filij recenter in fide generantur, & ad sanctā conuersionē quasi ad soliditatē bonorum operū præparantur. Mala punica germinant, quādo perfecti homines per exempla bonorum operū suos proximos ædificant, & in nouitate sanctæ cōuersionis per prædicationē suā, & per ostensionē bonæ uitæ in sanctis operibus renouant. Vnde moneo te,

contpa biles si leg. vltima sanctorum sum sequi

vltima sanctorum sum sequi

optima consi deca

Mag ad yb lra

in Christo spiritualis amica, ut des bonū exemplū de te omnibus hominibus in omni tua uita. Venerabilis uirgo, desideo ut luceas omnibus oculis Dei, quæ tecū sunt in monasterio bene uiuēdo, quia sicut ait beatus Gregorius: Qui alijs suā bonā uitā abscondunt, in semetipsis accēsi sunt, sed alijs in exemplum luminis non sunt: illi uero qui exēpla uirtutū, & per uitā sanctitatis, atq; per uerbū prædicationis alijs lumen demonstrāt, lapides ardētes sunt, quia alijs uia salutis ostendunt. Vnde Dominus dicit: Lux uestra luceat corā hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrē uestrū qui in cœlis est: quia uidelicet soli Deo est reddenda omnis gloria. Christi uirgo, te moneo tamē, ut ita sit opus tuum in publico, quatenus intentio tua maneat in occulto. Igitur amatissima mihi in Christo soror, sicut superius dixi tibi, in omnibus actionibus tuis, in omni opere tuo, in omni cōuersatione tua imitare sanctos, emulare iustos, habeto ante oculos tuos exempla sanctorū, exempla iustorū imitando considera. Exempla iustorum præpone tibi patrē, exēpla sint tibi imitamenta disciplinae. Intende uirtutē sanctorū ad bene operandū, intende ad bene uiuendum, documenta sanctorū nulla infamia scandalizent uitam tuā: nulla opinio aduersa te contristet. Disce flagrare bono præconio, habeto testimonium bonum: custodi tuam famam bonam: tua bona fama nullis foetoribus obscuratur, tua bona fama nullis opprobrijs laceretur: Amen.

De contentione. Sermo XVII.

Paulus apostolus ait: Cū enim sunt inter uos zelus & cōtentio, nōne secundū hominē ambulatis, & carnales estis? Et Salomon ait: Inter superbos semper sunt iurgia, semper malus iurgia querit, angelus malus mittitur contra eū qui per loca periculosa uadit, citō cadit, sic ille qui quotidie cū proximis suis contendit, citō in scandalum cadit. Viri mites semper despiciuntur, qui quotidie contendunt & rixantur, a paucis hominibus amant: præterea pax & cōcordia omnibus hominibus amant, propterea pax & cōcordia omnibus hominibus sunt necessaria. Soror charissima, audi beatū August. dicentē: O quā reprehensibiles esse possemus, si nō tam diligenter nostra uitia emendaremus, quanto studio aliena reprehendimus. Sed si nos bene consideramus, multa in nos reprehendere possumus. Volo quōd cognoscas, quia nihil est turpius quām lites inter religiosos, qui debent per concordia & dilectionē lucere in mundo sicut luminaria in cœlo. Contentiones ex inuidia & detractioe solēt euenire atq; oriri. Sed si detractio & iurgia sunt in claustris, ubi est taciturnitas regularis, ubi sanctitas religionis, ubi silentiū ordinis, ubi religiositas monasterij, ubi uinculum charitatis, ubi pax unitatis, ubi concordia fraternitatis, ubi amor socialis, heu prohdolor, perijt taciturnitas regularis, ablata est sanctitas religionis, defecit silentium ordinis, ad nihilū deuenit religiositas

monasterij, annullata charitas fraternitatis. Sed si illi qui in pace debent uiuere, incipiunt cōtendere, litigare, detrahere: ubi est uita tranquilla, ubi uita quieta, ubi uita pacifica, ubi uita honesta, ubi uita modesta, ubi uita casta, ubi uita contemplatiua, ubi angelica? Certe nō potest ibi esse pax integra, ubi regnat detrahens lingua: ubi regnant rixæ & contentiones, non potest esse perfecta religio. Vide ergo soror dilecta, ne per lites & contentiones perdas labores. Caue ne dies tuos perdas per detractioes & rixas. Attende tibi diligenter, ne per iurgia & contentiones perdas cœlestes promissiones. Esto sollicita, ne per stulta uerba perdas gaudia æterna. Igitur linguam tuam refræna, & eris religiosa: quia si eam non refrænaueris, religiosa non eris. Sed si forsitan mihi non credis, audi Iacobum apostolum dicentem: Si quis putat se religiosum esse non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Lingua modicū est membrum in corpore hominis, sed tamen si refrænata non fuerit, totū corpus maculat & corrumpit. Nam sicut modicum fermentum corrumpit totam massam, & sicut parua scintilla ignis magnā syluam incendit: ita lingua sine fræno dominos & præpositos æquales & socios, subiectos & paruulos omnes scandalizat, & ad iracundiam prouocat: lingua contentiosa si frænum non habeat, nullus homo cū ea in pace uiuere poterit. Rixosa lingua ueneno est plena, quæ si non fuerit castigata, oēs socios suos perducet ad scandalum. Soror uenerabilis, ergo bonum est tibi, ut prohibeas linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Considera unde uenisti, & ad quid uenisti. De mundo exiisti, & ad castra Dei, hoc est ad monasterium fugisti: diuitias seculi postposuisti, & ad cœlestes diuitias promerendas uenisti. Et ideo paupertatem elegisti, gratis paupertatē elegisti. Et ideo obliuioni debes credere omnia quæ propter Deum reliquisti. Caue ergo, ne uelis alijs te præferre: quanto maior es, tanto te humiliā in omnibus. dimitte conuenticulum conspirationis & detractiois. Fuge murmuraciones & susurraciones: susurraciones non audias. Murmurationibus aurem tuam nō præbeas, separa aures a detrahētibus, quasi a serpētibus. Fuge detrahētes, quasi serpētes, detrahentes infundunt uenenum mortiferum in auribus se audientium: qui detrahit & qui detrahentem libenter audit, uterq; peccat. Non solum ille qui detrahit peccat, sed ille qui uoluntariē detrahentem audit. Honesta uirgo, audi ea quæ dicit perfectus uir in Christo: Non sedi cum consilio uanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Tu ergo cum consilio uanitatis nō sedes, & cū mala loquentibus nō cōmiscaris: non cōtendas in ulla causa, in nulla causa decertare studeas. Contentio lites parit, cōtentio pacē cordis extinguit. Contentio rixas gignit. Contentio iurgia seminat. Contentio faces odiorū accendit. Contentio concordia rumpit. Contentio conturbat oculum

oculum mentis, sicut ait Dauid: Turbatus est a furore oculus meus. Igitur amabilis in Christo soror, moneo te ut in illa causa contendas. Non contendas pro cibo, neq; pro potu, neq; pro uestimento: sed accipe de manibus præpositarum tuarum ea quæ tibi dederint sine murmuratioe: quid a præpositis tuis tibi fuerit ministratū, sine murmuratione accipe. Si soror tua meliora uestimenta accepit quā tu accepisti, non sit tibi cura. Si præposita tua dederit tibi uitæ uestimentū & sorori tuæ dederit preciosum, de hoc nō murmures. Si meliora uestimenta sororibus tuis fuerint, & tu acceperis uisiora, super hoc non contendas. In nulla temporali causa eligas meliora. In transitorijs rebus meliora non quæras. In rebus mundi meliora non concupiscas. Quare? Quia non uenisti ad diuitias, sed ad paupertatē. Non uenisti ad monasterium, ut diuitias terrenas haberes, sed ut uirtutes spirituales acquiras. Non uenisti ad claustra, ut in uestimentis preciosis respicēdeas, sed ut in simplicitate Deo seruias. Non uenisti ad ordinē, ut ante oculos hominū in uestibus gloriosa appareas, sed ut per humilitatem Deo placeas. Non uenisti ad sanctā congregationē, ut uoluntatē tuā cōpleas: sed ut uoluntati alienæ obediās, & pro Deo omnia terrena despicias. Alioquin melius tibi fuerat in domo patris tui remanere, q̄ in monasterio preciosa uestimenta quærere. Melius tibi fuerat in domo parentum tuorum habere solatiū, quā inter ancillas Dei pro terrenis & transitorijs rebus mouere scandalū. Melius tibi fuerat in terra tua commorari, quā in domo Dei pro temporalibus rebus contendere, aut litigare, aut murmurare. Igitur charissima, sicut superius dixi tibi, in nulla causa decertare studeas, nisi ut soli Deo placeas: Amen.

De disciplina. Sermo XVIII.

Sapientissimus Salomon ait: Audi fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legē matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, & torques colla tuo. Tene disciplinā, & ne dimittas eā. Custodi illā, quia ipsa est mater tua. Accipe disciplinam, & noli abijcere eā. Qui odit castigationes, stultus est. Qui increpationes relinquit, multum errat. Qui disciplinam despicit, peccat. Qui custodierit disciplinā, inueniet uitam. Qui uerō disciplinā noluerit custodire, inueniet mortē. Egestas & ignominia erit illi, qui deserit disciplinā. Qui acquiescit castiganti, gloriabitur. Stultus iridet disciplinā patris sui: qui autē custodit increpationes, sapiens est. Plus proficit castigatio linguæ apud prudentē, quā centum plagæ apud stultum. Vir sapiens & disciplinatus, nō murmurabit aduersus eū qui castigat illū: tamē castigatio debet esse moderata, unde beatus Ambrosius: Leuiter castigatus exhibet reuerentiā castiganti: qui uerō crudeliter castigat uel increpat, nec increpationem suscipit, nec salutē. Blanda pietate sunt portandi, qui pro sua infirmitate non possunt increpari pro diuersitate peccantiū: alij

portandi sunt, alij castigandi, quia modus dicitur sus est peccatorū. Prælati ecclesiæ portare debēt subditos suos quos corrigunt, & corrigere quos portāt. Hinc Salomon in basibus templi Domini, imaginem leonis & bouis, & cherubin operē sculptorio fecit pingere. Quid aliud designat bases in tēplo, nisi prælatos in ecclesiā? Quicūq; sollicitudinē regiminis suscipiūt tanq; bases, portāt onus suppositū. Cherubin, plenitudo scientiæ in interpretatur. In basibus cherubin monstrat, quia prælati ecclesiæ pleni debēt esse cœlestis scientiæ. Per leonē terror seueritatis figuratur: per bouem uerō patientia mansuetudinis ostenditur. Itaq; in basibus neq; leones sine bobus, neq; boues sine leonibus exprimentur: quia prælati ecclesiæ aliquando rigidi, aliquando cū dulcedine, aliquando cū asperitate, aliquando uerbis, aliquando flagellis debēt subiectos suos corrigere: quia ille qui blandis uerbis castigatus nō corrigitur, necesse est ut acris corrigat uel arguat. Cū dolore enim abscondenda sunt uulnera, quæ leuiter sanari nō possunt. Qui secreto admonitus de peccato corrigi negligit, publicè est arguendus: ut uulnus quod occulte sanari nequit, manifeste debeat emendari. Palam sunt arguēdi, qui palam nocent, ut dū aperta obiurgatione sanant, hi qui eos imitando deliquerunt, corrigantur, ut dum unus corrumpitur, ceteri emendent. Melius est, ut pro multorū saluatione unus condemnetur, quā per unius licentiā multi periclitentur. Eciā beatus Gregorius ait: Sunt multi qui uerba increpationis audiunt, & ad poenitentia redire cōtemnūt. Unusquisq; audiat de regno Dei qd diligit, audiat de inferno quid timeat, ut si per amorem ad regnum non uenit, saltem per timorem ueniat. Verba sunt Isidori: Iusti benignè suscipiunt castigationem, quando de suis culpis arguuntur. Soror charissima, disciplina est emendatrix, quæ non est uilipendenda: & ideo debemus prælatos nostros diligere, & uerba eorum benignè suscipere, qui per increpationes & castigationes suas auferunt a nobis proprias uoluntates, & mundi cupiditates. Vnde in Canticis canticorū de eisdē prælati, Ecclesia uel quælibet fidelis anima dicit: Inuenerūt me custodes qui custodiunt ciuitatē, percusserunt me, & uulnerauerunt me: tulerūt mihi palliū meū custodes muros. Per custodes ciuitatis intelligimus prælatos, qui statū sanctæ ecclesiæ custodiunt, qui etiā animam fideliem inueniunt, eamq; suis prædicationibus & exhortationibus, atq; minis percussunt, & amore charitatis Christi uulnerant. Nec solum hoc sufficit eis, sed etiā pallium ei tollūt: id est, omnē terrenam delectationē, atq; substantiam temporalem ab ea auferunt, & eam nudam peccatis ac spoliatam diuitijs ad regnum cœlorum transmittunt. Igitur soror mihi in Christo dilecta, ualde dignum est, ut prælatos nostros quos si patres diligamus, ut ab eis disciplinam nostræ salutis libenter suscipiamus, secundum consiliū Dauid dicentis: Apprehendite disciplinam, ne

quando irascatur Dominus, & pereatis de uia iusta. Ergo si de uia iusta nolumus perire, necesse est nos disciplinā suscipere. Si ille qui disciplinā nō suscipit, de uia iusta peribit: proculdubio de uia iusta confirmatus erit, qui disciplinam suscipit. Nunc ergo soror uenerabilis, moneo te ut libenter suscipias disciplinam, ut ab ira Dei libereris, & in uia iusta confirmeris. Multas age gratias illi qui castigauerit te, illi qui increpauerit te gratias repende. Si abbatissa, uel priorissa pro salute tua increpauerit, non contristeris: cū abbatissa uel priorissa, monstrauerit tibi uia salutis tuæ, suscipe doctrinam illius gratis: quando aliquis monstrauerit tibi causam tuæ salutis, tu non sis rebellis. Dilige eas quæ te reprehendūt de tuis transgressionibus. Ama eas quæ te castigauerunt de tuis negligentijs, quasi alacres dilige eas quæ te reprehendunt de tuis transgressionibus: castigantibus iniuriam, nō respondeas. Increpantibus te, contumeliam non dicas, mala pro bonis non reddas. Aduersus bona uerba, non respondeas iurgia. Aduersus bona uerba, non respondeas mala. Quare? Quia qui diligit disciplinam, diligit sapientiam. Ergo & tu si disciplinam dilexeris, sapiens eris. Prudens eris, si increpationes patienter sustinueris: sapiens eris, si humiliter castigationes portaueris. Honestā uirgo, ideo à Domino, & à praelatis nostris in hac uita corripimur, ut non cū hoc mundo damnemur. Multo melius est nobis in hac uita à praelatis nostris pro negligentijs corripī, quā in futura uita damnari. Melius est nobis in hoc seculo à praepositis nostris pro transgressionibus & culpis castigari, quā in futuro seculo puniri. Amabilis mihi in Christo soror, melius est tibi manu abbatissæ flagellis cædi, quā in inferno penas pati: melius est tibi manu abbatissæ uel priorissæ flagellari in hac uita, quā in inferno cruciari in futuro. Melius tibi est in manu abbatissæ flagellis uerberari, quā in inferno torqueri. Melius tibi est in hoc mundo de manu abbatissæ uel priorissæ sustinere flagella, quā pati æternas penas in gehēna. Melius est tibi manu abbatissæ uel priorissæ tēporaliter affligi uirgulis, quā cremari æternis incendijs, à quibus te dignetur liberare ille qui te redemit suo precioso sanguine. Amen.

De obedientia. Sermo XIX.

Soror charissima, audi uerba Pauli apostoli: Non est potestas nisi à Deo. Quæ autē sunt ordinata, à Deo ordinata sunt. Ideo qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Ergo non debemus cōtemnere potestates, siue mundi sint, siue ecclesiæ: quia omnes à Deo ordinatæ sunt. Igitur quando per inobediētiam praelatis nostris contradicimus, Deo iniuriam facimus. Quando per superbiam & inobediētiam praelatis nostris rebelles sumus, contra Dei præcepta facimus: quando praelatis nostris contumaces sumus atque inobedientes, Deum contempnimus, qui dicit: Qui uos audit, me audit: id est, qui uobis est obe-

diens, mihi obediens est: & qui uos despicit, me despicit. Soror dilecta mihi in Christo, ergo qui praelatum suum despicit, Deum despicit: & qui praelatū suū honorat, Deū honorat: & qui obediens est praelato suo, obediēs est Deo. Hanc uirtutē, scilicet obediētiam laudet Samuel propheta, dicens: Maior est obediētia, quā sacrificiū: & obedire, magis quā offerre adipem arietū: quoniam quasi peccatū ariolādi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere, id est nolle obedire. Maria soror, Aaron per superbiam, & inobediētiam, murmurauit cōtra Moysen fratrem suū, & statim percussa est lepra. Maria quæ cōtra Moysen fratrem suū, id est praelatū, murmurauit per inobediētiam & rebellionē, significat animam cuiuslibet hominis, qui murmurat contra praelatum suū, cui nō uult obedire, nec præcepta salutis accipere. Et quia non uult per obediētiam præcepta sui praelati suscipere, lepra peccatorū percūtitur atque cōdatur. Etiam Chore, Dathan & Abiron, qui cōtra Moysen & Aaron, per superbiam & contumeliam, atque inobediētiam insurrexerūt, statim p̄ sua presumptione penas sustinuerunt, sicut scriptum est in Psalmo: Aperta est terra, & deglutit uirtutes Dathan, & operuit super congregationem Abiron. Et iterum: Exarsit ignis in synagoga, eorum flamma combusit peccatores. Nam & Ozias rex, cum superbiam & inobediētiam, atque contumaciam thuribulum accepisset, & contra legem Dei sacrificare uoluisset, à Deo est lepra percussus, atque maculatus in fronte. Nam & Saul rex, quia inobediens fuit, regnum perdidit, & in manibus inimicorū suorū cecidit. Etiam Ionas propheta per inobediētiam fugit, & eū piscis absorbit atque in profundū maris misit. Cauendum est igitur nobis, ne contra praelatos nostros per inobediētiam audeamus insurgere, ne Dominus per eos uelit nos, quia uice sua funguntur, asperē uisitare. Venerabilis soror, pro salute nostra posuit Deus praelatos in ecclesia, ut nobis prouideant, & ut Deo pro nobis rationem reddāt, atque nos ne mala faciamus, custodiant. Vnde Paulus apostolus: Obedite praepositis uestris, & subiacete eis, ipsi enim per uigilant, quasi rationem reddituri pro animabus uestris. Praelati debent custodire ac regere gregem Domini cum magna uigilantia ac sollicitudine. De quibus in Canticis canticorū legitur: Lectulū Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi uniuersusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos. Verus Salomon Christus esse intelligitur, quia reuera pacificus est: quia pacem inter Deum & hominē reformauit. Lectulus uero Salomonis, congregatio est fidelium, in qua Deus habitat & requiescit. Lectulum uero Salomonis sexaginta fortes ambiunt, scilicet praelati, qui defendendo, castigando, increpando, corripiendo, admonēdo circumuehūt & custodiūt ecclesiā Dei cōtra uitia, & contra inimicos uisibiles atque inuisibiles. Qui

ideo

De perseverantia. Sermo XX.

Soror charissima, audi beatum Hieronymū dicentem: Non quarunt in Christianis initia uel exordia, sed finis & perseverantia. Paulus apostolus malē cœpit, sed bene finiuit: Iudas uero Ischarioth bene cœpit, sed malē finiuit. Laudatur initium Iudæ, sed finis uitæ illius condemnata. Vnde beatus Gregorius: Virtus boni operis perseverantia est, in casum bonū agit, si ante terminum uitæ deseratur. De hoc etiam beatus Ildorus ait: Non iudicat Deus hominem de præterita uita, sed de suo fine. Unusquisque enim in die mortis suæ iustificabitur, aut cōdemnabitur. unde descriptū est: Vbi te inuenero, ibi te iudicabo. Etiam beata Magdalena ideo Christum resurgentem primò meruit uidere, quia eum querendo perseverauit. Vnde etiam in Canticis canticorū dicitur: In lectulo meo per noctes quæsiuit, quæ diligit anima mea. Moneo ergo te honesta uirgo, ut quæras eundem Iesum Christum sponsum tuū in lectulo tuo: id est, in requie mentis, atque quiete cōtemplationis. Per noctes quære eū, hoc est, in hac uita ad eum suspirando, eūque desiderando, ut eum perfecte in futura uita inuenire possis, ac uidere regnantem eū in patris solio. Sine intermissione quære eum bene uiuendo, ut faciem eius merearis uidere in cœlesti regno. Rogo Christi spōsa, ut dicas cū David propheta: Sitiuit anima mea ad Deum fontē uitæ, quando ueniam & apparebo ante faciē Domini. Verè anima tua Deum sinit, si eum super omnia diligit. Verè anima tua Deū sinit, si pro amore illius despicit omnia terrena. Verè anima tua Deum sinit, si eum in dextera patris regnantē cōcupiscit. Etiam idem propheta nos admonet dicens: Quærite Dominum & cōfirmamini, quærite faciem eius semper: id est, in prosperitate & angustia, in paupertate & abundantia, in infirmitate & in sanitate: in iuuentute & in senectute debemus Deum quærere tota mente, tota intentione, ut ab eo mereamur cōfirmari in sancta cōuersatione, & ut illum mereamur inuenire ac uidere in cœlesti regno. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis ac spiritus: quia nō nisi casto corpore ad cœlos poterunt subleuari in die resurrectionis: nec poterunt uidere gloriā diuinæ maiestatis, nisi illi qui sunt mundo corde. Soror dilecta, mihi crede, quia non ociosis & uagantibus dabitur regnum cœlorum, sed quærentibus & petentibus, atque pulsantibus. Sic enim ait Dominus: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Petenda est ergo ianua regni, orando: quærenda, bene uiuendo: pulsanda, in Dei seruitio perseverando. Non sufficit bona incipere, nisi etiam quisque incipere studeat ea quæ bene inchoauit usque ad finem uitæ perducere, quia melius est uitam iustitiæ non cognoscere, quā post cognitionem retrorsum cōverti. Vnde Dñs in Euangelio: Nemo mittēs manum suā in aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Igitur soror uenerabilis, necesse

Sss 3 est

est ut per desiderium æternæ beatitudinis pulse
mus quotidie aures Dei omnipotentis, nec defi-
ciamus à bonis quæ incepimus priusq̄ illo ape-
riente, in mereamur de carcere mortis huius eripi,
& ad portam cœlestis patriæ peruenire. Soror
in Christo amabilis, mihi bonum est perseuera-
re in seruitio Dei. Quoniam qui de monasterio
ad seculum reuertuntur, plusquam carbones ni-
gri efficiuntur. Qui de monasterio ad seculum de-
scendunt, efficiuntur nigri sicut carbones frigidi.
Quare? Quia per torporem mentis ab igne cha-
ritatis Dei sunt mortui atq̄ extincti. Vnde bea-
tus Isidorus: Qui de bona uita ad malâ reuertun-
tur per cupiditatem mundi, sunt contenebrati,
& nigredine uitiorum sunt fœdati & fuscati, atq̄
lucernæ claritatis Dei sunt extranei. Qui de mo-
nasterio ad seculum fugiunt, à societate angelorum
separantur, & dæmonibus sociantur. Qui sanctâ
congregationem relinquunt, & ad secularē ui-
tam descendunt, à societate Dei elongantur, atq̄
dominiò diaboli subiugantur. Soror in Christo
amantissima, considera quid fecisti. Quotidie re-
duc ad memoriã, unde uenisti, & ad quid ueni-
sti & quare uenisti. Tu ppter Deum omnia quæ in
hoc mundo sunt reliquisti ac despexisti, & p amo-
re illius, monasteriũ elegisti. Tu regnũ cœlorum
parasti, & teipsam in precio illius tradidisti. Stu-
de ergo cum summa uigilantiã, ut non perdas re-
gnum quod comparasti, sed ut habere possis in
perpetuum, quod desiderasti & optasti. Caue ne
perdas regnum, pro quo temetipsam dedisti pre-
cium. Audi Paulum apostolum dicentem: Non co-
ronabitur, nisi qui legitime certauerit. Ille labo-
rat legitime, qui in bonis operibus, perseverat usq̄
ad diem mortis suæ. Ille certat legitime, qui in ser-
uitio Dei perseverat sine fraude & simulatione.
Ille Deo dignè seruit, qui bonum opus quod cœ-
pit, usq̄ ad cõsummationem perducit. Ille in bo-
nis operibus bene desudat, qui ea quæ bene in-
choauit consummat. Vnde ecclesia de suis mem-
bris in Dei seruitio perseverantibus in Canticis
canticorum dicit: Ligna domorum nostrarum cedri-
na, laquearia uerò cypressina. Domus ecclesiæ
sunt conuenticula fidelium Deo seruientium, atq̄
in his quæ Dei sunt perseverantium. Cedrus itaq̄
atq̄ cypressus arbores sunt imputribilis naturæ,
& signant sanctos Dei, qui infatigabili atq̄ im-
marcescibili desiderio conditoris sui flagrant, &
in bonis operibus usq̄ ad cõsummationem uitæ
perseuerant. Igitur uenerabilis uirgo, & tu esto
cypressus in domo Dei, in bona uita perseveran-
do. Etiam in domo Dei cedrus eris, si de te ex-
plum bonæ uitæ dederis, atq̄ odorem bonæ cõ-
uersationis sociabis tuis. Virgo prudens, ideo
hoc dixi, ut tota mente despicias amorem seculi.
Ideo hæc dixi, ut nunquam uelis religiosam uitã
relinquere, & secularẽ requirere. Ideo hæc di-
xi, ut nunquam uelis monachalem uitam desere-
re, & sicut canis ad uomitum redire ad seculum.
Moneo te, ut in monasterio cunctis diebus uitæ
tuæ perseueres, & ut secularẽ uitam nunquam

A desideres. Moneo te, ut cum summo desiderio
monasterium diligas, & ut toto corde seculum
postponas. Moneo te, ut in omni tẽpore in do-
mo Dei permanas, & ut nunquam ad seculum
redire quæras. Quare? Quia in monasterio est
uita contemplatiua, in seculo est uita laboriosa:
in monasterio est uita sancta, in seculo est uita
criminosa: in monasterio est uita spiritalis, in se-
culo est uita carnalis: in monasterio est uita cœ-
lestis, in seculo est uita terrestris: in monasterio
est uita quieta, in seculo est uita turbulenta: in mo-
nasterio est uita pacifica, in seculo est uita litigio-
sa: in monasterio est uita tranquilla, in seculo est
uita cõtentiosa: in monasterio est uita pacifica: in
seculo est uita iurgij plena: in monasterio est ui-
ta casta, in seculo est uita luxuriosa: in monaste-
rio est uita perfecta, in seculo est uita uitiosa: in
monasterio est uita plena uirtutibus, in seculo
est uita plena uitijis: in monasterio est uita sancti-
tatis, in seculo est uita iniquitatis. Soror reueren-
da, audisti bona quæ sunt in monasterio, audisti
mala quæ sunt in seculo: audisti uirtutes mona-
sterij, audisti uitia seculi, audisti salutem monaste-
rij, audisti pditionem seculi: audisti uitam, audisti
mortem. Nunc igitur, ecce in cõspectu tuo bonum & ma-
lum. Ecce ante oculos tuos pditionem animæ
& salutem. Ecce ante te uitam & mortem. Ecce
ignis & aqua, extende manum tuam, & elige
quod uis. Ecce uia paradisi, & ecce uia inferni.
Ecce uia quæ ducit ad uitam, & ecce uia quæ du-
cit ad mortem. Ergo ambula per quã uolueris.
Hoc solum rogo, ut eligas meliorem. Frater mi,
consilium tuum accipiam, & meliorem uiam eli-
gam. Bonum est mihi consilium accipere, & per
uiam quæ ducit ad paradysum ambulare cū Dei
iuuamine. Honestã uirgo, quia meliorem uiam
eligit, Deo gratias reddo. Igitur uitã bonã quã
cepisti tenere, non deseras. Propositã bonã ui-
tã iam conserva omnibus diebus uitæ tuæ, tũc
erit opus tuum perfectum, si perdurauerit usq̄
in finem. Salus perseverantibus promittitur,
præmium perseverantibus datur: non est bo-
nus qui bonũ facit, sed qui incessabiliter facit. Si
ergo in bonis operibus usq̄ ad finem uitæ perse-
ueraueris, salua eris.

De uirginitate. Sermo XXXI.

PRudentes uirgines acceperunt oleũ in ua-
sibus suis cum lampadibus. Soror charissima,
audi quæ dico. Mente & corpore uirgines non
sunt fatuæ, sed prudentes, & possunt exire obui-
am sponso: quia habent oleũ in uasis suis, id est
castitatem in mentibus. Virgines uerò corpore
& nō mente nō sunt prudentes, sed fatuæ: nec pos-
sunt exire obuiã sponso, quia nō habent oleũ in
uasis suis, id est, non habent castitatẽ in mentibus.
Sic ait beatus Isidorus: Virgo corpore & non
mente, nō habet præmiũ in remuneratione. Et
Dominus in Euãgelio de fatuis uirginibus ait:
Amen dico uobis, nescio uos. Hac de causa te
moneo soror dilecta mihi, ut sis mente & corpo-
re uirgo, ut post hanc uitam merearis colloca-
ri in

in cœlesti thalamo à Iesu Christo cœlesti spon-
so. Virginitas nō est iussa, sed admonita, quia ni-
mis est excelsa. Duplicatũ est bonũ uirginitatis,
quia in hoc mundo sollicitudine caret seculi, & in
futuro præmiũ castitatis recipiet. Sine dubio qui
casti p̄seuerat, & uirgines, angelis Dei erit equa-
les. Virgines feliciores esse in æterna beatitudi-
ne, Esaia testãte qui ait: Hęc dicit Dñs eunuchis:
Dabo eis in domo mea, & in muris meis locũ, et
nomen melius à filiis & filiabus, nomẽ sempiternũ
dabo eis, qd nō peribit. Omne peccatũ p̄ pœni-
tentiã recipiet indulgentiã. Virginitas uerò si la-
bi, nullo modo reparat: nam quanuis quis per
pœnitentiã recipiat ueniã, tamen per incorrupti-
onẽ nunq̄ recipiet pristinã. Soror uenerabilis,
nihil ualeat uirginitas carnis, ubi nō est integritas
mentis. Virgines de suis meritis gloriãtes, hypo-
critis comparantur, qui gloriam boni operis so-
ris appetunt, quam intra conscientiã habere de-
buerunt. Hoc est enim in Euãgelio uirgines nō
habere oleum in uasis suis: id est, non seruare in
conscientiam testimoniũ boni operis, scilicet in
facie gloriari apud homines, non in corde apud
Deũ. uerba sunt beati Augustini: Nihil prodest
uirginitas carnis, ubi habitat iracundiã mentis.
Multum distat inter puritatem uirginalis anime
nulla contagione polluta, & eã quæ multorum li-
bidini subiãcuit. Soror uenerabilis, audi beatum
Hieronymũ dicentem: Nihil prodest habere car-
nem uirginẽ, si mente quis nupserit. nihil etiam
prodest corporis uirginẽ custodire uirginitatẽ.
si oculos à cõcupiscentiã noluerit refrenare. Vir-
ginitas in corpore nihil proderit, si charitas aut
humilitas à corde discesserit. Moneo igitur te ho-
nesta soror in Christo, ut sis mente & corpore
uirgo. Moneo etiam te, ut accipias oleum bono-
rum operum tecum, atq̄ ut ornas lampadem tu-
am bonis operibus, & illumines eam sacris uir-
tutibus, ut cum clamor factus fuerit: Ecce spon-
sus uenit, exire obuiã ei, possis occurrere Iesu
Christo sponso tuo cœlesti, & ab eo collocari in
cœlesti thalamo.

De continentia. Sermo XXXII.

SOROR charissima, rogo ut cum omni deuoti-
one audias admonitionis uerba. Tricenari-
us numerus primus est, & significat fœdera nu-
ptiarum. Sexagenarius numerus secundus gradus
est, & significat continentiam uiduarum. Cente-
narius numerus tertius gradus est, qui pro uirgi-
nitatis corona uirginibus deputatur. Beatus Isi-
dorus ait: Quidam in iuuentute luxuriose uiuen-
tes, in senectute continentes fieri uolunt: & tũc
uolunt castitatem seruare, quando eos luxuria
seruos habere contempsit. Tales nō habent præ-
miũ, quia non habuerunt laboris certamen: eos
uerò expectat gloria, quibus fuerunt gloriosa cer-
tamina. Castitatis enim fructus est suauitas. Ca-
stitas, est pulchritudo inuoluta sanctorum, casti-
tas securitas est mentis, et sanitas corporis. Luxu-
ria carnem debilitat, fractamq̄ celeriter ducit ad
senectutem. Longa castitas pro uirginitate repu-

A tatur. Igitur soror ueneranda, amanda est pulchri-
tudo castitatis. Continentes & castè uiuentes
Deo, in semetipsis præparent habitaculũ. Vnde
apostolus: Castè uiuentes templum Dei sunt, &
spiritus sanctus habitat in eis. Continentia facit
hominem proximũ Deo. Ibi habitat Deus, ubi
permanet continentia. Castitas iungit hominẽ
cœlo, castitas perducit hominẽ ad regnũ, castè
uiuentibus promittitur regnum cœlorum. Castè
uiuentes, habebunt hereditatem in cœlo. Bona
est castitas coniugalis, sed melior est cõtinentia
uidualis. Optima uerò integritas uirginalis: me-
lior est uidua humilis quàm uirgo superba. Me-
lior est uidua cum humilitate, quàm uirgo cum
superbia. Melior est uidua lugens peccata sua,
quàm uirgo iactans semetipsam corã homini-
bus de uirginitate sua. Melior est uidua plorans
iniquitates suas, q̄ uirgo extollens semetipsam
de meritis suis. Nō debet uirgo gloriari corã ho-
minibus, de dono suæ uirginitatis: quia si hoc fece-
rit, nō habet oleum secum, extincta est enim lam-
pas sua, non debet uirgo despiciere uiduas. Vir-
go quæ Deo uult placere, non debet mulieres
castè uiuentes contemnere: quia si hoc fecerit
Deo displicebit, & sibi nocebit. Virgo quæ mu-
lieres castè uiuentes, & Deo seruientes despicit,
superbiam facit. Quare? Quia melior est pecca-
tor humilis quàm iustus superbus. Tu ergo ue-
nerabilis soror, non despicias mulieres, quæ de
cœlo uenerunt, maritos habuerunt, filios genu-
erunt: quia si eas despexeris nimis, ante Deũ cul-
pabilis eris. Anna, pphetissa maritum habuit, sed
tamen de Christo prophetauit, & eũ uidere me-
uit. Et Maria Magdalena secularis fuit, sed tamẽ
Christum resurgentem uidit, & apostolorum apo-
stola esse meruit. Honestã uirgo, ideo hæc dixi,
ut nullo modo despicias ancillas Christi, quæ ad
seruiendum Deo uenerunt de uita seculari, non
debes ergo honestas fœminas, quæ de seculo ad
monasterium uenerunt despiciere, sed honorare:
quia quos Deus dignatus est eligere, tu non de-
bes cõtemnere. Moneo ergo te uenerabilis, ut
pro amore Christi seruas eas, & diligas eas qua
si matres. Soror in Christo dilecta, ideo debes
eis seruire quasi filia, quia Deus cõuertit eas ad
se de seculari uita. Igitur Deo iniuriã facis, si ancil-
las Dei despicias. Tu uerò amabilis mihi in Chri-
sto soror, nō dicas, ecce ego lignũ aridũ: nō dicas
ecce ego arbor in fructuosa, quia si Christũ spõ-
sum tuum diligis, & times sicut debes, septẽ fili-
os habes. Primus filius est uerecundiã, secundus
patientia, tertius sobrietas, quartus temperatiã,
quintus charitas, sextus humilitas, septimus ca-
stitas. Ecce uenerabilis soror, per gratiam spi-
ritus sancti, sine dolore ex incorrupto utero se-
ptem filios Christo peperisti, ut impleatur in te
quod scriptum est: Quia sterilis peperit septem.
Itaq̄ soror amabilis in Christo, hos filios quos
Iesu Christo sponso tuo genuisti, debes nutrire,
fouere, lactare, reficere, confortare & castigare.
Nutri eos bonis moribus, foue eos in sinu intimæ

contemplationis, & da eis mamillas æternæ dulcedinis. Refice eos amore supernæ suauitatis, & conforta eos pane uerbi cœlestis. Castiga eos flagellis timoris Dei, & manda eis, ut non superbiant, & ut non sint leues, nec transgressores, atq; ut nunquam à te discedant, nec à te separentur. Vides soror dilecta, quod uirgines principalem locum teneant in regno Dei, & non immerito. Quia contempserunt presentem mundum, ideo peruenērūt ad cœlestē regnum, ad quod te perducere dignetur ille, in cuius seruitio corpus tuū & animam tuam consecrasti: Amen.

De fornicatione. Sermo XXIII.

Soror in Christo dilecta mihi, moneo te, ut cum omni deuotione audias hæc uerba Dñi nostri Iesu Christi: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardētes in manibus uestris. Libros præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Lucernas in manib. tenemus, quando proximis nostris lucis exēpla monstamus. Fornicatio carnis, ut ait beatus Isidorus, adulterium est. Fornicatio animæ, seruitus idolorū est. Prima fornicationis tela oculorum sunt, secūda uerborum: sed qui non capitur oculis, potest resistere uerbis. Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quamuis quisq; diuersa turpitudinis uoluptate perfruatur. Ex delectatione enim fornicandi uaria gignuntur flagitia, quibus regnū Dei clauditur, & homo à Deo separat. Inter cætera septem uitia, fornicatio maximū scelus est: quia per carnis immunditiam templū Dei uiolat, & tollens membrum Christi, facit membrū meretricis. Igitur honesta uirgo, si uerum est quod in te Deus uiuit, mortua sit in te fornicatio. Luxuria inimica est Deo & paternæ benedictionis atq; substantiæ perditio: fornicatio non solum maculat corpus, sed & conscientiam. Qui luxuriatur, quāuis uideatur uiuens, tamen mortuus est. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus, id est, damnabit eos. Audi igitur soror charissīma beati Isidori uerba: Fornicatione coquinari, deterius est omni peccato: fornicatio maior est omnibus peccatis. Fornicatio graue peccatum est. Fornicatio omnia mala superat, fornicatio grauior est morte. Melius est mori, quā fornicari. Melius est mori, quā fornicatione maculati. Melius est mori, quā per fornicationem animam perdere. Luxuria perducit hominem ad poenas inferni. Luxuria mergit hominē in infernum: luxuria mittit hominem ad tartarum. Oculi annunciij sunt fornicationis. Visio est prima occasio fornicationis. mens enim per oculos capitur. Per oculos intrat ad mentem sagitta amoris, visio oculorum mittit sagittas fornicationis in mente. Oculus est prima sagitta fornicationis. Igitur in Christo soror, reprime oculos tuos, ergo subtrahere uisum. Non defigas oculos tuos in speciem carnis, nullum hominē hac intentione aspicias, ut eum concupiscas: nullum hominē ideo aspicias, ut eū carnaliter diligas. Faciem uiri non uideas, ut eum in malo diligas. Auerte

oculos tuos ne uideant uanitatē, pulchritudinem hominis non concupiscas. Dic tibi soror uenerabilis, qualis profectus in pulchritudine carnis, nōne sicut fœnū siccatur homo, & fugit pulchritudo eius sicut umbra? Et quando mors uenerit, dic rogo, quāta pulchritudo in corpore manebit? cum uideris totum corpus tumidum esse, & in fœtorem conuersum, nōne claudes nares tuas, ut non sustineas fœtorem fœtidissimū? Dic rogo, ubi tunc pulchritudo uultus, ubi blanda uerba quæ corda audientū molliabant. Vbi tunc sermones dulces, quæ homines lætificabant? Dic mihi honesta uirgo, ubi tūc erit immoderatus risus & iocus turpis? Vbi tunc uana & inutilis lætitia, quæ in risum homines commouebat? Perijt, ad nihilum deuenit. Sicut fumus euauit: ita est consummatio pulchritudinis carnis, & consummatio corporis. Cognosce ergo soror uenerabilis, quia uana est pulchritudo. Vnde etiam Salomon ait: Fallax gratia & uana est pulchritudo. Igitur soror in Christo amantissima, si pulchritudo carnis uana est, ergo si pulchritudo carnis putredo est & uermis, itaq; si pulchritudo corporis cinis & terra est, caue ne ideo homines aspicias, ut eorū pulchritudinem concupiscas. Quare? Quia mundus transit & concupiscentia eius. Omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum. Despiciendus ergo est mundus propter Christum cum omnibus quæ in eo sunt. Tu uerò honesta uirgo, quæ propter Christum reliquisti seculum, non debes lætari in pulchritudine hominum. Te ergo moneo soror in Christo dilecta, ut Iesum Christum sponsum tuum diligas super omnia, ut cum eo regnare possis in cœlesti curia. Certè si plus delectat mentem concupiscentia fornicationis, quā amor castitatis, adhuc peccatū regnat in homine. Sed si magis delectat mētem pulchritudo castitatis, quā turpitudō fornicationis, iam non regnat peccatum in homine, sed regnat iustitia. Quamuis homo sit castus in corpore, tamen si luxuriosus est in mente, peccatū regnat in corde eius. Fornicatio cordis, est idolorum seruitus. Est alia fornicatio spiritalis, de qua Dominus ait: Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est in corde suo: maximè per carnis luxuriā homines subijciuntur diabolo, quā per cætera uitia. Castitas, est pulchritudo animæ, & per hanc uirtutē coæquatur homo meritis angelorū. Soror in Christo amabilis, crede mihi, quia multi per incuriam oculorum inciderunt in periculum animarū suarū. Interrogatio. Frater dilecte, dic mihi si aliquem hominem nosti per uisionem oculorū deceptū. Responso. O soror uenerabilis, quā multos scio per uisum esse deceptos, & in laqueū diaboli missos, tamen ex his quos audiui, aliquos dicam tibi: Quia Dina filia egressa est, ut uideret milites regionis, & adamauit eam Sichem, atque rapuit, & uirginitatem illius turpiter corrupit. Et sic misera puella, quia incautè uidit quod

uidere

uidere non debuit, honestatem ac uirginitatem suam perdidit. Dauid etiā quadā die stans in solario domus sue, uidit mulierē, et adamauit eam: pro cuius amore comisit adulteriū & homicidium, & sic deceptus factus est suæ legis reus. Et quia uidit incautè quod non debuit uidere, contraxit maculam omni tempore uitæ suæ. Fortissimus Sanson descendit in regionē Philistinorū, & uidit ibi mulierē atq; adamauit, & in gremio illius dormiuit. Illa uerò crines capitis eius rasi, & tradidit eū in manib. inimicorū eius, qui statim oculos eius eruerūt, & sic miser (quia uidit quod uidere nō debuit) oculos perdidit, & in periculum corporis incidit. Cognosce ergo soror dilecta, quā multi per uisionē oculorū inciderunt in periculū corporū & animarū suarū. Moneo ergo te soror in Christo amabilis, ut facias pactum cum oculis tuis, ne incautè uideas quod uidere nō debes. Caue etiam, ne mors intret per fenestram oculorū tuorum ad animā tuam. Itaq; soror in Christo dilectissima, sicut iam superius dixi tibi, si te caro tua adhuc impugnat, si te adhuc luxuria tentat, si te adhuc libido inuitat, si adhuc memoria fornicationis te cruciat, memoriam mortis tuæ tibi obijce. Finem uitæ tuæ ante oculos adhibe, diem exitus tui propone tibi. Propone tibi futura tormenta, futurū iudicium quotidie cogita, uersetur ante oculos tuos imago futuri iudicij. Reduc ad memoriam horribiles poenas inferni. Ardor gehennæ extinguat in te ardorem luxuriæ. Recordatio æterni iudicij excludat ardorem corporis tui. Flamma inferni inextinguibilis repellat à te memoriā fornicationis. Maior ardor minorem ardorē superet, maior ardor, minorem ardorem uincat. Stridor flammarum horribilis amorē depellat libidinis. Sicut clauus clauum expellit, ita sæpe ardor gehennæ immittit foras ardorē luxuriæ. Soror uenerabilis, omnipotentē Deum deprecor, ut det tibi ueram castitatem mentis & corporis.

De abstinentia. Sermo XXIII.

Homo exterior ieiunat, interior uerò orat. Oratio per ieiunium facilius penetrat cœlum. Per ieiunium & orationem mens hominis coniungit angelis, & copulat Deo. Ieiunia fortia, arma sunt aduersus tentationes demoniorum. Per ieiunium & orationes uincuntur demones. Soror in Christo dilecta, uis scire quid magis luxuria restringitur? Frater mi, uolo, atq; ut illud mihi ostēdas, rogo. Audi ergo amabilis soror in Christo, per ieiunium, fornicatio separatur: per ieiunium, luxuria restringitur. Remota saturitate, nō dominatur luxuria. Abstinentia carnem superat, abstinentia luxuriā refrænata, abstinentia frangit motum libidinis, abstinentia dissoluit uirtutem fornicationis: per famem & sitim, luxuria destruitur: famem & sitis, luxuria uincunt. Mens multitudine ciborū lassata, perdit uigorem orationis: qualis est caro, quæ nō percipit diu cibū, talis est anima quæ alsidue pacis uerbo Dei, Hieronymus sic

ait: Ieiunia moderata debent esse, ne nimis debilitent stomachū: quia modicus & repperatus cibus corpori & animæ est utilis. Pinguis ueter nō gignit subtilē sensum. Multo melius est quotidie parū sumere, q̄ raro satis comedere. Parcus est cibus, & uenter citò esuriēs triduanis præfertur ieiunij. Ille bene ieiunat, qui ab omnib. uitij declinat. Melior est abstinentia uitiorum, quā ciborū: non est reputata abstinentia, ubi fuerit uentris societas subsecuta. Et beatus Isidorus: Totā die epulas in cogitatione ruminat, qui ad explendam gulā uespere sibi delicias præparat. Venter uacuus in oratione uigilare facit. Nam qui repletus est, infert somnū grauissimū, unde non bene uigilare possumus, quādo uenter noster cibus est repletus. Soror uenerabilis, aridū porta corpus tuum, propter desiderium cœlestis regni, ut impleas quod scriptū est in Psalmo: Sitiuit anima mea ad Deum, quā multipliciter & caro mea. Caro enim tunc Deum sitit, quando per ieiunium abstinet & arefcit. Soror in Christo amabilis, crede mihi, quia si in hac uita perfecte Deū esurieris & sitieris, ex eo in cœlesti patria satiaberis. Abstinentia uiuificat & occidit, uiuificat animā, & occidit corpus. Abstinentia ædificat in anima uirtutes, & destruit uitia corporis. Omni studio debemus despiciere gulam ciborum. Spernenda est concupiscentia esarū. Cauenda est cura uentris: quādo uenter immoderatè reficitur, corpus ad luxuriā excitatur. Nō debemus comedere, ut uenter impleat, sed ut corpus sustentet: ubi uenter est cibus repletus, ibi est ignis luxuriæ succensus. Corpus autē quod abstinentia frangit, ignis luxuriæ nō esurit. Ille purpuratus diues, qui quotidie epulabatur splendide, quia abstinerē à cibus in hoc seculo noluit, ideo inter flammās positus, guttā aquæ quaesiuit, nec accipere meruit. Sicut per abstinentiam omnes uirtutes spirituales radcantur, atq; ædificantur in anima: ita & per suauitatem ciborum omnia uitia nutriuntur, & confortantur in corpore: non potest quisquam accipere perfectionem uirtutū, nisi prius domuerit in se uentris gulā. ideo tres pueri in caminū ignis non arserunt, quia abstinentes fuerunt. Daniel etiam ideo liberatus est de ore leonum, quia seruauit in se abstinentiam ciborum. Nemo potest à semetipso tentationes demonū expellere, nisi refrenauerit in se appetitū gulæ. Interrogatio. Frater charissime, rogo te ut dicas mihi qualiter debeo castigare corpus meum per abstinentiam. Responso. Soror dilecta, sic debes nutrire corpus tuum, ut non superbiat. Et iterum: Sic debes reprimere, ut non eadat: sic enim debes reficere carnem tuam, ut seruati. Et sic eam debes castigare per abstinentiam, ut non pereat: si carnem tuam supra modum affligis, ciuem tuū occidis. & iterum: Si eam priusquam oportet reficis, inimicum tuum nutris. Charissīma soror mea, hoc debes semper obseruare in omni abstinentia, ut non occidas carnem tuam, sed uitia. Igitur soror mihi in Christo amantissima, per abstinentiam corpus

corpus tuum castiga: ieiuna, & abstine à cibis, pallida gere ora, & non rubea: facies tua non sit rubicunda, sed pallida. Atridū portā corpus tuū, & non crassum: nō sit corpus tuum crassum, sed siccum. Non nutrias carnem tuam ueribus: ita manduca, ut semper esurias: ita comede, ut semper habeas famem, uenter tuus nunquam impleatur cibus. Esuri, & siti: abstine, & aresce. Crede mihi soror uenerabilis, quia tentationes uinice non poteris, nisi corpus tuum per abstinentiam castigaueris, per cibum & potum crescit luxuria. Ciborum saturitas suscitāt luxuriam carnis, luxuria semper est adiuncta saturitati: Frigus uigiliarum extinguit luxuriæ ardorem. Maligni spiritus ibi magis intrant, ubi plus escam & potum uident. Soror in Christo amabilis, sicut dixi tibi, si perfecte uis tentationes fugere carnis, abstine non solum à cibis, sed etiam ab omnibus seculi delectationibus, ut post hanc uitam in celo lætari possis cum angelis: Amen.

De ebrietate. Sermo XXV.

Soror charissima mea, audi Domini nostri Iesu Christi uerba: Attendite ne corda uestra grauentur crapula & ebrietate. Paulus etiā apostolus castigando suos discipulos ait: Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Et Salomon ait: Luxuriosa res est uinū, & tumultuosa ebrietas. Ne intuearis uinum quando flauescit, nec cum splenduerit in uitro color eius. Ingredietur enim blandē, sed in nouissimo mordebit ut coluber: & quasi serpens uenenum effundit: nullum secretum est, ubi ebrietas est. Multos exterminauit uinum, & perduxit eos ad periculum corporum & animarum. Uinum in iucunditate creatum est, non in ebrietate. Vbi cunctę saturitas abunda uit, ibi luxuria dominabitur. Ventrem distentū cibus, & uini potationibus irrigatum uoluntas luxuriæ sequitur. Ebrietas corpus debilitat, animam illaqueat. Ebrietas generat perturbationē mentis. Ebrietas auget furorem cordis. Ebrietas nutrit flammam fornicationis. Ebrietas ita alienat mentē, ut homo nesciat semetipsum. Homo ebrius ita est à semetipso alienus, ut nesciat ubi sit: plerisque laus est multū bibere, & non inebriari. Quos propheta increpat, dicens: Vae qui potentes estis ad bibendū uinū, & uiri fortes ad miscendam ebrietatem. Et iterum: Vae qui consurgitis mane ad ebrietatē sectandam, & potandū usque ad uesperam, ut uino aestuetis. Etiā loel propheta clamat, dicens: Expergiscimini ebrii, & flete, & ululate omnes qui bibitis uinum in dulcedine: non dicit, qui bibitis uinum in necessitate, sed qui bibitis uinū in dulcedine, hoc est, in delectatione. Ebrietas mortale crimen est. Ebrietas graue peccatum est. Ebrietas inter homicidia & adulteria, & fornicationes reputat. Ebrietas efficit hominem à regno Dei. Ebrietas expellit hominem à paradiso. Ebrietas demergit hominem in infernum. Noe bibit uinū, & uirilia quę per sexcentos annos celauerat, nudauit. Etiā Loth uino inebriatus, dormiuit cum filiabus suis: nec

tamen peccatum sensit, quia alienatus à semetipso fuit. Cogita ergo soror dilecta, quantum sit detestanda & fugienda ebrietas ab omnibus. seruis Dei. Interrogatio. Frater mi, est peccatum bibere uinum? Responso. Venerabilis soror, nō est peccatum bibere uinum temperatum, id est cū sobrietate. Sic enim ait Paulus apostolus Timotheo discipulo suo: Modicū uinum bibe propter stomachū, & frequentes infirmitates tuas. Audi etiam quid Salomon dicat: Uinum cum mensura potatum, sanitas est animę & corporis. Uinū intemperatū, uenenū est. Uinum sine mensura, superat mentē. Per multū uinum grauat mens. Per uinum luxuria crescit, per uinū luxuria excitatur, per multum uinum luxuria nutritur. Uinū enim nobis Deus ad lætitiā cordis dedit, non ad ebrietatem donauit. Igitur honesta uirgo, bibamus non quantum gula quærit, sed quantum necessitas requirit. Caueamus igit ne illud quod Deus ad medelam nobis corporis tribuit, uitio gula deputemus: caueamus ne uinū quod Deus nobis dedit ad salutem corporū, in usum uertamus uitiorum. Caueamus ne medicinam carnis in uitium conuertamus ebrietatis. Multi per uinū à dæmonibus capti sunt: nec est aliud ebrietas, quā manifestissimus dæmon. Tu ergo soror in Christo amabilis, bibe uinum temperatū, & erit tibi sanitas corporis & læticia mentis. Bibe uinum cum sobrietate, & auferet à te pigritiā atque desidiam, & in Dei seruitio te faciet sollicitā atque deuotam. Quare: quia uinum tēperatē potatum, facit hominem ad orationem sollicitum, & in Dei seruitio acutū. Igitur soror charissima, si me quasi fratrem tuum audieris, & hæc omnia sicut dixi feceris, sapiens eris.

De peccato. Sermo XXVI.

Soror charissima, audi Dominum in Euangelio dicentem: Omnis qui facit peccatū, seruus est peccati. Duobus modis committitur peccatum: id est, aut amore cupiditatis, aut metu timoris, dum homo uult habere quod concupiscit: uel cum timet, ne incurrat malum quod metuit. Quatuor modis committitur peccatum in corde, quatuor etiam modis perpetratur in opere. Committitur peccatū in corde, suggestione dæmonum, delectatione carnis, consensione mentis, defensione elationis. Committitur etiā in opere aliquando latenter, aliquando publicē, aliquando consuetudine, aliquando desperatione. Istis modis ergo & corde peccamus, & opere perpetramus peccatum. Tribus modis peccatū committitur, uidelicet per ignorantiam, & per infirmitatem, & per industriā, id est scienter. Per ignorantiam peccauit Eua in paradiso, sicut ait apostolus: Vir non est seductus, sed mulier fuit seducta. Ergo Adā peccauit per industriā: Eua uerò per ignorantiam. Qui uerò decipitur, ignorat quid consentiat: per infirmitatē peccauit Petrus, quādo per timorē ancillæ Christi negauit. Grauius est peccare per infirmitatē, quā per ignorantiam: sed multo est grauius peccare per industriā, quā

quā per infirmitatem. Grauius etiā peccat, qui in publico delinquit, quā qui in abscondito: dupliciter peccat, qui in publico peccat: quia & peccat, & alijs peccare demonstrat. Iam quaedā pars iustitiæ est, hominem suā iniquitatē cognoscere, & de peccatis proprijs in semetipso uerecundiam habere. Melius est hominem non peccare propter amorem Dei, quā propter timorem inferni. Melius est etiā nō peccare, quā peccatum emendare. Omnis peccans superbus est. Faciens enim uetita, contemnit diuina præcepta. Audi ergo soror charissima, quæ dico, audi quæ moneo, per unū malum pereunt multa bona. Custodi animā tuā à peccato, qui in uno peccauit, factus est omnibus reus: per unū peccatū multæ iustitiæ pereunt, non declines cor tuum in hoc quod delectatur corpus. Non des animā tuam in potestate carnis, non consentias carnali delectationi. Soror uenerabilis, si secundum carnem uixeris, morieris. Munda ergo conscientiam tuam ab omni peccato, sit mēs tua pura, sit etiā corpus tuum ab omni iniquitate purgatū, sit corpus tuū immaculatum. Macula peccati in corde tuo non remaneat. Non potest corpus eorūpi, nisi prius fuerit corruptus animus. Si anima labitur, statim corpus ad peccandum paratum est. Anima præcedit carnem. In crimine anima prima uadit ad peccatum: nihil potest corpus facere, nisi quod uoluerit animus. Munda ergo cor tuū ab iniquitate, & caro tua non peccabit. Interrogatio. Frater mi, rogo ut dicas mihi, si anima hominis peccatoris est foeda, & nigra: uel si anima iusti hominis est pulchra aut formosa? Responso. Soror in Christo dilecta, tria sunt in hoc mundo nigriora & deteriora omni malo: uidelicet anima peccatoris perseverans in peccato, quæ est plus nigra quā coruus, & mali angeli qui eam rapiunt in die mortis eius, & infernus, in quo iactatur non sunt peiora uel nigriora his tribus in hoc mundo. Iterum tria sunt, quibus non sunt meliora, anima uidelicet iusti hominis perseverans in bonis operibus, quæ est pulchra sicut sol, & sancti angeli qui eam suscipiunt in die mortis suæ, & paradysus, in quo collocatur, his tribus non sunt meliora in creaturis. Angeli sancti presentāt animam iusti hominis ante Deum dicentes: Ecce quem elegisti Domine, & assumpsisti semper habitabit in atrijs tuis. Soror in Christo amabilis, si mentem tuā ab omni iniquitate mundaueris, & in seruitio Dei, sicut promissisti, perseveraueris, sine dubitatione in celesti thalamo cū Iesu Christo sponso tuo lætaberis: Amen.

De confessione peccatorum & penitentia.

Sermo XXVII.

Tunc homo incipit esse iustus, quando de peccatis suis proprijs incipit accusare semetipsum. unde scriptū est: iustus in principio accusator est sui: nihil autē peius quā culpā cognoscere, nec deslere. Omnis peccator duobus modis debet flere peccata sua: unum, quia per negligentiam bonum non fecit: alterum, quod per auda-

ciam malum comisit. Bonū quod debuit facere, non fecit, & malum: quod non debuit facere, fecit. Ille homo dignē agit penitentiam, qui preterita peccata plangit, & iterum plangenda non committit. nam qui plangit peccatū, & iterum facit peccatū, quasi si quis lauet laterē crūdū: qui quanto amplius lauerit, tanto amplius faciet lutum. Sic quando homo peccare potest, penitet, & uitam suam uiuens ab omni crimine corrigit: sine dubitatione quando ei mors aduenerit, ad æternam perueniet requiem. Qui autē malē uiuit & in morte penitentiam agit, sicut dānatio illius est incerta: ita & remissio illius est dubia. Qui ergo securus cupit esse in morte de indulgentia, in sanitate penitentiam agat, & in sanitate peccata sua lugeat. Igitur quia miseratio Dei occulta est, sine intermissione flere necesse est. Soror charissima, audi beati Isidori uerba: Nō oportet penitentem de peccatis suis habere securitatem. Quare: quia securitas negligentiam parit: negligentia uerò saepe hominem incautum ad priora peccata reducit. Nunc ergo soror charissima, accipe cōsiliū meum, & dum potes, uitam tuam emenda. Dum Deus dat tibi licentiam, peccata tua manifesta. Dum datur tibi spacium, peccata tua plora. Dum potes, penite. Dum potes, peccata tua confitere. Dum adhuc uiuis, peccata tua luge. Morientū uocatio, tua sit emendatio. Dū potes, mala quæ fecisti emenda. Dum potes, à peccato & uitio te retrahere. Dum tempus est, clama ad Deū pro te. Dum adhuc uiuis in corpore, tibi indulgentiam peccatorum tuorum acquirere. Priusquam dies mortis adueniat tibi, penitentiam age. Antequā puteus te absorbeat, penite. Priusquā infernus te rapiat, peccata tua luge. Priusquā in profundum inferni mergaris, negligentias tuas plange: ubi iam non est locus indulgentiæ, ubi iam non est læticia, penitendī licentia, ubi iam non est licentia emendationis, ubi iam non est locus confessionis. Quare: quia in inferno nulla est redemptio. Quamuis sis peccatrix, tamen per penitentiam habebis ueniam. Nulla tam grauis est culpa, quin per penitentiam nō habeat ueniam. Desperatio auget peccatum, desperatio maior est omnibus peccatis, desperatio peior est omni peccato. Igitur soror dilecta, certissimē crede, quia est spes in confessione: nullo modo dubites, nullo modo de misericordia Dei desperes. Habeto fiduciā in confessione de bonitate Dei. Frater charissime, bene dicit, bonum das mihi consilium.

Confessio.

Heu me peccatrix, heu me misera, in tantis peccatis, in tantis criminibus, in tantis negligentijs cecidi, quid primum plangā, quid primum plorē, quid primum lugeam? Ego misera, quem lucitū primum sumam? Ego indigna, quas lachrymas prius fundam? Memoria non sufficit referre gesta tantorū criminū. O lachryme, ubi uos subtra xistis, o lachryme ubi estis, ubi estis fontes lachrymarum, mouemini obsecro ad fletū meū, fontes lachryma-

lachrymarū fluite super faciē meā, rigate maxillas meas. Date mihi planctū amarum, succurre mihi Deus meus antequā moriar, antequā mors præueniat, antequam me infernus rapiat, antequā me flamma comburat, antequā me tenebræ inuoluant. Subueni mihi Deus meus priusquam ad tormenta perueniā, priusquam me deuoret ignis gehennæ, priusquam sine termino crucier in inferno. Deus meus, quid faciā cum uenerit tremendum iudicium tuum? Quid respondebo, cum uenerit examen iudicij tui? Quid dicā ego misera & peccatrix, cum presentata fuero antefribunal Christi. Væ diei illi, in quo peccaui. Væ diei illi, quando malum feci. Væ diei illi, quando transgressa sum præcepta Dei. Utinam non illuxisset sol super me. Utinam non fuisset ortus sol super me. O dies detestanda, dies abominanda, o dies penitus non nominanda, quæ me in hoc seculo pertulit, quæ mihi claustra uentris aperuit: melius mihi fuerat non esse in hoc seculo natā, quam in inferno perpetuò cruciatam: melius mihi fuerat non esse genitam, quā pati æternas poenas gehennæ. Satis mihi fuerat melius non esse in hoc mundo procreatā, quā pati æterna mala: flete super me cœlū & terra, plorate me oēs creature. Et quæ potestis sensum uitæ habere, lachrymas effundite super me. Peccaui enim grauiter, peccaui infeliciter, peccaui miserabiliter, innumerabilia sunt peccata mea: ut bene uiuerem ultrò promisi, sed bona quæ promisi nunquam seruauit. Semper ad peccatū meū redij, semper peccata mea multiplicauit, semper delicta mea iterauit. Nunquā in melius mores mutauit. A malis factis nunquā cessauit. Orate pro me Dñm uiri sancti, intercedite pro me ad Dominū omnes sancti. Omnes sancti iustorū intercedite pro me, si forte miseretur mei Deus, si forte iniquitates meas auferat. O misera anima mea, quis miseretur tui? Quis consolabitur te? O anima misera, o anima, quis dabit lamentū pro te, ubi est custos hominū, ubi est redemptor animarū, ubi es pastor bone. Cur despectisti me, cur auertisti faciem tuā a me? Deus meus non me obliuiscaris in finem. Non me deserat imperpetuū, non me deserat in potestate dæmonum. Peccatrix sum, indigna sum, tamen ad te Deum meum confugio. Tu clemens, tu pius, tu multa miserationis. Nullum spernis, nullū detestaris, nullum recusat a misericordia, Dñe ostende in me misericordiā tuā. Obsecro Domine, ut non deneges mihi quod misericorditer multis dedisti. Scelera mea non defendo, peccata mea non abscondo. Displicet mihi malum quod feci. Ego misera peccaui, errorem meum confiteor, culpam meam manifesto, iniquitatem meam cognosco. Peccaui Deus meus, propicius esto mihi peccatrici. Parce malis meis, ignosce peccatis meis, indulge criminibus meis. Dñe, si iniquitates obseruaueris, Domine, quis sustinebit. Nullus ad examen tuum, nec iustitia iusti secura erit, quis enim iustus, qui se audeat dicere sine peccato: nullus homo est sine peccato, Nemo est mun-

us delicto, nemo est mundus in conspectu tuo, ecce inter sanctos nemo est immaculatus. Ecce qui seruiuerunt Deo non fuerūt stabiles, & in angelis inuenta est iniquitas. Stella non sunt mūdā coram tē. Cœli nō sunt mundi in cōspectu tuo. si igit nemo in conspectu tuo est sanctus, nemo immaculatus: quāto magis ego peccatrix & putredo ac uermis, filia hominum, quæ bibi iniquitates, quasi aquas, & multiplicauit peccata mea. Quæ sedeo in puluere, quæ habito in domo lutea, quæ terrenū habeo fundamentū, Deus meus porrige dexterā tuam mihi peccatrici. Memorare obsecro Dñe, quæ sit mea substantia. Memento Dñe, quia terra sum. Memeto, quia cinis & puluis sum. Medicinā qua saner tribue. Medicinam qua curer impende. Ego misera cecidi in foueam peccatorū meorū. Ego indigna cecidi in profundum inferni. Deus meus, libera animā meam captiuam ab inferno: non concludat me profundum, non absorbeat me infernus, non ureat super me puteus os suum, abyssus non denegat mihi exitum. Ecce dies timendus iam imminet, iam uenit ultima dies, iam propē est dies mortis: nihil superest mihi nisi tumulus, nihil nisi sepulchrū. Parce mihi Dñe antequā uadā ad terram tenebrosam. Subueni mihi Deus meus, priusquam uadam ad terrā miseræ & tenebrarum. Redemptor animarū, succurre mihi antequam moriar, solue uincula peccatorū meorum, priusquam ad mortem perueniā. Soror mihi in Christo dilecta, Deus miseretur tui, & dimittat tibi omnia peccata tua. Deus tribuat tibi indulgentiam tuorum delictorum. Deus indulgeat tibi quicquid peccasti. Deus te lauet ab omni peccato. Age itaque iam, ut oportet, propone in corde tuo, ut amplius non pecces. Statue in corde tuo, ut amplius malum non facias. Caue culpas tuas iterare, non te polluas post peccatum. Post lucitū penitentij nō redeas ad peccatū, non iterum facias, quod iterū plangas: non est poenitēs, sed inuisor, qui adhuc agit, unde poeniteat: nō uidetur Deū deprecari humilis, sed subfannare superbis, qui adhuc malū agit, unde iam poenitentia accepit. Vnde & beatus Isidor. ait: Inanis est poenitentia, quam sequens coinquinat culpa. Et iterum: Iteratū uulnus tardius sanatur. Frequenter peccās & lugens uix meretur ueniā. Esto igitur cōfirmata in poenitentia, uitam bonā quam cepisti tenere nō deserat. Salus perseverantibus promittit, premiū perseverantibus datur. Vnde dicitur: Beati qui custodiunt iudiciū, & faciunt iustitiam in omni tempore. Et iterū: Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Honesta uirgo, moneo te ut semper portes uerecundiam in uultu de recordatione peccati, portas pudorem in facie de memoria delicti. Propter uerecundiam peccati oculos tuos leuare erubescere, ambula de posita facie, mœsto mœrore incede abiecta uultu, cilicium & cinis inuoluāt membra tua, cilicium operiat corpus tuū. Terra sit tibi cubile, stratus sit tibi humus, Puluis es, in puluere sede.

Cinis

Cinis es, in cinerem sede. Esto semper plangēs, semper mœrens, semper suspiria cordis emitēs, semper sit compunctio in corde tuo. Sit lamentū in tuo pectore, sint gemitus in tuo corde. Frequenter lachrymæ fluant ab oculis tuis. Semper esto parata ad lachrymas. Venerabilis uirgo, crede mihi, quia nunquam serui Dei in hac uita debent esse securi, quāuis sint iusti. Serui Dei semper debent uigilare, & peccata sua cum lachrymis ad memoriam reducere. Vnde in laudibus sponsi, scilicet Christi in Canticis canticorū dicitur: Comæ eius sunt elatae palmarū, nigrae quasi coruus. Quid per comas Christi intelligimus, nisi fideles homines, qui dum fidem sanctæ trinitatis in mente custodiunt & Deo adherentes, quod credunt faciūt, quasi in capite pendentes illi honorem conferunt. Palma autem ualde in altum crescendo proficit, & uictoriam sua significatione præterdit. Comæ ergo Christi sicut elatae palmarū sunt, quia electi quicquid dum semper ad alta uirtutum se efferunt per Dei gratiā, quandoque ad uictoriam perducuntur: nigrae autem sunt sicut coruus, quia quauis uirtutibus in cœlū se erigant semper, tamen peccatores se esse cognoscunt. Sic & tu soror mihi in Christo amantissima, quamuis bene & religiose uiuas, quauis iustē & deuote Deo seruias, te tamē moneo ut nunquā deseras lachrymas. Si igit uis abluere peccatorū tuorū maculas, semper diligas lachrymas. Dulce tibi sint lachrymæ. Delectet te semper plāctus & luctus, nunquā deserat planctū & luctum: tanto esto prona ad lamenta, quāto fuisti prona ad culpā. Quanta fuit tibi intentio ad peccandum, tanta sit ad poenitendum deuotio. Secundū infirmitatē adhibenda est medicina, grauiora peccata grandia lamenta desiderant. Soror uenerabilis, ipse te adiuuare & consolari dignetur in hac præsentī uita, quæ angeli adorāt in cœlesti curia: Amen.

De communionē. Sermo xxxviii.

Quicumque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignē, reus erit corporis & sanguinis Domini: id est, peccatum, & maculam cōtrahet sibi. Quare? quia ad bonū malē accedit. Probet autem semetipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. ac si diceret: Vnusquisque cōsideret uitam suam & emundet cor suum ab omni malitia, ut dignē possit accedere ad tam magnum sacramentum. Quicumque enim corpus & sanguinē Domini manducat, & bibit indignē, iudiciū sibi manducat, & bibit scilicet causam suę damnationis. Vnde etiā beatus Isidor. ait: Qui in ecclesia sceleratē uiuūt, & cōmunicare non desinunt, putantes se tali communionē a peccatis posse mundari: sciant hi tales ad emundationem sibi non proficere, dicente propheta: Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa, nunquā carnes sanctæ auferent a te malitias tuas: qui ergo corpus Christi uult accipere, prius studeat in Christi fide & dilectione manere. Hinc est quod ait Dñs in Euan-

gelio: Qui manducat carnē meā, & bibit sanguinē meū, in me manet, & ego in eo. ac si diceret: Ille in me manet, qui in bonis operibus uoluntatē meā implet. Alioquin nisi prius in me maneat per fidē, & bonā operationē, & ego in eo, carnē meā manducare nō potest, nec sanguinē bibere. quid est ergo quod manducant homines? Ecce omnes frequenter sacramenta altaris percipiūt planē, sed alius carnē Christi spiritualiter manducat, & sanguinem bibit: alius uerò non, sed tantum sacramentū, id est, corpus Christi sub sacramento, & non rem sacramenti. Sacramentū hoc dicit corpus Christi propriū de uirgine natum, rem uerò spirituale Christi carnē. bonus igitur accipit sacramentū, & rem sacramenti: malus uerò quia māducat indignē, sicut Apostolus ait, iudiciū manducat, & bibit, non probās se prius, nec dijudicans corpus Domini. Ergo quid manducat peccator & quid bibit, non utiq; carnē & sanguinem spiritualiter ad suam salutem, sed iudicium ad suam damnationem, licet uideatur cū cæteris sacramentum altaris percipere: Itaq; alius accipit corpus Domini ad salutem, alius uerò ad damnationem. Ille qui cū Iuda traditore corpus Domini accipit, cum Iuda condemnatur: qui cum Petro & cæteris fidelibus deuotē ac fideliter illud sumit, sine dubio cum Petro & cæteris apostolis in corpore Christi sanctificatur. Audi igitur sponsa Christi uerba beati Augustini: Qui ad istud altaris casto corpore & mundo corde cum pura conscientia atq; deuota mente ad cōmunionem uenit, ad illud altare qui est in cœlis ante oculos Dei fœlici trāsmigratione perueniet. Soror in Christo amabilis, rogo ut audias prudentiam serpentis. Serpens enim cum cœperit ire ad bibendum, antequam ueniat ad fontē, uomit omne uenenum. Imitare ergo & tu charissima hunc serpentem in hac parte, ut antequā uenias ad fontem, id est, ad communionem corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, euomas omne uenenū, scilicet, odium, irā, malitiam, inuidiam, uoluntatem malā, & noxias cogitationes ex corde tuo. Dimitte etiam omnibus sociabus tuis, & omnibus proximis tuis ea quæ in te peccaueris, ut tibi dimittantur a Deo peccata tua, sicut ipse Dominus ait: Dimitte tetur uobis. Itaq; si hæc omnia feceris, sicut dixi, poteris accedere ad fontem uiuū, id est, ad Christum qui est fons omnium bonorum. Ipse etiam ait de seipso: Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. De hoc pane dicit David in Psal. Panē angelorum manducauit homo, alioquin esca illa licet de cœlo uenerit, & potus quia corporeus erat, angelis non congruebat, sed utiq; illi panis & potus qui per hoc præfigurabatur. Christus uerò panis est angelorum, & sacramentum hoc, uera caro eius est, & uerus sanguis, quod spiritu aliter manducat, & bibit homo. Ac per hoc unde uiuunt angeli in cœlis, inde uiuit homo in terris: quia totum spirituale est, & diuinum in eo quod pepercit homo: sed sicut Apostolus ait:

Tt Quidam

Quidam in deserto eandem escam spiritualiter manducauerunt, & tamē mortui sunt: ita & nunc in ecclesia quibusdam corpus Dñi est uita, quibusdā uerō est pœna & supplicium peccati. Corpus Domini sine dubio est uita illis, quibus Christus est uita: illis uerō est mors, qui per culpā & ignorantiam, atq; negligentiam membra sunt diaboli. Vnde foror amatissima mihi in Christo, moneo te ut aliud gustando intelligas, quando corpus Domini recipis quā quod ore sentis: audi etiā honesta uirgo, quid sacerdos in consecratione corporis Christi dicat. Rogamus, inquit, hanc oblationem fieri benedictam, per quam nos benedicamur: ascriptā, per quam nos omnes in cœlo conscribamur: ratā, per quam in uisceribus Christi censeamur: rationabilem, per quam a bestiali sensu exuamur: acceptabilemque facere digneris, quatenus & nos per hoc quod in nobis displicemus, acceptabiles in eius unico filio Iesu Christo simus. Igitur honesta uirgo, sicut superius iam dictum est, Christus in semetipso in cœlo sanctos angelos pascit: Christus etiam in semetipso in terra omnes fideles reficit. Christus per spem, sanctos angelos satiat in patria. Christus nos pascit per fidem in terra, ne deficiamus in uia. Christus angelos & homines reficit ex semetipso, tamen integrē remanet in suo, quā bonus panis, & quā mirabilis, de quo in cœlo angelis saturantur, & in terra homines reficiuntur: quē māducat angelus pleno ore in patria, ipsum comedit peregrinus homo pro modulo suo, ne lassetur in uia. Christus panis uiuus, qui est refectio angelorū, ipse est redemptio, & medicina hominum. Nunc ergo foror charissima, deprecare Dominū in tota mente tua, ut munda conscientiam tuā ab omni malitia, quatenus dignē possis accipere corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi mysteria.

De cogitatione. Sermo XXXIX.

Soror charissima, audi ea quæ Dominus ait super Esaiam prophetam: Auferite malū cogitationum uestrarum ab oculis uestris. Quauis homo cesset ab opere malo, tamen si malam cogitationem habet in corde suo, nō est sine culpa. Vnde ait beatus Isidorus: Non solum in factis peccamus, sed & in cogitationibus si eis illicitē occurrentibus delectetur: sicut uipera a filiis suis in uentre adhuc positis occiditur, ita nos occidunt cogitationes nostræ intra nos enutrite, quia consumunt animam nostram ueneno uiperino. Igitur foror dilecta mihi in Christo, moneo te ut cor tuum cum omni studio custodias, quoniam ibi est initium boni operis aut mali. Vnde scriptū est: Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso uita procedit. Audi etiam rogo honesta uirgo quid sponsus in laudibus ecclesiæ dicat in Canticis canticorum: Comæ capitis tui ut purpura regis iuncta canalibus. Comæ capitis ecclesiæ leclulum sanctæ animæ ut purpura regis iuncta canalibus esse memoratur. Purpura quippe per fasciculos in canalibus ligatur, super quos

A dum aqua proijcitur, per canales ad uestē quæ supra est currit, ut uestis tingatur: & inde nomē accepit, ut tincta colore purpura uocet, quæ omnia sanctæ menti congruūt. Comæ quippe capitis, sunt cogitationes mentis, quæ in canalibus ligantur: quia in scripturis diuinis ne inutiliter fluant, stringuntur. Custodi ergo cor tuum uenerabilis uirgo a contagione noxia. Mentem tuam turpis cogitatio nō subrepat, sit mens tua pura: Deus non solum examinat carnem, sed mentē, Dominus iudicat conscientias hominū, Deus iudex, etiam de cogitationibus iudicat: animā quando titillat mala cogitatio, non consentias illi, non sinas malam cogitationē manere in corde tuo. Quacumque hora, mala cogitatio uenerit, expelle eam. Quam citō apparuerit scorpioni, cōtere caput eius. Contere caput serpentis, id est malæ cogitationis. Ibi emenda culpam, ubi nascitur, scilicet in corde: caput cogitationis prauæ expelle a corde tuo. Ibi peccata, ubi nescis esse Deum. Nihil celatur ante Deū. Videt occultā, qui fecit abscondita. Dominus ubique præsens est. Spiritus Dei totum implet. Maiestas omnipotentis Dei penetrat omnia elementa, nullus locus est extra Deum. Dominus scit cogitationes hominum. Soror dilecta, uis nunquā esse tristis: Frater mi, uolo, ergo bene uiue. Si bene uixeris, nunquam eris tristis. Secura mens leuiter sustinet tristitiam. Bona mens semper habet gaudium. Si em in bona uita perseueraueris, tristitia elongabitur a te. Si in sanctitate perseueraueris, tristitia non occurret tibi. Si bene & piē uixeris, neque plagam, neque mortem timebis. Conscientia autem peccatoris semper est in pœna. Nunquam reus homo securus est. Mens enim malē sibi conscientia, proprijs agitā stimulis. Soror uenerabilis, audi quid Dominus dicat de muliere ad serpente: Ipsa conteret caput tuum. Caput serpentis conteritur, quando ibi culpa emendatur, ubi nascitur. Omnipotens Deus munda cor tuum ab omni contagione mala, ut ei possis seruire sine macula: Amen.

De silentio. Sermo XXX.

Esaia propheta dicit: Cultus iustitię est silentium, & securitas usque in sempiternū. Et iterum Dauid obsecrando postulat dicens: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Sancti patres summa cum uigilantia silentium custodientes, studuerunt uacare & uidere quā dulcis & quā suauis est Dominus. Et actiue uitæ curis postpositis, adheserunt contemplatiue uitæ. Soror charissima, respice honesta uerba, fuge impudicos sermones. Vanus sermo citō polluit mentem, & facile agit, quod libenter auditur. Nihil unquam ex ore tuo procedat quod possit impedire, nihil unquam loquaris quod non conueniat. Hoc non procedat de labijs tuis quod offendant aures audientis, fuge turpitudinem sermonis. Vanus sermo demonstrat uanam conscientiam: lingua ostendit conscientiam, lingua referat conscientiam hominis: qualis sermo

De periurio. Sermo XXXII.

sermo ostēditur, talis animus cōprobat. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Ab ocioso em sermone refræna linguā tuā, refringere linguā tuā ab ocioso uerbo. Turpes fabulas nō loquaris, nō garras uana uerba. Sermo ociosus nō erit absque iudicio. Vnusquisque rationē redditurus est sermonum suorum. Ante uniuscuiusque faciem uerba sua stabunt in die iudicij. Ea quæ loqueris, grauitate atq; doctrina digna fiant. Sit sermo tuus irreprehensibilis. Lingua tua non te perdat, lingua tua non te damnet. Non loquaris quod discipiat aduersarius, amicum tuum sit silentium. Pone custodiā ori tuo. In labijs tuis pone signaculum. Pone linguæ tuæ claustra silentij. Scito quo tempore dicas. Considera qua hora loquaris, tempore congruo loquere, tempore congruo tace. Tace usque quo interrogeris, interrogatio os tuum aperiat: sint uerba tua pauca, non transeas mensuram loquendi. Multiloquia non effugiūt culpam, multiloquium non declinat peccatum. Virgo linguosa stulta est, uirgo sapiens paucis utitur uerbis. Sapientia breuem sermonem facit, loqui multum stultitia est: sit ergo in uerbo tuo mēsurā, sit in sermone tuo statera. Modum loquendi non transeas. Venerabilis soror, ille dignetur ori tuo ponere custodiā, qui te sibi elegit in sponfam: Amen.

De mendacio. Sermo XXXI.

Mendaces faciunt ut nec uera dicentibus. creditur. Summo studio cauendum est omne genus mendacij, quamuis sit quoddam genus mendacij leuioris culpæ, uelut si quisque pro salute hominum mentiatur. Sed quia scriptum est: Os quod mentitur, occidit animam. Hoc genus mendacij perfecti uiri summo studio fugiūt, ut nec uitia cuiuslibet per eorū fallaciā defendant: nec furæ animę noceant, dum prestare aliene carni uolūt. Tamen hoc genus mendacij facile credimus dimitti. Soror charissima, moneo te, ut summopere fugias omne genus mendacij, nec per occasionem, nec per studiū loquaris falsum: non studeas mentiri, nec etiam ut præstes alicui. Non alienam uitā per mendaciū defendas: nullum iustū mendaciū: omne mendaciū in omnibus est peccatum, omne quod a ueritate discordat, iniquitas est. Leges seculi damnant falsarios, leges seculi puniūt mendaces. Si mendaciū apud omnes damnatur, si falsitas humano iudicij puniatur, quanto magis ante Deum qui est testis uerborum & operum ante quem etiam de ocioso uerbo unusquisque rationem redditurus est. Ante quem & pro ocioso sermone pœnas quisque sustinebit. Et perdes eos qui loquuntur mendaciū. Et testis falsus non erit impunitus. Soror uenerabilis, declina ergo mendaciū, falsum non loqueris. Quod uerum est loquere, nunquā mentiaris. Esto uerax, neminem mentiendo decipias, non aliud dicas, & aliud facias: soror dilecta, Deus det tibi uera loqui: Amen.

Dominus dicit in Euangelio: Nō iures per cœlum, quia sedes Dei est: neque per terrā, quia scabellū pedū eius est: neque per caput tuū, quia non potes in eo unū capillum facere albu aut nigrum. Sit autē sermo tuus, est est, non non. Quod amplius est, a malo est. Sicut mentiri nō potest qui non loquitur, sic peierare non poterit qui iurare non appetit. Quacumque arte uerborū quisque iuret, Deus tamen qui est testis conscientiæ, hoc ita accipit sicut ille cui iuratur intelligit. Malum quod iuramus facere, non debemus implere. Soror uenerabilis, uis ut dicam tibi qualiter nunquam peierabis, nunquam iures: si nō iuraueris, nunquam peierabis: si peierare times, nunquam iures. Prohibe etiam tibi iuramentū, tolle usum iurandi. Periculosum est enim iurare, usus iurandi facit consuetudinē periurij. Vt iurandi ducit hominem ad periurium. Sit in ore tuo est, sit in ore tuo non est. Veritas non indiget iuramento. Fidelis sermo retinet locum sacramenti. Firma etiam sit sacramenti tui fides. Amatissima soror, spiritus sanctus qui in tuo uirgineo corpore sibi fecit templū, ponat in ore tuo moderationis signaculum: Amen.

De detractioe. Sermo XXXIII.

Soror mihi in Christo dilecta, audi quæ dico, sausculta quæ moneo, attende quæ loquor. Detractio graue uitium est, detractio graue peccatum est. Detractio grauis clamatio est, detractio grande crimen est. Omnes reprehendunt detractorem. Omnes uituperant detrahentem. Omnes dehonestant illum qui detrahit. Et Dauid propheta: Detrahentem secretō proximo suo humc persequeris, hoc summæ turpitudinis est, hoc nihil fœdius est. Detrahentes latrāt quasi canes. Sicut canes rodunt pedes transeuntium, ita detrahentes rodunt uitam proximorū. Canes solent mordere homines, & dente pestifero lacerare transeutes. Soror uenerabilis, ergo abscinde a lingua tua uitium detrahendi: alienam uitam non rodas, uitam alienam non reprehendas, uitam alienam non laceres. De alieno malo non inquines os tuum, non detrahas peccatori, sed condole. Quod in alio detrahis, in te potius pertimesce: quod in alijs reprehēdis, in te emenda. Quanto studio, reprehendis alienā uitā, tanto studio emenda temetipsam: quando alteri detrahis, te discute. Quando aliū mordes, tuā peccata redargue. Si uis detrahere, tuis peccatis detrahe. Non perspicias aliena peccata, sed tua propria. Non intēdas alienis uitijs, sed tuis proprijs. Nunquā alijs detrahes, si te bene perspicias. De tua ergo emendatione esto sollicita. De tua correctione & salutē esto attendita. Detrahentes non audias. Suffragantibus auditū non præbeas. Pari reatu detrahentes & audientes tenentur. Similiter est culpabilis qui detrahit, & qui detrahentē audit. Maledicti regnū Dei nō possidebūt. Virgo quæ ad cœlestem thalamū desiderat peruenire, non debet hominibus detrahere. O uirgo uenerabilis,

T t t i nerabilis,

nerabilis, si aures tuas à detrahentibus separaueris, & linguam tuam, sicut dixi, ab omni locutione peruerfa refranaueris, inter prudentes uirgines computaberis.

De inuidia. Sermo XXXIII.

Homo inuidus, membrum est diaboli, cuius inuidia mors introiit in orbem terrarum. Inuidia cuncta germina uirtutum concremat. Inuidia cuncta bona pestifero ardore deuorat. Inuidia tinea est animae. Inuidia primum nocet sibi quam alteri. Inuidia primum seipsam mordet quam alterum. Inuidia primum suum mordet auctorem. Inuidia sensum hominis comedit, peccatus urit, mentem lacerat, cor hominis quasi quaedam pestis pascit, igitur contra inuidiam occurrat bonitas. Charitas praeparatur aduersus inuidiam. Soror amantissima mihi in Christo, de bono alterius non doleas. De alterius profectu non tabescas, de alterius felicitate non crucieris. Nulla uirtus est quae non habeat contrarium inuidiam malum, sola miseria caret inuidia. Quare quia nemo inuidet misero. Virgo quae in caelo desiderat habitare, hominibus non debet inuidere. Virgo quae cum Christo ad nuptias desiderat intrare, de alterius honore non debet contristari. Charissima soror, Deus mundet cor tuum ab omni malicia atque inuidia, ut ei possis sine macula seruire: Amen.

De ira. Sermo XXXV.

Honestas uirgo, audi quid Salomon dicat: Responsio mollis frangit iram, sermo durus excitat furorē. Et iterum: Dulce uerbum mitigat inimicos, & multiplicat amicos. Tanto quisquam conciuincitur minus sapiens, quanto est minus patiens. Per iram oculus mentis turbatur, per iram sapientes perdit sapientiam, per iram alienatur homo à semetipso. Quidam cito irascuntur, sed ad pacem cito redeunt: quidam uero tardius irascuntur, & ad pacem tardius reuertuntur. Alij autem, quod grauius est, ad iram citius incitantur, & ad pacem tardius inclinantur. Melius est tamen qui citius irascitur, & ad pacem cito reuertitur, quam qui tardius irascitur, & ad pacem tardius incitat. Charissima soror, audi etiam Iacobum dicentem: Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Quare quia ira uiri Dei iustitiam non operatur, proculdubio nec ira uirginis iustitiam Dei operari poterit. Virgo quae templum Dei debet fieri, nullo modo debet irasci. Non debet Christi sponsam esse iracundam. Virgo quae in pectore suo praeparat mansionem Christo, omnibus modis debet expellere iracundiam à corde suo. Virgo quae desiderat cum Christo ad caelestem thalamum peruenire, debet omnino à corde suo iram expellere. Amantissima soror, si te praeuenit iracundia, refringe illam: si te praecupauerit ira, mitiga eam. Tempera furorē, tempera indignationem. Motum iracundiae refringe. Refrانا impetum irae. Si non potes uitare iram uel temperare, non te rapiat furor, non te inflammet ira, non te commoueat indignatio. Sol non occidat super iracundiam tuam: Amen.

De odio. Sermo XXXVI.

Honestas uirgo, audi quae dico. Odium separat hominem à regno Dei. Odium separat hominem à paradiso. Odium subtrahit hominem à caelo. Odium nec per passionem deletur, nec per martyrium purgatur, nec per sanguinem effusum abluitur: non debemus odio habere homines, sed uitia. Qui fratrem suum odit, homicida est. Qui fratrem suum odit, in tenebris est, & in tenebris ambulat. Deum non diligit, qui hominem odit. Quantum interest inter festucam & trabem, tantum etiam distat inter iram & odium. Odium est enim, ira inueterata. Per iram turbatur oculus mentis: per odium extinguitur oculus cordis. Soror in Christo amantissima mihi, audi quae loquor. Si contristaueris in aliquo sororem tuam, satisfac illi. Si peccaueris in sororem tuam, age poenitentiam coram illa. Si scandalizaueris aliquam ex ancillis Dei, roga eam ut dimittat tibi. Perge festinanter ad reconciliationem. Non dormias, donec prius uenias ad satisfactionem, non quiescas priusquam reuertaris ad pacem. Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari. Non lateris super inimici interitum, ne forte superueniat in te similia, ne conuertat Deus ab eo in te iram suam. Delectet te dolere super eum qui afflictus est. Condole alienis miseris. In tribulatione alterius esto tristis. Cum plangentibus plange, cum lugentibus luge. Soror uenerabilis, non sis dura, non sint tibi dura praecordia. Peccanti in te non retribuas secundum culpam suam, quia in te uenturum est iudicium Dei. Dimitte ut dimittatur tibi, non enim habebis indulgentiam, nisi dederis ueniam. Expelle à corde tuo odium. In mente tua odium non maneat. Soror amabilis, Deus det tibi dilectionem sui & proximi: Amen.

De superbia. Sermo XXXVII.

Superbia est radix omnium malorum. Homo superbus Deo & hominibus est odibilis, superbus homo similis est diabolo. Superbia & cupiditas intantum est unum malum, ut nec superbia sine cupiditate, nec cupiditas sine superbia esse poterit. Diabolus per superbiam & cupiditatem dixit, In caelum ascendam. Christus cum humilitate dixit, Humiliata est in puluere anima mea. Diabolus per superbiam & cupiditatem dixit, Ero similis altissimo. Christus per humilitatem factus est obediens patri usque ad mortem. Ad ultimum, diabolus per superbiam praecipitatur in infernum: Christus uero per humilitatem ad caelos eleuatus. Quid est omne peccatum, nisi Dei contemptus, quo eius praeccepta contemnimus? Soror charissima, crede mihi, quod multorum temporum uigiliae, orationes, ieiunia, eleemosynae, & labores, si cum superbia sine habuerint, pro nihilo reputantur apud Deum. Igitur soror uenerabilis, alas superbiae non extendas, pennas superbiae non erigas. Quare quia superbia angelos deposuit, potentes strauit, superbos deiecit: superbis resistit Deus, humilibus autem dat gratiam. Moneo te etiam Christi sponsa, ut plus gaudeas de societate angelorum, & ancillarum Dei, quam de nobilitate generis tui. Rogo

te amantissima soror, ut magis exultes de societate pauperum uirginum, quam de tuorum nobilitate parentum diuitum. Quare quia non est personarum acceptio apud Deum: qui pauperem despicit, Deo iniuriam facit. Qui contemnit pauperem, exprobat factorem eius. Venerabilis soror, Deus det tibi profundam humilitatem & ueram charitatem: Amen.

De iactantia. Sermo XXXVIII.

Tam in factis quam in dictis cauere debemus iactantiam. Igitur soror charissima, circūspice te ipsam, & nihil tibi arroges ex his quae in te sunt praeter peccata. Caue iactantiam, fuge appetitum uanae gloriae, caue inanis gloriae studium: non te arroges, non te iactes, nihil de te praesumas, non te insolenter extollas: nihil boni tibi tribuas, de bono opere non glorieris, non sis circumflata uento fauoris. Contemne laudem hominum, non exquiras si quis te laudet, aut si quis te uituperet. Laus non te seducit, nec uituperatio frangat. Qui laudem appetit, nec contumeliam sentit. Virgines quae de suis meritis gloriantur coram hominibus, non habent uelut in uasis suis: quia per inanis gloriae appetitum mercedem quam merebantur à Domino, perdidit. Semper suam aspiciant foeditatem, quia uanam gloriam diligunt: & doleant se perdidisse opus bonum quod pro humana laude fecerunt. Unde Dominus in Euangelio: Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Virtutes sanctorum per inanis gloriae studium dominio subiiciuntur demerunt, sicut Ezechias rex qui iactanter diuitias suas Chaldeis manifestauit: propterea per prophetam eas perituras audiuit. Phariseus etiam qui orare ad templum uenerat, ideo bona sua perdidit, quia iactanter manifestauit. Sicut ex alto aqua qui ad escam descendit, sic homo de alto bonae conuersationis per uanae gloriae appetitum ad inferiora demergitur. Soror dilecta mihi in Christo, non ponas conscientiam tuam in aliena lingua. Laudet te aliena lingua, & non tua: laudet te alienum os, & non tuum: tuo iudicio te decerne, non alieno. Nemo magis scire potest quae scis sicut tu, quam conscientia tua. Soror uenerabilis, uis ut dicam tibi qualiter poteris omnes uirtutes augere. Frater dilecte, uolo, atque ut mihi ostendas rogo. Ausculta ergo soror uenerabilis, si uis omnes uirtutes tuas augere, perdere noli. Absconde uirtutes tuas pro elatione. Absconde tua bona facta pro arrogatia. Fuge uideri quod commueristi. Virtutes tuas cela, peccata tua manifesta, uitia cordis tui reuela. Absconde tua bona opera. Nunquam in medium proferas, si quid boni feceris aut dixeris. Prauas cogitationes statim manifesta. Peccatum enim manifestum, cito curatur: crimen autem tacendo ampliat, si later, fit ex minimo magnum: peccatum manifestando decrescit, tacendo crescit. Virtutes in occulto decrescunt, in publico decrescunt. Virtutes iactanter manifestando annihilantur, humiliter occultando multiplicantur. Igitur honesta soror, consilium & opus tuum semper ad

Deum conuertere. In omni opere tuo, Dei auxilium pete. Omnia diuinae gratiae, diuino dono adscribe. Nihil meritis tuis attribuas. In uirtute tua nihil praesumas, nihil ponas in tua audacia. Charissima soror, audi apostolum dicentem: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Igitur uenerabilis uirgo, gloriatio tua & laus tua semper sit in Christo Iesu sponso tuo: Amen.

De humilitate. Sermo XXXIX.

Soror charissima, audi Dominum Iesum Christum sponsum tuum dicentem in Euangelio: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Soror uenerabilis, humilia te metipsam sub potenti manu Dei, ut te exaltet in tempore tribulationis. Conscientia uirginis semper debet esse humilis & tristis, scilicet ut per humilitatem non superbiat, & per inuilem tristitiam cor ad lasciuiam non dissoluat. Humilitas est summa uirtus uirginis. Summum enim conuictum est superbia. Virgo humilis licet habitu sit uilis, gloriosa tamen est apud Deum uirtutibus. Virgo autem superba quamuis ante oculos hominum pulchra, formosa atque composita, tamen ante oculos Dei uilis & despecta atque reprobata. Quare quia anima iusti, sedes Dei est. Sicut ipse Dominus ait: Super quem requiescit nisi super humilem & quietum, & timentem sermones meos? Dilecta mihi soror in Christo, esto humilis, esto in humilitate fundata, esto ultima omnium, esto nouissima omnium. Charissima, nulli te praeponas, nulli te superiorem depones. Aestima omnes superiores te esse. Quanto maior es, tanto te humilia in omnibus. Si humilitatem tenueris, habebis gloriam. Quanto enim humilior fueris, tanto te sequetur gloriae altitudo. Descende, ut ascendas: humilia te, ut exalteris, ne exaltata humiliaris. Quia qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Qui enim extollit, humiliabitur. De excelsis grauior casus est, de alto maior ruina est: humilitas casum nescit, humilitas casum non nouit, humilitas ruinae nunquam incurrit, humilitas lapsum nunquam passa est. O sponsa Christi, agnosce, quia Deus humilis uenit. Agnosce, quia se in forma serui humiliavit, factus obediens usque ad mortem. Amabilis soror, ambula sicut ille ambulauit. Sequere exemplum eius, imitare uestigia illius. Esto uilis, esto despecta, esto abiecta, displice tibi, qui enim sibi uilis est, ante Deum magnus est qui sibi displicet, Deo placet. Charissima, esto paruula in oculis tuis, ut sis magna in oculis dei. Tanto eris ante oculos Dei preciosior, quanto fueris ante oculos tuos despectior. Soror uenerabilis, si humilitatem profundam tenueris, cum prudentibus uirginibus in caelesti regno laetaberis: Amen.

De patientia. Sermo XL.

Dominus dicit in Euangelio: Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur. Soror charissima, ergo si homines pacifici sunt beati, & uocabuntur filij Dei, necessaria est tibi patientia. Patientia opus perfectum habet. Virgo pacifica, sapiens est,

ens est, uirgo iracunda non est prudens, sed stulta. Soror uenerabilis, sine ferro martyr esse poteris, si patientiam in animo ueraciter conseruaueris. Non pacificus cōsortium merebitur angelorum, non inuidus & iracundus erit particeps demoniorum. Non pacificus fugat discordias, homo iracundus suscitāt lites. Virgo benigna etiā si patiā iniurias, pro nibilo ducit: uirgo pacifica in corde suo pręparat mansionē Christo. Quare: quia Christus pax est, & in pace consueuit requiescere. Filia pacis pacem debet diligere. Plus te prępara ad suscipiendā iniuriā quā ad inferendam. Disce potius mala tolerare, quā mala facere. Esto patiens, esto mitis, esto suauis, modesta, mansueta. Ama pacē, dilige pacē, pacē cū omnibus retine. Omnes in mansuetudinē & charitate amplectere, proba te amplius amare quā ipsa ameris, proba te amplius diligere quā diligaris. Non sis leuis in amicitia, retine semper uinculū amicitie. Habeto semper patientiā mentis. Esto benigna, esto prompta affectu, esto affabilis in sermone. Grato animo appare ad omnes. Tolle occasionem litis, sperne litem, uiue semper in pace. Charissima soror, si fieri potest, cum omnibus hominibus retine pacē. Contumelias detrahentium per patientiam supera. Clypeo patientie frange sagittas contumelie. Præbe scutū conscientie contra gladiū linguę. Magnę uirtutis es, si non lædas a quo læsa es. Magnę fortitudinis es, si etiam læsa dimittas. Magnę es glorię, si cui potuisti parcas. Venerabilis soror, pax Dei quę exuperat omnem sensum, custodiat cor tuum & animam tuam: Amen.

De concordia. Sermo XLII.

Sex sunt quę odit anima mea, dicit Dñs, & septimum quod detestatur: uidelicet eū qui semināt discordias inter fratres. Maledictus homo qui inter seruos Dei discordias semināt: qui pacem & concordiam rumpit, aduersus Deum facit: Christo facit iniuriā, qui inter seruos Dei semināt discordiā. Quare: quia Christus est pax nostra, qui facit utraq; unum: uidelicet, quia angelos & homines fecit esse concordēs. Concordia malorū, contrarietas est bonorū: sicut optandum est, ut boni pacem habeant, ita optare debemus, ut concordia malorum rumpatur. Concordia ad faciendum peccatum mala est: concordia uerò ad faciendum bonum, ad sectandam iustitiam, ad seruendum Deo bona est. Propter hoc sumus congregati in unum, ut seruitio Dei omnes unum spiritū & unum animam habeamus. Omnibus habitantibus in domo Dei debet esse anima una & cor unum in Deo: nihil prodest si nos cōtineat una domus, & separat uoluntas diuersa. Plus diligit Deus unitatē animi quā loci: ecce sumus in domo ista multi homines, diuersi mores, diuersa corda, diuersę animę. Hęc omnia debet in unum cōiungere, uita, intentio, unus amor in Deum. Debemus ergo in hoc esse unius animi & unius uoluntatis, ut seruamus Deo, & ut diligamus Deum ex toto corde & ex

tota anima, & proximum nostrum sicut & nos. Necessaria itaque est nobis uirtus concordie. Quod si ego uolo facere uoluntatem meam, & iste suam, & ille suam, fiunt diuisiones, oriuntur lites, irę quoq; & rixę quę sunt opera carnis, & sicut ait Apostolus: Qui talia agunt, regnū Dei non consequentur. Soror charissima, crede mihi, quia Deo non tantum placet nostra ieiunia, nostrę orationes, nostrā sacrificia, quantum concordia. Ideo Deus dicit in Euangelio: Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuū. Venerabilis soror, magna est uirtus concordie apud Deū, sine qua nō placent. Deo nostrā sacrificia, quibus delentur peccata. Scire debemus, quia cum ad conuersionem uenimus, luctamen contra diabolum sumimus. Interrogatio. Frater dilecte, dic mihi si aliquid timet diabolus. Responso. Soror amabilis, nihil est quod diabolus tantum timeat, quantum concordiam & charitatem, nam si totum quod habemus damus propter Deū, hoc diabolus non timet, quia ipse nihil habet. Si ieiunamus, hoc diabolus non timet: quia ipse nunquā comedit. Si uigilamus, hoc diabolus non timet, quia ipse nunquā dormit: sed si charitatem & concordiam tenemus, hoc diabolus uehementer timet. Quare: quia hoc tenemus in terra, quod ipse in cœlo tenere noluit: hoc est etiam quod sancta ecclesia terribilis esse, ut castrorum acies ordinata dicit. Quia si cut hostes timent quando acies castrorum bene ordinatas ad bellum uidēt, ita certē diabolus expauescit quando spirituales uiros uirtutū armis accinctos in unitate concordie uiuere conspicit. Ipse uictus & confusus uehementer dolet, cum eos per discordiam diuidere, & penetrare nō ualet. Omnes ergo unanimiter & concorditer debemus uiuere in domo Dei, ut possimus diabolum uincere. Ancilla Dei quę uult concorditer uiuere, prius debet prauas consuetudines relinquere, ne sit peruersa, inordinata, ne sit in disciplina nata, ne peruersitate sua ceteras ancillas Dei cōturbet uel scandalizet. Debet etiam mensurare actus suos, motus suos, sermones suos, & totam uitam suam, ut secundū Deum concordare possit cum illis cum quibus uiuit. Igitur soror dilecta, moneo te ut concorditer & humiliter uiuas in monasterio cum omnibus ancillis Dei. Soror uenerabilis, odiētes ad pacem inuita, discordantes ad concordiam reuoca. Nullus existat sermo iurgiorum, qui concordiam diuidat. O sponsa Christi, charitas quę te separauit a seculo, ipsa te coniungat Deo: Amen.

De tolerantia. Sermo XLIII.

Charissima soror, disce a Christo modestiā, disce tolerantiam. Christum attende & nō dolebis de iniurijs, pro nobis nanq; passus, reliquit nobis exempla. Palmis enim percussus, flagellis cæsus, sputis derisus, clauis cōfixus, spinis coronatus, cruce dānatus semper cōtineuit. Quādo enim aliquis tibi cōuiciatur, propter tua peccata contigit tibi: quando tibi iniuriat, mala tua

hęc

hec faciūt: quicquid tibi cōtingat aduersum, pro tuo euenit peccato. Leuius sustinebis, si p quib. tibi inferi, intenderis. Cum ergo derogat tibi, tu ora: quando aliquis maledicit tibi, tu benedic ei: benedic ei qui maledixerit tibi. Maledictū tibi, benedictionē appone: irascentē patientia delini, blandimento iracundiā furētis dissolue, lenitate uince nequitia, bonitate malitia. Tuo bono supera mala aliorū, tua tranquilla mente aliorum contumelias disperde. Soror uenerabilis, ad bona & ad mala prępara cor tuū, & bona & mala prout tibi euenierint, porta. Sustine aduersa & prospera, ut quęcunq; occurrerint tibi, quęcunq; euenierint tibi, mente placida sustine. Respue probra illata contumelia. Despicendo supera irrationū probra. Dissimulando contemne errores detrahentiū. Honestā uirgo, quamuis te quisq; iritet, quamuis te incitet, quāuis exasperet, quamuis insultet, quāuis conuicietur, quamuis criminetur, quāuis ad litem prouocet, quamuis ad iurgium uocet, quamuis conuicium dicat, quamuis iniuriā faciat, quamuis afficiat contumelias: tu sile, tu tace, tu dissimula, tu contemne, tu non loquaris, tu tene silentiū, iniuriā non respondeas, mala uerba nō dicas, conuiciū non reor queas, contumeliā non respondeas. Tene silentij pacem. Tacendo citius uinces. O sponsa Christi, fume luctamen contra tēporales molestias. Esto in cunctis calibus firma, patienter tolera omnia, patienter ab uno sustinendum est quod multis accidit. Et qui affligit, & qui affligit mortalis est. Et qui mala facit, & qui mala sustinet, moriet. Amabilis soror, crede mihi, quia nullus tibi aduersari potuisset, nisi Dñs potestatem dedisset. Nec habuisset in te potestatem diabolus, nisi permitteret Deus. Oportet per multas tribulationes nos introire in regnū Dei. Nō sunt condignę pansiones huius temporis ad futurā gloriam. Soror charissima, impossibile est, ut sis serena & non gustes angustias. Omnia in hoc seculo euentu simili sustinemus. Nullus est qui in hac uita positus non suspirat. Ista uita lachrymis est plena. Vita ista a fletu, inchoat. Infans quādo nascitur, a fletu incipit uiuere. Infans quando egredit de uulua, prius incipit lugere q̄ ridere. Flentes proijciunt in hanc miserā uitā. Utiles est tribulatio, utiles sunt uitę huius pressurę. Quanto in hoc seculo frangimur, tāto in perpetuo solidamur. Quāto in præsenti tēpore affligimur, in futuro gaudebimus. Si hic flagellis atterimur, purgati in iudicio inueniemur: Amen.

De infirmitate. Sermo XLIII.

Domine loquitur in Euangelio Apostolis, dicens: Ego quos amo, arguo & castigo. Tribus modis Deus in hac uita castigat homines: scilicet ad damnationē percussit reprobos, ad purgationem corripit quos uidit errare electos, castigat iustos ad augendam gloriam meritōrū. Deus percussit Aegyptū plagis ad damnationē, flagellatus est pauper Lazarus ad purgationem: flagellatus est etiam Iob ad probatio-

nem. Flagellat etiā hominē ante peccatū, ne malus sit, sicut flagellauit Paulum, qui instigante angelo Satanę tolerabat stimulos carnis. Flagellat etiam homo a Deo post peccatū, ut emendetur, sicut ille qui traditus est Satanę in interitu carnis, ut spiritus saluus esset. Qui ualentiores sunt & sani, uile est eis infirmari, ne per uigorem salutis plus lætentur in transitorijs & terrenis rebus quā debent. Mala est sanitas carnis quę hominem ducit ad infirmitatem animę. Et ualde est bona infirmitas carnis quę ducit hominem ad sanitatem animę. Infirmitatē carnis laudat Apostolus, dicens: Cum enim infirmor, tunc fortior sum, scilicet spiritu. In flagellis Dei nō debet murmurare homo, quia per hoc quod castigatur, a peccato emendatur. Leuius sustinebimus infirmitates corporis, si ad memoriā reduximus mala quę fecimus. In infirmitate nō debet murmurare. Quare? quia ab illo iudicatur, cuius iudicia semper sunt iusta: qui infirmitatem patitur, & contra Deum murmurat, iustitiam iudicantis accusat, ac per hoc iram Dei aduersum se prouocat. Non potest esse iustum, quod non iusto placet iudici. Quem enim diligit Deus, castigat: flagellat autem omnem filiū quem recipit, & quasi pater in filio cōplacet sibi. In hac uita Deus parcat peccatoribus, & non parcat iustis. In futura uita parcat iustis, & non parcat peccatoribus: qui in hac uita flagellari non meretur, in inferno torquetur. Soror charissima, dolor & tristitia omnibus sunt communia, nemo est qui in hoc seculo non doleat. Semper Deus hos castigat, quos ad salutem pręparat perpetuam. Soror uenerabilis, in infirmitatibus tuis non contristeris. In languoribus tuis gratias age Deo. Valere te magis opta animo quā corpore. Desidera plus ualere mente quā carne. Aduersa carnis, remedia sunt animi. Aegritudo carnē uulnerat, mentē curat. Languor enim uitia excoquit, languor uires libidinis frangit. Probari te in dolore cognosce, non frangaris: in fornace probatur aurū, ut sordib. careat: tribulationis camino purgaris, ut purior appareas, persecutionis igne cōflaris. Conflaris, ut omni peccatorum sordē purgeris, ad probationem sunt omnia ista quę sustines. Igitur dilecta mihi in Christo soror, in infirmitatibus tuis non murmures, nō blasphemēs: non dicas quare sustineo mala, non dicas cur affligor, ut quid mala patior: Frater mi, obsecro te ut dicas mihi quid in infirmitatibus meis debeo dicere, uel qualiter oportet me ipsam accusare. Soror honesta, hoc modo te accusa. Peccaui, ut eram digna nō recepi. Aequalē uindictā peccati mei non sentio. Minus me sentio percussam q̄ mereor. Iuxta modum termini minor est tribulatio ultionis. Secundū meritū peccatorū meorū dispar est causa pœnarum: non sunt tanta supplia, quanta extiterūt peccata. O sponsa Christi, uis a peccatis tuis purgari, in pœna te accusa, & Dei iustitiam lauda. Ad purgationem tuam sufficit, si ea quę patieris, ad iustitiam Dei retuleris:

Ttt 4 si pro

si pro irrogata infirmitate tu humilis Deū glorificaveris. Corripit enim te Deus flagello pię castigationis, exercet in te disciplinam. Et qui parcendo te à se abijciebat, feriendo clamat ut redeas. Venerabilis uirgo, cogita quoslibet mundi cruciatus, intende animo quascunq; mundi pœnas, quoscunq; tormentorum dolores, quascunq; que dolorum acerbitates compara hoc totū gehennā, & leue erit quod pateris. Soror amabilis, si times, pœnas inferni time. Istæ enim pœnæ temporales sunt, illæ æternæ: in istis pœnis moriendo tormenta recedunt, in illis moriēdo æternus dolor succedit. Si enim conuersa fueris, emendatio est quod pateris. Conuersum nanq; flagella à peccatis absoluunt. Conuerso instantes plagæ ad purgationem proficiunt. Qui enim hic castigatus corripitur, illuc liberatur: qui uerò nec sub flagello corriguntur, & temporali pœna & æterna damnantur, & in hoc prius iudicantur seculo, & illuc denuò in futuro, his duplex est pœna, & damnatio. Gemina his percussio est: quia & hic habet iudicia tormentorū, & illuc supplementum pœnarum. Manus igitur Dei te ad pœnam tradidit, indignatio Dei te affligi iussit. Ipse iratus iussit te mala omnia experiri. Soror reuerenda, nam quod & corporis debilitatibus frangeris, quod & carnis morbis afficeris, quod & languorū stimulis cruciaris, quod & passionibus animæ quaeris, quod & mentis angustia torqueris, quod & crescente impugnatione malignorum spirituum agitaris, hoc ipsum pro peccato diuina iustitia irrogat. Tua cōtra te dimicāt arma, sagittis tuis plagaris, telis tuis uulneraris. Per quæ enim peccasti, per hæc & torqueris. Quia secuta es carnē, flagellaris in carne. In ipsa gemis, in qua peccasti. Soror amabilis, in ipsa carne cruciaris, in qua deliquisti. In ipsa tibi est censura supplicij, in qua fuit causa peccati. Vnde corruisti ad uitia, inde sustines tormenta. O sponsa Christi, iustè argueris, iustè flagellaris, iusto iudicio iudicaris. Procella iustè te conterit, iustitiæ pœna te premit.

De auidia. Sermo XLIII.

Dominus dicit in Euangelio: Cauete ab omni auidia: quia non est in abundantia cuiusquam, uita eius est super terram ex his quæ possidet. Et Paulus apostolus: Omnis fornicatio, & immundicia, & auidia, non nominetur inter uos. Et iterū: Omnis fornicator, aut immundus, aut auidus, quod est idolorū seruitus, nō habet hæreditatem in regno Dei. Vnde Salomon: Conturbat domū suam qui seclat auiditiā. Auidus non implebitur pecunijs. Qui amat diuitias, non capiet fructum ex eis. Nihil est peius quàm amare pecunias, hic enim animā suam uenalem habet. Sicut auidia mergit hominē in infernū, ita omnino largitas eleemosynæ leuat ad cœlū. Auidus homo similis est inferno: sicut infernus nunquā dicit satis est, ita auidus nunquā satiatur pecunijs. Sicut hydropicus quanto plus bibit, tanto plus sitit: ita auidus quanto plus acquirit, tanto plus concupiscit. Auidia & cupiditas,

A forores sunt, superbia uerò est marer earū. Nunquam superbia fuit sine cupiditate, nec cupiditas sine auidia. Soror uenerabilis, nō sit manus tua porrecta ad accipiendū, & collecta ad dandum. Plus te delectet dare q̄ accipere. Melius est dare quàm accipere. Soror charissima, auidia non defigat radices in corde tuo, auidia non sit in te. Expelle à corde tuo auidiam. Si perfectè pro Christo cōtempseris omnia terrena, cum eodem Iesu Christo sponso tuo lætaberis in cœlesti patria: Amen.

De cupiditate. Sermo XLV.

Radix omnium malorum est cupiditas. Nemo potest perfectè spiritualia bella suscipere, nisi prius carnis edomuerit uoluptates: non potest mens ad contemplandū Deū esse libera, quæ terrena & transitoria huius mundi concupiscit: non potest uidere oculus mentis alta, si eum claudit puluis terrenæ cupiditatis. Cupiditas graue peccatū est, omnium criminum materia est. Non est mirū si morientes inferni ignibus deputentur, qui uiuentes flammā cupiditatis sue non extinxerunt. Soror charissima, quamuis non habeas pecuniā, tamen si habes cupiditatē habendi, nihil ualet tibi: nihil ualet tibi corporis nuditas, si tibi est uestimēti cupiditas. Iudas per cupiditatem uendidit Christū. Nudi nascimur in hac uita, nudi exituri sumus de hac uita. Cur ergo concupiscimus terrena & transitoria? Si ergo bona huius mundi credimus peritura, cur tanto amore diligimus ea. Si terrena & transitoria huius mundi plusquā oportet diligimus, peccamus. Soror ergo dilecta, cursum tuum considera, & cognosce tibi pauca sufficere posse quæ habes. Si igitur cupiditas est radix omnium malorum, sicut superior diximus, necesse est ut expellas eam à corde tuo, ut cætera soboles non pullulent uitiorū, cupiditas peruersa non sit in te. Soror uenerabilis, omnipotens Deus te faciat propter semetipsum prospera mundi despiciere, & nulla eius aduersa formidare: Amen.

De paupertate. Sermo XLVI.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cœlorū. Multi sunt pauperes, quos ipsa paupertas nō facit beatos, sed miseros: quia ipsam paupertatē non propter Deū sustinēt, sed coacti. Sunt etiam nonnulli pauperes, quos paupertas non facit miseros, sed beatos: quia eam propter Deū sustinent, de quibus dicitur: Beati pauperes spiritu. Charissima soror, iterum ad te reuertor loquendo. Audisti tribulationem & patientiam Iob, & ideo te moneo, ut ne in tribulatione frangaris, nec in prosperitate eleueris. Tu patriarchas diuites opibus, sed humiles fuisse legis animo. Qualis fuit Abraham, qui dicebat: Loquar ad Dominū Deum meū, cum sim terra & cinis. Ideoq; beata eris soror uenerabilis, si in prosperis & in aduersis semper Deo gratias egeris, & felicitatem huius temporalis uitæ uelut fumū & uaporem euanescentem credideris. Ait enim Paulus apostolus: Si in hac uita tantū sperantes

sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Christus enim ne aurū diligeremus, oblata uita, munera contemnere docuit: ne famem timeremus, quadraginta diebus ieiunauit: ne nuditatē timeremus, unā tunicā discipulis suis habere mandauit: ne tribulationes expauesceremus, illè pro nobis tribulationes sustinuit: & ne mortem timeremus, ille pro nobis mortē sustinuit & suscepit. Omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorū, & ambitio seculi. Et mundus peribit, & concupiscentia eius. Igitur dilecta soror, nō diligamus ea quæ sunt in mundo, ne pereamus cum mundo. Certè Dauid regnabat, & cum haberet thesauros argenti, & imperaret populis manu forti, tamen humilem se cognoscit, & dicit: Pauper sum ego, & in laboribus à iuuetute mea. Et iterū: Egenus & pauper ego sum. Item dicit: Incola ego sum in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Soror uenerabilis, non te delectent blandimēta transitoria, nec cōmoda terrena: nec de mundanis lucris gaudeas, & non cōtristaberis de terrenis damnis. Sicut enim scriptū est: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quæ cum amore possidemus, cū dolore perdimus. Audi sponsa Christi quæ dico: Ille cui cœlestia & terrena seruiūt, pauper pro nobis factus est. Quare? quia ut nos sua paupertate faceret diuites. Tu ergo honesta uirgo, ambula per uia quæ præcessit Iesus Christus, sponsus tuus, & passibus indefectis sequere cœlestē ducem. Sine dubio si consecuta fueris, cum ipso in cœlo regnabis. Soror uenerabilis, uirginitatē & paupertatē beatæ Mariæ uirginis prospice, quæ tam diues in Domino fuit, ut mater Domini esse mereretur. Et instantū fuit rebus pauperula, ut tempore partus nō haberet obstetrices uel ancillas ad seruendum sibi: & intantum fuit rebus pauperula, & ipsum etiam diuersorium tam angustum fuit, ut infantem nō in lectulo, sed in presepio reclinaret. Sed & Ioseph, cui fuerat desponsata, cū esset iustus, erat tamen pauper ita ut uictum & uestitum artificio quaereret. Certè faber fuisse legitur. Etiam de sanctis Apostolis legimus, quia seruibant Deo in fame & siti. Vnde Paulus apostolus: In fame & siti, in ieiunijs multis. In frigore & nuditate, & in uigilijs multis. O sponsa Christi, habes exemplum, quibus possis terrenas diuitias contemnere, & cœlestes concupiscere. Quoniam qui uolunt diuites fieri in hoc mundo, incidunt in tentationibus & laqueis diaboli, & in desiderijs multis, & nociuis, quæ mergunt hominem in infernum. Libenter contemnunt terrenas diuitias, qui perfectè sperant cœlestes. Quia uoluntaria paupertas introducit hominem in regnū cœlorū. Non ideo uenimus ad monasterium, ut in delicijs in eo uiuamus, sed ut uigilando, orando, ieiunando, psallendo, contra aduersariū nostrū dimicando, ad regnū nobis promissum, Christo adiuuante, perueniamus. Nam ideo nudi nascimur in hoc seculo, nudi etiam accedimus ad baptismum, ut

nudi, & sine impedimento perueniamus ad cœlum. Quàm incongruum est & absurdum, & q̄ turpē, ut quem nudum mater genuit, nudum suscepit, etiā diues intrare uelit in cœlum. Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem introire in regnū cœlorum. Melius est minus egere quàm plus habere. Nimis est auidus, cui nō sufficit Dominus. Soror dilecta, si in hoc seculo famem & sitim atq; nuditatē pro Christo sustinuerimus, gratis cum eodē Dño nostro Iesu Christo in cœlesti regno gaudebimus: Amen.

De murmuratione. Sermo LXVII.

Hospitium cordis nostri per gratiā Dei sanctificatur, & per inhabitationem spiritus sancti, quādo intus est charitas, pax, bonitas, humilitas, concordia, mansuetudo, alia huiusmodi. Hæc sunt nostræ diuitiæ, scilicet boni mores & uirtutes. Sed si incipimus inter nos litigare, & murmurare, cōtendere, statim ab his spiritualibus bonis uacui remanemus, & nudi. Quare? quia uirtutes nō possunt remanere cū uitijs. Nam & modicū fermentū totā massam corrūpit. Quisq; seruus Dei debet pensare in corde suo, q̄ malum magnū incurrit, si p rebus temporalibus murmurat, unde cū debuerat esse diues, fit pauper, quæ sunt diuitiæ nostræ, uirtutes scilicet. Virtutes ergo perdimus, si p cibo uel potu murmuramus. Graue peccatū est murmuratio. Vnde Gregorius: Regnum cœlorū nullus qui murmurat accipit nullus qui illud accipit, murmurare potest. Præcordia fatui sicut rota curus fœnū portat, & murmurat. Tales sunt multi fratres, & multæ forores in congregatione, qui sunt carnalibus desiderijs subditi, & murmurare nunquā cessant. Igitur soror charissima, necessariū est ualde nobis cōsiliū Pauli apostoli dicentis: Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorū murmurauerūt in deserto, uidelicet perierūt ab exterminatore. Igitur periculosum est nobis murmurare, ne fortè pereamus ab exterminatore in monasterio, sicut illi perierunt in deserto. Linguas ergo nostras à murmuratione custodiamus, ne (quod absit) sicut illi perierunt in hoc seculo, nos peramus in futuro. nō ergo murmuramus, ne fortè sicut illi perierūt in hac uita, nos pereamus in futura. Cauemus ab omni murmuratione, ne fortè quod illi passi sunt in corporibus, nos patiamur in animabus. Iterū Apostolus consulendo nobis, loquitur dicens: Neq; tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerūt, & à serpentibus perierūt. Christum tentat qui pro cibo uel potu, siue pro uestimento murmurat, sicut scriptū de eodem populo: Tentauerunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis. Et iterum: Murmurauerunt in tabernaculis suis, & non exaudierunt uocem Domini. Christum tentat, qui in monasterio superflua requirendo murmurat. Contra Christum facit, qui in monasterio plusquā oportet, requirit: in Christū peccat, qui in monasterio res terrenas, & transitorias requirendo prapositiones suos scandalizat. Et à serpentibus perierunt.

Quare

Quare a serpentibus perierit, nisi quia serpens uenenosus est, & omnis qui murmurat, uenenum diaboli habet in lingua. Vnde Iacobus apostolus: Lingua inquietum malum, plena ueneno mortifero. Cauendum est ergo nobis a murmuratione, ne mortifero & diabolico ueneno pereamus. Soror dilecta mihi in Christo, audi quid Dominus noster Iesus Christus dicit in Euangelio: Dico uobis, ne solliciti sitis animae uestrae quid manducetis, neque corpori uestro quid induamini. ac si apertius dicat: Deus qui dedit uobis animam, dabit escam. Et qui dedit corpus, dabit uestimentum. Et adiecit: Respicite uolatilia caeli, quoniam non seminant, neque colligunt, neque congregant in horrea, neque in cellaria, & Deus pascat illa: id est, si Deus gubernat aues quae hodie sunt, & cras non erunt, quantum anima est mortalis: quanto magis dabit seruis & ancillis suis cibum & uestimentum, quorum anima est immortalis & quibus regnum caelorum promittitur. Et iterum: Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, neque nent: id est, non texunt neque filant, & Deus sic uestit illa: quanto magis uestit seruos suos, & ancillas suas. Non occidet Deus animas seruorum suorum fame aut siti, aut nuditate. Et adiecit: Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiacent uobis. ac si diceret: Seruite Domino in timore, cantate & exultate ei die ac nocte cum tremore, & ipse dabit uobis in hac uita, & in futura omnia necessaria. Inquirentes Dominum non minuentur omnino. Soror charissima, Deus qui te eduxit de domo patris tui, si in seruitio eius perseueraris, dabit in bono petitiones cordis tui: Amen.

De proprio. Sermo XLVIII.

Soror charissima, peculiare quod habetur apud seruos Dei pro magno crimine, nunquam inueniatur in te. Omnia quae in monasterio sunt, omnibus sunt communia. Ergo si ancilla Dei aliquid habet absconditum uel proprium quod a ceteris ancillis Dei ignoratur, furtum est, peccatum furti est. Quare? quia omnia habet in communi cum ceteris ancillis Dei, & quasi proprium sibi aliquid abscondit: furtiue aliquid habere in commune cum ceteris ancillis Dei, est quasi proprium sibi aliquid abscondere. Hoc furtum est, haec manifesta fraus est. Hoc grande peccatum est, hoc est iter inferni, per hanc uiam latrones descendunt in infernum. Sic enim ait Paulus apostolus: Neque latrones, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Ancilla Dei quae semetipsam separat a communione monasterii, aliquid quasi proprium abscondendo: consequens est ut separetur a confortio caelestis uitae. Multi ad communem societatem monasterii ueniunt, sed quod sine graui gemitu dicere non possumus, non omnes in eo secundum Euangelium uiuunt. In monasterio sunt sancti Apostoli Iesu Christi. Est etiam ibi Iudas Iscarioth traditor Domini, & ibi Ananias cum sua uxore Sapphira. Est etiam ibi Giezi discipulus Helizai, qui propter Deum omnia quae habent in

hoc mundo ad imitationem Apostolorum derelinquunt, causa solius aeternae uitae. Cum eisdem Apostolis laetabuntur & remunerabuntur in aeterna beatitudine. Qui autem postquam ad conuersionem monasterii uenit, de rebus monasterii facere fraudem praesumit, Iudas est, & poena Iudae sustinebit in inferno: quia de hoc quod commune est, facere fraudem praesumit, proprium facit. Qui autem de seculari uita ad seruitium Dei conuertuntur, si de his quae de seculo habuerunt, unam partem sibi reseruant, alteram uero secum in monasterio tradunt, cum Anania & Sapphira sententiam maledictionis merentur. Qui autem de seculo ad monasterium uenit, & quod in domum suam habere non potuit, si illud in monasterio habere uoluerit, uel requisierit, sine dubitatione lepra Giezi adhaerebit ei: & lepram quam Giezi sustinuit in corpore, iste sustinebit in anima. Honesta soror, sicut superius dixi tibi, magna est differentia inter eos qui in monasterio uiuunt: illis qui in monasterio more Apostolorum uiuunt, qui ex his quae in seculo habuerunt uel habent, in monasterio nihil abscondunt, conuenit illud Psalmistae: Mihi autem adhere Deo bonum est, & ponere in Deo spem meam. & illud: lacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. Illis qui sicut Iudas Iscarioth proprium retinent, uel de rebus monasterii abscondunt, conuenit illud: Ascendunt usque ad caelos, & descendunt usque ad abyssos, animae eorum in malis tabescebant. Illis uero qui cum Anania & Sapphira ex his quae in seculo habuerunt unam partem monasterio tradunt, alteram uero sibi in proprium retinent, conuenit illud: Qui confidunt in uirtute sua & multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Etiam illis qui sicut Giezi ea quae non poterunt habere in seculo, requirunt in monasterio, conuenit illud: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & praeualuit in uanitate sua. Tu ergo soror uenerabilis, nihil celes, nihil abscondas, nihil apud te absconditum reponas. In abscondito nihil retineas, apud te nihil remaneat absconditum. Quicquid habes, habeto cum licentia: si quid habes, habeto cum benedictione. Sine licentia abbatissae uel priorissae nihil habeas, sine benedictione nihil accipias, sine licentia nihil tribuas. Honesta uirgo, lacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet.

De oratione. Sermo XLIX.

Charissima soror, audi quae dico: Ante tempus orare, est prouidentia. In tempore constituto orare, est obedientia. In tempore constituto orare, est obedientia. Tempus orandi praeterire, est negligentia: tanto crebrior debet esse oratio, quanto est utilior. Dominus dicit in Euangelio: Omnia quae cumque petieritis in oratione credentes, accipietis. Et Paulus apostolus: Sine intermissione orate. Et Iacobus: Multum enim uale deprecatio iusti assidua. Soror uenerabilis, ante orationem praepara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum: in oratione praepara te, & ostende conscientiam

conscientiam cordis tui, ut ampliore gratiam consequaris a Deo tuo. Tunc ueraciter oras, quando aliud in corde non cogitas. Citius ad precem iudex se haurit, si peccator a prauitate sua corrigatur. Oratio cordis est, non labiorum. Melius est cum silentio cordis orare, quam solis uerbis sine intentione mentis. Pura est oratio, quando in suo tempore superfluae cogitationes non conturbant. Longe quippe est a Deo animus, qui in oratione cogitationibus seculi est occupatus. Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quisque possit, quod postulat: hoc est, si adhuc homo mala committit, aut si peccanti in se ex toto corde non dimittit. Mens nostra caelestis est, & tunc Deo in oratione bene contemplantur, quando nullis terrenis curis, aut erroribus impeditur, quando quisque orat, spiritum sanctum ad se uocat: sed postquam uenerit, confestim omnia tentamenta demoniorum, quae se mentibus hominum immergunt, praesentiam eius ferre non sustinentes, effugunt. Qui laeditur, non desistat orare pro se laedentibus. Alioquin iuxta Domini sententiam peccat, qui pro inimicis suis non orat. Sicut nullum proficit in uulnere medicamentum, si adhuc in eo est ferrum: ita nihil proficit oratio illius qui odium habet in corde. Culpabiliter expandit manus ad Deum, qui facta sua orando iactanter manifestat, sicut Pharisaeus in templo iactanter orabat, & magis laudabat semetipsum de bonis operibus quam Deum. Soror dilecta, ora cum lachrymis indefinenter, ora iugiter, precare Deum diebus ac noctibus. Oratio sit sine cessatione, oratio sit frequens: orationis sint arma assidua, oratio de ore tuo non cadat: insiste orationi, frequenter incumbere orationi. Gemitus semper & plange, surge in nocte ad precem, uigila & ora, pernoctata in oratione & precem, incumbere nocturnis uigiliis. Ad modicum, clausis oculis, rursus ora, oratio frequens diaboli iacula submouet, oratio quotidiana diaboli tela exuperat: oratio est prima uirtus aduersus tentationum incursum, oratio superat tentamenta inimicorum, uincit daemones, superat immundos spiritus. Per orationem uincuntur daemones, oratio daemones omnibus malis praeuallet. honesta uirgo, sit oratio tua pura. Moneo te charissima, ut ores pro bonis hominibus, ut in bonis perseuerent. Rogo etiam te, ut ores pro malis hominibus, ut de malo ad bonum conuertantur: ora pro amicis tuis, & ora pro tuis inimicis. Ora etiam pro omnibus fidelibus, uiuis & defunctis. Dirigatur oratio tua sicut incensum in conspectu Dei.

De lectione. Sermo L.

Per orationem mundamur a peccatis, per lectionem docemur quid faciamus: utrumque bonum est, si licet: si uero non licet, melius est orare quam legere. nam cum oramus, cum Deo loquimur: cum legimus, Deus nobiscum loquitur. Soror charissima, si uis cum Deo semper esse, semper ora, & semper lege. Valde nobis est necessaria lectio diuina. nam per lectionem discimus quid facere, quid cauere, quod tendere debeamus. Vnde dicitur:

Lucerna pedibus uerbum tuum, & lumen semitis meis. Per lectionem, sensus & intellectus augentur. Lectio nos ad orationem instruit, & ad operationem: lectio nos informat ad actiua & contemplatiua uita. ideo dicitur in Psalmo. Beatus uir qui in lege Domini meditabitur die ac nocte. Lectio & oratio sunt arma, quibus diabolus expugnatur: haec sunt instrumenta, quibus aeterna beatitudo acquiritur. Per orationem & lectionem uicia destruantur, & uirtutes in anima nutriuntur. Ancilla Dei semper debet orare, & legere. Vnde legitur in Psalmo. Tunc non confundar, cum perpexero in mandatis tuis. Igitur dilecta mihi soror in Christo, insiste orationi, frequenter perseuera in meditatione scripturarum: in lege Dei esto assidua, habeto studium in diuinis legibus, usus legendi sit tibi frequens, lectio sit tibi quotidiana legis meditatio: lectio demit errorem uitae, subtrahit hominem a uanitate mundi, per lectionem sensus & intellectus crescunt. Lectio enim docet quid facias, discernit quid caueas, ostendit quod tendas. multum proficis cum legis, tamen si facis ea quae legis. Soror uenerabilis, adaperiat Deus cor tuum in lege sua, & in praecceptis suis.

De operatione. Sermo LI.

Ieremias propheta dicit: Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum. Qui orat & laborat, cor leuat ad Deum manibus: qui uero orat, & non laborat, cor leuat ad Deum, & non manus. Qui autem laborat, & non orat, manus leuat ad Deum, & non cor. Igitur soror charissima, necesse est nobis cor in oratione ad Deum leuare, & manus cum operatione ad Deum extendere. Quare? Ne de negligentia mandatorum reprehendamus, dum salutem quaerimus obtinere sola oratione, aut sola operatione. Vnde Paulus apostolus: Qui non laborat, non manducet. Ancilla Christi debet semper orare, legere & operari, ne forte spiritus fornicationis decipiat ociosam mentem. Delectatio carnis per laborem uincitur. Soror charissima, diuide tibi spacium diei in tres partes: & in prima ora, in secunda lege, & in tertia parte labora. Rex Salomon per ocium semetipsum inuoluit in multis fornicationibus, & per cupiditatem fornicationis adorauit idola. Soror uenerabilis, haec tria sunt tibi necessaria ualde: scilicet oratio, lectio, & operatio. Oratione mundamur, lectione instrui mur, operatione beatificamur, sicut dicit spiritus sanctus in Psalmo: Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, bene tibi erit. Si aliquando a lectione cessaueris, operari debes, ut nunquam sis ociosa: quia ocium inimicum est animae. Diabolus cito decipit eum quem ociosum inuenit. Diabolus quotidie in claustra intrat, & si aliquem inuenit ociosum, statim accusat. O sponsa Christi, uide ne cum diabolo claustra intrauerit, et uniuscuiusque facta scrutans fuerit, aliquid inueniat unde te accusare possit. Hac de causa te moneo soror mihi in Christo dilecta, ut per amorem Iesu Christi nunquam sis ociosa.

sis ociosa. Rogo ut amorem Christi ostendas sciabibus tuis non solum uerbis, sed & operibus bonis. Tunc uere Deum diligis, si pro amore illius bona quae potes, operaris. Vnaqueque sancta anima debet in se monstrare amorem Dei & uerbis sanctis, & actionibus. Vnde in Canticis canticorum, sponsus, scilicet Christus, sponsam, id est, sanctam animam, ornat dicens: Pone me ut signaculum super cor tuum, & super brachium tuum. In corde sunt cogitationes, & in brachio operationes. Ergo super cor, & super brachium sponsae dilectus in signaculum ponitur: quia in sancta anima quantum ab ea diligitur, & uoluntate, & actione designatur, quia amor Dei nunquam est ociosus. Si uere est amor, magna operatur: si uero non operatur, non est amor. Rogo igitur te uenerabilis uirgo, ut Deum perfecte diligas, & ut pro amore illius nunquam ociosa sed eas: si uere Deum diligis, nulla hora ociosa eris. Si Deum in ueritate amas, pro amore illius ocium recusas. Si ex toto corde diligis Deum, omni tempore contemnis ocium. Qui Deum tota mente diligit, propter Deum ocium postponit. Regnum Dei non dabitur uagantibus, sed in seruitio Dei studiosis. Regnum Dei non dabitur uagantibus, sed pro Deo digne laborantibus. Qui in bonis operibus sunt pigri & tepidi, non habebunt locum in regno Dei. Luxuria cito decipit homines ocio deditos. Luxuria cito decipit hominem ociosum, decipit hominem uagantem. Luxuria grauius urit quem ociosum inuenit. Libido cedit rebus, luxuria cedit operibus, luxuria cedit industriae & labori. Homo per laborem saepe uincit libidinem. Corpus enim labore fatigatum, minus delectatur flagitio. Quapropter amabilis in Christo soror, praecave ocium. Non diligas ocium, fatiga corpus labore. Exerce opus bonum, quare tibi opus utile quo animi implicet intentio. Opus bonum & intentio tua semper sit in Deo: Amen.

De Psalmis & Hymnis. Sermo LII.

Soror charissima, cum in conspectu Deo cantas psalmos, & hymnos, hoc tracta in mente tua quod cantas in uoce. Mens tua cum uoce concordet, concordet cum lingua: non aliud cogites, & aliud cantes. Si aliud cantes in mente, & aliud cantes in uoce, perdis fructum laboris tui. Si corpus tuum stat in ecclesia, & foris uagat mens tua, perdis mercedem tuam. Vnde dicitur: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sicut enim ait apostolus: Psallam spiritibus, psallam & mente. Cantabo ore & corde. Bonum est ergo semper orare Deum mente. Bonum est etiam cum sono uocis, & hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus glorificare Deum. Sicut orationibus iuuamur, ita psalmorum modulationibus delectamur. Vnus cantandi consolatur tristia corda. Cantus in ecclesia mentes hominum laetificat, fastidiosos oblectat, pigros sollicitat, peccatores ad lamenta inuitat. nam quamuis dura sunt corda secularium hominum, statim ut dulcedinem psalmorum audierint ad amorem pietatis conuertuntur.

A Sunt multi qui suauitate psalmorum concupiscunt, peccata sua lugent. Oratio tantum modo in hac uita effunditur in remissionem peccatorum. Psalmorum autem decantatio significat perpetuam laudem Dei in aeterna gaudia, sicut scriptum est: Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Quicumque fideliter, & intentamente psalmos decantat, quodam modo angelis Dei sociatur. Quomodo? quia homo illum pro modulo suo laudat in terris, quem angeli sine intermissione adorant, & glorificant in caelis. Psalmorum decantatio aliquando commouet ad lachrymas, aliquando inuitat nos ad orationem. Psalmi faciunt nobis gratas esse uigilias noctis, dicentes: Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio. Psalmi pronuntiant nobis horam diei primam cum exultatione lucis, dicendo: Deus in nomine tuo saluum me fac, et in uirtute tua iudica me. Psalmi consecrant nobis horam diei tertiam, cum dicunt: Et ueniat super nos misericordia tua Domine, salutare tuum secundum eloquium tuum. Psalmi nos laetificant hora diei sexta in panis confractione. Psalmi ad horam diei nonam ieiunia resoluunt, & nos fatiant dulcedine ac suauitate spirituali. Psalmi nos Deo commendant hora diei uespertina dicendo: Dirigat Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Psalmi nos admonent, ut benedicamus Domino ad completorium dicentes: Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini. Soror mihi in Christo dilecta, firmiter retine in tua memoria quod in auribus Dei bene sonat, cum sancta anima per dilectionem, & amorem ac deuotionem, psalmos hymnos, & canticos spirituales Deo cantat. Vnde sponsus, scilicet Christus in Canticis canticorum, sponsam, id est, ecclesiam uel sanctam animam admonet dicens: Ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis: quia uox tua dulcis, & facies tua decora. Tu, inquit, dilecta mea quae iaces in lectulo dulcissimae contemplationis, in qua mihi in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus atque orationibus placere desideras. Veni & ostende mihi faciem tuam: id est, egredere a secreto cordis, & alijs pulchritudinem bonorum operum tuorum ad exemplum demonstra, ut cum illi uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Sonet uox tua in auribus meis, uox scilicet praedicationis, uox diuinae laudis, uox iubilationis, quae alios ad laudem gloriae meae, perficere faciat. Cantus psalmorum oblectat aures audientium, & instruit animas fidelium ad bene uiuendum. Vox cantantium sit una, & cum angelis Dei quos uidere non possumus, uerba laudis miscemus. Serui Dei semper debent laudare nomen Dei, aquae superiores in sinuent, de quibus dicitur: Benedicite aquae omnes quae super caelos sunt Domino, quia electi non tacebunt imperperuum laudare nomen Domini. De aquis uero inferioribus dicitur est. Congregentur

gregentur aquae quae sub caelo sunt in locum unum, quia reprobi per totum mundum modo dispersi congregabuntur in infernum cruciandi. Sine intermissione fideles debent referre laudes Deo, quia Deus delectatur in illis. Quod Deus delectatur in laudibus fidelium, testatur sponsus scilicet Christus, qui in Canticis canticorum sponsae scilicet sanctae animae loquitur, dicens: Qui habitas in ortis. In ortis habitat, in ecclesia uel quae libet sancta anima, quae iam uiriditate, spe, & bonorum operum est repleta. Quae ergo iam in ortis habitat, oportet ut sponsum suum uocem suam audire faciat: id est, cantum bonae praedicationis uel sanctae iubilationis, uel uocem diuinam laudis emittat, in qua ille delectetur, quae desiderat, quae amici auscultant, uidelicet omnes electi, qui uerba uita, scilicet lectiones, psalmos, hymnos, & canticos spirituales audire desiderant, ut ad caelestem patriam reuiuiscant. Igitur soror reuerentissima, sicut iam superius dixi, ualde necessarium est tibi, ut in omni uita tua laudes omnipotentem Deum, creatorem tuum: quoniam inde promittitur tibi uenia, uide & laudes. Lauda ergo eum in corde, lauda eum in uoce, lauda eum in uoce iubilationis, lauda etiam eum in secreto contemplationis, lauda eum in cubiculo mentis, in iubilatione uocis. Quauis ad laudandum Deum peccatores & indigni simus, tamen cessare a laudibus non debemus: quia inde consequi ueniam peccatorum credimus, unde Deum laudamus. Vnde uox diuina in Psalmis: Sacrificium laudis honorificabit me, inquit, illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. ac si apertius diceret: In psalmis est iter laudis, quo ad aeternam laudem peruenire possis. Sed si ego illud tibi non ostendero, illud inuenire non poteris. Propterea charissima, quia iter nostrae salutis in manibus est creatoris, moneo te ut laus Dei nunquam discedat ab ore tuo. Soror mihi in Christo amatissima, Deus est laus tua, ergo & tu laus illius esto ita, ut semper sit laus illius in ore tuo: Amen.

De actiua & contemplatiua uita. Sermo LIII.

Vidit Iacob scalam stantem super terram, angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & cacumen illius caelos tangebatur. In hac scala sunt positi omnes ad uitam aeternam praedestinati, & omnis qui spectat ad regnum caelorum, in hac scala habet locum. Scala ista generalis est ecclesia, quae ex parte adhuc militat in terris, & ex parte iam regnat in caelis. In hac scala sunt tres ordines hominum, scilicet seculares, actiui & contemplatiui. Seculares sunt in minori gradu, actiui sunt in altiori loco, contemplatiui uero sunt in summo. Et de istis tribus ordinibus hominum, quidam sunt in mola, quidam sunt in agro, quidam uero sunt in lecto. Mola est uita secularis, ager est animus hominis seculi. In agro sunt praedicatores uerbi Dei: in lecto est amor sponsi scilicet Christi. Qui sunt in mola, terram circueuerunt, quia terrena quaerunt & diligunt. Qui sunt in agro, terram colunt, quia seminant

uerbum Dei in auribus hominum: in lecto sunt qui despiciunt & contemnunt. Ad pedes huius scale sunt homines seculi, in medio scale sunt actiui, in summitate huius scale sunt contemplatiui iam quasi in caelo positi, quia caelestia cogitant. Isti sunt angeli Dei per scalam ascendentes, quia ascendent per contemplationem ad Deum, & descendunt per compassionem ad proximum. Actiua uita, innocentia est honorum operum. Contemplatiua uita, est speculatio superiorum. Actiua uita communis est multorum, contemplatiua uero paucorum. Actiua uita terrenis rebus bene utitur: contemplatiua uero seculo renuncians, soli Deo uiuere delectatur. Interrogatio. Frater dilecte, rogo ut ostendas mihi differentias actiuae & contemplatiuae uitae. Responsio. Soror charissima, inter actiuam & contemplatiuam uitam maxima est differentia. Actiua uita, est panem esurienti dare, uerbum sapientiae proximos docere, errantem corrigere, ad uitam humilitatis superbientem reducere: discordantes ad concordiam reuocare, infirmos uisitare, mortuos sepelire, captiuos, & in carcere positos redimere, quae singulis quibuscumque expediat dispensare, necessaria unicuique providere. Soror mihi in Christo dilecta, ecce audisti opera actiuae uitae, nunc si placet, audi uirtutes uitae contemplatiuae. Contemplatiua uita est charitatem Dei & proximi tota mente retinere, ab exteriori actione acquiescere, soli desiderio conditoris inhaerere, ita ut iam nihil agere libeat, sed despectis omnibus curis seculi ad uidendum faciem sui creatoris animus inardescat, ita ut iam nouerit carnis corruptibilis, pondus cum mœrore portare, totisque desiderijs optare, hymnicis angelorum choris interesse, appetere ammisceri caelestibus ciuibus, de aeterna incorruptione in conspectu Dei gaudere. Venerabilis soror, audisti actiuam uitam, audisti etiam contemplatiuam uitam, nunc rogo ut cum Maria Magdalena eligas meliorem partem, scilicet uitam contemplatiuam. Bona est uita actiua, sed multo est melior contemplatiua. Qui prius in hac uita proficit ad contemplatiuam, bene descendit: quicumque ad hanc temporalem gloriam, aut carnalem affectat concupiscentiam, a contemplatione prohibetur. Exemplum enim actiuae uitae & contemplatiuae de Iacob accipe, qui dum adamaret Rachel, quae significat contemplatiuam uitam, data est ei Lya, quae significat actiuam uitam. Actiua uita in laboribus huius mundi Deo seruit, dum pauperes pascit, recipit, pascit & uestit, uisitat & consolatur, sepelit, & caetera opera misericordiae eis impendit. Et tamen Lya est secunda in filijs: quia multi sunt actiui, & pauci contemplatiui. Rachel uero ouis, uel uidens principium interpretatur: quia contemplatiui simplices & innocentes sunt sicut oues, & ab omni tumultu seculi alieni, ut soli diuinae contemplationi adherentes, uideant illum qui ait: Ego sum principium, qui & loquor uobis. Rachel duos filios habet, quia duo sunt genera contemplatiuorum. Alij nancq; uiuunt in

V u u commune

commune in monasterijs: alij uerò sunt solitarij, & ab omnibus separati. Sed beator est & perfectior contèplatiua uita quàm actiua. Sicut aquila defigit oculos in radios solis, nec defleuit nisi quando uult corpus suū reficere cibus: ita & sancti aliquando à contèplatione ad actiuam uitam reuertunt, cōsiderantes illa sublimia sic esse utilia, ut tamen ista humilia paululū nostræ indigentia sint necessaria. Vnde in Canticis canticorum, sponsus scilicet Christus sponsam, id est sanctam animā contèplationi deditā hortat dicens: Surge, propera amica mea, colūba mea, forma mea & ueni, ac si apertius diceret: Surge, propera amica mea per dilectionem & fidē, columba mea per innocentiam & simplicitatem, formosa mea, per uirtutem & castitatem. Surge de illo dulcissimo statu tuo, hoc est de quiete contèplationis, in qua mihi soli complacere desideras in psalmis, hymnis, orationibus, & canticis spiritualibus. Festina ergo & ueni, id est, egredere ad utilitatem proximorum, ut illos etiā per officium prædicationis, & per exempla bonorū operum imitatores tui facias, ad salutem animarum suarum perducas. Visio animalium in Ezechiele, quæ ibant & non reuertebantur, pertinet ad perseverantiam actiuæ uitæ. Et iterum, animalia quæ ibant & reuertebantur, pertinent ad mensuram contèplatiuæ uitæ, in qua dū quisque intenderit sua reuerberatus infirmitate, statim descēdit. Atq; iterum renouata mentis acie ad ea unde descendat rursus ascendit, quod fieri in actiua uita non potest. De qua si quisq; uel ad modicum descendit, statim inquinatio, nibus uitiorum inuoluitur. Sæpe mens de terra ad cœlum erigitur, & iterum grauata infirmitate carnis, de cœlo ad terram descendit. Multos seculares homines uisitat Deus, & per suam gratiam eleuat eos ad altitudinem cōtèplationis, & multos contèplatiuos iusto atq; occulto iudicio suo Deus in terrenis actibus lapsos derelinquit. Sicut sepultus in monumento cessat ab omni terreno negotio: ita homo contèplatiuus cessat ab omni terreno opere uel mysterio. Et sicut homines ab actiua uita ascendentes, sepeliuntur in quiete contèplationis: ita à seculari uita recedentes, actiua uita suscipit eos in se quasi sepeliēdos. Ac per hoc sicut actiua uita est sepulchrū secularis uitæ, ita cōtèplatiua uita est monumentū actiuæ uitæ. Viri sancti sicut aliquando egrediuntur à secreto contèplationis ad actiuā uitam: ita rursus ab actiua uita reuertuntur ad secretum intimæ cōtèplationis, ut intus Deum laudent, ubi acceperunt, unde foris ad eius gloriam operentur. Sicut Deus uult, ut aliquando contèplatiui egrediantur ad actiuam uitam, ut alijs proficiant: ita aliquando uult ut nemo eos inquietet, sed ut quiescant in secreto contèplationis suauissimæ. Quod bene in Canticis canticorum sponsus insinuat, cum filias Hierusalem ne sponsam uigilare faciant, adiurat dicens: Adiuuro uos filia Hierusalem per capreas

ceruosq; camporum, ne suscitatis neq; euigilare faciatis dilectam donec ipsa uelit: hoc est, ne suscitatis neq; euigilare faciatis animam diuinā cōtèplationi deditam, orationibus & lectionibus, diuinis occupatam. Et ne eam ad exteriora opera inquietare uelitis donec ipsa uelit: hoc est, donec expleto contèplationis tempore, admonente corporis fragilitate, quando uelit suscitari à somno internæ quietis, & intimæ dulcedinis. Sed tamen in hac mortali uita, nemo potest perfecte cōtemplari Deum. Vnde Ioannes in Apocalypsi dicit: Factum est silentium in cœlo quasi media hora. Cœlū quippe est anima iusti, sicut Dominus per Prophetā dicit: Cœlum mihi sedes est. Cum ergo quies contèplatiuæ uitæ agitur in mente, silentiū fit in cœlo, id est, in anima: quia strepitus terrenarum rerum atq; operum cessat in cogitatione. Sed quia contèplatiua uita in hoc mundo non potest esse perfecta, nequaquam hora integra factum silentium dicitur in cœlo, sed quasi media hora. Qui perfecte uitam contèplatiuam uult tenere, debet ab omni terreno opere cessare. Vnde in eisdē Canticis sponsa de se dicit: Ego dormio, & cor meum uigilat, ac si aperte mens sancta loqueretur dicens: Dum à mūdānis tumultibus exterius dormio, in interiori cogitatione quæ sunt cœlestia atq; spiritualia penso. Etiam arca Noe quæ bicamerata dicitur, significat actiuos, & contèplatiuos: quorum actiui deorsum stant, contèplatiui uerò stant sursum, quod etiam arca dicitur tercamerata, significat tres ordines in sancta ecclesia, scilicet coniugatorū, continentium, atq; uirginum. De hac contèplatiua uita dicit Dominus in Euāgelio: Si uis perfectus esse, uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. Et de Maria Magdalena ait: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Vita contèplatiua non auferetur in hoc seculo, neq; in futuro. Actiua uita auferetur ab homine in futuro seculo. Actiua uita in hoc seculo habet finem, contèplatiua uerò non, quia semper perseverat. Actiua uita in hoc seculo deficit, contèplatiua uerò in hoc seculo incipit, sed in cœlo perficitur. Honestā uirgo, moneo te, ut propter Deum despicias præsens seculum: propter Deum ab omnibus curis seculi te suspende. Sine impedimento seculi Deo seruire stude, nulla cura seculi subtrahat te à timore Dei. Nulla sollicitudo rerum te subtrahat ab intentione Dei. Abijce à te quicquid potest impedire bonum propositum. Toto animo odi, & damna quod diligit mundus. Esto mortua mundo, & mundus tibi. Tanquam mortuo ab amore præsentis uitæ te separa. Tanquam mortua, mundi gloriam non concupiskas. Soror mihi amabilis in Christo, sicut sepulta in monumento, non habeas curam de seculo. Tanquam defuncta in sepulchro, ab omni terreno te priua negotio. Soror mihi in Christo amabilis, contemne uiuens, quæ post mortem

mortem habere non poteris. Si hæc ita feceris, post mortem tuam uitam æternam habebis.

De curiositate. Sermo LXVII.

SOROR charissima, moneo te, ut de die in diē studeas proficere in bonis operibus, & ut nō consideres mala quæ alijs faciunt, sed considera bona quæ tu facere debes. Vnde quidā sapiens ait: In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter. Nō est tibi necesse ea cognoscere quæ ab humanis sensibus sunt remota. Dignum est ualde ut mentes hominum desinat iudicare, qui aliena corda nescit perfecte cognoscere. Quare? quia incerta nos iudicamus quoad usq; ueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Dignū est etiam ut desinat peccare, qui alienam uitam uult reprehendere. Stulti homines dū alienos errores uolunt reprehendere, demōstrant suos. Tandiu homo ignorat peccata sua quæ debuerat flere, et cognoscere, quandiu aliena uitia exquirat curiosus. Sed cum homo ad semetipsum reuertitur, & sese bene considerat, non exquirat quod in alijs reprehendat, quia in semetipso multa quæ lugeat. Qui semetipsum bene cōsiderat, in semetipso inuenit multa quæ plangat. Vnde beatus Gregorius: Nos tanto minus debemus aliena corda reprehendere, quanto scimus uisū nostrō non posse alienæ cogitationis tenebras illustrare. Etiam beatus Isidorus ait: Facilius reprehendimus uitia uniuersiusq; hominis, quàm uirtutes intendimus: ne quid boni quisq; fecerit, agnoscere cupimus, sed qui malè egerit perscrutamur. Igitur soror mihi in Christo dilecta, moneo te, ut amplius reprehēdas tua uitia quàm aliena. Prius uide tua propria, quàm aliena delicta. De tua correctione esto sollicita. De tua salute esto attenda, de tua emendatione esto prauisa: quod ad te nō pertinet, noli querere: nunquā desideres cognoscere quod inter se loquuntur homines. Noli querere quid quisq; dicat, nec faciat. Caue curiositatem. Obmitte curas alienæ uitæ, nulla curiositas animum tuum decipiat, nulla concupiscentia detestandę curiositatis te subrepat, ne tu oblita tuorum morū alienos perquiras. Christi sponsa, tanta cura corrige tua uitia, quanto studio reprehendas aliena. Nulla tibi sit cura sciendā latētia. Caue inquirere ea quæ non debes scire, prætermitte quasi secretū quod in scriptura sancta autentica didicisti: nihil ultra queras quàm scriptum est, nihil amplius perquiras, quàm diuinæ literæ demonstrant. Scire nunquam desideres, quod scire non debes. Soror uenerabilis, scito pro certo, quia curiositas periculosa, præsumptio est. Curiositas damnosa peritia est, ad heresim pro-uocat, in fabulas sacrilegas præcipitat mentem. In causis obscuris reddit audaces, in rebus ignaris facit homines præcipites. Soror amatissima, cum omni studio uitam tuam emenda, ut post hanc uitam merearis peruenire ad æterna gaudia: Amen.

De uigilantia. Sermo LV.

Dilecta soror audi Dominū Iesum Christū in Euangelio dicentem: Vigilate, quia nescitis quando Dominus uenturus est. Et iterum: Omnibus dico uigilate. Et Petrus apostolus: Estote prudentes, & uigilate in orationibus: Cū homines dixerint pax est, & securitas: tunc repentinus ueniet super eos interitus. Et Salomon ait: Sunt iusti atq; sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit. Quare? quia in futuro referunt incerta. Soror in Christo dilecta, ideo Dominus celauit nobis tempus sui aduentus, ut nos longa expectatione incerti semper credamus iudicem uerum esse uenturum, quia quādo uenturus sit, ignotamus. Verba sunt beati Gregorij: Latitia præsentis uitæ ita est agenda, ut amaritudo sequentis iudicij nunquam recedat à memoria: sepe diabolus decipit hominem ad peccandū, & cum de ruina conspicit eum afflictum, iterū per securitatem decipit eum. Igitur soror dilecta mihi in Christo, semper necesse est, ut cū bona agimus, mala quæ fecimus, ad memoriam reducamus, ut dum culpā certè cognoscimus, nunquā de bono opere incauti lætemur. Ideo Dominus uoluit nobis horam ultimam esse incognitā, ut semper simus suspecti, ut dum illam uidere non possumus, quotidie nos ad illā præparemus, etiā in hac uita simus securi. Beatus Isidorus nos admonet dicens: Neque iustus de sua iustitia confidat, neque peccator de misericordia Dei desperet quicquā, sed pariter habeant in corde spem & metum. Sic speret Dei misericordiam, ut semper timeat eius iustitiam. Quamuis conuersatio sanctorum sit probabilis, tamen incertum est hominibus ad quem finem sunt destinati. Ideo nunquam homo debet esse sine metu, quia satis factio poenitentia diuino tantum iudicio pensatur, nō humano. Vnde ait Cæsius: Quanto sumus securi de præteritis peccatis, tãto debemus esse solliciti de futuris. Venerabilis soror, firmiter tene, quia omnis uita sapientis hominis meditatio est mortis. Igitur soror in Christo mihi amabilis, si omni hora ad Deum uigilaueris, sapiens eris. Si quotidie mentem tuā ad Deū leuaueris, & diē mortis tuæ ad memoriā reduxeris, beata eris, secundū illud quod quidā sapiens ait: Beatus homo qui semper est pauidus. Hac de causa te moneo uirgo honesta, ut semper sis pauida, semperq; suspecta. Semper esto sollicita, & cōtra diaboli tentatiōes astuta: semper uigila, & cōtra antiquū hostē incessanter pugna. Diebus ac noctibus ora cum omni uigilantia, & contra insidias diaboli uiriliter dimica. In omni uita tua esto prouisa, & contra uersutias inimici, & cum omni sollicitudine decerta. Etiam audi honesta uirgo ea quæ Iesus Christus sponsus tuus dicit in Euangelio: Beatus ille seruus, quem cum uenerit Dominus inuenit uigilantē. Ergo si ad eundem Dominum nostrum Iesum Christū uigila-

Vuu a ueris,

ueris tota mente, inter beatos computaberis in aeterna beatitudine. Beata eris, si cum omni deuotione oculos mentis ad uerū lumen quod Deus est leuaueris. Vere beata eris, si ad Deum cum omni infantia uigilaueris: quia promissit Deus coronam uigilantibus. Unde in Canticis canticorum de oculis sponsi dicitur: Oculi eius sicut columbae super riuulos aquarum, qui lacte sunt lotae, & resident iuxta fluentia plenissima. Oculi sponsi sancti uiri sunt, qui sicut columbae in simplicitate uiuunt, & alijs suis praedicationibus atque exemplis uiam salutis ostendunt. Super riuulos aquarum esse perhibentur, quia semper in refectione sanctarum scripturarum conuersant, qui lacte sunt loti, quia per gratiam Dei in baptismo a peccatis suis sunt mundati. Quid per fluentia plenissima, iuxta quae sedet intelligimus, nisi sacre scripturae profunda & arcana dicta, quibus nos reficimus dum ea legendo, uel audiendo haurimus: Ad haec iuxta fluentia columbae residere solent, ut umbram uolantium auium in aqua uideant, super quam se proficientes, ungues rapaces effugiant: sic sancti uiri scriptura sancta fraudes daemonum prospiciunt, & ex descriptione quam uident, quali ex umbra inimicum cognoscunt, & eius deceptiones fugiunt. Sic & tu soror honestissima, in meditationibus sanctarum scripturarum esto assidua: quia in eis poteris cognoscere, qualiter hostium insidias ualeas declinare. Honestissima uirgo, iterum te moneo, ut te consilijs sanctae scripturae ex toto committas, uidelicet, ut nihil aliud facias, nisi quod ex responsio scripturarum audieris: quia ibi inuenies qualiter fraudes daemonum fugias. Moneo etiam te, ut metu rapacium auium, id est, daemonum super fluentia sanctarum scripturarum sedeas, ne tu improuisa (quod absit) inimicis tuis praeda fias. Rogo ut super riuulos sanctarum scripturarum indefinenter uigiles, & ut cum summo studio deceptionis inimicorum uites. Heu insipientes quare non cognoscimus, uel intelligimus, quia in conspectu Domini cogitationes nostrae, antequam ad actum procedant, manifestae sunt & aperte. Dicit enim Psalmus: Scrutans corda, & renes Deus. Igitur soror amantissima, cogitemus, nos in conspectu Dei semper astare, & cognoscamus, quia terra & cinis sumus. Ecce Deus noster terribilis, retribuens unicuique secundum opera sua, in proximo est, & non tardabit: ipse ueniet, & saluos nos faciet. Vigilemus ergo cum omni perseverantia & deuotione, ut cum uenerit & pulsauerit non inueniat nos dormientes: sed uigilantes in suis laudibus, & in suo amore atque in suo sancto seruitio. Curramus ergo dum lucem habemus, ne tenebrae nos comprehendant. Sic enim ait sapientia Dei in puerijs: Beatus qui audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet uitam & hauriet salutem a Domino. Virgo Christi, ideo te moneo, ut cum omni studio uigiles ad Deum, ut in die necessitatis tuae possis eum habere

propitium. Igitur honesta uirgo, nullus casus te inueniat imparatam, nullus sit casus quem non praueinat meditatio tua: propone ante oculos tuos nihil esse quod accidere non possit. Commemorare semper futuras miseras, in prosperis meditare quo pacto aduersaberis. Semper cogita in mente ne aliquid contrarij accidat. Sapientis hominis est prauidere iacturam periculi, omnia meditata leuiori euentu accidunt. Expectata mala tolerabiliter feruntur, perfecta res admittatur cum acciderit. Aduenientes impetus praemeditatio frangit, praecogitatio attenuat futuras molestias: prauiusio lenit aduentum malorum, inopinatum malum fortiter ferit. Grauius sunt quae cogitata non fuerant. Acerba existunt, in quibus improuisi incurrimus. Improuisa mala grauius ferunt. Repentinum malum citò frangit, quod prouisum non est, uehementer affligit. Subita maris tempestas terrorem suscitatur, improuisus hostis male perturbat: omnia repentina grauiora sunt, quae repente accidunt: grauius occurrunt. Igitur soror mihi in Christo dilectissima, & ad bona & mala cor tuum praepara: in die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum. Esto per uigil sensu, ne uanis cogitationibus polluaris. Ama scientiam scripturarum, & contemne uitia carnis. Soror charissima, si ex toto corde tu ad Deum uigilaueris, & ei in omni uita tua cum omni deuotione seruiueris, absque ulla dubitatione cum eo in caelesti curia regnabis: Amen.

De prudentia. Sermo LVI.

Soror charissima, audi Dominum Iesum Christum in Euangelio dicentem: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Et Salomon ait: Simplicitas iustorum dirigit eos, & supplantatio peruersorum uastabit illos: uia simplicis uia Domini, & pavor his qui operantur malum. Iustitia simplicis dirigit animam eius, & in impietate sua corrumpet. Impius innocens credit omni uerbo: qui autem decipit iustos in uia mala, in interitu suo corrumpet, & simplices possidebunt bona eius. Viri sanguinum oderunt hominem simplicem: iusti autem quaerunt salutem illius. Sancta rusticitas sibi soli prodest, & quantum adificat ecclesiam Christi, merito uitae tantum destruit, si his qui ueritatem destrunt non resistit. & beatus Hieronymus ait: In seruis & in ancillis Dei, non est querendus cultus corporis, sed simplicitas mentis, nec simplex nec rusticus. Ideo secundum se existimet sanctitatem in sua lingua, sed tantummodo in pura & simplici conscientia. Ex duobus imperfectis multo est melius habere rusticitatem sanctam, quam eloquentiam peccatricem. Magis ueneranda est sancta rusticitas, quam uerbosa loquacitas. Soror in Christo dilecta, si nostra intentio est simplex apud Deum, in iudicio eius nostra operatio tenebrosa non erit, qui casti esse per iustitiam nesciunt, nequaquam esse innocentes per simplicitatem possunt. Sanctorum electorum ecclesia uias rectitudinis & simpli-

& simplicitatis suae timore inchoat, sed charitate consummat. Deus enim non solum uerborum, sed & cordis inspector est, & diligit eos qui in simplicitate cordis seruiunt ei. Unde sponsus in Canticis canticorum loquitur dicens: Una est columba mea, perfecta mea, una est matris suae, electa genitrici suae. Mater nostra, est regeneratorum gratia Dei, apud quam una coluba eligitur: quia illos solos colligit, qui in simplicitate permanent, & ab unitate non diuiduntur. Multi quippe fideles dum ad ipsum intendunt, dum uno desiderio Christi seinuicem nutriunt, dum habentes cor unum & animam unam, se in charitate coniungunt, ex multis membris unum corpus efficiunt, in me omnes qui in simplicitate unitatis uiuunt una columba existunt. Ea quae apud homines despecta sunt & in contemptu habentur, in magna gloria sunt apud Deum. Igitur uenerabilis soror, omnipotentem Deum deprecemur, ut mittat nobis spiritum sanctum de caelis, qui nos faciat habere simplicitatem columbae & prudentiam serpentis, ut simus in malicia simplices, & in bonis operibus prudentes. Serpens enim astutum est animal, ut de aspide legitur, quia uidens incantatorem uenientem, affligit aurem unam terrae, & aliam cauda obturat, ne incantatoris uocem audiat. Unde propheta, de his qui crudeles & prudentes sunt in malo, dicit: Furor illis secundum similitudinem serpentis sicut aspidis surde & obturant aures suas, ut non exaudiat uoces incantantium & uenefici incantantis sapienter. Imitare ergo & tu soror amabilis hunc serpente in hac parte uidelicet, ut aures tuas claudas, ne mala uerba audias. Honestissima uirgo, deprecare Deum, ut oleum peccatoris non impingat caput tuum. Oleum peccatoris, laus est adulatoris. Serpens obrurat aurem suam, ne audiat incantatorem, & tu claude aurem similiter, ut non audias detrahentem. Prudens est aspis, ne uerbum mortis audiat, & moriatur: ergo & tu esto prudens ne uerba mala per aures tuas intrent ad animam tuam, & moriaris. Igitur sponsa Christi, nec prudentia serpentis sine simplicitate columbae, nec simplicitas columbae sine prudentia serpentis debet esse in te: quia columbae simplicitatem, astutia serpentis, ut mala caueat, sollicitet, & prudentiam serpentis simplicitas colubae, ut bona faciat, temperet. Soror amantissima mihi in Christo, etiam columba septem uirtutes habet, ut legimus in se, quas tu per gratiam sancti spiritus poteris habere in te. Columba saepe super riuulos aquarum sedet, ut uiso accipit ueniente, se in undas emergat, & euadat: in tritico meliora grana eligit, saepe alienos pullos nutrit: rostro non percutit, non habet fel, nidum facit in fenestris murorum, gemitum habet pro cantu. Deprecare ergo Deum honesta uirgo cum summo studio, ut det tibi has uirtutes columbae, scilicet ut super riuulos sanctarum scripturarum sedeas, & admonitione earum incursum diaboli euadas: in sacra scriptura meliores elige scientias, ex quibus te reficias: nutri

aliquos pullos, id est, homines prius a Deo alienos tuis uerbis atque exemplis ad Deum conuertere: rostro non percutias in proximo tuo, malum non facias, nec malum dicas: non habes fel, id est, non habes in te iracundiam: in fenestris petrarum fac nidum tuum, id est, spem tuam: gemitum habet pro cantu, uidelicet ut sicut homines gaudent seculares cantilenis seculi, ita tu gaudeas in gemitu, & tristitia spirituali. Igitur soror uenerabilis, sicut superius dixi tibi, oportet te pariter intelligere, & cauere insidias inimici cum omni sollicitudine. Sic te oportet per innocentiam uitae esse simplicem, ut tamen cum simplicitate uitae oporteat esse prudentem. Ille qui non miscet prudentiam simplicitati, secundum quod ait propheta: Columba est seducta non habens cor, sed ideo est coluba, quia simplex: ideo autem non habet cor, quia non habet prudentiam. Iterum soror charissima te moneo, ut in corde tuo praepares dignum habitaculum Christo, quatenus ipse ueniens cum patre & spiritu sancto, dignetur apud te mansionem sibi facere in domicilio tui pectoris: Amen.

Ut laice mulieres uitentur. Sermo LVII.

Charissima soror, fuge societatem secularium mulierum. Seculares foeminae quae tecum non habent unam professionem, non accedant ad tuam societatem: quia quod amant haec tibi praedicant. Ecce quod diligunt, tibi dicunt: ideo debes uitare societatem secularium foeminarum, quia seculum diligunt, & de secularibus loquuntur: terrena amant, & ideo terrena tibi annunciant: transitoria concupiscunt, & ideo in auribus tuis transitoria exponunt. Sic enim scriptum est: Unusquisque hoc laudat quod diligit. Et ideo secularis foemina seculum laudat: quia seculum diligit. Certè si caelestia diligeret, caelestia laudaret. Sine dubio, si caelestia amaret, caelestia approbaret, caelestia praedicaret: si aeterna concupisceret, aeterna tibi suaderet. Et ideo soror moneo te, ut societatem secularium foeminarum expellas a te. Quare? quia corrumpunt bonos mores colloquia mala & praua. Quid facit uxor uiri cum sponsa Christi? Aut quid agit mulier nupta cum uirgine Deo deuota? Quid in unum agit secularis foemina cum Christi sponsa? Quid agit foemina secularis cum sanctimoniali foemina? Vel quid agit foemina quae mundum diligit cum foemina quae mundum reliquit? Quid agit foemina maritata cum muliere Christo dilecta? Quid quae amat uirum cum ea quae diligit Christum? Foemina quae tuum propositum non tenet quare ad tuam societatem uenit? Secularis foemina quae non habet tuum habitum, quare accedit ad tuum consortium? Secularis foemina quid tecum agit, quae tecum iugum Christi non ducit? Foemina quae tecum iugo Christi collum non submisit, quare ad tuum colloquium accedit? Dispar est habitus, dispar affectus: et sicut dispar est uestimento, ita animo. Mulier secularis, organum est Sathanæ. Haec cantat tibi quod illecebras se-

culi moneat, & semitas diaboli ostendat, sicut le-
gimus. Syrena maris talis est sursum ex umbili-
co, qualis pulcherrima & formosa uirgo. Ex um-
bilico uero usque ad pedes talis, sicut est piscis. Sy-
rena habet caput uirginis, & posteriora piscis.
Cantat dulce magnis uocibus. & multis modulis,
atque cum magna dulcedine dat uoces concordis:
sed per suas dulces cantilenas saepe marinarios
decipit, & in discrimina perducit. Saepe nau-
te uigilantes mare, dulces audiunt uoces Syrenarum,
& per dulces uoces, & suauis cantus earum de-
cipiuntur, & ad mortale periculum perducuntur.
Sicut Syrena per dulces cantus decipit marina-
rios, ita secularis foemina per suos deceptorios
sermone decipit Christi seruos. Et sicut Syrena
per suauis cantilenas solet nauigantes mare a re-
cto itinere deuiare atque in perditionem perduce-
re, ita secularis foemina per blanda uerba ac sedu-
ctoria solet Deo seruientes a sancto proposito re-
trahere, & in periculum animarum suarum per-
ducere. Igitur soror dilecta mihi in Christo, fuge
cantus Syrenarum, ne dum delectaris audire de-
lectamenta terrena, a recto itinere auertaris. Quid
enim sunt uerba secularium mulierum, nisi can-
tus Syrenarum? Ergo cantus Syrenae fuge, & a
lingua male suadentis mulieris separa aures tuas.
Sic declina uerba secularis mulieris quasi sibilos
serpentis. Caue ne sicut serpens decipit mulierem
in paradiso, ita te decipiat uenenosa lingua male
suadentis mulieris in monasterio. Vide ne muli-
er uana & garrula infundat in aures tuas mortis
uenerena. Caue ne mors intret per fenestras tuas,
id est, per oculos & aures tuas in animam tuam. So-
ror uenerabilis, cum uideris mulierem disparem
tui propositi, muni cor tuum scuto fidei, & con-
tra eam trophaeo crucis arma frontem tuam. Ho-
nesta soror, in hoc solum cum muliere seculari con-
cedo tibi colloquium, ut sanctis admonitionibus
suadeas illi relinquere seculum & venire ad mo-
nasterium. In hoc solum tantum do tibi licenti-
am loquendi cum seculari foemina, ut doceas eam
despicere terrena, & amare caelestia, & etiam exi-
re de seculo & seruire Deo. Iterum ut per tuam
allocutionem transitoria despiciat, & aeterna con-
cupiscat. Soror charissima, si ita feceris sicut dixi
tibi, & te in hoc seculo a malo custodies, & in
futuro a Domino coronam in caelo recipies:
Amen.

Vt uirgo non diligat societatem uirorum.

Sermo LVIII.

Soror charissima, & si tanto studio fugies sce-
minas, quanto magis debes fugere uiros: Et
si tam sollicita uitabis societatem mulierum, quan-
to magis uitare debes societatem uirorum: Et si
tanta cura confabulationes foeminarum declina-
bis, quanto magis deceptiones uirorum declina-
re debes: Et si tantopere aures tuas separabis a
uerbis foeminarum, quanto magis eas debes separa-
re a seductoribus earum uerbis: Soror mihi in Chri-
sto dilecta, moneo te, ut uir quamuis sit sanctus,
nullam tamen tecum habeat societatem: licet sit

A sanctus & iustus, nullam tecum habeat familiari-
tatem: quamuis sit religiosus, nullam tecum habeat
assiduitatem: quamuis sit bonus, nullam tecum
habeat uiuendi iugitatem. Quare: Ne uisitando
familiaritate utriusque pereat castitas, ne uidendi
frequetatione utriusque annihiletur honestas, ne
uidendi iugitate utriusque religiositas infametur,
ne uidendi usu utriusque persona dehonestetur.
Decidet a charitate Dei, qui occasionem dederit
peccandi. Decidet etiam a charitate proximi,
qui occasionem praebuerit male faciendi. Quia
& si male non facit opere, tamen opinionem pes-
simam nutrit. Per assiduitatem saepe peccat ho-
mo. Saepe familiaritas uincit, quos uitium supe-
rare non potuit: saepe occasio peccandi uolun-
tatem facit & facit. Quos uoluptas superare non
potuit, assiduitas superat. Dispar sexus in unum
collocatus, illuc prouocat instinctum carnis,
quo nascitur. Etiam naturalis flamma carnis ac-
cenditur, si illicita attingit. **B** Vir & foemina di-
uersi sunt per naturam, qui si in unum fuerint
collocati, quamuis non peccent, tamen per usum
inter se malam famam nutriunt. Quis colligabit
ignem in sinu suo, & non comburetur? Ignis
& stupa in unum posita flammam nutriunt, quan-
quam sint contraria, si in unum fuerint collo-
cata, flammam generant: ita uir & foemina, si in
unum fuerint positi, licet malum non faciunt, ta-
men per assiduitatem inter se malam famam nu-
triunt, & alios de se murmurare faciunt. Religio-
sus uir & sanctimonialis foemina, si immode-
rate coniunguntur sibi, alijs de se locum praebent
murmurandi. Sexus uiri & foeminae di-
uersus est, & ideo si in unum coniunguntur, sta-
tim inde occasio peccandi nascitur. Quid ergo
in unum facit ignis & stupa? Cur serpens collo-
catur in sinu? Quare ignis collocatur in uesti-
mento? Quare foemina quae castitatem promi-
sit Deo, societatem habet cum uiro? Foemina
quae propter Deum seculum contempsit, quare
uiri familiaritatem diligit? Quare amat praesentiam
uirorum, quae cum Christo desiderat intrare in
coelestem thalamum? Quare foemina Deo
deuota quaerit audire deceptorum uirorum uerba?
Quare quae in seculo maritum habere noluit, in
monasterio posita facies hominum uidere con-
cupiscit? Igitur soror mihi in Christo dilecta, si
uis esse a fornicatione secura, esto mente & cor-
pore a societate hominis separata: si perfecte uis
castitatem tenere pro amore Christi, longe te fac
a societate uiri. Tu circa serpentem praeposita, ra-
men non eris longo tempore secura. Circa ignem
sedens, & si ferrea sis, aliquando dissolueris. Cir-
ca periculum constituta, non eris diu illa secura.
Audi ergo soror mihi in Christo aman-
tissima boni consilij uerba. Viri nomen tuum
non sciant, faciem tuam non uideant, faciem
tuam non cognoscant, quamuis nomen tuum
audiant. Audi etiam uirgo honesta Pauli apo-
stoli uerba: Oportet nos habere testimonium bo-
num ab his quae foris sunt, & intus: bonam uitam

propter

propter nos, bonam uero famam propter ceteros.
Soror uenerabilis, si propter Deum in terra ui-
taueris societatem uirorum, per Deum in caelo
habebis societatem angelorum: Amen.

Vt uirgo fugiat societatem iuuenum.

Sermo LIX.

Charissima mea soror, etsi taliter uiri sancti
sunt declinandi ne utriusque sanctitas pere-
at assiduitate uiuendi, quanto magis declinandi
sunt iuuenes qui sequuntur temporalis uitae te-
nebras uias ac delectationes: Et si tanta cura
frequentiam sanctorum uirorum fugere debes,
quanto magis te oportet fugere iuuenes huius
seculi concupiscentias sequentes: Ad hoc diabo-
lus oculis religiosae foeminae iuuenes obicit, ut
formas eorum per diem uiderit, meditet in nocte, &
ut recens uisio & corporis inspectio assidue uer-
setur in animo: sic intrat sagitta Sathanae per ian-
uas oculorum usque ad animum. Vnde propheta:
Intrauit mors, inquit, per fenestras uestras, in-
gressa est domos uestras: non intrat sagitta dia-
boli ad interiora mentis, nisi per sensus corporis.
Soror in Christo dilecta mihi, amandi sunt uiri,
sed absentes. Amandi sunt homines, non intus,
sed foris. Diligere debemus homines in animo,
non in domo. Dilige homines in mente, sed a
longe. Diligendi sunt uiri: quia sunt opus Dei, sed
extra domum. Amandi sunt uiri non propter pul-
chritudinem corporis, sed quia sunt opus creato-
ris. Item soror uenerabilis, te moneo, ut nunquam
loquaris sola cum solo. Nullus loquatur tecum
singulariter, nec tu propter duarum aut trium testi-
monium loquaris cum aliquo. Non debet sponsa
Christi sola cum solo loqui, nisi cum sua magistra,
cum agit poenitentiam de suis peccatis. Sancti-
monialis foemina quae cum uiro sola loqui desi-
derat, stultitia in mente eius regnat. Audi igitur di-
lecta mihi, si perfecte castitatem uis tenere pro
amore Christi, longe abcede a societate uiri.
Si perfecte in terra contempseris societatem ui-
rorum pro Christo, absque ulla dubitatione cum
eo regnabis in caelo: Amen.

Vt uirgo non coniugatur malis hominibus. Sermo LX.

Honestissima soror, audi uerba Salomonis:
Filii mei, si te lactauerint peccatores, non ac-
quiescas eis: ne aemuleris hominem iniustum, ne
sequaris uiam eius. Discede ab homine iniquo, &
habebis pacem. Viri iusti socij sint tibi, & in timo-
re Dei sit gloriatio tua. Quemcumque hominem
cognoueris obseruantem timorem Dei, in ami-
cicia iungat tibi. Hominibus malis non coniunga-
ris. Beatus Ambrosius: Sanctorum hominum uita,
ceteris hominibus bene uiuendi debet esse nor-
ma. Qui enim sancto uiro associatus fuerit, ex eius
societate accipiet usum bonae locutionis & ex-
emplum boni operis, ut accendat de die in diem mens
eius in amore Dei. Non est ualde laudabilis ille
qui bonus est cum bonis, sed uere ille est lauda-
bilis, qui bonus est cum malis: uere ille est homo est
laudabilis qui in societate malorum est bonus.
Sicut ille est culpandus qui malus est inter bo-

A nos, ita ille est laudandus qui bonus est inter ma-
los. Verba uitae sunt uerba hominum Deum timen-
tium, & sanitas animae his qui ea sequuntur & dili-
gunt. Sicut sol oriens expellit caliginem, ita san-
ctorum doctrina sensibus nostris expellit tene-
bras uitiorum. Vnde Dauid propheta: Cum san-
cto sanctus eris, & cum peruerso peruerberis. Igi-
tur soror mihi in Christo dilecta, si uis bene ui-
uere, malorum societatem declina. Vita malos, ca-
ue iniquos, fuge improbos, sperne a te igna-
uos. Fuge turbas hominum, maxime aetatum quae
prona sunt ad uitium: nec te adiuuas leuibus per-
sonis, ne te admisceas uanis. Bonis te coniunge,
bonorum confortium appete, bonorum societa-
tem require, sanctis indiuidue adhare. Si fueris
societas eorum, conuersationis eris & uirtutis. Qui
cum sapientibus ambulat, sapiens est: qui cum
stultis graditur, stultus est. Similis enim simili con-
iungi solet: periculosum est uitam cum homini-
bus malis ducere, perniciosum est uitam cum his
qui prae uoluntatis sunt, sociare. Melius est ha-
bere malorum odium, quam confortium. Sicut multa
habet bona uita communis sanctorum, sic plu-
rima mala affert societas malorum. Qui enim teti-
gerit immundum, coinquinabitur. Qui tetige-
rit sordidum, sordidabitur. Igitur soror uenerabi-
lis, si uerba mea libenter audieris, & ea opere im-
pleueris, inter electos Dei computaberis.

Vt uirgo non suscipiat dona uel literas in occulto.

Sermo LXI.

Charissima soror, audi quae dico: ancilla
Christi quae in abscondito literas uel dona
recipit, ordinem suum frangit. Magnam malum fa-
cit, & grande peccatum committit, si ab hominibus
literas uel quodlibet munus suum suscipit: quia
suum ordinem frangit, grande malum agit, quae
propter temporalia dona sui ordinis praeruarica-
trix existit. Sanctimonialis foemina quae cum
Christo desiderat intrare ad nuptias, non debet
hominibus dare sudariola, pectines, corrigias, uel
specula aut fascias. Quae Christum expectat cum
ardente lampade, non debet ab hominibus acci-
pere dona secularia, scilicet pectines, specula, &
caetera alia. Quae propter amorem Christi uelata,
non debet ab amicis suis accipere uanitatis do-
na. Quae propter Deum super caput suum uelum
sacrum imposuit, multum peccat si ab hominibus
dona secularia accipit. Sanctimonialis foemina
quae in talibus delectatur, magna uanitate deci-
pitur, & signum demonstrat meretricis. Vnde di-
cit beatus Hieronymus: Dulces litteras & suda-
riola & crebra munuscula, sanctus amor non ha-
bet. ac si diceret: Si in mente sanctimonialis fo-
eminae sanctus amor esset, & dona uanitatis &
superfluitatis ab hominibus non acciperet. Mens
casta & religiosa non desiderat a secularibus ami-
cis accipere dona, sed a Christo, pro cuius amo-
re contemnit omnia terrena: qui ab illo solo de-
bet concupiscere bona, cum quo sperat gaudere in
coelesti patria. Casta foemina non quaerit terrena
dona, sed caelestia. Quanto homo amplius in ter-

Vuu 4 renis

renis donis delectat, tanto magis à Dei amore A elongatur. Sed si sanctimonialis foeminae faciunt in monasterio quod mulieres seculares facere solent in seculo, satis culpabiles sunt coram Deo. Ergo inter seculares & sanctimoniales nulla est differentia. Igitur si inter eas quae sunt in monasterio, & eas quae sunt in seculo nulla est distantia: itaque inter religiosas, & seculares foeminas nulla est dissonantia. Ergo si sanctimoniales foeminae delectabilia dona dant suis amicis, sicut facere solent meretrices, ubi est honestas, ubi religiositas, ubi castitas, ubi puritas, ubi sanctitas? Si sanctimoniales foeminae quae per bona opera debuerant placere Deo, suis amicis placent in malo luxuriosa dona dando, ubi est pudicitia, ubi continentia, ubi reuerentia, ubi uerecundia? Ita si sanctimoniales foeminae plus uolunt placere hominibus in seculo, quam Iesu Christo aeterno regi in caelo, ubi est obseruantia religionis, ubi rigor ordinis, ubi ardor contemplationis? ubi munditia mentis, ubi contritio cordis, ubi sollicitudo orationis, ubi gemitus pectoris, ubi habitus monachalis? Si sanctimoniales foeminae latantur in temporalibus donis, sicut latari solent seculares homines, ubi est contemptus seculi, ubi timor inferni, ubi memoria iudicij, ubi recordatio aeterni incendij, ubi amor Dei? Igitur si sanctimoniales foeminae concupiscunt dona uanitatis ab hominibus accipere, ubi est memoria delictorum, ubi lachrymae oculorum, ubi recordatio peccatorum: uilipenditur, contemnitur, despicitur, annihilatur. Reuera sanctimonialis foemina quae ab hominibus accipit in quibus delectetur, ordinem suum contemnit, quae plus gaudet in suorum amicorum donis quam in praecipuis sui ordinis, sui propositi est praeparatrix. De talibus propheta ait: Dextera eorum repleta est muneribus, ac si diceret: Quamuis opera eorum uideantur bona, tamen plus latantur in muneribus quam in bonis operibus. Magis uolunt ab hominibus accipere dona, quam à Christo aeterna bona. Sanctimonialis foemina quae Christum perfecte diligit, delectabilia & superflua dona ab omnibus non recipit, quia Christum in omnibus donis anteponit. Vnde in Canticis canticorum ecclesiae dicitur: Pulchrae sunt genae tuae sicut turturis. Turturi assimilatur ecclesia, uel quaelibet sancta anima: quia Christum perfecte diligit, & nihil amoris eius praeposit. Turtur ex quo per occasionem coniugem suam perdidit, nunquam alterum amplius quaerit: quia adulterium amorem non recipit. Sic sanctimonialis foemina quae Christum perfecte diligit, amplius adulterium amorem non recipit, id est, amplius in malo homines non diligit. Religiosa foemina quae plus diligit hominem quam Christum, non est casta, sed adultera: quia Christum contemnit, cui fuerat desponsata. Religiosa foemina quando primum ad monasterium uenit, Christum in sponsum suscipit. Post haec uero si carnaliter hominem super Christum diligit, a-

dulterium facit, & si non corpore, iam tamen adultera est in mente, secundum illud quod dicitur: Qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam moechatus est eam in corde suo. sic etiam moechatur mulier cum uiro, si eum in corde suo concupierit, uel eum carnaliter dilexerit. Quapropter dilectissima mihi in Christo soror, te moneo, ut Christum sponsum tuum super omnia ames, & ab illo solo dona accipere desideres. Obsecro te, ut Iesum Christum sponsum tuum super omnia diligas, & pro amore illius secularia dona non accipias: proculdubio qui terrena dona affectat, caelestia non sperat. Munera excacant oculos sapientum, & mutant uerba iustorum. Certè si munera excacant oculos sapientum, obcæcant etiam ne Deus uideat mentes religioforum uirorum: si (quod uerum est) dona oculos sapientum excacant, etiam & oculos seruum Dei, ne Christus uideatur, conturbant. Vnde beatus Isidorus: Non potest oculus mentis alta uidere, quem puluis claudit, ac si apertius diceret, non potest oculus mentis perfecte caelestia conspiciere, quæ puluis claudit concupiscentiae. Non potest mens serui Dei ad contemplandum Deum esse libera, si adhuc terrenis cupiditatibus obscuratur. Si adhuc mens sanctimonialis foeminae in terrenis donis delectatur, perfecte caelestia non contemplatur. Si accipiendo uel donando hominibus placere desiderat, Deum perfecte non amat. Nam & à Deo despecti sunt qui in his uanitatibus placere concupiscunt. Vnde ait David Propheta: Deus dissipabit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Rogo etiam te soror uenerabilis, in Christo, ut cum omni deuotione audias Esaiam Prophetam dicentem: Qui excutit manus suas ab omni munere: in excelsis habitabit, & regem sanctorum uidebunt oculi eius in decore suo. ac si diceret, qui propter Deum manus suas ab omni munere excutit, in caelo habitabit, & regem sanctorum in gloria sua uidebit: qui causa amoris Dei ab hominibus dona uanitatis & superfluitatis non recipit, Deum in maiestate sua uidebit, & cum omnibus sanctis in decore illius in perpetuum gaudebit. Ideo soror in Christo amabilis, te rogo ut accipias consilium huius sancti prophetae et excutias manus tuas ab omni munere. Si tu in excelsis uis habitare, ab omni munere manus tuas excute. Iterum te moneo per gratiam Dei, ut studeas imitari illum qui ait: Ego cum iustitia apparebo in conspectu tuo, satiahor cum apparuerit gloria tua: Amen.

Vt uirgo cum deuotione reddat quod Deo promisit. Sermo LXII.

Soror charissima, bene cogites quid Deo suouas & reddas teipsam, uoue integram & redde. Teipsam de peccatis accusa, Deum in beneficijs lauda. Nihil boni tibi tribuas, ab illo cuncta bona quae habes, te accepisse dicas. Confitere illum misericordem, te peccatricem: illum ueracem, te mendacem. Ergo soror dilecta, ut dicas

ut dicas cum Propheta: Introibo in domum tuam: id est, in monasterium in holocaustis: hoc est, in spiritu contritionis & compunctionis reddam tibi uota mea, id est, ibi me integram offeram tibi in ara cordis, quae tibi uoui. Necesse est, ut qui saluari desiderat, bona quae Deo uouit, cum omni deuotione reddat: quicunque ad gaudia aeterna desiderat peruenire, necesse est, ut bona quae Deo promisit, studeat adimplere. Vnde Propheta: Vouete & reddite Domino Deo uestro. ac si diceret: Vos ipsos uouete & reddite, quia necesse est, ut qui uouit, etiam reddat: quia uouedo se debitore fecit. Et melius esset non uouere, quam post uotum promissa non soluere. Sunt etiam quaedam uota omnibus communia, quaedam uero specialia. Communia uota sunt ea quae in baptismo promissimus, scilicet ut non peccemus, & ut diabolo, & operibus eius abrenunciemus. Specialia uota sunt, quando aliquis se monachum fieri aut canonicum, aut eremitam, uel aliquid aliud promittit. Quod si ille qui uouit non reddiderit, saluus esse non poterit. Quare? quia qui Deo, ut bene ueretur, promiserit, si haec bonis operibus non impleuerit, saluari non poterit. Quisquis bona quae Deo pollicitus est implere neglexerit, ad illa bona quae Deus promisit, peruenire non poterit. Ille qui Deo non uult reddere bona quae uouit ei, quomodo uult à Deo accipere bona quae ei Deus promisit? Quomodo uult à Deo accipere donum caeleste, qui Deo non uult reddere suum uotum: aut quomodo se putat à Deo accipere caelestia dona, qui Deo negligit persolvere uota sua: quia non est fidelis, sed infidelis. Inter infideles condemnabit ille qui uota sua Deo negligit reddere, inter infideles peribit, qui uotum suum in bonis non consummauerit. Igitur soror in Christo dilecta mihi, moneo te, ut facias bonum quod promissisti: non sis in uerbis facilis, & in operibus difficilis. Coram Deo facere aliquid, facile non promittas, sine consideratione uirtutum nihil praesumas: quod non potes facere, non promittas. In conspectu Dei multum iuris culpabilis, si non reddideris bonum quod promiseris. Qui uota sua non explent, Deo displicent. Inter infideles deputabuntur, qui quod uouerunt non impleuerunt. Melius est enim non promittere, quam si dem promissum non soluere. Verum tamen soror uenerabilis, rescinde fidem in malis promissis, in turpi uoto muta decretum. Malum quod promissisti, non facias: quod incaute uouisti, non impleas. Impia est promissio quae scelere adimplet. Nunc ergo sponsa Christi, sicut iam dixi tibi, si cum omni deuotione reddideris Deo bona quae ei promissisti, accipies ab eo aeterna bona, quae ille promisit tibi: Amen.

Vt uirgo semper illud consideret, propter quod uenit ad monasterium. Sermo LXIII.

Soror charissima, scito quid sis, cognosce te. Metipsum, reduc ad memoriam quare sis nata: esto memor cur sis orta, in qua uisum sis genita, qua conditione sis edita, ad quam rem sis in hoc seculo procreata. Memento conditionis

tuae, serua ordinem naturae tuae. Esto quod es facta: talis esto, qualem te Deus fecit: qualem te factor instituit, esto talis. Tene modum in omni opere tuo, in omni re temperantem tene. Nihil facias sine temperantia, nec minus facias aliquid, nec nimis, nec ultra quam oportet, nec infra. Etiam in bonis immoderatum aliquid non debet esse. Omnia mediocria sunt utilia, & in suo modo perfecta: quae cum temperantia fiunt, salubria sunt. Bona autem immoderato usu noxia efficiunt. Omnis enim nimietas in uitio deputatur. Temperate facere cum cetera, prudentia est: ne de bono facias malum. Soror dilecta, respice etiam quid sit apertum cuiquam tempore. Primum uideas quid debeas facere, & ubi, & quando, qualiter & quandiu facias, per discretionem cognosce causas rerum. Cum omni diligenter distingue omnia quae agis, diligenter excogita qualiter bonum incipias & perficias. Tene discretionem in omni actione tua. Cum bene distinxeris opus tuum, optime iusta eris. Quicquid boni feceris cum discretionem, uirtus erit: quod sine discretionem, erit uitium. Indiscerta enim uirtus pro uitio reputatur. Virtus sine discretionem locum uitij obtinet. Per prauam consuetudinem multa sunt uitiosa, prauo usu multa sunt profundata. Multa sunt illicitè usurpata contra pudicos mores. Usus igitur auctoritati credat. Lex & ratio prauum usum uincant. Honestam uirgo, moneo te ut teneas fidem firmam in corde, galeam salutis in capite, signum crucis in fronte, uerbum ueritatis in ore, uoluntatem bonam in mente, timorem & ueram dilectionem Dei & proximi in pectore, cingulum castitatis in corpore, honestatem in actione, sobrietatem in consuetudine & bonitate, humilitatem in prosperitate, patientiam in tribulatione, simplicitatem in conuersatione, spem certam in creatore, amoris uitaeterna, perseverantiam in bonis operibus usque in finem: Amen.

Vt uirgo non querat placere hominibus de pulchritudine sui uultus. Sermo LXIII.

Charissima soror, uitemus perniciosas pulchritudines, ne omnium malorum germina in eo pullulent: qui pulchritudinem corporis diligit, semetipsum decipit. Quare? quia pulchritudo corporis fallax est, uana est, terra & cinis est, deceptio est hominis. Vnde Salomon: Fallax gratia, & uana est pulchritudo. Multi fuerunt & sunt decepti per pulchritudinem corporis. Stulti homines dum considerant pulchritudinem corporis, incidunt in diaboli laqueum: dum carnis pulchritudinem attendunt, retiaculis diaboli prepediuntur. Multi per pulchritudinem corporis alligantur in peccatis. Deus non requirit corporis decorum, sed anime pulchritudinem. Amplius diligit Deus spirituales pulchritudines quam carnalem. Christus non delectatur in corporis pulchritudine, sed in anime puritate. Igitur soror mihi in Christo dilecta, moneo te ut illam pulchritudinem diligas, in qua delectatur Deus: nunquam hoc animo homines attendas, ut eorum pulchritudinem diligas,

diligas, non cōsideres homines hac intentione, ut læteris in eorum pulchritudine. Nunquā ideo homines conspicias, ut pulchritudinem eorum concupiscas. Te etiam rogo, ut nunquā uultum tuum componas, ut hominibus placeas. Nunquam ideo exornes uultum tuum, ut placeas in oculis hominum: non sit talis intentio tua, ut coram hominibus, uelis apparere formosa: quia si ob hoc facis ut in cōspectu hominū formosa uidearis, Iesu Christo sponso tuo iniuriam facis, cum sis Christo despolata. Si ante oculos hominū uis apparere, nō es casta, sed adultera: quasi adultera Christo facis iniuriam, si ut ab hominibus ameris, ostendis pulchritudinem tuā: quomodo non adulteraris, quā plusquā Christū diligis homines? Aut quomodo non facis adulteriū quē homines amas super Christū, quomodo dicis nō sum adultera, quā Christo te in monasterio tradidisti, & nunc hominibus uis placere de pulchritudine uultus tui. Cū hoc facis, signū demonstras meretricis: hoc facere solent meretrices, & seculares mulieres, uidelicet componunt facies suas, ut in oculis hominū appareāt formosę. O quam turpe est, & quam absurdum illud facere fœminas sanctimonialis, quod facere solent meretrices & seculares mulieres. Igitur honesta uirgo, audī quā dico, attende quā moneo. Nunquam uultū tuū componas, ut hominibus placeas: sed interius orna faciem tuam, conscientiam bonis uirtutibus, ut Iesu Christo cœlesti sponso placeas. Deus non delectatur in pulchritudine corporis, sed in pulchritudine mentis: non in cōpositione uultus, sed in bonis moribus: non in corporis compositione, sed in sancta conuersatione. Cum sancta anima intus propter Christū bonis moribus ornatur, à Christo diligitur atque amat, quod bene sponus in Canticis canticorum, ubi sponsa loquitur dicens: Quam pulchra es amica mea, & quę decora charissima in delicijs, ac si diceret: quam pulchra es amica mea, id est, iustę sanctę, & religiosę uiuēdo es pulchra, & me super omnia diligendo es amica. ideo es pulchra & decora, quia bene uiuendo in bonis operibus conuersaris: atque ideo es amica, quia perfectē me diligis, quia alterum amicum priusquā me non diligis. Non solum es amica mea, sed etiam charissima: quia plus mihi desideras placere per bona opera in mentem, quā hominibus foras de corporis pulchritudine: ideo non solum es amica, sed etiā in delicijs charissima. Sancta anima charissima dicitur in delicijs, uidelicet scripturarum sanctarum: quia ad amorem & familiaritatem Christi perfectē non peruenit, qui scripturę sanctę delicijs abundare contemnit. Ille ad amorem Christi perfectē peruenire poterit, qui delicijs scripturarum se reficit, & Christum diligit, & à Christo diligit: qui uerò plus desiderat placere hominibus de pulchritudine uultus sui, quę Christo de bonis operibus, nec Christum perfectē diligit, nec à Christo diligitur. Moneo ergo te soror charissima, ut Christum diligas super o-

omnia, quia Deus pater te elegit in ipso ante secula. Rogo etiam te, ut illi soli placere concupiscas, & ut ab hominibus laudem temporalem non accipias: Amen.

Ut uirgo non rideat immoderate. Sermo LXV.

Soror charissima, audī sapientissimi Salomonis uerba: Risum deputauit errorem, & gaudium dixi, quid frustra deciperis? Error dicitur, quando aliud debet fieri, & aliud fit. Tunc ergo fit error, quādo ille qui debet plorare, ridet. Ideo rursus dicitur error, quia dum quisque ridet, diē mortis suę ipse in mente sua nō habet. Verē frustra decipitur, qui in temporalibus gaudijs gaudet & lætatur. Decepti sunt qui gaudent in prosperitatibus huius seculi, si diem mortis suę ad memoriam reduxissent, prius peccata sua plorarent, quā de rebus uanis riderent. Qui de rebus uanis ridet, si mala quę passuri sunt in mente haberent, non riderent, sed lugerent. Vnde etiam Salomon ait: Risus dolore miscebitur, & extrema gaudiū luctus occupabit. Et Dominus in Euangelio: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. non dixit, beati qui rident, sed beati qui lugent: quia uerē illi sunt beati, qui peccata sua lugent, nō illi qui de rebus uanis rident. Qui secundum Deum lugent, beati sunt: quoniam ipsi consolabuntur. Et Iacobus apostolus: stulte ridentes increpat dicens: Risus uester uertetur in luctum, & gaudium in moerorem. Stultus in risu exultat uocem suam, sapiens autem uix tacite ridebit. Risus ergo soror dilecta, quasi errorem deuita, & temporalem lætitiā in luctum commuta. Quare? scilicet ut beatifices te, si in hac peregrinatione ploraueris te uidelicet, ut in diē mortis tuę beata inueneris, si te ipsam in hoc mūdo ploraueris. Cognosce te peregrinā esse in hoc mundo, quia non est hic patria tua, sed in celo, non habes hic manentē: quia Deus promisit tibi in celo Hierusalem cœlestem, ad quam Dauid propheta peruenire desiderabat, cum dicebat: Lætatus sum in his quę dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Tali etiam desiderio ardebat Christi seruus, qui dicebat: Cupio dissolui, et esse cum Christo. Ille etiā ad cœlū peruenire cupiebat, qui dicebat: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus Cedar. Quando hæc dicebat, de uanitatibus huius mundi nō ridebat, sed de hac peregrinatione lugebat. Igitur honesta uirgo, gaudiū tuū semper sit in celo. Tui cordis lætitiā semper sit modesta & tranquilla, iuxta quod Apostolus ait: Gaudete in Domino semper, iterū dico gaudete. Et alio loco dicit: Fructus autem spiritus, est gaudium. Talis fœcunditas non perturbat mentem fœcunditate ridendi, sed subleuat animam per desiderium ad cœlestem patriā, ubi possit audire: Intra in gaudium Domini tui. Facies hominis est speculum cordis, per risum potest homo cognoscere cor sanctimonialis fœminæ. Risus & ioci inutiles cōscientiam uanam ostendunt sanctimonialis fœminæ, plerūque quale sit cor

sit cor fœminæ sanctimonialis, demonstrat risus & iocus turpis. non enim illa imprudenter rideat, si cor castum haberet: nunquā rideret lasciuē, si lasciuia non haberet in mente. Sic enim ait Dominus: Ex abundantia cordis os loquitur. Ergo ex abundantia uanisissimi peccatoris ridet facies uirginis: in mente fœminæ si uanitas nō esset, de uanitate nunquā rideret: mens casta plus gaudet in luctu quā in risu. Certē si sanctimonialis fœmina haberet in mente ueram castitatem, plus amaret lachrymas quā lætitiā temporalem: si ad memoriam reduceret suas negligentias & inferni pœnas, plus diligeret lachrymas quā risus. Vbi risus & iocus abundant, ibi perfecta charitas non regnat. Si sanctimonialis perfectē Christum diligeret, non rideret, sed cum desiderio illius in delinēter ploraret: quia qui perfectē Christum diligit & timet, nō ridet, sed amore eius lugeat. Miror quare illa querit iocos & risus, quare ideo uenit ad monasterium, ut pro peccatis suis funderet lachrymas. Miror quare non habet uel recundiam, quare in risu exultat uocem suam: uel turpe est ei ridere, quę in hac peregrinatione debuerat peccata sua plorare. Nos miseri quare ridemus, qui de omnibus operibus nostris in cōspectu angelorum, & omnium sanctorum Deo rationem redditori sumus. Ideo melius est nobis in hac uita lugere peccata nostra, ut à Domino possimus consequi ueniā in futuro. Obsecro igitur te soror uenerabilis, ut risus & iocos caueas, & pro peccatis tuis indefinenter lachrymas fundas: iocos & risus fuge, & peccata tua incessanter luge. Audi sponsa Christi, quid sponus in Canticis canticorum sponsa loquitur dicens: Oculi tui sicut piscinae in Efebon dicuntur. Quia dum sancta anima de hac peregrinatione plorat, per gratiā Dei à peccatis se lauat. Sic sanctimonialis fœmina debet sine intermissione lugere, ut se à peccatis suis possit lauare. Igitur soror charissima, si in hac uita peccata nostra perfectē plorauerimus, & à uanitatibus huius mūdi recesserimus, peccatorū nostrorū ueniā nos obtinere credimus.

Ut uirgo non desideret ciuitates uidere.

Sermo LXVI.

Honestissima soror, audī quomodo Hieremias propheta nostras iniquitates plorat, dicens: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color eius optimus. Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Per aurum intelligimus uitam religiosorum hominū, quę antea erat per gloriam uirtutum clara, nunc uerò per turpes operationes est obscura. Color optimus auri, significat habitum sanctitatis, qui per bona opera prius erat preciosus atque optimus: nūc uerò per uitia & secularia opera est mutatus, & uilis atque despectus. Verē est mutatus habitus optimus religiosorum uirorum, uidelicet monachorum, canonicorum & sanctimonialium fœminarum, quādo amplius componitur, ut placeat in cōspectu populi, quā ut placeat in cōspectu Dei. Verē est mutatus optimus co-

lor auri, quando plus aptatur habitus religiosorum uirorum, ut placeat per uanā gloriā in cōspectu omnium, quę ut placeat per humilitatē ante Deum. Certē hodie sunt mutata religiosorū uirorum optima uestimenta, quādo magis ornantur, ut placeant in palatio regis quā in conspectu creatoris. Sequitur. Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearū. Lapidēs sanctuarij designāt religiosos uiros, qui nunquam debēt foris uagari, sed in secreto monasterij ante oculos Dei semper cōmorari. Sed dispersi sunt hodie lapides sanctuarij in capite omnium platearum, quando religiosi uiri quærendo uana & secularia, foris uagantur. In capite omnium platearum lapides sanctuarij sunt dispersi, quando uiri religiosi plus desiderant in palatio regis uersari, quā intra claustrum monasterij cōmorari. Dispersi sunt, quando plus desiderant audire superflua uerba diuitum, quā præcepta scripturarum. In capite platearum disperguntur, quando plus lætantur in cōuiujs & locutionibus diuitum, quā in paupertate & abstinentia religiosorum. Serui Dei plus debent diligere legumina in monasterio, quā opulenta conuiuia in seculo. Religiosi uiri plus debent amare olera inter suos fratres, quā multitudinem ciborum inter diuites. Viri religiosi amplius debent gaudere in mensa pauperum fratrum, quā in mensa regum. Quare? Quia sicut ait Augustinus: Melius est minus egere, quę plus habere. Melius est pro Christo in monasterio paupertatem sustinere, quā in seculo multas diuitias habere. Necessesse est igitur, ut quisque religiosus si saluari desiderat, seculum contemnat, & sese intra monasterij claustra cōcludat. Debet religiosus uir cōuentus seculariū hominū fugere, & societatem seruorū Dei requirere. Viri religiosi plus debēt diligere claustra, quā regis aulā. Nunc igitur audi quā dico, auisculta quę moneo. Melius est tibi in claustro sedere, quę plateas ciuitatis circuire: plus dilige in monasterio consistere, quę ciuitates uidere. Melius est quiescere intra parietes monasterij, quā apparere in cōspectu populi. Si te includeris in claustro, amaberis à Christo. Quod bene in Canticis canticorum sponus insinuat, cū sponsa loquitur dicens: Ortus conclusus, soror meat ortus conclusus, fons signatus. Vnaquęque sancta anima, ortus conclusus esse intelligitur: quia dum uirtutes nutrit, flores gignit, uirtutibus se nutrit, reficit, fructus quos germinat, eosdem custodit. Conclusus enim ortus sancta anima esse dicitur: quia dum amore uitæ æternæ à strepitu seculari se abstrahit, dum uisus hominum fugit, dum bona quę agit propter laudes hominū abscondit, dum se propter Deum, ne ab hominibus uideatur, includit, dum humanas laudes cōtemnit, ipsa bona contemnere intentione se circumsepit, ne ad interiora rapienda hostis antiquus irumpere possit. Fons etiam signatus dicitur, quia dum cœlestia assidue cogitat, scientiā scripturarū semper in uentre memorię congregat, quasi

quasi aquas uiuentes sancta mens in se gignere non cessat, ex quibus scientes proximos reficere ualeant. Igitur soror charissima, sicut superius dixi tibi, si dum uiuis, teipsam pro amore Christi intra parietes claustrum includeris, & perfecte praeceptis regulae adhaeris, post hanc uitam cum eodem Domino nostro Iesu Christo, sponso tuo in thalamo laetaberis: Amen.

De tentatione. Sermo LXVII.

Honestissima soror, audi Iacobum apostolum dicentem: Resistite diabolo, & fugiet a uobis. Et beatus Hieronymus dicit: Nihil eo fortius qui diabolum uincit, & nihil imbecillius quam ille qui a carne sua superatur. Sagittae diaboli frigore uigiliarum, & ieiuniorum paritate sunt extinguende. Callidus inimicus noster semper exquirat, unde nos decipere possit, & non tantum curat iugulare corpora, sed animas quasi lupus gregem. Diabolus dissipat animas, cum fidem populum per tentationem necat, tamen diabolus non amplius tentat electos, quam permittat Deus. Quando diabolus seruos Dei tentat, eorum utilitatibus seruit, cum eos per tentationes suas non decipit, sed erudit. Saepe tentationes quas diabolus commouet ad interitum hominum, Deus conuertit eas ad profectum animarum: nunquam serui Dei tentationes diaboli sustinere potuissent, si nequitiam eorum pietas Dei non temperaret uel refrenaret. Quamuis diabolus semper cupiat tentare seruos Dei, tamen si a Deo potestatem non accepit, non potest implere quod querit. Vnde & omnis uoluntas diaboli semper est iniusta, sed tamen permittente Deo, iusta est potestas eius. Diabolus ex semetipso iniuste querit tentare seruos Dei, sed eos qui tentandi sunt tentare non poterit, nisi ei Deus licentiam dederit. Vnde & in libris Regum de diabolo scriptum est: quia spiritus Domini male exagrabat fatum, ubi iuste quasi spiritus Domini erat: cur malus erat, et si malus erat, cur Domini erat: sed in hoc loco comprehensa est duobus uerbis, & Dei potestas iusta, & diaboli uoluntas iniusta. Nam spiritus malus erat per malam uoluntatem, & idem spiritus Domini erat per acceptam iustissimam potestatem. Diabolus non est missor uitiorum, sed solummodo incensor: neque alibi potest fomenta concupiscentiae succendere, nisi ubi prius graues delectationes cogitationis uiderit. Sed si a nobis expellimus delectationes prae cogitationis, statim diabolus confusus recedit, & arma tentationis eius franguntur. Saepem diabolus per spiritum boni uult decipere seruos Dei, quando se simulat in angelum lucis: sed discretio sanctorum tanta debet esse, ut inter bonum & malum ualeat discernere, ne eos diabolus fraudulenter ualeat decipere. Haec est enim percontatio Iosue dicentis: Noster es ante aduersarios. Propter hoc & Hieremie prophetae dicitur: Si preciosum a uili separaueris, quasi os meum eris. Diabolus in oculis secularium hominum terribilis est, sed in oculis electorum Dei utilis est. Increduli diabolum timet, quasi

leonem: illi uero qui in fide fortes sunt, diabolum despiciunt, quasi uermiculum, & cum eum uident, contemunt. Diabolus est serpens lubricus, sed si capiti eius, hoc est, primae suggestioni non resistitur, totus in intima cordis, dum non sentitur, illabitur. Vitia diabolicarum tentationum fragilia sunt, sed si non caueantur, & per usum in consuetudinem transeant, in nouissimis fortiter conualescunt, ita ut nunquam, aut cum difficultate uincant. Diabolus quando decipere aliquem hominem querit, prius naturam uniuscuiusque hominis intendit, & inde se applicat, unde uidet hominem aptum ad peccandum. Vnde beatus Isidorus: Amplius tentat diabolus hominem ex parte illa qua eum uidet per excrescentem humorem facile inclinari ad uitia, ut secundum humoris consersionem adhibeat & tentationem. Sicut ille qui aquam deducit, non eam per aliam partem mittit, nisi ubi eam melius currere cognoscit. In tota uita diabolus cupit hominem decipere, sed amplius in fine. Et hoc est, quod in principio serpenti dicitur: Tu insidiaberis calcaneo eius. Tunc diabolus calcaneo hominis insidiatur, quando eum in fine uita decipere conatur. Quia nimirum diabolus hominem quem spacio uita non decipit, in fine decipere disponit. Proinde quauis homo sit iustus, nunquam tamen necesse est ut sit in hac uita securus, sed semper humilis caueat, semperque ne in fine decipiatur sollicitus per timeat. Igitur soror mihi in Christo dilecta, necesse est, ut deprecemur Deum omnipotentem, ne permittat nos tentari supra id quod possumus sustinere: quia semper Deus uires diaboli stringit, ne tantum noceat, quantum nocere cupit. Vnde in Canticis canticorum spiritus sanctus diabolum increpat, dicens: Surge Aquilo & ueni Austere, perfla ortum meum, & fluant aromata illius. Per Aquilonem qui in frigore constringit & torpentes facit, quid aliud nisi immundus spiritus designatur, qui dum tentat & possidet omnes reprobos, a bono opere torpere facit: per Austrem uero, scilicet calidum uentum, spiritus sanctus designatur, qui dum mentes electorum tangit, ab omni torpore relaxat, & feruentem Dei amore facit. Ergo surgat Aquilo: id est, malignus spiritus ab ecclesia, uel ab unaquaque fidelis anima discedat, ne amplius tentet quam oportet, ueniatque Austere & perflat ortum sponsi, & fluant aromata illius. Ut spiritus sanctus uel delicta adueniens, ignem charitatis mentibus infundat, & a tentatione atque a torpore negligentiae mentem soluat. Quod dum agit, aromata fluunt: quia adueniente spiritu sancto, cor quod prius torpauerat, ad bona opera se excitat, & quasi ortus florescit, & post florem fructus redolentes acreficientes facit, quibus se & proximos suos per bona exempla reficit. Interrogatio. Frater charissime, rogo ut ostendas mihi quod est remedium aduersus tentationes demonum. Responso. Soror mihi in Christo dilecta, hoc est remedium eius qui uitiorum uel demonum tentationibus astat,

aestuat, ut quanto amplius tentat, tanto amplius ad orationem currat. Si ergo cogitationes huius seculi malae & sordidae conturbant cor tuum, & persuadent aliquid illicitum perpetrare: per orationes puras & uigilias sanctas depellantur ab anima. Assidue cum omni deuotione assiste in conspectu Domini in tempore orationis tuae: ut imminet tentationem diaboli facilius possis euadere. Cognosce uenerabilis soror, quia non solum debemus pugnare contra diaboli tentationem, sed etiam contra uitia carnis. Quare? Quia caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Ideo tam perseueranter debemus orare quousque possimus per gratiam Dei suggestiones carnalium desideriorum, atque tentationes demonum uincere. Frequens oratio extinguit impugnationem uitiorum. Oratio continua superat tela diaboli. Oratio est prima uirtus aduersus tentationem in cursu. Igitur soror charissima, sicut iam dixi tibi, per orationes puras & uigilias sanctas poteris superare tentationes diabolicas. Sed si adhuc sentis molestias carnis, si tangeris stimulis carnis, si memoria libidinis adhuc titillat animum tuum, si caro tua adhuc te impugnat, si te luxuria tentat, si te libido ad peccandum inuitat: obijce tibi memoriam mortis tuae, propone tibi futurum iudicium, reduc ad memoriam futura tormenta, propone tibi aeterna supplicia: & etiam propone ante oculos tuos perpetuos ignes infernorum, propone tibi horribiles poenas gehennae. Memoria ardoris gehennae extinguat in te ardorem luxuriae. Amen.

De somnijs. Sermo LXVIII.

Honestissima soror, ea quae dicunt, auscultata, saepe in noctibus daemones occurrentes conturbant sensus hominum per uisiones: saepe etiam aperta impugnatione crassantes, corpora hominum uerberant. Diuerso modo fiunt somnia. Quaedam somnia eueniunt per sauritatem, siue per exinanitionem, quae etiam per experientiam nota sunt: quaedam etiam ex propria cogitatione oriuntur. Nam saepe quae in die cogitamus, in nocte recognoscimus. Multa somnia eueniunt ex illusione immundorum spirituum, Salomone attestante, qui ait: Multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Quaedam autem uisiones iusto eueniunt modo, id est supernae reuelationis ministerio, sicut in ueteri testamento legitur de Ioseph filio Iacobi, qui per somnium fratribus dicitur preferendus: uel sicut legitur in Euangelio de Ioseph sponso Mariae, qui per somnium est admonitus, ut fugeret cum puero in Aegyptum. Nonnunquam accidunt permixtae etiam uisiones, id est cogitationes simul & illusiones, atque item cogitationes simul & reuelationes, Daniele dicente: Qui reuelat mysteria, ostendit tibi quae uentura sunt. Quauis quaedam uera somnia sint, tamen facile non debemus eis credere, quia diuersis imaginationibus

nascuntur, & unde ueniant perfecte non cognoscimus. Igitur somnijs facile non debemus fidem adhibere. Ne forte sathan in angelum lucis se transformans, aliquem hominem incautum decipiat. Aliquando demones quosdam curiosos, & somnia obseruantes ita deceptoriam arte decipiunt, ut quaedam somnia non aliter eueniant, quam si dicunt: ideo aliquando uera pronunciant, ut in multis fallant. Sed quamuis ita somnia eueniunt sicut pronunciant daemones, tamen credenda non sunt: ne ex illusione procedant, secundum testimonium scripturae dicentis: Si dixerint uobis, & ita euenierint, non credatis. Somnia similia sunt augurijs: & qui ea obseruant, auguria nescuntur, ergo somnijs fides non est adhibenda, quamuis uideatur esse uera. Qui in somnijs uel augurijs spem suam ponit, non confidit in Deo: & talis est, qualis ille qui uentum sequitur, aut uibrum apprehendere nititur. Auguria mendacia, & somnia deceptoriam utraque uana sunt. Non debemus credere somnijs, ne forte decipiamur in illis. Spes nostra in Deo semper sit firma: & de somnijs nulla nobis sit cura. Dignum ualde est, ut in Deo ponamus spem nostram: & in somnijs nullam habeamus fiduciam. Ideo soror charissima, te moneo, ut mens tua non sit in somnijs, uel augurijs intenta, sed in Deo omnipotenti sit firma. Si enim auguria uel somnia obseruaueris, cito decipieris. In omni uita tua contemne auguria & somnia, & pone spem tuam perfecte in Dei prouidentia: & in hac uita, & in futura uenient tibi prospera.

De breuitate uita. Sermo LXIX.

Soror charissima, audi uerba Salomonis: Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu prosperas. Tantum enim in hac praesenti uita est licitum operari bonum. In futura namque uita, iam non expectatur operatio, sed honorum operum retributio. Vita ista breuis est, & caduca. Vnde beatus Isidorus: Qui longitudinem praesentis uita, non de suo spacio, sed de eius fine considerat, quam sit breuis et misera satis utiliter pensat. Igitur soror dilecta mihi in Christo, si ueram uitam quaeris, ad eam uitam tende, quae est uera pro qua es Christiana, id est ad uitam aeternam. Aeterna uita est uitalis, ista est mortalis. Ideo debes in carne mori mundo, ne moriaris in anima Christo. Tunc quisque uiuere creditur, si secundum seculum moriens in solo Deo uiuit, in quo uiuere promissit. De mora uita huius tedium patitur iustus: eo quod ad desideratam patriam tardè perueniat. Venturi exitus ignorantia hominibus est incerta: & dum quisque mori non arbitrat, confestim moritur. Vnde festinet unusquisque emendare malum quod fecit, ne in iniquitatibus moriatur: & simul finiatur uita cum culpa. Diabolus quos uiuentes accendit ad uitia, morientes

Xxx subito

subitò nititur pertrahere ad tormēta. Quamuis homo in hac uita iustus iustitiam cum de corpore isto egrediē, pertimescit, ne supplicio dignus sit. Tranquilla uocatio cōmendat finem iustorū hominum, ut ex eo intelligatur sanctorū angelorum habere confortium: ex quo sine graui uexatione de hoc mortali corpore egrediuntur. Iesus Christus filius Dei cum magno honore recipit seruos suos ab hac uita recedentes in aeterna beatitudine. Vnde sponsa in Canticis canticorum loquitur, dicens: Dilectus meus descendit in ortū suum ad aureolam aromatis, ut descendit: quia ecclesiam uisitans ad eos maiori gratia uenit, quos sanctis operibus, & exemplis uirtutē odorum bonae famae proximis suis emittere cognoscit: ortus pascitur, quando in uirtutibus animarum delectatur. Lilia colligit, quādo electos suos ab hac uita succidit, & ad gaudia aeternae uitae eos transire facit. De talibus dicitur: Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Tela consumitur filis, & uita hominis expenditur dieb. singulis. In die mortis animae electorū nimio terrentur metu, incerti utrum ad premiū an ad supplicia transeant. Qui autē electi, in fine suo purgantur à leuibus peccatis. Quidam uerò in ipsa mortis suae hora hilarescunt, & gaudent ex contemplatione aeternorum bonorum. Ideo uoluit omnipotens Deus, diem mortis nostrae nobis esse incognitū, ut semper ignoretur, semper esse proximus credatur. Et tanto sollicitus sit in bono opere, tanto incertior esse de sua euocatione. Daemones suscipiunt animas malorum hominum in die mortis eorum, ut ipsi sint tortores in poenis qui fuerunt suafores in uitis. Tūc maligni spiritus opera sua requirūt, quando anima de corpore egrediē: & tunc mala quae suaserūt replicant, ut eum secū ad tormēta pertrahant. Iniquus post mortem ducitur cruciandus: iustus uerò post laborem quiescit securus. Sicut enim electos beatitudo laetificat, ita credi

cur in terrenis laetatur, quae ad manducandum uermibus preparatur: Honestissima soror, ideo hoc dixi, ut nunquam obliuiscaris ordinem tuae conditionis. Memento quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Puluis es, & in puluere ibis. Sic enim ait Dominus primo homini. Reduc etiā ad memoriam, ea quae Iob de se locutus est dicens: Quasi putredo cōsumendus sum, & quasi uestimentum quod comeditur à tinea. Memoriam tuę mortis obijce. Diem exitus tui tibi pro pone. Dies mortis tuę semper sit in memoria tua, & recordatione illius perfectē caueas peccata & uitia, Amen.

De morte. Sermo LXX.

Soror uenerabilis, rogo ut audias uerba cuiusdam sapientis: O mors, quā amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis. Et iterum: O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur diuitijs et uiribus. Huic simile est quod ait beatus Isidorus: O mors, quae dulcis es miseris, quā suauis es amarē uiuentibus, quā iocunda es tristibus atque lugentibus. Mors ponit finem omnibus malis in hac uita. Dat terminum malis in hoc seculo, adimit omnem calamitatem. Mors praebet terminum hominibus, in tribulationibus in hoc mundo, sed heu expectata mors tardē uenit. Igitur soror charissima, melius est bene mori, quā male uiuere, melius est non esse, quā esse infelicitate. Interrogatio. Frater dilecte, rogo te ut dicas si debemus mortuos lugere, aut pro amicis mortuis planctum facere. Responso. Soror dilecta, ad hoc beatus Isidorus respondeat tibi: Quamuis inquit pietas pro defunctis fidelibus plorare iubeat: fides tamen pro eis lugere uetat. Pro fidelibus, igitur defunctis nō debemus plorare, sed Deo gratias agere: quia eos de miseria huius seculi dignatus est liberare: & eos ad loca refrigerij lucis ac pacis, sicut credimus fecit transire. Defunctos fideles lugere nō debemus, quos ad requiē migrasse nō dubitamus. Honesti uirgo, audi quae dico: Illi homines sunt in morte plorandi, quos daemones cum ignorantia rapiunt: non illi quos angeli cum honore suscipiunt. Vel illi sunt lugendi, quos daemones pertrahunt ad poenas inferni: non autē illi quos angeli perdunt ad gaudia paradisi. Aut illi sunt plorandi, qui post mortem à daemonibus sepeliuntur in inferno: non illi qui ab angelis collocantur in caelo. Illi sunt plorandi, qui malē moriuntur: non illi qui bene finiuntur. Illi sunt flendi, qui mala morte praecoccupantur, & non illi qui preciosa morte honorantur. Christi uirgo, audi quae dico: Quando mortuos qui bene moriuntur lugeo, mihi noceo, & illis non proficio: quando mortuos ploro, & illis non prodest, & mihi obest. Illi ergo mortuos suos carnaliter lugeant, qui resurrectionē negant: aut qui post mortem non credunt resurrectionē. Igitur soror charissima, nos

nos qui mortuos nostros credimus cum Christo regnare, nō debemus, p̄ eis plorare, sed orare: non debemus mortuos carnaliter lugere, sed pro eis Domini preces fundere: ut eos dignetur de poenis eripere.

De iudicio. Sermo LXXI.

Duplex est iudicium diuinum: unum quo in hac uita iudicantur homines: alterum quo in futura iudicabuntur. Propterea quidam hic iudicantur propter infirmitates & paupertates, et per uarias tribulationes huius seculi, ne in futuro iudicentur. Ideo quibusdā ad purgationem proficit temporalis poena: quorundam uerò hic inchoatur damnatio, & illis speratur perfecta perditio. Quidam iudicantur in hoc seculo per tribulationem: quidam uerò in futuro iudicabuntur per ignem ad examen districti iudicis, nec iustitia iusti secunda erit: inde est quod de Domino loquitur Iob: Innocentem & impium ipse consumit. Consumitur quippe à Deo innocens, quando ipsa innocentia liquidius requiritur, & diuine innocentiae comparata nihil efficitur. Consumitur etiam à Deo impius, quando subtilitate diuini examinis impietas illius requiritur, & de recto damnatur. Christus in iudicio pro diuersitate meritorū mitis ac suauis apparebit electis: probis uerò apparebit terribilis. In die iudicij qualem unusquisque habuit conscientiam, talem iudicem habebit: ut Christo in sua tranquillitate manente illis solis terribilis appareat, quos mala conscientia accusat. Soror charissima, audi beatum Isidorū: Nullus homo est sine peccato, nec quisquam securus esse potest de Dei iudicio, cum etiam de ociosis uerbis reddenda sit ratio. Heu nobis miseris peccatoribus. Heu nobis indignis, quid in illa die dicaturi sumus, quod solū ociosis uerbis, sed & factis quotidie peccamus: & à malis actibus, nunquam cessamus. Si in iudicio omnipotentis Dei iustus securus nō erit, quid de nobis peccatoribus erit? Si ad examen districti iudicis, nec iustitia iusti, & hominis erit secunda. Nos miseri quid faciemus in die illa, qui quotidie multiplicamus peccata nostra? Si in die iudicij uix saluabitur iustus: nos qui innumerabilia peccata fecimus, in die illa ubi apparebimus? Nullus homo sine timore poterit esse in die illa, quando caeli mouendi sunt, & terra, & omnia elementa calore sunt soluenda, de qua etiam dicitur: Dies illa, dies irae, dies tribulationis, dies miseriae & uindictae, dies nubis & caliginis, dies tubae & clangoris, tribulabit in ea fortis. Heu frater mi, quid in illa die dicaturi sumus, quando ille districtus iudex aduenerit? Dum enim aduentū illius memorasti, me plorare fecisti. Tu memorando terribilem diem iudicij, ad lacrymas me coegisti. Soror mihi in Christo dilecta, bene fecisti, si cum timore districti iudicis fleuisti: quia antequam appareat dies iudicij, oportet nos peruenire ante faciem eius in confes-

sione, & lacrymas nostras in conspectu eius ponere. In hac uita est tempus acceptabile, & dies salutis. Vnde dicitur: Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. In hac uita non uidetur iudex, & est prope. In futura uita uidebitur, & erit longē. Igitur soror charissima, necesse est, ut quæramus Dominum in toto corde, & tota mente in hac praesenti uita, si eum inuenire quærimus in futura. Si eū in hac uita cum omni deuotione quæserimus, & à malis operibus recesserimus, in die iudicij misericordiam ab eo consequemur, quia benignus & misericors est. De illo namque scriptū est: Suauis Dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Igitur soror charissima, deprecemur ipsum terribilem, ac iustissimum iudicem cum lacrymis & omni deuotione, ut in die iudicij non reddat nobis secundum iniquitates nostras, sed secundum misericordias suas, & ut nō permittat nos cum impijs audire illam terribilem sententiam: Ite maledicti in ignem aeternū. Sed ut nos faciat cum electis suis audire: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi.

De exhortatione. Sermo LXXII.

Soror charissima, iam per gratiam Dei nauim locutionis ad portum dirigo, sed tamen iterū ad te reuertor loquendo. Tu enim rogasti, ut uerba sanctae admonitionis scriberem tibi. Ego uerò si non ut debuī, tamen per gratiam Dei, ut potui ex dictis sanctorum patrum ad tuam commonitionem sententias collegi, quas tuae dilectioni in hoc libro representauī. Ecce igitur, soror mihi in Christo dilecta, habes bonę uite monita. Datum est tibi consilium bene uiuendi, & etiam norma. Nulla iam ignorantia à peccato te excusat. Non es iam nescia bonae uitae. Non enim imprudens, aut ignara bene uiuendi, iam non poteris dicere, Per ignorantiam peccaui. Quare? Quia iam lex posita est tibi, quā debes sequi: iam ostēsa sunt tibi praeccepta bene uiuendi, iam demonstratum est tibi qualiter in domo Dei debeas cōuersari, qualis debeas esse, iam ostensum est tibi, iam habes cognitionem mandatorum, iam scis quid sit rectē uiuere. Vide ergo ne ultra offendas, uide ne deinceps bonum quod nostri decipias, bonum legis, malē uiuendo contempseris. Si bona quae legis, malē uiuendo contempseris, in conspectu Dei nimis eris culpabilis. Quare? Quia melius est uiam salutis nō cognoscere, quā post cognitionem retroire. Ergo acceptum donum scientiae mente & opere retine. Imple opere, quod didicisti praecptione. Soror uenerabilis, iterū iterumque praecipio tibi, ut summo studio custodias monita huius libri.

De obsecratione. Sermo LXXIII.

Te deprecor, soror charissima in Christo, ut non pigeat audire, ea quae tibi uolo dicere cum magno desiderio, quia in Christo te multū diligo,

diligo, ideo tibi conscientiam ostendo meam. Sed dū tibi peccata mea manifesto, ne forte aures tuas polluam timeo. Te tamen rogo, dilecta soror in Christo, ut des ueniam mihi peccatori indigno. Ego miser & peccator à primis ferē an nis cōtaminaui uitam meam, semper noua peccata ueteribus coniunxi, semper peccata peccatis addidi, peccare nunquā silui; bonū quod debueram facere, non feci; malū quod nō debueram facere, feci. Ego miser, non sum dignus uidere altitudinē cœli prae multitudine iniquitatis meae, quoniam irritaui iram omnipotentis Dei aduersum me, & innumerabilia mala corā eo cogitauī, dixi, & feci ab infantia mea usq; in praesentem diem. Ego infelix peccaui in infantia, peccaui in pueritia, in adolescētia, in iuuentute: sed etiam quod est grauius & periculosius, peccaui in senectute. Cecidi miser in coeno flagitiorum. Ego reus cecidi in foueam peccatorum. Ego culpabilis cecidi in puteum iniquitatis. Ego infelix cecidi in profundum malorum: descendī miser in uolutabrū uitiorum. Heu miser, heu infelix cecidi, & per me non ualeo surgere. Te ergo deprecor, soror in Christo amabilis, ut in me subleues manum tuā orationis. Manum tuā orationis mihi porrige, & me de profundo uitiorū extrahes. Tuā intercessionis manum cōtende, & me de fouea iniquitatis eripe. Soror charissima, certus sum, quod si tu pacatū quod cum Christo pepigisti, seruabitur, & tibi dabitur corona in aeterna gaudia, & mihi peccatori dabitur uenia in hac uita. Si tu ea quae Christo uouisti, deuota mēte impleueris, & mihi indigno ueniam obtinebis, & tu cum sanctis uirginibus in coelesti thalamo laetaberis. Honesta uirgo, certus sum, nec dubito, quod tua uirginalis oratio poterit obtinere ueniam peccatorū meorū mihi indigno. Soror uenerabilis, si tu in seruitio Dei sicut pollicita es, perseueraueris, & mihi peccatori indulgentiam cōsequeris, & tu inter choros uirginū imperpetuum exaltaberis. Honesta uirgo, rogo in aeterna mente audias quae dico: Tu es soror mea deuotissima in Christo, per cuius intercessionem mundari à peccatorū meorum sordibus non dubito. Si tu honorabilis uirgo, accepta es uirgo Deo: & si tu cum Iesu Christo sponso tuo casto cubili cubueris, pro salute mea quicquid ab eo petieris, impetrabis. Si tu soror, castis amplexibus Christū amplexata fueris, profectō mihi peccatori ueniam obtinere poteris. Si tu amplexibus Christo flagrantissimo odore uirginitatis adhaeseris, mihi indigno indulgentiam obtinebis. Si Iesum Christum sponsum coelestem super omnia amaueris, & in eius dulcissimo amore requieueris, delictorū meorum absolutionem acquirere poteris. Iesus Christus sponus tuus non te contristabit, sed quodcunq; petieris, dabit tibi, qui te suae copulae sociauit; multū enim te diligit, qui suo sanguine te

redemit. Igitur amor tuus in Christo, erit peccatorum meorum remissio. Spem remissionis habeo, si tu charissima soror, quam multū diligo, intraueris cum Christo ad nuptias in coelestem thalamum. Tu soror uenerabilis in die districti ac tremendi iudicij Dei solatium meum eris, ubi sum redditurus rationem de culpis & negligentis meis. Meritum etiam tuae sanctae uirginitatis minuet poenam meae iniquitatis. Amen.

LIBER DE CONSCIENTIA, AD QVENDAM RELIGIOSUM ORDINIS CISTERCIENSIS.

PROLOGVS.

Petis à me dilecte mi, quod supra me est, imò contra me: uidelicet lumen scientiae, conscientiae puritatem. In utroq; falleris, sed falli nō credis, ita uel dilectione mea tangeris uel opinione. Ego quid sim, & quid possim? Peccator enim sum, & ultra modū peccans peccator, & ingenij uiuacitas illum in me non habet locum. Accedit ad haec negotiorum multiplicitas, quae quidem in homine ingenioso totius doctrinae se mina uel obruit, uel repellit. Lux ta sapientem enim sapientia scribenda est in tempore ocij: & qui minoratur actu, percipiet illam. Veruntamen etsi non eo quod amicus es, tamen quia importunus es, surgam iuxta praecceptum Domini. Et dabo non quod tibi necessarium, sed quod mihi ad manum. Dominus autem tribuat tibi secundum cor tuum. Ipse est enim qui dat uoci suae uocem uirtutis: qui in dulcedine sua pauperi parat, qui replet in bonis desiderium tuum.

De conscientia.

Conscientia hominis abyssus multa. Sicut enim profundū abyssi exhaeriri non potest, ita cor hominis euacuari nō potest à cogitationib. suis. Conscientia hominis est quasi mare magnū & spaciosum, ubi reptilia quorum non est numerus. Quam bene dixit reptilia: Sicut enim reptile latenter repit, & sinuosis anfractibus huc illucq; deambulat, ita & hominis in conscientia uenenatae cogitationes suauiter intrant & exeunt: ut nesciat homo unde ueniant, aut quod uadant. Bene nouerat hoc qui dicebat: Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis, inquit, cognoscet illud? Nec dicit, quis, pro difficili, sed pro impossibili: quia quod scrutationē nō recipit, nec cognitionem. Vide illum magnū apostolum, Paulum loquor, unicum scrutatorē conscientiae suae: Mihi, ait, pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Ecce quomodo humanum iudicium euaserat, nihil dubitans ab his qui foris sunt. Sed neq; inquit, me ipsum iudico. Et ubi est, o Apostole, uerbum sanctū tui ipsius dicentis: Si nos ipsos iudicauerimus, non utiq; iudicauerimur, nisi te ipsum uel nolis uel dissimules iudicare. Audi quare. Nihil, ait, mihi conscientia sum. Felix conscientia, nō sibi in alio quo conscientia, quae nec proprium iudicium, nec alienum ueretur. Vides ne quam sublimi conuersatione & alienum & proprium iudicium non timebat? Latet adhuc laqueus & fouea magna, uas electionis: sed quae uigilantissimum illum

illum oculum tuum nō possit effugere. Subiunxit enim: Sed non in hoc iustificatus sum. Et addidit: Qui autē iudicat me, Dominus est. Hoc autem tertium iudicij Dei, quod etiam illa purgatissima non comprehendit conscientia, nesciens iuxta scripturam, utrum amore an odio digna sit, cum omnia ei in posterū referuētur incerta. Huius enim iudicij timore concussus pariter & percussus gemebat & dicebat: Quod enim operor, non intelligo. Etsi enim exij iudicium mundi, iudicium mei, restat tamē iudicij Dei: quod me nō sinit intelligere, quod operor, quia nescio si accipiet illud quod operor. Ipse enim melius nouit me, quam ego me. Scrutans & renes & corda occultorum cognitor, pertingens usq; ad diuisionem animae & spiritus: qui solus nouit omnia, & omnium rationes. O singulare sancti spiritus organum, si non intelligis quod operaris, cur alio loco dicis: Gloria nostra haec est testimonij cōscientie nostrae, tuā gloriā, tuā conscientia uocans? Sed ex parte intelligit, et ex parte nō intelligit: intelligit planē, quia et suū & aliorū supergressus est iudicij, sed citra iudicij Dei retinet: ubi proculdubio nescit quod operatur. Nō enim per illa duo iustificatur, sed per tertium iustificabitur, quod sicut non est cognoscibile, ita est incomprehensibile. Duorum tamen iudiciorum exclusio, id est in praesenti iustificatio, quodammodo certa significatio est eter nae praedestinationis, in qua nos Deus prauidit conformes fieri imagini filij sui, & futurę glorificationis cum nos in ipso erimus, & ipse in nobis, cū ipse erit omnia in omnibus. Propter hoc enim, tam securē quam sincerē alibi loquebatur: Certus sum, ait, quia neq; mors neq; uita, & multa alia: immo penē omnia quae ibi enumerant, poterunt me separare à charitate Christi: sed cū tot & tanta dixisset, unum, scilicet propriam uoluntatem retinuit, quae saluationis & damnationis est causa. Et attende quomodo uir Deo plenus conscientiam suam dixerit, gloriam suam tanquam eam plenē intelligens, & se in ea, & tamen dixerit se nō intelligere quod operatur. Conscientiam suam non iam in gloriam, sed in ignorantiam concaptiuans. Deficit ergo Apostolus scrutans scrutinio conscientiam suam, & dum ad fundum eius peruenire se credidit, alienum iudicium & suum euacuans incurrit profundum, scilicet iudicium Dei penetrare nō ualens, ut iam uel conuentus uel conuictus eructet: Iudicia tua Domine non modò abyssus, sed & abyssus multa. Quid ergo faciemus nos miseri & miserabiles, si ille qui plus omnibus laborauit, cui etiam clauiger regni cum Iohanne & Iacobo, nihil contulisse uidentur, qui usq; ad tertium caelum raptus est, ita de se ipso sentit & loquitur? Sed ut iam totum quod de conscientia sentio, uerbis nudis & puris tuae puritati aperiam, quatuor distinctionum modos tibi assi-

gnare decreui, ut quod particulatim distinctum fuerit, legatur dulcius, & melius conseruetur.

De quatuor conscientijs, & modis earum.

Conscientia igitur alia bona & tranquilla, alia mala & turbata, alia mala & tranquilla, alia mala & turbata. sed primū de prima uideamus. Bona namq; cōscientia est, quae & praeterita peccata punit, et puniēda committere refugit. Quae etsi peccatū sentiat, peccato nō consentit. Beatus uir, cui non imputabit Dominus peccatum, ait sanctus: Non dixit, qui non fecit peccatum: non est enim hic aliquis nisi unus, et hic est filius Dei qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Omne ergo quod ipse mihi non imputare decreuerit, sic est quasi non fuerit. Beati ergo nō quorū nulla inuentę sunt, sed quorum remissa sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. Non dixit, quorū nulla sunt, sed quorum tecta sunt peccata: ut quodā tegumēto quodammodo Dei oculis abscondantur. Felix anima quae peccatum sentiens, peccato nō consentit: quam & si cogitatio inquinat, ratio lauat, pugnans & repugnans legi peccati. Molestia lucra est, sed fructuosa est: quia & si poenā habet, adhibet & coronam: immo quod sentientē fatigat, uincens coronat. In hoc enim conflictu ubi sensus est, non consensus nihil damnationis est iuxta Apostolum, his qui sunt in Christo Iesu. Porro is qui uoluntatem habet, nō peccandi & custodiēdi pedes suos à lapsu: qui commissa praeteriti temporis, & plangit et punit: qui malignos cogitatus aduenientes cordi suo allidendo ad Christum respuit: hoc tanquam triplici funiculo strictus atq; constrictus, conscientia habet, & purificatā & puram. Tranquillam autē dixerim, cum iam ipse spiritus testimonij perhibet spiritui eius, quod filius Dei sit, cum omnib. dulcis est: nulli grauis, utens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, omnibus ad beneuolentiam, quibus potest ad beneficentiam. Rara avis in terra huiusmodi conscientia: sed quanto rarior, tanto charior apud Deum.

De conscientia bona & turbata.

Conscientia bona est, sed turbata: quae nil molle, nil fluxū recipit, sed à mundi aspergine quanto potest pressius se detergit, non tamen in dulcedine, sed in amaritudine multa. Dura enim uidetur ei uia rectior & austerior uita, ubiq; uidet quod carni displicet: sed retinet se freno timoris Dei, & in omni tempestate cordis sui ad hanc ancorā figitur. Nam iuxta Prophetam, turbatus est, & non est locutus. Sed audi quid de isto Dominus dicat: Cum ipso sum, inquit, in tribulatione. Ad quid: Eripiam eum & glorificabo eum. Eripiam ab amaritudine, glorificabo in uoluptate. Cum illa quae prius faciebat timore, faciet cum amore. Haec uerò conscientia loquitur Deo in Psalmo, & dicit: Commouisti, inquit, Domine terram, & conturbasti

eam, sana contritiones eius, quia commota est. Commouetur terra, cum peccator confitetur et poenitet: conturbatur, cum in conversatione amaritudinem sustinet, sed contritiones istas illius sanare solius est, qui sanat omnes infirmitates nostras. Audi tamen quod sequitur: Ostendisti populo tuo dura. Quae dura? Potasti nos uino compunctionis, non lacte unctionis. Notandum uero est, quod quibusdam in religione uiuentibus apponitur lac ad bibendum, quibusdam etiam uinum: sed tamen utrumque diuinum. Bibunt illi lac, quibus uigiliae breues, et cibi dulces, & labores appetibiles, & panni suaves uidentur. Quibus etiam parum est illud quod magnum est in exercitijs sanctae conversationis. Lac enim suauiter bibitur, dulciter liquatur, sine lesione, sine amaritudine. Ita & isti in sancto proposito suauiter incedunt, dulciter currunt: sine lesione propriae conscientiae, sine amaritudine alienae. Hoc habet proprium, qui huiusmodi bibit, ut ei peccatum suum displiceat: ut alieno peccato non consentiat, ut propter haec peccatorem non deserat, ut uitium eius, quantum in ipso est, non dissimulet: & cum corriperit, non insultet. Ecce de potu lactis. Audi de potu uini. Vinum quippe asperum est, & insuaue, uinum bibunt hi qui uias uitae aggressi & ingressi tribulationibus corporis & animae pariter contorquentur, sed non cedunt neque recedunt in tribulatione. Isti sunt, quibus ipse Dominus ore proprio praedicat & praedicat: Vos estis, inquit, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Sed quis horum tibi uidetur uel ille qui in suauitate, uel ille qui in asperitate currit uiam mandatorum Dei? Primus uidetur esse felicitior, secundus fortior: uterque tamen iustus, uterque pius, habentes proprium donum ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic. Vis nosse quia in utroque beneplacitum est coram Deo? Bibi, inquit, uinum meum cum lacte meo. Qui enim primum a tentatione liberat, secundum in tentatione confortat, & si alter experitur, quoniam suauis est Dominus: alter uero, quoniam fortis est Dominus. Fortis plane, & potens in praedio, in quo seruus suum, & si premi, non tamen opprimi patitur in multitudine misericordiae suae. Venite, ait Propheta, emite absque argento uinum & lac. Omnis enim timorata conscientia quae ad Deum uenit, uel lac ab ipso, uel uinum emit, secundum quod dictum est & tractatum. Et nota, quia utrobique uinum preposuit, pro eo scilicet, quod qui maiorem sustinet pro Deo perseveranter tribulationem, maiorem habeat & mercedem. Et haec dicta sunt pro differentia bonae & tranquillae conscientiae, & bonae & turbatae conscientiae.

De mala & tranquilla conscientia.

Sequitur mala & tranquilla conscientia, quae sicut nihil peius, ita nihil est infelicitius. Quae raris quae nam illa sit: Haec est illa quae nec Deum

met, nec hominem reueretur: quae cum uenerit in profundum malorum, contemnit. Et uide lapsam, imo & casum malae conscientiae, quam minutim & pedetentim declinet a Deo: & ita in profundum descendat, ut super eam urgeat puteus os suum. Primum quando homo assuetus bonis grauer peccat, uidetur ei a Deo importabile, ut in infernum uiuens descendere uideatur. Processu uero temporis non importabile, sed tamen graue uidetur, et inter importabile et graue non paruus descensus est. Paulo post & leue iudicat, & cum crebris ictibus uerberetur, uulnera non sentit, uerba non attendit. De huiusmodi in scriptura ueritatis expressum est: Verberauerunt me, & non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. In breui uero temporis spacio, non solum non sentit, sed & placet: & dulce fit quod amarum erat, & asperum uertitur in suaue. Ducitur deinde in consuetudinem, ut iam non modo placeat, sed & assidue placeat, et se continere non possit. Ad extremum uero non potest auelli, quia consuetudo uertitur in naturam: & quod prius ad faciendum erat impossibile, iam impossibile est ad continentium. Sic enim descenditur, immo caditur a Hierusalem in Iericho: sic itur in auersione & duritiam cordis: hic peccator foetet, hic quadrumanus est. Hic lapis speluncae superpositus illos misericordes radios diuini luminis non admittit. Hic iuxta scripturam a mortuo tanquam ab eo qui non est, perit confessio: nisi forte miserans Deus cor lapideum in carnem quandoque conuertat. Haec est mala conscientia, quae per huiusmodi discrimina, immo praecipitia ruit, & corrui, et irruit super seipsam. Quomodo tranquilla? Cum mundi huius prosperitas alludit & illudit, cum laudatur peccator in desiderijs animae suae, & iniquus benedicitur, cum peccantium fauor, & peccare nolentium pauor, nolens & dolens arridet ei, cum non est qui arguat, sed & qui arguere peccatorem audeat, ex omnibus qui in circuitu eius sunt. Et sic impletur in eo quod scriptum est: Prosperitas stultorum perdet illos. Nihil aequum exasperat illius tremendi iudicis maiestatem, quam peccare & securum peccare, & de uitis quasi de uirtutibus gloriari. Non miserearis Domine, ait iustus omnibus qui operantur iniquitatem. Haec est iniquitas, cuius non misereatur Deus, cum nemo defendit quod Deus odit, & peccatum iustitiam asserit, ut omnipotenti resistat, & omnipotens illi. Haec est illa superbia, de qua scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Intellige quod dicit, Resistit. Resistere enim ex aequo est. Ille autem ex aequo Deo resistere proponit, qui quod Deus astruit, destruit: quantum in ipso est, dicens malum bonum, & bonum malum: amarum dulce, & dulce amarum: lucem tenebras, & tenebras lucem. Hanc uero tranquillitatem nutrit impunitas securitatis & negligentiae

tiae mater, nouerca uirtutum, religionis uirus, uinea sanctitatis.

De mala conscientia & turbata.

Mala autem conscientia est, sed turbata, quae in actu peccatorum suorum deprehenditur & comprehenditur. Nam dum pasci se uoluptatibus credit, anxietatibus cedit: humanis pudoribus & confusioibus reuerberata, sicut scriptum est: In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Verbi gratia, appetit quis adulterium ad uoluptatem, sed comprehenditur ibi ad anxietatem: & multo maior est anxietas quam uoluptas, ad omnem uerecundiam & angustiam hominis, qui hominem & uiuit & sapit: sed licet quidam in ipsa deprehensione conuertantur ad Dominum, maior tamen est numerus in ipsa confusione permanentium in peccato, quam propter peccati confusioem, exeuntium a peccato. De exeuntibus scriptum est: Imple facies eorum ignominia, & quaerent nomen tuum Domine. De non exeuntibus dicit Hieremias propheta: Percussisti eos Domine, & non doluerunt: attriuisisti eos, & renuerunt suscipere disciplinam. Hi sunt quatuor conscientiarum riuus de uoluntatis fonte currentes, in quibus iusti purgantur: inquinantur iniusti, ut fiat quod scriptum est: Et qui in sordibus est, sordescat adhuc, & iustus iustificetur adhuc: & quia cogitationes hominis siue boni siue mali continua uolubilitate uoluuntur, plurimos cogitationum modos quaquaersum se uertant, pro modulo meo tibi statui demonstrare, ut melius possis intelligere, quam longum sumus ab illo qui semper in eodem statu permanet, Domino nostro Iesu Christo.

De multiplici uarietate cogitationum.

Cogitationum uero aliae onerosae, aliae affectuosae, aliae obscenae, aliae ociosae, aliae curiosae, aliae suspiciosae, aliae distentoriae. Onerosae cogitationes in anima iusti illas accipe, quibus resistere uult, & tamen non potest, sed uelit nolit irruit in oculis mentis muscarum Aegypti pestilentia, & pestrepunt ranae in penetralibus cordis eius. Cogitat homo plerumque terribilia de fide, horribilia de diuinitate, & phantasmata corporearum imaginum transrotatus, illa sentit quae uel in confessione euomere peccator oneratus exhorret: & quanto districtius non exhibet membra sua arma iniquitatis peccato, tanto strictius huiusmodi spiritu quatitur & pulsatur. Cum enim ille insatiabilis homicida ab exteriori sensualitate se uidet exclusum, interiora collectis uiribus aggreditur, sed spiritualis homo, qui omnia iudicat, illius astutias non ignorat. Reprimit quod potest: quod autem non potest reprimeret, tolerat: quia & si latratum canis sustinet, morsum non timet. Latrat enim, cum suggerit: tunc uero mordet, cum ad consensum pertrahit: sed cum non ingerit quod

suggessit, tunc non uulnerat, sed coronat: quia & si sentientem cruciat, non obligat non consentientem. Sunt nihilominus & onerosae, cum ex officio Marthae suscepto sollicitus est homo, & turbatur erga plurima propter plurimos, ut habeant unde in diuino officio sustententur. Affectuosae sunt, quando circa carnis suae curam afficitur, sicut in uictu & uestitu. Tangitur etiam saepe homo affectione propinquorum suorum, secundum carnem. Obscenae sunt, quando carnalis delectatio titillat & pungit, sed haec tanquam feces immundissimae longius, in ipso principio, propulsandae sunt. Ociosae sunt, quando illis nec delectatur, nec afficitur. Verbi gratia, equum currentem, uel auem uolantem cogitans, ubi penes inter uitium residet, & uirtutem, nec descendens ad illud, nec ad istam ascendens. Curiosae sunt, quando proponit explorare proximorum secreta, & quae curiose seipsam scrutari debuerat, oblita sui, aliena curat, nunc intus, nunc foris uaga & garrula, & quietis impatiens. Suspiciosae sunt, quando nullum certum argumentum habens male de proximo suspicatur, & ea quae in utramlibet partem inclinari possunt, in deteriorem interpretatur. Distentoriae sunt, quando de longinquis rebus, & regnis, & regionibus, disponit & tractat, quando distenditur in quaestionibus & rationibus huius mundi: quam pessimam occupationem iuxta Salomonem, dedit Deus filiis hominum, ut distendantur in ea. Item, Cogitationum uero multiplex uarietas esse cognoscitur. Aliae namque cor inflant, aliae eleuant, aliae perturbant, aliae dissipant, aliae confundunt, aliae distendunt, aliae ligant, aliae inquinant, aliae contrahunt, aliae corrumpunt. Inflant ut superbae, eleuant ut uanae, perturbant ut inuidiae, dissipant ut iracundae, confundunt ut aediosae, distendunt ut ambitiosae, ligant ut gulosae, inquinant ut luxuriosae, contrahunt ut timidae, corrumpunt ut malitiosae. His igitur exclusis, mens purgatur, si sanctis cogitationibus iugiter exerceatur, sicut scriptum est: Cogitatio sancta custodiet te. Sunt praeterea cogitationes bonae & sanctae. Debemus enim cogitare de Deo, ut delectemur in illo: de redemptoris nostri passione, quam pro nobis sustinuit in crucis patibulo, ut & nos parati simus tribulationes & angustias libere sustinere pro illo: de hora transitus nostri, ut semper simus parati: de die iudicij, quia ibi de operibus nostris rationem sumus reddituri: de inferno, ut timeamus poenas, quia inde nulla est redemptio: de paradiso, ut desideremus coronas quas habebimus in futuro: de mandatis Domini, & de sacramentis nostrae redemptionis, ut perseueremus in uia iustitiae, per gratiam Dei. Amen.

De quatuor spiritibus in cordibus humanis.

His omnibus cogitationibus cordis humanorum quatuor spiritus loquuntur assidue.

Spiritus mundi, spiritus carnis, spiritus diaboli, spiritus Dei. Spiritus mundi loquitur uana, & ipse nunc loquitur cordi nostro, cum uanitatem diligimus, cum de uanitate lætamur, cum delectamur in uanitate. Spiritus carnis loquitur, cum molliã carni & sensibus carnis appetimus, cum eius curã in desiderijs & uoluptate persequimur. Spiritus diaboli loquitur, quando & amara cogitamus, & aspera proferimus, tristes in nobis, alijs irascentes, ingrati, in uidi, sine affectione, sine scedere. Spiritus Dei loquitur, quando dulcia meditamus, & loquimur, hilares nobis & proximis, in omni dulcedine & bonitate solliciti seruire unitatem spiritus in uinculo pacis. Hæ sunt conscientia, hæ cogitationes conscientiarum, hi spiritus loquentes in cogitationibus nostris, quæ melius tua conscientia dulcissime frater, quàm mea pagina cernit atq; discernit. Factus sum insipiens, tu me coegisti: sed melius uolui ostendere imperitiã meam, quàm confundere faciem tuam. Si quid bene dictum est, tibi imputa, pro cuius fide & sensum & uerbum dedit filius Dei. Si quid secus dictum est, tibi imputa, quia iussisti. Parce autem & festinationi, quia nihil ita contrarium, nihil ita discrepantissimũ in scribendo quàm maturitas & celeritas. Digne enim inuenire quod quæris, & uerbis competentibus uestire quod inuenieris, & locũ aptum, & tempus feriatum, & ingenium uiuidum, & stilum exercitatum desiderat. Veruntamen absconde epistolam uel librum, si sic magis eligis nominare, uel si propalare decreueris, tace nomen auctoris. Nouit author salutis, cui soli honor & gloria, quantum ego diligo salutem animæ tuæ, & honorem personæ tuæ. Ipse est Dominus noster Iesus Christus, qui tibi & seipsum donat, & coronat te in misericordia & miserationibus. Vale: & ora pro me.

Diffinitio bonæ & malæ conscientia.

Multi quærent scientiam, pauci conscientiam. Conscientia tamen quæ scientia citius apprehenditur, & utilius retinetur. Conscientia namque dicitur quasi cordis scientia. Cor enim nouit se sua scientia, & multa alia. Quando nouit se, nominatur conscientia. Quando præter se alia, nominatur scientia: sed & quando bene uertitur sui & aliarum rerum cognitione, tunc dicitur bona conscientia: quando uero his e contrario malè utitur, tunc dicitur mala conscientia. Bona est conscientia, quæ omnibus dulcis est, nulli grauis, utes amico ad gratiam, in amico ad patientiam, omnibus ad beneuolentiam, quibus potest ad beneficentiam: bona est conscientia, quæ habet in corde puritatem, in ore ueritatem, in actione rectitudinem. Mala uero conscientia est, quæ nec Dominũ timet, nec hominẽ reueretur, quæ peccata sua nunquam per uerã confessionem confitetur, sed semper de peccato in peccatũ cadit: & cum uenerit in profundũ malorũ, contemnit.

De bona conscientia.

Conscientia bona lætificat animam, eamque exhibet Deo gratam: & angelis & hominibus reuerendam, & sibi ipsi pacatam & quietam. Conscientia bona titulus religionis, templũ Salomonis, ager benedictionis, ortus deliciarũ, reclinatoriũ aureum, gaudium angelorũ, arca fœderis, thesaurus regius, aula Dei, habitaculũ spiritus sancti, liber signatus etiam clausus, et in die iudicij aperiendus. Nihil enim in hac uita securius, nihil iucundius possidetur bona conscientia. Premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa tamen semper erit secunda. Future beatitudinis nullum certius testimoniũ bona conscientia: & qui custodierit illam, semper erit in gloria cum angelis in cœlesti patria. Bona est conscientia, si habeat in corde puritatem, in ore ueritatem, in actione rectitudinem. Munda est, cum nec de præterito iuste accusatur, nec de presentis iniuste delectatur. Pura est, cui nec Deus peccata sua imputat, quia non fecit: nec aliena, quia non approbavit: nec negligentia, quia non tacuit: nec superbiam, quia in unitate permanfit. Secura est, quando accusationem non patitur, uel pro torpore boni, uel pro presumptione mali. Recta est, cui peccatũ suum displicet, nec aliena peccata dissimulat: & cum corripit, non insultat. Talis est bona conscientia.

De mala conscientia.

Conscientia mala contristat animã, eamque Deo exhibet immundam, angelisque & hominibus fœdam, & sibi ipsi turbatam, & inquietam. Nulla enim poena maior est mala conscientia. Omnium siquidem delictorũ nostrorum ipsa est testis, ipsa iudex, ipsa tortor, ipsa carcer. Ipsa accusat, ipsa iudicat, ipsa punit, ipsa damnat, unicuique enim liber est sua conscientia, & ad huc librũ discutiendũ, & emendandũ omnes alij libri inuerti sunt. Anima uero cum de corpore egredietur, nullũ aliũ librũ, præter librũ conscientia secũ poterit portare, atq; in illo cognoscat quod debeat ire, uel quid debeat recipere. Ex his quæ scripta erũt in libris nostris iudicabimur: et ideo scribi debent secundum exemplar libri uitæ: & si scripti non sunt, saltem corrigantur. Conferamus itaque libros nostros cum libro uitæ, ne forte in illa ultima discussione abijciantur, si emendati non fuerint. Liber uitæ uis quædam diuina intelligit, qua fiet ut unicuique omnia opera sua bona uel mala ad memoriã reuocentur, ut & mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset uel excuset conscientia conscientiam: & ita simul, & singuli, & omnes iudicentur. Conscientia quippe est inseparabilis gloria, uel confusio uniuscuiusque pro qualitate depositi. Sicut enim bona uita hominem reddit laudabilem & gloriosum, sic mala uita reprobum, & confusione dignum.

SERMO

SERMONES VARI

EIDEM BERNARDO AB
ALIJS ASCRIPTI.

SERMO DE NATIUITATE DOMINI PRIMUS.



Non poterit explicari sermo quem mente concepi. Stupor enim miraculorum opprimit me: et dum omnia replico, omnia complicant. Quis poterit excogitare diẽ aduentus eius? Ideo fit elinguis lingua, memoria immemor, in sensibilibus sensus: inueta nouitate relucet omnia, & omnia partui uirginis obsequunt. Fiunt mirabilia in celo sursum, & in terra deorsum: quia uniuersa in nascentis Dei obsequium iura uerunt. Insigniuntur conuexa cœlorum stella lucentiore, & multo lumine loca flammantia perstringuntur, diffunduntur per quadrifidum orbem radij rutilantiores, et pluralitatem stellarum nouus ignis obrudit. Miratur orbis cœlos nouum peperisse splendorem, & inconuertibilem eorũ statum, ad signa & prodigia fuisse conuersum. Videt Chaldæi in cœlis, quod Balaam reliquit in scripturis: Orietur, inquit, stella ex Iacob, & confurget homo ex Israel, & erit omnis terra possessio eius. Nasctur stella in excelsis, & Deus in terris, cuius possessio à mari usque ad mare. Præparant se reges Tharsis, ut cum nouitate munerum uideant nouam matrem, filium nouum, nouam nouitatem. Fons olei de terra erupit: templũ Romæ quod uocabatur Aeternũ, omnibus impensis & urbis & orbis mirabiliter consummatũ, corrui. Cum enim Romani in uictoriosã antiquitatis memoriã, templum singulari schemate facere decreuissent, ab omni illa deorũ (imò demoniorũ) multitudine quæsierũt usquequod durare posset, tam excellentis operis operosa constructio: Responsum est, donec uirgo pareret. Illi ad impossibilitatem oraculum retorquẽtes, templũ Aeternum, solennem illam machinam uocauerunt. Nocte autem cum è uirginali thalamo uirginis flos Marię egressus est, ita cecidit, & contractũ est illud mirabile & columnarium opus, ut uix apparerent uestigia ruinarũ. O Bethleem ciuitas Dei summi, & in te & in suburbijs tuis uisa sunt mirabilia hodie. Deus pendet ad ubera, ponitur in præsepio, ligatur in in cunis, pannis inuoluit, & laxatis fasciis: felices manus, & sancta brachiola per cunarũ paruitatẽ expandit, alludit uirgini, matri arridet, & blandiẽtes oculos ad Mariã intorquet. Stat perterrita tantis miraculis regina cœlorũ, cõfert in corde suo salutationẽ archangeli, conceptionẽ Dei, natiuitatẽ pueri, & miratur quod ille qui aliter potuit ad nos uenire, sic uoluit subuenire. Ad est & Ioseph, sed ab utroque remotus, & in excelsu mentis miratur, et mirari satis nõ potest, qua-

liter ad tantæ dignationis admissus sit arcanũ. Adest multitudo cœlestis exercitus, uocib, gloriosis, Gloria in excelsis Deo auditur. Pastores ueniunt, & inueniunt puerũ, & puellã: præcedit stella, reges accedunt, adorant filiũ, matrẽ uenerantur, offerunt munera, deferunt maiestati, cruciatur Herodes, Hierosolyma turbatur, requiruntur scribæ, locus prædicatur, indicitur simulatio, simulator ad nihilũ deducit, detegunt commenta fraudũ, magi per aliam uiam reuertunt, pax inaudita à seculo regnat, uniuersus orbis ad cœsum describit, riuus olei de terra profusatur, & in diuitẽ uenam liquor sanctificatus ebullit. Quid est hoc, nisi quia uera pax in terris apparuit, nisi quia ad supernũ regnũ ciues ascribunt, nisi quia fons misericordia de uirgine emanat? Oleũ effusum nomen tuũ, Spiritus sanctus scripturæ ipsius uiuus fabricator, & unus aliquis nõ parua suã pinguedinis dulcedinẽ sub hoc capitulo dereliquit. Sed uos nocturnis uigilijs ita defatigati estis, ut uix possitis somnũ ab oculis amouere, Euigilate tamẽ paulisper, & somni torporẽ excutite, aderit ille de cuius natiuitate loquimur, ut illuminet oculos nostros ne obdormiamus. Totus autem sententiæ sensus ex illius arca mutabitur, cuius consiliũ est quasi consiliũ Dei. Ipse ille est Dominus, uidelicet abbas Clareuallensis, cuius religio, & discretio, sapientia, eloquentia, uita & fama, per totã latinitatẽ non immeritò decurrit. Libet enim illius sarcinas odorare. Sed ad ppositũ reuertamur. Benignus ille spiritus, de cuius secretiore fonte canticorũ flumen euadit. In his tribus uerbis tria nobis reuoluit reliquit, uidelicet nomẽ sponsi, quare oleo comparet, quomodo effundat: quia & nomen tacet, de cõparatione nil loquit, de effusione nihil dicit. Primum de nomine uideamus. Multa, ut arbitror, uocabula spõli per diuinam scripturam sparsa legunt, sed in duo uobis uniuersa cõplector. Nullũ profectò reperies, quod non sonet aut maiestatis potentia, aut gratia pietatis. Puer Domini, de quo frequentius facio mentionẽ, ad regis cubiculũ introductus, duo quasi sublimiora de ipsius ore diuinitatis audiuit: Potestas Dei est, inquit, & tibi Domine misericordia. Sed & ipse saluator prophetica ueritate attestã ait: Vos uocatis me magister & Domine, Dominus nomen est maiestatis, pietatis magister. Si enim piũ est præbere escam corpori, multo misericordius escam animæ impartiri, quod est propriẽ magistrorũ, qui mentes disciplinatas sub disciplina rigore coercent. Videamus quod horũ nominum effundatur, utrũ nomen potentia in nomen gratia, uel nomen pietatis in maiestatis uocabulum. Absit ut misericordia in potentia includatur: quia miserationes eius super omnia opera eius. Certum est ergo, quia potestas Dei in maiorem hodie pietatem effusa est, cum cœli distillant à facie Dei,

Canonic.

Num. 24.

Psal. 61.

Ioan. 13.

Psal. 144.

Dei, & de uirgineis membris antiquus dierum exoritur. Non est qui se abscondat à calore isto: quia largior olei effusio à capite descendit in barbam, quia etiam extremam uestimenti fimbriam largius irrorauit. Tanta est abundantia miserationis, ut non solum sub nomine effusionis, sed exinanitionis censeatur. Exinanit uero semetipsum (ait Apostolus) formam serui hodierna die accipiens, & cum tota multitudine miserationum suarum de thalamo profilit uirginali. Nō enim habuit dulciorem modum ad redimendum nos abyssus illa consiliorum Dei: quia quicquid in diuinitatis thesauro pietatis est inuētum, totum in utero uirginis congestum. Non me capio præ lætitia, quod tanta maiestas naturam meam assumens, tantum me eleuat, & me miserum in diuitias gloriæ suæ non ad horam, sed in sempiternū includit. Fit frater meus Dominus meus; & timorem Domini, fratris uincit affectus. Domine Iesu Christe, libenter audio te regnantem in cœlis, libentius nascentem in terris, libentissimè crucem clauos et lanceam sustinentem. Hęc siquidem effusio rapit affectum meum, & istorum memoria incalefcit cor meum, uiuentis & uiuide portionis asperitate purgatum. Viuus est iste sermo, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usq; ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque ac medullarum scrutator. Vnus illorum qui prophetalis chori aut magister, aut inter magistros est, sub fenaria diuinorū nominum partitione, de hac effusione mirabiliter quidem, sed subtiliter prophetauit. Vocabitur, inquit, nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Erat quidē admirabilis Dominus meus inter angelicos ordines audiens hymnum gloriæ suæ, admirabilis illi mirabili creaturæ, faciens mirabilia in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Ego autem in luto fecis & miseriam obuolutus, miser & miserabilis omnem spem emergendi perdidit. Ille in gloria, ego in miseria: admirabilis ille, miserabilis ego. Sanctum & terribile nomen eius, quod uix audiat dignior natura. Nomen istud clausum & integrum quomodo capere poteram, quando uix angelicus oculus prospicere, nedū perspicere potest. Sed uide effusionem. Ille qui erat admirabilis agminibus angelorum, inclinat cœlos, & fit consiliarius hominum. Maiestatum nomen, in pietatum effunditur: & qui mirabilis est in cœlis, consuleri uenit in terris. Abscondit purpuram sub miseriam uestimentis. Et ad lutum ubi iacebam inclinatur, nō mergitur: & si audeo dicere, infixus sum in limo profundū, operi manuum suarum porrigit dexteram, de profundis aquarum extrahit, extractum abluo, ablutum induit, indutum reportat, reportatum confirmat. Porrigit dexteram cum nascitur, cum loquitur extrahit, abluo cum mo-

ritur, induit cum resurgit, cum ascendit reportat, confirmat cum spiritum sanctum emittit de cœlis. Bonus quidem consiliarius, qui consiliū quod uoce dedit, & morte defendit. Erat em̄ docens (ait Euangelista) sicut potestatem habens, non sicut scribæ & pharisæi eorum. Deus fortis, nomina sunt potestatis: sed Deus effunditur in patre futuri seculi, fortis in principem pacis. Breuiter curro: quia & fatigatis & scientibus legem loquor. Quid tibi multis tabunde luci fer in tanta defluxione & effusione? Clausum est tibi totum itinerarium Dei, & malignans oculus tuus hic nimis caligauit. Sed & Dominus meus admirabilis fuit in natiuitate, consiliarius fuit in prædicatione, Deus in miraculorum coruscatione, fortis in passione, pater futuri seculi in resurrectione, princeps pacis in illa eterna beatitudine. Non terre animi nouitate uerborum, quia nihil nouum introducitur. Sic & olim nomina cōmutata & effusa sunt: Abram in Abraham, Sarai in Sarā, & si quas alias immutationes in illa ueteri officina uos legisse recolitis. Sed et ab ipsis penè mundi principijs, in arcano quodam scripturarum loco diuini nominis effusionem inuenisse me recolo. Loquitur Dominus ad Moysen de liberatione Israelis, & post multam Dei & Moysi confabulationē propheta subtiliter inquirat nomen eius. Et Dominus dicit: Ego sum qui sum, hoc est nomen meum in æternum. Hęc dices filiis Israel: Qui est, misit me ad uos. Perterritus Moyses inextricabilis autoritate uocabuli, ac si diceret, Hoc excedit intellectum meum, non possum capere nisi effundatur, audiat à maiestate: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, Vides effusionem. Ecce Deus angelorū uocat se Deum hominum. Curramus ergo, fratres, in odore unguentorum istorum, curramus ad oleum de oliua speciosa in campis expressum, nulla infectum amurca, nulla substantiatum amaritudine. Oleum quod exhilarat faciem hominis, quod sanat uulnera, dolorem tollit, reddit suauitatem. Nōne Samaritanus noster nobis à latrone pessimo uulneratis attulit uinum & oleum, ad purgandum & mitigandum uulneris magnitudinem? Sed multum olei, parum uini. Multum misericordie, iustitiæ parum. Sic quippe decebat miserantem, sic misero expediebat. Non intres in iudicium cum seruo tuo (ait iustus) quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, sed corona me in misericordia & miserationibus. Veniens quippe hodie, quinque uasa attulit olei, nō nisi duo uini. Spiritus enim sapientiæ, intellectus, consilij, scientiæ, pietatis, misericordie dulcedinem sonat, misericordiam fragrat, eructat sanitate. Fortitudo & timor uinum sunt, sed hoc uino potatus est potens ille, cum Christus in spiritu fortitudinis descendit ad inferos non timidus, sed timendus.

Philip. 2.

Heb. 4.

Esa. 9.

Genes. 17.

Exod. 3.

Luc. 10.

Psal. 145.

Psal. 102.

timendus. Videamus nunc quare oleo comparatur. Oleum (si uos melius non habetis) lucet, pascit, & ungit. Idem & facit Christi nomen, et per omnia consonat comparationi. Lucet prædicatum, pascit recogitatum, inuocatum lenit & ungit. Vide si nō præclara luminaria lumen nominis huius super eloquentiæ candelabrum portauerunt, si non illuxerunt coruscationes Dei orbi terræ, si non in splendore fulgoris huius commota est, & contremuit terra. In nomine Iesu Christi surge & ambula, dicit claudo princeps apostolorū. Nōne quasi fulgor exiliuit ab ore Petri, cum nominatum est nomen quod os Domini nominauit? Et statim, inquit, consolidatæ sunt bases eius, & plantæ. Vocabulum Iesu sicut Origenis lingua nobilior diffinit, dulce & gloriosum omni adoratu cultu que dignissimum, quod non prius ab hominibus, deicit efferrit in mundum, sed quadam sublimiori excellentioris natura. Omnes quippe prophetæ nomen istud, aut nescierunt, aut penitus tacuerunt, & referuata est prerogatiua dignitas archangelo Gabrieli, qui sancto ore sanctæ uirgini illud primū euoluit. Nōne Esaias in excessu mentis captus, uerbis archangelicis eisdem penè syllabis consentit usq; ad sancti nominis nouitatem? Pascit reuera, nec est felicius pascio in loco pascuæ, ubi nos Dominus collocauit. Quid equè mentem cogitantis impinguat? Nomen Iesu mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Omnis cibus qui nō conditur hoc sale, infatuus est. Scriptura quæ non fuerit interlinata oleo tanta deuotionis, insipida est. Olim mihi Tullius dulcescebat, blandiebatur Virgilius, & Sirenes usque in exitium dulces, meum incantauerant intellectū. Lex, propheta, euangelium, epistolæ, & omnis gloria sententiarum Domini mei, & seruorum eius, aut parua uidebantur, aut nulla. Nescio modò quid dulcius mihi immurmurat filius Iesse, qui uario sermone & sententiarum concentu, omnes illos quos diligere consueueram, ineloquentes reddidit, & mutos. Lenit & ungit: quia nihil sic recreat in tribulatione. Denique & probare licet. Inuoca me, inquit, in tribulatione, eruam te, & honorificabis me. Hoc est nomen, hoc est oleū, hæc olei effusio. Amen dico uobis, non deficiet hic lecythus olei, nec minuetur donec pluuiam uoluntariam, quæ segregata est hereditati eius, diffusus instillet, donec faciat cœlum nouum, & terram nouam: quia misericordia eius ab æterno, usq; in æternum super timentes eum. Sed iam surgamus, & præparemus nos ad solennioris missæ subilationem, nec cordibus parentes, nec uocibus, ad honorem pueri qui natus est nobis, qui est Deus in secula benedictus, Amen.

De natiuitate Domini. Sermo II.

Exultate fratres in Domino: quia de domina illa sermo succedit, quæ singularem in cordibus uestris uēdicat principatū, quæ est ad cuius nomē humiliter inclinatis, cuius horis reuenter assiditis, cuius memoriā iugiter frequentatis. Hęc est quæ uestris affectibus, suauiter indulcescit: quia magna multitudo dulcedinis eius. Spiritus em̄ eius super mel dulcis, in quā dulcis Dominus cum omni sua dulcedine superuenit. Cum enim fecerit Deus omnia opera sua ualde bona, hic melius fecit, consecrans in ea sibi reclinatorium aureum, ut post tumultus angelorum & hominū, & reclinarer, & requiem inueniret. Hoc est quod natura miratur, reuertetur angelus, ueretur homo, stupet cœlū, contremiscit terra, infernus exhorret. In huius utero maiestas altissimi mirabiliter liquefacta, sicut adipe & pinguedine repleuit terras, in fudit cœlos, inferna respersit. Hic exinanit semetipsum excelsus & immensus, mensuram bonam & confertam, & coagitatam mittens in sinum uestrum. Hic diuinis manibus unctus oleo lætitiæ, & sicut altare in signum pontificij consecratus. De altari hoc ad aram crucis ascendens, proprio cruore tanquam alterius generis oleo perfusus, iam non consecratus, sed consecrans, totum corpus machinæ mundialis largiore liquamine consecrauit. Fatiscat ergo mœror, tristitia fugiat, eliminetur dolor, rancor abscedat, ut liceat uacare & uidere cum Moysē uisionem hanc grandē, qualiter Deus in hoc uentre concipiatur, decipiatur diabolus, recipiatur perditum, indebitum accipiatur. Totum me trahit affectio, sed oratio deficit. Diues cogitatio, uocis paupertate confunditur. Feruent interiora, & in undosam ebulliunt altitudinem: sed frigiditas linguæ cumulos refrigerat exundantes. Quid est o beatissima? Nunquid ita sensu taciturnus obdormiā, ut ibi mutus sim, ubi omnis loquitur creatura? Veruntamen nō tacebo, & nō quiescam, donec egrediat ut splendor uultus tuus, & sermo de te conceptus, si non ut iam pas. saltē ut scintilla accendatur. Mouet, fateor, quod disponente Deo peccant rationales creaturæ, & multis annorum milibus tam cœlestia, q̄ terrestria incassum stare uideant, semirutis illis, istis dirutis. Stat illa magna ciuitas, ciuium suorum numerositate fraudata, & à stellantibus palatijs multiplex habitantium multitudo propellitur. Obscurantur stellarij ignes (solem loquor, & lunam, & stellas) & multa sui luminis claritate multantur. Terra maledicitur, cum damnatur hominum successio: & omnis creatura, iuxta Apostolum, parturit & ingemiscit. Tacet Deus omnipotens, & ordinans eius omnipotētia, tantam dissimulat confusionem. Tandem nascitur Maria, & ad nubiles annos egrediens, speciem induit speciosam, quæ

Ecc. 24.

B

Luc. 11.

Esa. 7.

C

Psal. 49.

Psal. 67.

Psal. 102.

Genes. 3.

Rom. 8.

quæ ipsum afficiat Deum, & diuinitatis oculos in se conuertat. Vide quid inde dicat ille nō mi-
Psal. 44. nimus explorator secretorū Dei: Audi, inquit, filia, & uide, & inclina aurē tuam, et obliuiscere populum tuum, et domum patris tui: & cōcupi-
 scet rex decorē tuū, quoniam ipse est Dominus Deus tuus. Germinat igitur uirga Iesse de tor-
 tuosa radice generis humani, & patriarcharum arbore, & in altitudinē & rectitudinē erūpens, omnem ignorat nodositatē filiorum, tenebras nescit, fructuosa quæq; nō habet. Videt & ardet ille uehemens amator, & totum epithalamium in eius laudib; decantat, ubi manifestē sponsum in-
 ducitur, spirās amorē sincerissimū, nec ultra ua-
Psal. 16. lens dissimulare quod patitur. Euocat statim ce-
 lestis ille conuentus, & iuxta Prophetam, init
 Deum consilium, cogit conciliū, facit sermonem cum angelis de restitutione eorum, & de redem-
 ptione hominum, de elementorū renouatione. Illis stupentib; & mirantib; præ gaudio, querit
 modus redemptionis: & statim de thesauro di-
 uinitatis, Mariæ nomen euoluitur: & per ipsam
 & in ipsa, & de ipsa, & cum ipsa totum hoc fa-
 ciendum decernitur: ut sicut sine illo nihil est fa-
 ctum, ita sine illa nihil relictum sit. Tradit epi-
 stola Gabrieli, in qua salutatio uirginis, incarna-
 tio redemptoris, plenitudo gratiæ, gloriæ magni-
 tudo, multitudo latitudinis continetur. Missus ergo
Luc. 1. angelus Gabriel à Deo etiam antequā ad uirgi-
 nem perueniret, inuenit Deum uirginis illa-
 psium uisceribus, & maiestatem Dei uirginis
 uentris breuitate cōclusam. O uenter diffusior
 cœlis, terrisq; amplior, capacior elementis, qui
 totum claudit omnia cōcludentē, in quo Deus
 gloriæ reclinat. Deniq; & archangelus non
ibidem. ait, Ave Maria replenda, sed plena. Non Domi-
 nus ueniet in te, sed Dominus tecum: quia inde
 totam eam sibi rapuerat spiritus sanctus, & cœ-
 lestib; insignierat ornamentis, iam cōsecrata erat
 in loco uoluptatis, de quo fons ille debebat ascē-
 dere, qui uniuersam terrę superficiem irrigaret.
 Satis hucusq; sparsimus uerba, & uolaticis ser-
 monib; diuersa præseminauimus: nunc in lista-
 mus hic, si forte aliqd dignū elicere ualeamus.
Genes. 2. Fluuus (ait scriptura) egrediebatur de loco uolu-
 ptatis ad irrigandā uniuersam superficiē terræ,
 qui inde diuiditur in quatuor capita. Fluuus iste
 est Dominus meus Iesus, qui de duob; locis uo-
 luptatis egreditur, ex utero patris, & ex utero
 uirginis. Vnde Prophetæ: Dominus Deus nos-
 ter, fluuus gloriosus, exiliens in terram sitien-
 tem. Sed ineffabilib; differētis longē aliter à pa-
 tre quā à matre egreditur: quia etsi hæc tem-
 poralis natiuitas gloriosa est, multo gloriosior
 est æterna. Hortantib; uobis, de utraq; generati-
 one uolo aperire quod licet: non quod aliqd
 exponere præsumam, cum hoc ultra omnib; ui-
 res, quanto magis ultra meas sit, & extremæ
 dementiæ sit uelle farī ineffabilia, maximē ho-

minem imperitum. Non enim oblitus sum Sa-
 lomone dicentem: Sicut qui nimium come-
 dit mel, euomit illud: sic qui scrutator est maie-
 statis, opprimetur à gloria. De utraq; enim per
 Prophetā dici puto: Generationē eius qs enar-
Psal. 11. rabit? Quia & patris illa ineffabilis & inaccessi-
 bilis est, ac nulli peruia creaturæ. Hoc sensu cre-
 do Apostolū dixisse de eo qui solus habitat lucē
1. Tim. 6. inaccessibilē, cum etiam puriores naturæ tanto
 reuerentur intuitu, ut nec possint irrumperē
 in tantę claritatis abyssum. Ipse etiā filius prote-
 statur: Nemo nouit filium, nisi pater: neq; patrē
Mat. 11. quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reue-
 lare. Nec tamen sicut est, sed sicut capere potest
 cui tanta dignatio reuelatur. Vnde & illa subli-
 mis anima quæ usq; ad tertium cœlū in diuinitas
 gloriæ Dei rapta fuerat, dicit: Ego me non arbi-
 tror comprehendisse. Verissima ergo diffinitio
 est, quia illam gignētis & genitū generationem
 nullus omnino penetrat intellectus. Hanc etiā
 de matre, omni humanæ creaturæ reor inextric-
 abilem, & nescio utrū ab illa excellentiori na-
 tura ualeat cōprehendī. Quis enim cōprehen-
 dat unitionē carnis & uerbi, qualiter Deus &
 homo in unam personam conueniat, saluis im-
 perturbatisq; proprietatibus naturarū? Vnus
 quisq; in suo sensu abundat. Uterq; uero omnem
 sensum supergredi credo, eeterū hanc omnem
 sensū inhærens, qui super hæc sanas & inconcus-
 sas sententias reliquerunt. Ad paternā igitur ge-
 nerationē recurrētis, locū uoluptatis patrē esse
 censemus, quamuis Deus illocalis sit: sed effici-
 entias rerū, nisi per uulgaros sermones explica-
 re nō possumus. In ipso autē omnem uoluptatē
 esse intelligit, qui legit Apostolū dicentē, Quo-
Rom. 11. niam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt om-
 nia. Et alit̄ ex illo duodeno apice similiter eru-
 ctantem: Omne datū optimū, & omne donum
 perfectū desursum est, descendens à patre lumi-
 num. Ipse etiā filius dicit: Hæc est uita æterna,
104th. 17. ut cognoscant te solū uerum Deum. Cognitio
 igitur patris uita æterna est: & ubi uita æterna,
 ibi sempiterna uoluptas. Egreditur ergo fluuus
 de loco uoluptatis: quia gignit̄ de utero patris
 Deus de Deo, lumē de lumine, de Domino Do-
 minus. Egreditur autē identitate, quia idem est
 cum patre. idem dico secundū substantiā, nō se-
 cundum personā. Egreditur & equalitate: quia
 patris omnipotentia recipit: cū omnia quæ pos-
 sit pater, possit hæc & filius, sicut ipse testat̄: Om-
104th. 5. nia quæ facit pater, facit et filius: nec potest filius
 facere quicq; nisi quod uiderit patrē facientē.
 Egreditur et eternitate: quia licet generetur, nō
 tamen est posterior generante, sed ambo unius
 antiquitatis sunt: si tamen uocabuli nouitatem
 non exhorretis: quod licet quoquo modo signi-
 ficet quæ dicunt, longē tamē est à sententiæ ma-
 iestate. Egreditur similitudine, quia similis est pa-
 tri, patris imago, splendor et figura substantiæ eius.
 Egreditur

2159 DE NATIUITATE DOMINI. 2160
 Egreditur alternitate: quia alius est ab illo, alius
104th. 10. dico, non aliud. Ego, inquit, & pater unum su-
 mus. Vnum dixit, non unus: quia unum signi-
 ficat substantiæ unitatē, unus uerò personarum
 proprietatē. Sic igitur & longē excellentiori mo-
 do de patre filius egrediens, inundat angelicas
Ecccl. 1. stationes: quia iuxta Salomonē, Fons sapientiæ
 uerbū Dei in excelsis. Citharæodus puer de hoc
 fonte pleno uentre potauerat, cū diceret: Apud
Psal. 35. te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumē.
 Apud te, inquit, est fons uitæ: quia tu solū
 uita, sed & filius tuus fons uitæ est. Et ut patēter
ibidem. quod sentiebat ostēderet, subiunxit: In lumine
 tuo uidebimus lumē, scilicet ad irrigandā uniu-
 uersam superficiē terræ. Quæ nā terra est in illa
 cœlorū summitate reposita, quam superflua &
 irriget fluuus gloriosus? Regnū cœlorū, terra
Psal. 26. uiuentū est. Vnde: Credo uidere bona Domi-
 ni in terra uiuentū. Item: Placebo Domino in
Psal. 114. regione uiuorū. Irrigatio hæc indicibilis est. In-
 ebriant quippe angeli ab ubertate domus Dei,
 & torrente uoluptatis eius potant. Hic quid di-
 cam nescio: quia plurimus stupor sensum oppri-
 mit assurgentem. Vbi sunt oratorij sermones,
 quos in fornace rhetorica omnis ille philoso-
 phorū cōflauit chorus? Vbi sunt gigantes à secu-
 lo nominati, qui ab initio fuerūt magni statura,
 scientes bellū, languentes circa pugnas uerbo-
 rum? Nunquid non maximus ille gigas (Plato-
 nem loquor) ab intellectu tam purissimæ ueri-
 tatis repulsus est? Nonne acerrimo mētis inge-
 nio tangens, sed non attingens diuinitatē Dei,
 dicit: Vnum inueni quod cūcta operet, & aliud
 per quod cuncta efficiuntur, tertium autem non
 potui inuenire: Rectē de spiritu sancto inscius,
 qui illi non erat infusus, qui sanctarū reuelatio-
 num magister est, qui reuelauit Paulo quæ o-
 culus non uidit, sicut idem Apostolus gloriatur: No-
1. Cor. 2. bis, inquit, reuelauit Deus. Per quid apostole?
 Per spiritū sanctum: non per spiritū nostrū, per
 quē licu philosophi seducti sunt, ita & seduxe-
Psal. 119. runt. Ille noster philosophus qui super senes &
 super omnes docentes se intellexit, quid super
 hoc senserit audiamus. Rigans montes, inquit,
Genes. 2. de superioribus suis. De sublimioribus quippe
 angelis, qui non per speculū in ænigmatē, sed
 facie ad faciem ipsam Dei substantiā luminibus
 indefectis aspectant. Sequitur: Qui inde diuiditur
 in quatuor capita. In quæ quatuor capita: Dica-
 mus breuiter: quia grandis nobis restat uia. In
 admirationem. Nam de fragilitate cōplexionis
 humanæ, de torrente uoluptatis bibens tota ob-
 stupet illa dignior creatura de creatoris gloria,
 & gloriæ ratione. In puritatē: quia non in uase
 testeo, sed remoto uelamine: hauriunt aquas in
 gaudio de fontibus saluatoris. In fatietatē: quia
 etsi desiderant in eum prospicere, non tamē de-
 siderium necessitatem, uel necessitas miseriam
 inducit, sed mirabiliōri modo et semper deside-
 rant, ut semper fatientur: & semper fatiantur, ut
 semper desiderent. In securitatem: quia de sua
 stabilitate certi, perennibus gaudijs immergun-
 tur, expectantes beatam spem, & aduentū glo-
 riæ magis Dei, quādo fiet unum ouile & unus
 pastor, & superna illa Hierusalem consumma-
 bitur in idipsum. Sic influit fluuus iste per an-
 gelicas officinas. Sed hæc omnia fides capit, ne-
 scit ratio, intellectus ignorat humanus. Hæc
 sunt fortassis illa quatuor quæ uas electionis scē-
 lici quaternario in epistola ad Hebræos uidit, di-
 cens: Non accessistis, inquit, ad mōtem fuman-
 tem, sed ad montē Sion, ad Hierusalē ciuita-
 tem Dei uiuentis, ad multorum milia angelo-
 rum frequentiam, ad ecclesiam primitiuorum
 ascriptā in cœlis. Nunc accingamus nos ad ui-
 dendum qualiter egrediat̄ de uirgine: quia e-
 gressio ista dulcior & affectuosior est humanæ
 miseriæ, quæ intuentū pectora cōcutit, & irro-
 rat oculos, & beatis fontibus uultus amantium
 perfundit. Hic locum uoluptatis uterū Mariæ
 intelligo, in quo cumulauit omnes delicias deli-
 ciarum Dominus, de cuius delicijs spiritus sanctus
 admiratorio sermone in amoris cātico eru-
 ctat: Quæ est ista quæ ascēdit de deserto delicijs
 affluens? Nunquid in angelis uoluptatē habet
 altissimus, in quibus ipse reperit prauitatem?
 Nunquid in cōstellatione uel scintillatione stel-
 larum, quarum aliq; cōuertuntur in sanguinem,
 aliæ cadūt de cœlo, aliæ in tenebris obcurant?
 Nunquid in aère, uel igne, uel uentis? Nequaquā
 in igne Dominus: non in commotione Domi-
 nus: non in spiritu Dominus: si uerus est ille qui
 in curru igneo & equis igneis est assumptus in
 cœlum. Nūquid in aquis ubi furens & tortuosus
 Leuiathan immoratur, aut in terra quæ sub
 maledicto Adæ spinas emittit & tribulos? Non
 est locus uoluptatis nisi uterus uirginis. Ex hoc
 egreditur humanitate: quia uestitus cilicio nos-
 træ mortalitatis, uisibilis humanis oculis appa-
 ruit. De uirgine uirgam, de libro autē genera-
 tionis lineam faciens diuinitatis, humanum in-
 nexuit quem carne operuit uirginali, ut draco
 magnus ille ctus ad carnē, ferrum diuini numi-
 nis subsentiret. Egreditur & cum nouitate: quia
 nanq; sic natus est homo sicut nascitur. Primus
 enim homo primò de terra formatur, secundò
 mulier ex eius latere fabricatur, tertio Cain con-
 suetudinario nascendī ordine gignit̄ ab utroq;. Solus
 iste desola uirgine nascitur, & uirginis
 uterū nouo & singulari partu diuinitas huma-
 nata sigillat. Vbi nunc Aristotelicæ subtilitatis
 facunda quidem, sed infœcunda loquacitas, si
 peperit, cum uiro concubuit? Velit nolit uertit̄
 in habitū priuatio, nec astringit̄ dialecticis ter-
 minis omnium terminator, ad cuius imperium
 perit natura, dissuescit consuetudo. Egreditur
 etiā cum claritate. Nascente quippe illo sepelitur
 omnis illa stellantiū luminū luminosa serenitas,
 Y y & stella

Psal. 47. stella candidior lucidioribus radijs prescintillans totam sibi cœli rapit portionē. Ambulant reges in splendore ortus eius, quoniā ecce reges congregati sunt, cōuenerunt in unū. Ipsi uidentes sic Deum & hominē nascentem, matrem & uirginem parientē, admirati sunt, conurbati sunt, cōmoti sunt, tremor apprehendit eos in tantorum luce miraculorū. Egredif et cum paupertate: quia in pannis uilissimis reclinatus, iam extunc sanctissimis membris legē martyrii præfigebat, Egredifur occulte: quia subtilissimus ille fraudiū inuestigator, tantæ ab altitudine dignationis excluditur. Hinc est quod ambiguis alternationibus fatigatus, illum tentat: nunc tentatum filiū appellat altissimi, nunc instruit crucem, nunc destruit, mandans per mulierē (conuetum sibi organū) Nihil tibi & iusto illi. Sequitur: Ad irrigandam uniuersam superficiem terræ, id est ad terrenam miseriam expiandam, quam nobis in hæreditatē primus ille peccator reliquerat. Volo ut Apostolus hic eum mihi sicut & superius in quatuor capita distribuat: ga securus eius expolitionē suscipio. Qui factus est nobis, inquit, sapientia, iustitia, sanctificatio, redemptio. Ad nos quippe ueniēs qui eramus in carcere, primō omnīū tenebras ignorantie nostræ depulit luce sapientie suæ: demum per iustitiā quæ ex fide est, soluit funes peccatorum nostrorū, sanctificans nos in suo corpore, redimens in corporis passione: Dominus enim soluit cōpeditos, Dominus illuminat cecos, sanctificat tabernaculū, de manu redimit inimici. Diuiditur & in patientiā, qua peccatores sustinet: in misericordiā, qua peccatores fouet: in largitatē, qua proficiētes exaltat: in fortitudinem, qua pericidentes cōseruat. De hoc secūdo quaternario, toto hoc aduentu uestre fraternitati confabulatus sum, per fluminū decursionem & nominum interpretationem, moralia mysticis interne cōtēs: utrum aliquid dignē uos uideritis. Verū non omnia possumus præsentī sermone coarctare, fastidiū euitātes. Habeo ego quatuor capita dulciora prioribus, quæ fortassis uestris cordibus dulcius complacēbūt. Dominus enim uester eleuatus in cruce, largissimas sanguinis undas à quatuor partibus sui corporis abundantius emanauit. Spinis enim pungentibus sanctissimū caput niuea ceruice reflexum, & clauis pedes et manus, & læca latus eius trāuerberante, preciosus sanguis emanauit: cuius asperione iudex transit in patrē, iratus in mīrē, in misericordiā uirga, captiuitas in coronam. Christus ergo fons latens & occultus in cœlis, fons patens & apertus in terris: illic de utero patris, hic egreditur de utero uirginis. Illic uiuens terrā irrigat uiuentiū: hic moriens terram morientū. Illic diuiditur in quaternariū admirabilem, hic in dulcē, dulcis Dominus, dulcis domina, quia ille Dominus meus misericordiā mea:

hæc domina mea, misericordiæ porta. Ducat nos mater ad filiū, filius ad patrē, spōsa ad sponsum, qui est Deus benedictus in secula, Amen. De natiuitate Domini. Sermo 111.

TAndem de mari ad portū, de promisso ad præmiū, de labore ad requiem, de desperatione ad spem, de uia ad patriā peruenimus. Scripserat siquidem nobis frequentibus epistolis calamus scribæ uelociter scribētis: Expecta, reexpecta, sed nos quod subiungitur dicere poteramus, Modicum ibi, & modicum ibi. Precurrerant cursores promissione diuites, sed exhibitione pauperrimi. Dicebat alius: Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum, alter uerō: Si moram fecerit, expecta eum, quia ueniens ueniet. Pari consilio exierant de sanctuario Dei, nihil secum nisi promissionū multitudinem reportantes. Vnde & citharista nosfer iam dormitauerat præ tædio, & in ipsum Deum tacitis oblocutionibus totam culpā modis flebilibus intorquebat. Tu uerō, inquit, depulisti & despexisti, distulisti Christū tuum. De flebili quoq; ad imperatiuum conuersus est, exagitante impatientia quæ impudentiæ & fido sitatis mater est. Qui sedes super cherubin manifestare. Et quid tam diu dominatrici sedes in cathedra circunvallantibus, & uallatibus angelis, non respicis super filios hominum: quos absorbit & obsorduit iniquitas, per Adam quidem cōmissa, sed à te permissa. Memorare quæ mea sit substantia, ad tuæ substantiæ similitudinē fabricata: quia etsi omnis homo uiuēs uanitas est, in imagine tamē tua pertrāsens, uanitas esse non potest. Nunquid ita uanē constituisti omnes filios hominū, de quibus dicitis: Deliciae meæ esse cum filijs hominum: ut eos uerteret & diuertet te permittente non potuit? Inclina cœlos tuos & descende, et illos misericordes oculos miseris inflecte peccantibus, ut saltē non in perpetuum obliuiscaris nos. Hæc quidē iste, sed gemitibus & ærumnis intortus, tantæ præsumptionis sententiam abiurabat. Dixi, inquit, custodiā uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Sed & ille uir nobilis, & profundi sermonis urbanitate perlucidus, affectuosis excessibus incallescens: Propter Sion, inquit, non tacebo, & propter Hierusalem non quiescā, &c. Utinam, ait, dirūperes cœlos, & descenderes, & alia multa, quæ fastidiosi prolixitas uetat inserere. Hic etiā morosioris gratiæ longinquitate suspensus, & nimietate doloris excedens, impatienter oblatrat, dicens: Ecce gentes quasi non sint sic sunt coram eo, quasi nihilū et inane reputati sunt ei. Hieremias quoq; in uocem gratulabundæ laudis ad uerbū demonstrandi prorumpens: Ecce, inquit, faciet Dominus nouum super terram, mulier circundabit uirum. Sed tam in repentina submersione lachrymis edocetur, ut prius lamen-

lamentum Christi suscipiens q̄ aduentum con-
Dan. 8. ticefecat. Danieli dicitur: Visio est in dies & tem-
Ezech. 22. pora lōga. Et Ezechiel tantis caliginibus inuoluit, ut uix dignosci possit unde ueniat, aut quō uadat. Deniq; omnis ille Prophetalis conuentus longa tardantis gratiæ morositate pertasus, nunc rogando, nunc conquerendo, uariat orationem, & plerumq; sermonibus exoratiuis indignatorios intermiscet. Nos quoq; satis eos au diuimus, & nobis in fastidium releguntur. Iam fugit Moyses, impeditioris siquidem linguæ factus est nobis. Esaiæ labia immunda sunt. Hieremias nescit loqui, quia puer est. Ezechiel polluto pane uescitur. Osee fornicariam & adulteram ducit uxorem. Daniel post uisionem gra uiter infirmat. Omnes prophetæ elingues sunt & muti, iam latari & exultare non possumus, nisi osculetur nos osculo oris sui. Auditi & exauditi estis: adest benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, quæ uel differri non patiatur amplius amorem languentium. Quid enim au distis: Sanctificamini in crastinum filij Israel, & estote parati, quia die crastino descēdet Dominus. Residuum diei huius, & superuenturæ noctis uix meditāda progressio, dirimit nos à uultu gloriæ, à puero Deo, à puerperio singulari. Currite celiorum & rapidiore passu, conficite metas uestras, ut liceat uidere filiū Dei uagientem in cunis, & saluatoris natiuitati qualiacumque obsequia præparate. Credo uos esse filios Israel, sanctificatos ab omni inquinamento carnis et spiritus, preparatos ad diei crastine sacramenta sollicita deuotione et deuota sollicitudine suscipiēda. Quid enim aliud his sacris diebus aduentui eius dedicatis egistis? Vidi ego senes, senectutis oblitos astare sacris iuuenili alacritate uigilijs: et iuuenes iuuentute sepulta, senili grauitate reuerentiæ diuinitatis assistere. Plena erant sublellia cōcinentibus, & cōcentu parili uoces in sublimibus resonabant, ut foelici inuidia iurasse uos crederem iubilare Deo in uoce exultationis. Psalteria erāt præ manibus, psalmi in labijs, in corde deuotio, solennitatem animi indicabat hilaritas uultus, discursio corporis, operis sollicitudo. Inspexi sacerdotes uigilantibus oculis primos diei ortus subtiliter indagare, sacramentalibus indui uestimentis, introire ad altare Dei, ad sacrificandum corpus & sanguinem redemptoris. Vidi assistentium turbā ministeriali deuotione nunc flectere genua, nunc osculari manus, & ad imperantium nutum nutu citius obedire. Sed & pueros aspexi qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram, sibi ad inuicē psalteria inuidere, & reportare ad lectulos suos, furari somnum ab oculis suis, & in lectulo suo per noctes querere quem diligeret anima eorum: quod licet cōtra consuetudinem præsumptum sit, non tamē contra deuotionem. Fateor inter hæc omnia cogitabam: Castra Dei sunt hæc:

non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli. Vellem nollem uestra deuotione trahebar; & uobis negociantibus occari non poteram. Sequabar uos, sed à longē, uel aberrans à uia uel claudicans à semitis meis, lugens & cōtristatus, quia non poteram æquare currentes. Nouit ille unus cum quo uno unum cœpi esse in Domino, quā frequentibus querelis impleuerim aures eius, quōd uos in meridie essetis cū sponso, & ego cum spōsa in uespertino frigore commorarer. Eia fratres, si aliquid adhuc deliuus humor de flumine mortalitatis huius uestras circunrorat affectiones, tergite & regite illum niueo confessionis amictu, & calceate uos in præparationem euangelij pacis, ut sitis de quibus dicit sanctus: In flumine pertransibunt pede. Quid autem per hæc? Ibi letabimur in spō. De flumine hoc, imō de fluminibus istis Esaias propheta in nocturnis lectionibus largius distulauit. Percutiet, inquit, Dominus fluuium Aegypti in septem riuus, ita ut trāscant per eum calceati. Volo de fluuiis & riuus eius paulisper cōfabulari uobiscum, quomodo & qualiter percutiat, quid sit per eum transire calceato. Aegyptio figuratim exprimi mundū istum, diuinorum eloquiorū scrutatores affirmant, qui postus est in maligno, qui tenebris & cōsulationibus est repletus. Flumen fluxus humani generis est, qui de primis parētibus in foelici uena prorumpens in imperuosum erumpens torrentem, per totam mundi latitudinem instagnauit. Qui in septem torrentibus diriuatur, ualles & campestria, profunda uoragine superfedidit: ipsi quoq; montium cacuminibus eandē refusionem intentans, unde unus de altioribus clamat: Torrentes iniquitatis cōturbauerunt me, & intrauerunt aquæ usq; ad animā meam. Primus huius fluminis riuus est cogitatio mala. Riuus exundans, & qui nullis obicibus repellatur, habet frequentiam fluuiorū fenestras corporeorum sensuum, qui ei de mundanis cataractis mortiferos imbres infusus administrāt. Occursant aspectui mentis quod uidit & audiuit, quod odorauit & gustauit, quod palpauit & tetigit. Et plerumq; quod simplici oculo aspeximus, uersipellis cōstortor in offendiculū retorquet ac scandalum, fingit similitudines, imagines pingit, colores aptat, & in thalamo mentis uniuersa cōuoluit, si forte consensum eliciat, & affectum inficiat. Offert horribilia de diuinitate, terribilia de fide, mirabilia de fidei institutione, & in alueolo mētis ueneniferas ingerit potiones, quas in cōfessione euomere peccator, oneratus exhorret. Venit in oratoriū, dormitoriū occupat, in fides refectorio, circuit claustrum, reuulsi officinas, nullam prætermittit artem nocēdi, sed ubilibet suæ calliditatis assignat argutias. Et in choro quidem inter orandum et psallendum mentem pertrahit in diuersa, præteritorum rememora-

tionem puritatis intellectus inuollens. In choro uero multiformes libidinis sensus euoluit, insidias sollicitudini uestrae, & telis fortioribus oppugnatis uos, utinam non expugnet: purgat, non uulneret. In refectorio autem gulam allucit ad uiuendum que perferuntur, & ingenti auiditate onerat distentum uentre, ut maiore opera ad egerendum egeas, quam ad ingerendum. In claustris libros reuellit a manibus, memoria referat scripturarum, & nunc de isto ad illum, nunc de illo ad istum cum signis & scurrilitate transuertit. Per officinarum multitudinem te facit excurrere, & uagabundo se comitem facit, donec taciturnitatis ostium aut aperiat aut cōstringat. Quid plura? In choro deuotionem, in thoro castitatem, in refectorio parcitatem, in claustris lectionem, in officinis silentij uirtutem, uirtutis inimicus extirpat. Nec sufficit in uigilando subtilibus spiculis cordis terebrare uitia, sed dormiendo singulari se uersat et reuertat astutia, que omnia melius uestrae conscientiae quam styli scientiae derelinquo. Sed ad altare Domini uirtutum sequuntur nos spiritus ipsi, & ipsos ante mentis oculos inuolantes, ut uix aliqua uel nascens Dei, uel pendens in cruce possint memoria deturbari. Magnus ille patriarcha uix uolucres huiusmodi a suis sacrificijs abigebat, nos qui sumus qui fugare praesumimus? Quis in hoc riuo uelmersum uel submersum se esse negauerit? Videtis, quam turbidus torrens & limosa regurgitatus coenositate, qui uix aut nunquam ad hoc ducitur, ut penitus exsiccet. Non puto quod ille qui claudit coelum oratione, clauderet animum a cogitatione, ut facilius sit coelum obserare, quam animum.

Jacob. 3. Secundus riuus est locutio peruersa. Linguam nullus hominum domare potest, ait Jacobus, membrum inquietum, membrum mortiferum: facilius ad loquendum, ad obloquendum procliuor. Et notandum, quod alter nascitur ex altero, cum mala cogitationi peruersae locutionis ianua sit aperta.

Psal. 5. Et est etiam aliud uerbum falsum, unde dicitur: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Aliud uanum, de quo scriptum est: Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum. Aliud impudicum, de quo idem: Turpis sermo de ore uestro non procedat. Aliud excusatorium, unde Psalmista: Non declines cor meum in uerba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis. Aliud dolosum, de quo Propheta: Disperdat Dominus uersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Aliud ociosum, de quo ipse Dominus: De omni uerbo ocioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Et si qua alia genera sunt pestis huius, quae nos breui saltu transilire non possumus. Tertius est actio praua. Post cogitationem & locutionem uenitur ad opera, quando exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato, & contumelios afficimus corpora nostra. Quid enim turpius, quam membra Christi sanguine consecrata, & consecrata in baptismate,

libidinis ardoribus maculare, nec attendere reuerentiam praesentis Dei, minantis poenam, gloriae promittentis? Absit, ut aliquis nostrum huic idolo substernat, ut filium uirginis in Veneris templo suscipiat, ut arcam Dei iuxta Dagon collocet, ut nutritus in croceis stercore amplexetur. Quid Petro cum Mago, quid Christo cum antichristo, quid uirgini & libidini, quid puritati & corruptioni? Absit ut quisque uestrum ambulet in passionem desiderij, sicut & gētes quae ignorat Deum, qui corpus Christi aut consecratis, aut Christi corpori ministratis. Electi seruite imperatori, ut cum imperatore sedeatis, cum sederit in sede maiestatis suae. Qua frōte, quibus oculis uideret uos, uisueret uobiscum, cui tantis inter uos obscenitatibus deseruiret? Qua mente, qua conscientia accederet ad sancta sanctorum, immolaret sanctum sanctorum, cuius fama contemptibilis, uita notabilis, sermo reprehensibilis haberetur? Sed & si forte (humanum loquor propter infirmitatem carnis uestrae) aliquis uestrum tale aliquid in cubiculo conscientiae coplicauit: depliceat illud per confessionem & poenitentiam, & ego ei de misericordia nascentis pueri ueniam repromitto. Et si confessus fuerit & poenituerit, nascitur in eo lux mundi, ut dimotis fallacibus tenebris splendor uerae lucis accipiat. Quomodo enim miseris misericordiam hac nocte negabit in qua misericorditer misericors nascitur & miserator Dominus? Adest Deus & homo, mater & uirgo, caro & uerbum, lux & illuminans, bonus & bonitas, misericordia & ueritas, foecunda uirginitas, uirginis foecunditas, aeterna nouitas, noua aeternitas, diuina humanitas, humana diuinitas, humilis sublimitas, & his omnibus misericordia fabricatur. Cohibete ergo extollentiam ab oculis, loquacitatem a lingua, crudelitatem a manibus, uoluptatem a libis, pedes ab itinere non recto, & uenite & arguite eum, si non hac nocte dirumpit coelos, si non descenderit ad uos, & proijciet in profundum maris omnia peccata uestra. Quis tamen est qui huius tertij riuuli non sit mersus & reuersus in istantiam? Quartus riuus est defensio peccatorum. In ueritate dico uobis, quia nihil sic exasperat iram diuinitatis, quomodo iniquitatis defensio. Aequo enim certamine nos certamus cum Domino, cum defendimus quod odit: cum nobis placet, quod displicet illi. Magna quippe differentia inter superbum & humile peccatorem: cum illum despicit, hunc respicit: quia humilia respicit, & alta a se cogit. Quando sanari poterit qui medicum spernit, medicinam conculcat, & infirmam substantiam contrariorum receptione succedit? Tu dicis malum, bonum: amarum, dulce: tenebras, lucem: & in creatoris refundis iniurias: ut quod laudauerit, tu uituperes: quod uituperauerit, tu laudes. Non est hoc palpatua dissimulatione tacendum, quod uiderim quosdam uestrum tantis impatientiae stimulis agitari, ut ad primas

Jacob. 3.
Psal. 5.
Ibid. 11.
Ephes. 4.
Psal. 140.
Ibid. 11.
Matt. 12.

primas correptoris uoces non solum excusationem & defensionem exhibeatis, sed & nisi discipulinalis uigor obuiauerit, ad tumultus & iurgia profiliatis. Haec est impietas maxima in Deum & delictum maximum: quod uir simplex & rectus, & puer Domini summa circumspectione deuitat. Elegantissima super his comparationem inducit Propheta, quam de sacratio sancti spiritus asportauit. Ibi, inquit, habuit foueam hericium. Hericium ita confertissima spinositate densatus est, ut undique punctationibus & aculeis uestiatur. Cum uero se solitudinem adeptum putat, caput aperit, exerit pedes, & uiuicatorios motus plana deambulatione demonstrat. Si quis superuenierit, statim celerissima uelocitate caput cum pedibus in interius absconditorium reponit: ut si tenere uolueris, prius uideas sanguinem tuum quam corpus suum. Sic & peccatoris caput cum pedibus, interio cum actione, a pastorem sollicitudine prospectatur: & quod uere omnium peccantium uirtutum est, cum ab omnibus uideatur, a nemine aestimat se uideri. Si uirtutum refecare studeas, & intentionis ingressus cum actionis egressibus correctius deprehendere, statim Ciceronis eloquentia renouatur, excusatur & defendit quod opponis, accusaris & offenderis qui proponis. Interrogat de loco & de tempore quando factum fuerit, & nouus dialecticus exerta lingua prorumpit in medium. Parentes aduocat, patrocinatores querit, grauari se indicat, indicat se recessurum, malle mori, quam pati talia, & quae uideri negas, & quae non uidit in te conuicia retorquens: sic spinositas, & culpa perdis, odium incurris, nec corrigis: & quem totum tenere putabas, totum amittis. Vides quam multiplici cumulositate riuus iste detestanda latititia, & in sempiterni doloris tristitiam demutanda, in peccatis sicut in uirtutibus, exultare. Nonne latrocinantibus & facinorosis quicquid uotorum plenitudinem assequuntur, non se capiunt praegaudio, ita etiam ut audeant ipsi diuinitati gratias immutare? Qui cum malefecerint, letantur, & exultant in rebus pessimis. Cadent super eos carbones, & in ignem deiciuntur. Sed riuus iste, quam undosa refluxione miseros animantes effundit, melius conscientia, quam eloquentia comprehendit. Sextus est alios docere ad malum. Haec doctrina de cathedra pestilentiae deriuatur, quam detestatur & reprobat qui docet hominem scientiam. O quam in uanum accipit animam suam, qui aliorum animas uenatur ad mortem, qui trahit peccata, sicut uestem longam, qui miscet sanguinem in sanguine: cui non sufficit, ut intreat in seculum seculi, nisi & alios ad interitum pertrahat sempiternum. Scitis enim quia multa uicia tenerimus etatibus imprimuntur: quae postea in magno corpore uix mitigare, necdum extirpare quisque possit. Infelices magistrum, qui huiusmodi plantaria

Psal. 14.
Psal. 119.
Psal. 119.

plantauerunt, explantabuntur ab illa coelesti plantatione, quam plantauit pater ille coelestis. Quis gloriabitur se huius riuus torrens non fuisse ualatum? Septimus est, in omnibus his malis perseuerare. Hic peccator demersus est et absorptus, & claudit super eum puteus os suum. Cum enim non leuat oculos ad caelum, nec recordatur iudiciorum iustorum, mortuus est, & sepultus in sepulchro conscientiae suae. Tunc a mortuo tanquam qui non est, perit conscientio: tunc peccator cum uenerit in profundum malorum, continet. Hic est in extremo fluminum Aegypti, & multitudo miserationum Domini tollitur ab oculis eius. O flumen malum, riuus pessimus, riuus exterminans. Hac nocte Dominus eos calceatus transiit, cum in uirginali substantia puram carnem & omnium praetaxatarum pestium immunem accepit, illo calceamento calceatus quod in Idumaeam extendit, cuius corrigiam soluere non potuit magnus ille Baptista. Misit de summo filium suum, & accepit me in utero uirginis, & sic tandem assumpsit me, & de profundis aquarum. Percutiemus & eos, si cogitamus pro peccato nostro, si prohibeamus linguam a dolo, si declinemus a malo, & faciamus bonum, si confiteamur aduersum nos iniustitiam nostram Domino, si dolor noster sit semper in conspectu nostro, si doceamus iniquos uias Domini, & semper laus eius sit in ore nostro. Et ut de arte futura nostris moribus aliquid cofuamus, habeamus calceamenta densa, et subtiliter cofuta, que possint aquas obuiantes excludere. Faciamus carnem nostram firmam & confixam timore Domini, quae libidinis humorem excludat, & excocta tribulationibus, atque ita densata, fiat uter nouus ad coferuandum uinum, nouum de quo dicitur: Quia factus sum sicut uter in pruina. Sed iam corda & corpora uestra ad suscipiendum filium uirginis preparata dimittamus in pace, & omnes in commune lumen ad reuelationem gentium innocentibus brachijs amplectamur, qui est benedictus in secula, Amen.

De sancto Stephano, ex lectione Actuum apostolorum.

AD huc filium uirginis habemus in manibus, & obsecutoria delinitione uagientis Dei honoramus infantiam. Ducit nos uirgo ad ueneranda cunabula, & speciosa praefiliabus hominum, ad speciosum forma praefiliis hominum: benedicta inter mulieres, ad benedictum inter homines nos cofducit. Submurmurat nobis in aurem, si forte domus exasperans audiat & quiescat, reuelata esse uelamina prophetarum, & completum consilium Dei. Videte miraculum matris Domini, quia creatura erat creator creaturae, scintillat sidus, Magus adorat, exultat potius, telus resultat, gloriantur angeli, pastores aggaudent, uirgo parit, nascitur Deus, & coelorum luminaria clariori lumine lumen exortum in tenebris prosequuntur. In istis bonis uersamur, beatus uir qui impleuerit desiderium suum ex ipsis. Scio quia

Ecc. 17.
Psal. 119.
Psal. 119.
Psal. 119.

dulce nobis est, in principio erat uerbum: dulcius uerbum caro factum est, dulcissimum uerbum in cruce suspensum. A tanto puerperio quis infans oculos nostros amouere necdum auellere praesumat, nisi ipse iubeat qui dicit: Averte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt: Ecce dum osculatur nos osculo oris sui, dum tantis miraculis & stupidos nos facit & attentos: Stephanus plenus gratia & fortitudine facit prodigia & signa magna in populo. Nunquid aequum est derelinquere regem, & ad milites oculos detorquere? Nequaquam, nisi imperauerit imperator. Surgit ipse rex filius regis, sed lapidantium aciem interrumpens, triumphatoris certamini non sine dolore cordis assistit. Videt opprimi primum & primicerium purpurata cohortis grandinaria lapidum densitate, fontes sanguinis de corpore protomartyris ebullire. Videt quia uniuersa debacchatio redundat in ipsum, & ipsi soli impropria exprobrantium cumulant. Vbi pietas & misericordia tua Domine, si non compateris patienti ubi equitas & iustitia, si non iudicas & uindicas de populo lapidante? Curramus ad spectaculum, ad quod currit qui exultat ut gigas ad currendum uiam, & uideamus quibus armis armatus uexillifer martyrum in campum pugnaturus descendit. Et ut diligentius eluceat singularis martyrii prerogativa, reuocemus ad memoriam apostolorum actuum descriptionem, in quibus historicis & figuralibus dictis conuersio & passio beligeri militis continetur. Stephanus, inquit, plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Non paruularet hic mysterium, nec uilipendenda simplicioris scripturae manifesta positio. Ad uirginem quippe loquens angelus, uerba de caelestibus scrinijs sumpta, nec alterius, nisi ipsius Dei spiritu fabricata, noua salutatione portat. Nulli dubium quin omnium uerborum excellat altitudinem, utpote de melioribus disciplinis sancti spiritus euoluta, quorum annunciatione confederandum erat illud unicum sacramentum uerbi & hominis, diuinitatis & carnis. Aue, inquit, fortitudo Domini, plena gratia. Quid autem de Stephano? Stephanus plenus gratia & fortitudine. Nonne Lucas eisdem penes literis de utrisque loquitur? Sed licet longè excellentior modus in uirgine praedicetur, secundario tamen laudatur in martyre. Habet igitur gratiam Stephanus sublimiori genere, quam reliqua martyrum multitudo, plenus gratia refertur scilicet & cumulat, quod raro in scripturis canonicis subtilis inquisitor inueniet. Iungitur gratiae fortitudo, infuso spiritu libertatis. Ignitus animus, in uocem ueritatis erumpit, nec patitur ullo pacto rigorem iustitiae submitti aliquando uel dimitti. Sic loricator gratia, & hasta fortitudinis sapienter infrensus, faciebat prodigia & signa ma-

agna in populo. Ille potest prodigia & signa facere, in quo gratia & fortitudo sedem firmissimam statuerunt. Sic Stephanus ad homicidas, ad legis adulteros, ad crucifixores filij Dei patris loquit, genti peccatrici in Aegypto, populo graui iniquitate in deserto, semini nequam in terra promissionis, filijs sceleratis in morte saluatoris. Dura, inquit, ceruice, & incircumcisi corde & auribus, uos semper spiritu sancto resistitis. Surrexerunt quidam de synagoga, synagoga utique satanae: & utique conglobabantur, uel ad conuincendum, uel ad occidendum. Faciunt impietatis parietem unum, squama squama coniungitur. Sibilant sibi serpentes adinuicem, conueniunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Velit nolit, cedit impietas pietati, ueritati error, stultitia sapientiae, spiritui sancto praesumptio & uanitas spiritus humani. Non poterant resistere sapientiae & spiritui qui loquebatur. Non dixit, Non uolebat (quod rationabilium & perfectorum est) sed, Non poterant: ubi menti male facultas tollitur, non uoluntas mutatur. Redarguebatur, ait, ab eo cum omni fiducia. Fiducialiter agit, nec nutat nec mutat mens imperterrita, quae magis iustitiam quam uitam, fidem quam sanguinem, mortem quam iustitiae taciturnitatem elegit. Concurrentes capiunt eum, adducunt in concilium, & gaudent eum intra sua retiacula reclusisse: sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Tunc uox liberior & ex eorum codicibus sermo ex acuitur ueritatis, totumque martyrem rapit sibi spiritus Dei, & ex eius ore sonantiori organo modulatur. Apparet ei una facies scripturarum, & ueteris instrumenti dispendia in compendiosam redigit breuitatem. Replikat promissiones & beneficia Dei, murmuraciones & maleficia populi: bona praestita, reddita mala: ad extremum diuini sanguinis exprobrat effusionem, refractarios spiritus, duos ceruice, incircumcisos corde & auribus, & sublimi uoce homicidas & proditores appellat. Non ueretur conuenticula congregata de sanguinibus, & inter manus quarentium animam eius, de liberiori iustitia cacumen ueritatis ascendit. Dissecat cordibus, & stridentibus in eum, concipiunt dolor, & propè est ut parturiat iniquitatem. Mirum quod non reuocantur infueti nouitate miraculi, quod luminoso protomartyris facies non refrenat insanos. Videbant, inquit, faciem eius tanquam uultum angelicantis inter illos, Quid est o insensati? Lumine uultus Dei insignitur gloriosus Leuita, & uibranti splendore, Stephanus serenatur, & reuerberantur oculi uestri, & tamen inuidiae magnitudo uisionis maiestatem occudit. Respondeant in diuinorum uoluminum euolutione ubi reuoluerunt hominem in terris positum uultu angelicum induisse: & cum in utrisque legibus uel raro uel nunquam inuenerint, obstupeant gloriam triumphan-

triumphantis. Sequitur: Cum autem esset plenus spiritu sancto, intendens in caelum uidit gloriam Dei, &c. Mirum dictum, & totius supergressio creaturae, intendit in caelum. Videt iam non caelos, sed apertos caelos, uidet gloriam Dei, Iesum statem a dextris uirtutis Dei. Mouet haec intentio, quae de cordis puritate refusa uiam facit caelis, & ad ipsius diuinitatis consistorium penetrat & attingit. Caeli aperit, gloria Dei uidetur: Iesus a dextris stans, non solum a dextris Dei, sed a dextris uirtutis Dei. Hanc intentionem fecerat abiectione mundi, contemptus sui, cordis munditia, dilectio Dei, proximi amor, ueritatis defensio, desiderium Christi. Rerorquenda essent haec omnia ad communes flosculos moralitatis, nisi esset excellentia martyris commendanda, felice oculi, subtilis uisus, uisio gloriosa. Simulque signanter recollige positionem uerborum. Plenus est spiritu, & sic intendit in caelum, quia in spiritu afflat: conculcatis terrestribus, caelestibus inhiet & aeternis. Post haec aperit caeli, nullaque praevalet firmatio uel clausura, quam non transiit let aut irripit mens illi summam menti affectanter inherens. Aperiunt ergo caeli, & puto quod omnes caeli: eorumque apertione sequitur uisio gloriae Dei, & uidetur Dominus Deus stans a dextris uirtutis Dei, ne patre minor esse putet. Stat cum stante, cum bellante bellat, quia lapidatur in lapidato. Non mediocris stupor inuoluit me, utrum primitius flos martyrum oculis corporeis an incorporeis ista perspexerit. Grande quidem miraculum, si mentali intuitu stellantibus se immergit arcanis, si mundicordes oculi tam solennem inspexerint uisionem. Quod si corporalibus, certum est hunc omne hominum genus disparitate gratiae preuolasse, & pennis fidei & uirtutum, incorporea corporeis: et si non comprehendisse, apprehendisse tamen. Nihil audeo temere diffinire, uel ex abrupto praecipitare sententiam, cum finitiam super huiusmodi regulam me legisse non meminerim: securius tamen sequor Apostolum, imò spiritum Dei in Apostolo, qui cum summa uerborum libertate magis securae ambiguitati, quam periculose diffinitioni ista committit. Siue in corpore, inquit, siue extra corpus, nescio, Deus scit. Exclamant statim clamore horribili, continent aures suas, & eas obstruunt ueritati, impetum faciunt unanimiter in eum, facti amici in morte illius: & efficientes eum extra ciuitatem lapidabant. Eijcitur martyr extra ciuitatem sanguinum, in qua prius iustitia habitauit, nunc autem homicida: de qua dicit sanctus, Quoniam uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Haec est ciuitas, quam die ac nocte circumdat iniquitas, & caetera quae sequuntur. Ciuitas castellum despectiue uocatur, quod contra apostolos & apostolorum Dominum durissimis infidelitatis uectibus munitum est. Extra portam ciuitatis huius passus est Dominus, extra

eam lapidatur seruus exiens ad eum extra castra, & portans similitudinem improprietatis eius. Deponuntur uestimenta martyris ad pedes persecutoris, qui affectu sacrarum uestium, & orationibus lapidandi fuerat conuertendus. Et lapidabant, inquit, Stephanum inuocantem & dicentem: Domine Iesu accipe spiritum meum. Currunt illi ad lapides, & ille ad preces. Lapidibus lapide percutiunt, sed lapide molliore, de quo fluit oleum charitatis, et tinnitus redditur pietatis. Domine Iesu, inquit, ne statuas illis hoc peccatum. Rogat suscipere spiritum suum, spiritum utique, & sanctum: illum quem signanter quasi quoddam signaculum Apostolus in homine praecipit conseruari. Vt in-teger, inquit, anima & spiritus & corpus in die Domini sine querela seruetur. O quanta pietas, quantus affectus, & ardentissima charitatis integritas. Recte martyrii florè iste sibi praueudicat, in quo similitudo Domini pendens in cruce, mirabilibus formulis est impressa. In ligno enim spinis coronatus, lancea confossus, cruci affixus, dissimulat illum unicuique dolorem, & obliuiscitur mortis uicinam: nouum introducturus exemplum, aperit latitudinem charitatis, & apertiori campo terminos tradita legis amplificat, iam non solum amicus amicis, sed uelint nolint amicus pariter inimicis. Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Non potuit esse inefficax oratio morientis: unde & inimicorum numerolitas ad numerum amicorum transiuit. Vide quae recto cursu Stephanus est non aequat, sequitur tamen redemptorem, Volat saxorum imber, & fortissimis inuidorum manibus, loca uulnerum duplicantur: sed patienter patitur coronatus non ster de corona nominis ad coronam regiminis transferendus. Nescit affectum carnis, & mortis horam ignorat, & uide quod deliberat faciedum. Positis, ait, genibus exclamauit uoce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Clamat uoce magna, quia magna utique charitate. Positis genibus, quia uera & humili simplicitate pro se orans stat & erigitur: pro lapidantibus flectit genua. Quis audiuit unquam talem? Et quis uidit huic similem? Plus dolet persequendum peccatum, quam sua uulnera: illorum iniquitatem, quam suam mortem. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino. Felix somnus cum requie, requies cum uoluptate, uoluptas cum satietate, satietas cum securitate, securitas cum aternitate. Obdormiuit, inquit, in Domino, absorptus in claritatis abyssum, & inter Dei sui brachia requiescens. Sedebat a dextris Dei Dominus Iesus, sed primo martyrii martyrum caput. Recollitis quid illa ecclesiae lingua (Augustinum loquor) de hoc martyre senserit, quem post mortem septem mortuos asserit suscitasse. Eia uos qui Leuitali ordine praefultis, cantate huic canticum nouum, & tantae festiuitati festiuis uocibus inclamate. Fortassis

cōinentibus etiam suggeret de uobis Domino suo iudici uestro, ne statuas illis aliquid ad peccatū, qui est Deus benedictus in secula. Amen.

Sermo in die Purificationis, domini Guericci abbatis Igniacensis, de purificandis et adornandis cordium affectibus.

Adorna thalamū tuum Sion, & suscipe regem Christū, quem uirgo concepit, uirgo peperit, uirgo post partū, quem genuit adorauit. Ad nos fratres, ad nos loquitur spiritus sanctus, qui sumus Sion, qui sumus speculātes, qui die ac nocte leuamus oculos nostros ad Dominum Deū nostrū, donec misereat nostri. Adornemus igitur thalamū nostrum, & suscipiamus regem Christū. Ecce fratres, Christus in propria ueniens & a suis repullus, non habet ubi caput reclinet. Præ foribus nostris inter materna brachia uagiens, per spiritū sanctū querit hospitium, dicens: Adorna thalamum tuum Sion. Emūdemus igitur thalamū nostrū prius expellēdo que oculos Christi intrādo offendere possunt, & sic demū adornemus ea inferendo in quibus delectatur & gaudet. Quæ sunt (ait forsā aliquis uerstrum) quæ oculos Christi offendere possunt? Cui dicimus: Nihil ita oculos eius offendit sicut superbia, quæ angelū de cœlo, & hominē expulit de paradiso, quæ est inīitium omnis peccati. Quam hortat nos spiritus sanctus uitare dicens: Quid superbis terra et cinis? Et alibi: Omnis caro scēnū. Exiccatus est scēnū, & flos eius decidit. Videamus nunc quid superbia fecit. Angelū de cœlo, & hominē expulit de paradiso. Merito hæc oculos Christi offendit, quæ pulcherrimum opus eius in cœlo & in paradiso scēdauit, que fecit de angelo diaboli, et de homine nuper creatum iusto, perfidum. Quæ sicut & peccatorū primum & maximum, sic est omnium regina & mater uitiorum. Videndum est igitur, & sollicitè considerandum, ut eam mens nostra cum tota prole sua excludat, ut thalamus noster emendatus & ornatus Christum regem qui foris pulsatur, suscipiat. Cum tota, inquam, prole sua, septem scilicet principalibus uitijs. Quæ sunt hæc: inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, uentris ingluuies, luxuria. Hæc sunt filia superbia, quæ matrem suam sequuntur, quæ hospitium quodcunq; intrauerint, scetidum reddunt. Sed quæ nobis cum istis cōmunio? Quis consensus tēplo Dei cū idolis? Nulla nobis (Deo agimus gratias) cum eis societas, quas ex ueteres ueterem hominē cum actibus suis, gladio ueræ cōfessionis & poenitentia enecauimus. Nihil igitur in nobis ultra possit superbia, quæ de archangelo diaboli, & de primo homine fecit impiū, & creatori suo rebellem. Nihil habeat in nobis uana gloria, qui a die cōuersionis nostre in cruce Domini nostri Iesu Christi cepimus gloriarī, cum Gal. 5. Apostolo dicentes: Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem

mihi mundus crucifixus est, & ego mūdo, Gloria itaq; nostra sit crux Christi quam portamus, & testimoniū cōscientiæ per crucē Christi purgata. De qua Apostolus ait: Gloria nostra hæc est, testimoniū cōscientiæ nostræ. In qua cōscientia gloriari de donis Dei, est Deo gratias agere. Ad quod nos hortat Apostolus dicens: Qui gloriatur, in Domino gloriē, id est in Domino de puritate conscientia suæ gloriētur. Non enim qui seipsum cōmendat, & c. Ceterum qui in se gloriatur, & qui sibi placet, stulto homini placet. Qui in alio homine gloriatur, aut laudē in mente ab ore alterius expectat, mercedē operū recipit, ac oleo peccatoris ungit caput suū, auditq; Prophetam sibi dicentē: Maledictus homo, qui ponit spem suam in homine. Et in die iudicij cum dixerint, Domine Domine aperi nobis, aiet: Amen dico uobis, nescio uos. Hæc uana gloria filia est superbia, quæ in quocunq; fuerit, inobediētē facit. Rursum post cōuersionē nihil ultra in nobis habeat inuidia, per quā mors intrauit in orbem terrarū. Diabolus enim inuidet hominē ascēsum unde corruerat, et propter hoc tētauit, et in anima occidit. Hęc est illa que non magnos, sed paruos semper torquet, dicēte sancto Iob: Paruulum occidit inuidia. In eo enim quod aliquis alicui inuidet, minorē se ostēdit ei, cui inuidet. Sic diabolus inuidit primo homini, sic Esau Iacob, & Cain Abel. Hęc inuidia paruulū occidit, quia nisi inferior esset, de bono alterius non doleret. Hęc peste nullus moritur, nisi qui terrena hæc appetit, quæ tota non ueniūt pluribus. Vnde si qua desiderat, illi inuidet qui penitus ea accepit, uel illi partē habendo quantitatem ei restringit. Hunc paruulū occidit inuidia, quia dum non potest adipisci quod alij, inuidet, & in odiū (inuidia filiam) cadit. Rursum fratres, post cōuersionē nostrā ira non habeat in nobis locum, quia, ut ait Dominus in euangelio, gregatim ducit ad gehennā puteum, dicens: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit, racha, hoc est uocē indignationis per iram emisit, reus erit consilio, in quo tractatur qua pœna sit mulctandus. Qui dixerit, fatue, hoc est, tale quid fecerit aut uerbo aut uerbere, ut inter fratres despiciatur, reus erit gehennæ ignis, nisi resipuerit. Hęc est ira quæ stultorum oculos extinguit, sapientium oculos nonnunq; turbat, dicēte Psalmista: Turbatus est præ ira oculus meus. Et de ira stulti Iob ait: Virū stultum interficit iracūdia. Ecce duas iras uidemus, quarū altera nonnunq; turbat oculū, altera semper extinguit. Altera uenit ex impatientia, altera ex zelo rectitudinis. Altera uenit ex uitio, altera ex uirtute. De altera quæ uenit ex uirtute, Psalmista ait: Irascimini, et nolite peccare. Quæ si dicat: Crudeles estote in uitium, mites in fratrem, cōsiderātes uosmetipsos, ne & uos tētemi ni. De altera, quæ uenit ex uitio, ait Apostolus: Sol non

Sol non occidat super iracundiam uestram: id est, Christus, qui est sol iustitiæ, mentē uestram irascētē non deserat, qui cum ira nunq; habitat. Ira, quæ uenit ex zelo rectitudinis, debemus irasci prius nostris erratibus, & post erratibus proximorū, quæ melior est risu, quia per tristitiam uultus corrigi proximus. Quæ debet ramen subesse rationi, ne sit immoderata, sed in ultione peccati tēpus & modū consideret. Hęc sapientes interdū turbat. Ira per uitij stultos occidit, dum in rixas & in contumeliā linguā relaxat. Rursum fratres post cōuersionē nostram muniendus est thalamus cordis nostri, ne tristitia rediens introeat: illā dico quæ mortē operat, quæ de amissione rerū temporalium uenit. Hęc est illa quæ prauas cogitationes generat, murmuriosum monachū reddit, quæ fastidiū parit, & tenentē aratrum Dei, cum uxore Lothi retrō respicere cōpellit. Sine dolore namq; nō potest amittere, quod cū inordinato amore possedit. Hanc itaq; tristitiā quæ mortē operatur, excludamus: & intromittamus eam quæ uenit de memoria peccatorū, & de peregrinatione nostra, dicamusq; cum Psalmista: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cū habitantibus Cedar, multū incola fuit anima mea. Hęc est tristitia quæ uitā operat, de qua ait Apostolus: Quali tristis, semper autē gaudētes. Hęc est illa de qua Dominus ad discipulos dicit: Tristitia uestra uertetur in gaudiū. Altera parit mortem, parit animi rancorē. Rursum fratres, post cōuersionē muniamus thalamū nostrū, ne auaritia, quæ est radix omnium malorū, rediēs introeat, nosq; ab unius Dei cultura abstrahat, idolorum cultores faciat. De qua inter cætera sic ait Apostolus ad discipulos suos: Mortificate mēbra uestra quæ sunt super terrā, fornicationem, immunditiā, libidinē, cōcupiscentiā malam, & auaritiā, quæ est idolorū seruitus. Ecce auaritiā idololatriæ comparat, & merito: quia sicut unius Deo idololatria nititur auferre gloriā, ne solus habeat nomen deitatis: ita auarus in Dei res se extēdit, ut solus usurpet que Deus omnipotens in usum plurimorū fecit. Vtraq; Deo inimica, quia negat Deo, quæ sunt eius. Est & auaritia, non solū amor cōgregandæ pecunie, aut cōseruandæ: sed ambitio praelationis, cum nititur homo hominē præesse. Hęc, ut uerū dicam, etiam pauperes (qui semel pro Christo reliquerūt sua) intantū uexat ut cōtra ius & fas, & propositum suū, non tantū uelint, sed etiā studeant fratribus & conseruis præesse. Quod si Abbas aut Prior eorū uoto non cōsenserit, irascitur, obloquunt, eosq; aut inuidos, aut sibi maleuolos (qui se nō prouehūt) clamāt: Hęc est auaritia, que memoriam mandatorū Dei turbat, dicente Psalmista Domino: Inclina cor meū in testimonia tua, & non in auaritiā, quæ proditionis est mater, quæ ludā Dei discipulū primum ad mandatorū Dei

oblitiōnē, de oblitiōne ad proditionē, de proditione traxit ad laqueum. Rursum fratres post cōuersionē nostram muniamus thalamū cordis, ne gula rediēs introeat, quæ & Adam innocentia ueste, & Esau priuauit primogeniti dignitate. Hęc est illa pestis quæ patres nostros in deserto ingratos beneficijs fecit, quæ cōpulit eos murmurare contra Deū, & dicere: Vtinam mortui essemus in Aegypto, quādo sedebamus super ollas carnū, & comedebamus allia, cepe, & pepones. Hęc est illa funesta pestis quæ eos ad blasphemiam duxit, quasi non esset alia uita post istam, cum dicebant: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur, id est in futuro. Quæ si dicerent: Hoc solum habemus quod comedimus, nihil in futuro post hanc uitā nos habituros speramus. Hanc pestem cum homine perituram pronunciat Apostolus, dicens: Eica uentri, & uenter escis, Deus autem & hunc & hanc destruet. Hęc pestis triperita est: quia aut ante horam canonicā: aut aliud q̄ licet, aut plus q̄ necesse est facit comedere, carnis curā in cōcupiscentijs nititur facere. De qua nascitur inepta letitia: sicut de populo Israel dicitur: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerūt ludere. Rursum fratres post cōuersionem nostrā muniamus thalamū cordis nostri, ne luxuria rediēs introitū inueniat. quæ pestilentia rediens, est peior q̄ antē fuerat. Nunq; enim sola redit, sed sicut Dominus ait in euangelio, Assumit septem spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi: & fiūt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hęc est pestis illa que corpus Christi dimēbrat, quæ de mēbris Christi facit mēbra diaboli. Nā qui adhæret alicui personæ causa libidinis explēde, unum corpus fit cum illa persona, & fit mēbrum diaboli: cuius & illa membrum est per cōiunctionē malorum operū. Hęc est illa pestis quæ ignem infernalē in corpus humanū accendit, ut uegetū sit & robustū ad libidinē explēdam, quæ igni illi inextinguibili materiam semper apponit, et uires ministrat, ut de suo semper habeat, unde sine fine ardeat. De his duob; ignibus luxuriæ, & gehennæ habemus auctoritatem scripturæ. De igne luxuriæ ait: Omnes adulterātes quasi clibanus succensus a coquēte. De igne gehennæ ait: Pones eos ut clibanum ignis in tēpore uultus tui, hoc est iudicij, ut intus ardeant (sicut clibanus accēsus) in cōscientia. Dominus in ira sua cōturbabit eos, dicens: Discedite a me operarij iniquitatis, Et deuorabit eos ignis extremus infernalis, quem accenderūt per luxuriæ scēda opera. Sit ergo fratres, summa cura & studium his qui in talibus sunt, de talibus euadere & fugere. Nobis uerō qui per gratiam Dei euasimus, & ueterē exuimus hominem, qui sumus Sion, sit summū studium thalamū nostrū munire & adornare, & Christū regē suscipere, sicut hæc scriptura præcepit quā recitauit.

offendit oculos

Eccl. 10. Esai. 40.

ibidem.

superbia

luxuria

1. Cor. 1.

2. Cor. 10.

ibidem.

Hier. 17.

Matt. 23.

1. Tim. 3.

Sapientia.

Iob 5.

2. Cor. 6. 10. 1. 16.

Matt. 5.

Matt. 5.

Matt. 5.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

Matt. 5.

Matt. 5.

Matt. 5.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

recitauimus: Adorna thalamum tuum Sion. Quid est, adornare thalamum tuum? Virtutes congregare, quibus & pauimentum & parietes quali cortinis & floribus tota domus adorneat. Primus ornatus thalami nostri qui sumus Sion, sit timor, qui est initium sapientiae, id est primus gradus per quem ascenditur ad sapientiam, De quo timore ait scriptura: Beatus homo qui semper est pauidus, Et Psalmista ait: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore; ut timor auferat securitatem noxiam, & exultatio mortiferam tristitiam. Hic timor generat humilitatem, quae est preciosissimus ornatus thalami Sion, quae magis placuit Christo cum in thalamum uirginem ingrederetur, dicente beata Maria: Quia respexit humilitatem ancillae suae, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Hec, inquam, humilitas est ornatus Sion, id est, pauperum Christi, de quibus ipse dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Ecce quomodo timor Domini primus gradus ascensionis, & primus ornatus thalami Sion, alios etiam ornatus generat, humilitatem scilicet & uoluntariam paupertatem. Adorna ergo thalamum tuum Sion, timore Domini, Secundus ornatus thalami Sion, & secundus gradus ad sapientiam, est pietas: de qua dicit scriptura: Misereere anime tuae placens Deo. Et alibi: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum: Hec miseretur in se peccantibus, fraterna onera portat, magis eligit qualibet temporalia bona perdere, quam cum fratre lite contendere. Quae profecto pietas non aliud est, nisi Deum colere, & per cultum Dei Deo placere. Hae in nobis generat mansuetudinem, optimum ornatum thalami Sion, quae filios Dei nos facit, dicente Domino: Beati mites, quoniam filij Dei uocabuntur. Ecce quomodo pietas secundus ornatus thalami Sion, & secundus gradus ascensionis, alium ornatum de se generat mansuetudinem, quae filios Dei efficit. Adorna igitur thalamum tuum Sion, pietate. Tertius ornatus thalami Sion, et tertius gradus ascensionis, est scientia, quae homini sui cognitionem praebet, ut scilicet homo neque minus neque plus quam debet, de se praesumat. Quorum alterum, scilicet de se nimium praesumere, in mala facit praecipitem: alterum, scilicet se non cognoscere, facit ad qualibet bona opera torpentem. Ad hanc scientiam spiritus sanctus inuitat ecclesiam in Canticis: Si ignoras te, o pulchra inter mulieres, abi post uestigia gregum tuorum, scilicet haereticorum: & palce hedos tuos, hoc est, carnales concupiscentias. Hec scientia praebet nobis fiduciam uincendi omnes tentationes per ueram fidem, dicente Domino in euangelio, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti, per Dei scilicet gratiam, & liberum arbitrium. Videmus iam quomodo scientia ter-

Psal. 110.

Proh. 28.

Psal. 2.

Luc. 1.

Matt. 5.

Ecl. 30.

Esai. 66.

Matt. 5.

Cant. 1.

Marc. 9.

tius ornatus thalami Sion, & tertius gradus ascensionis, alium ornatum in nobis generat, religiosum uidelicet lectum, qui consolationem a Domino in futuro meretur. Hac scientia parat in nobis dolorem & lectum peregrinationis, ut uidendo mala exilij quae patimur, cum lectu desideremus patriam a qua peregrinamur, audiamusque a Domino nobis dicit: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quartus ornatus thalami Sion est fortitudo, quae conuenit laborantibus pro ueris bonis acquirendis. Hae est quae muniat thalamum Sion, ut non extollatur prosperis, non frangatur aduersis: quae linguam increpantem & blandientem his uerbis confundit dicens: Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Hae est illa quae semper de die in diem robustior, esurientem & sitim iustitiae in thalamo Sion accendit, facitque eam audire a Domino: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Adorna igitur thalamum tuum Sion fortitudine. Quintus ornatus thalami Sion, est consilium, quo homo infirmitates suas requirit, suum posse & suum non posse inuestigat, & ex sua infirmitate alios considerat, alijs parcit & miseretur sicut & uult Deus sibi misereri: alijs dimittit debita, sicut sibi uult dimitti a Deo, mereturque audire a Domino: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Adorna igitur thalamum tuum Sion consilio. Sextus ornatus thalami Sion, est intellectus: qui mentem hominis super haec infirma rapit, omnesque corporeas substantias intellectuali intuitu transiens, non corporeis substantijs figitur, uolensque ultra progredi & propius accedere, audit a Domino: Ne appropinques huc, non enim uidebit me homo & uiuet. Hic intellectus conuenit ijs, qui a Deo purgatum oculum habent, de quibus dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Adorna igitur thalamum tuum Sion intellectu. Septimus ornatus thalami Sion, est sapientia, quae conuenit ijs qui intellectualibus oculis aeterna contemplant, quorum conuersatio in caelis est, qui cupiunt dissolui et esse cum Christo: in quorum persona dicebat Apostolus: Mihi uiuere Christus, & est mori lucrum. Quali diceret: Ut Christum magnificem, Christo uiuere uolo tantum, & Christus est praemium mortis meae. Et post pauca: Confessor autem est duobus, ait, desiderium habens dissolui et esse cum Christo: multo melius autem manere in carne propter uos. Ecce quid facit uera sapientia, quae omnes rebelles motus corporis ita subiugat, ut nulla ultra pugnam in carne sentiat. Pro infirmis fratribus (ut eis Christum nunciet) exilium libenter patitur, probra non audit, damna non sentit, auferenti tunicam dimittit & pallium, percussit ad unam maxillam praebet & alteram, auditque a Domino: Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur. Hi ornatus thalami Sion, istis nos adornemus, qui sumus Sion, & regem Christum

Matt. 5.

Psal. 119.

Matt. 5.

Ibidem.

Exod. 33.

Matt. 5.

Phil. 1.

Ibidem.

stum suscipiamus, quem uirgo concepit, uirgo peperit, uirgo post partum quadragesima, hoc est hodierna die in templo Dei praesentauit. In lege namque scriptum erat, ut mulier quae suscepto semine peperisset masculum, quadragesimo die purgata templum cum filio intraret, deferens hostias secum pro peccato agnum anniculum immaculatum, Si autem non haberet agnum, parturitu siue duos pullos columbae offerret. Hec omnia beata uirgo non ex necessitate, sed ex humilitate impleuit. Abstinent ab introitu templi quadragesima diebus, non necesse habes purgari, quae sine omni delectatione, saluo uirginitatis sigillo, de spiritu sancto concepit. Obrulit hostiam non pro peccato, sicut aliae mulieres, sed pro humilitate: ostendens etiam in hoc quod filius Dei Iesus Christus non soluere uenerat legem, sed adimplere. Et ecce Simeon grandaeuus qui acceperat responsum, non uisurum se mortem, nisi uideret Christum Domini, & eum susciperet quae expectabat: accepit eum in uulnas suas, hoc est inter brachia sua amplexatus est: illum qui appendit tribus digitis molem terrae, qui omnia implet, omnia complectitur, inter brachia portat, dicens: Nunc dimittis Domine seruum tuum, secundum uerbum tuum in pace. Cupio dissolui, & eius aduentum cum patriarchis & prophetis in inferno expectare, qui inter te & humanum genus facturus est pacem. Quia uiderunt oculi mei salutem tuam, filium tuum, quem desiderauit, de quo responsum a spiritu sancto accepi. Lumen ad reuelationem gentium, et gloriam plebis tuae Israel. De quo ait Esaias: Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. Quia cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. Audite fratres, audite quid offert Maria, quid Simeon suscipit, unigenitum Dei Deo patri consubstantiali & coaeternum, uerbum in principio. Et ut utilitatem et consolationem nostram audiamus, illum offert uirgo, quem Deus Abraham promissit, dicens: In semine tuo (hoc est in Christo) benedicentur omnes gentes. Et quem Dauid promissit dicens: De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Hic est (quem uirgo offert) patriarcharum gaudium, desiderium prophetarum, gentium expectatio, Iudeorum qui eum receperunt saluatio, ruinae angelorum reparatio. Talis est quem uirgo offert Deo, imò multo maior quam lingua aut hominum, aut angelorum possit dicere. Et cum sit tantus ac talis, qualis aut quantum ipse se nouit, non sufficit uirgini ipsum solu offerre: sed hostiam, quam lex praeeperat, pro eo obtulit, ob humilitatis scilicet exemplum, ut nos doceret quomodo et nos eum debeamus offerre. Duos turtures aut duos pullos columbae pro eo obtulit. Columba fratres, simplex est animal, felle caret, rostro non laedit, in caernis petrarum nidificat, alienos pullos nutrit, iuxta fluentia manet, ut uisa umbra accipi-

Luc. 2. xxi. 24.

Luc. 1.

Esai. 9.

Rom. 11.

Genes. 22.

Psal. 132.

tris fugiat, meliora grana eligit, gemitum pro caetu reddit, gregatim uolat, alis se defendit, uisum recuperat. Et nos fratres, cum ante altare steterimus, ut Dei filium Deo offeramus, cum eo & pro eo partururum, castitatem corporis & animam offeramus, et duos pullos columbarum pro cantu gementes, compunctionem geminam, pro desiderio patrie caelestis, & de consideratione nostrae miserie habentes. Columba felle caret, & nos ira careamus, quae peccare nos facit, Rostro non laedamus, sed percussi in unam maxillam, aliam prebeamus. In caernis petrarum nidificemus, in fide plagarum Christi refugium habeamus. Alienos pullos nutriamus, de filiis diaboli facientes uerbo praedicationis filios Dei. Iuxta flumina maneamus, id est iuxta hunc mortalitatis fluxum sedentes: umbram accipimus, hoc est peccata quae sunt umbra diaboli, malorum ruinas considerantes, ab eius unguis fugiamus. Meliora grana eligamus, id est meliores sententias in scripturis sanctis. Gregatim uolemus, unum consensum in bono, in congregatione sub pastore habentes. Alis noui & ueteris testamenti contra inimicos Dei nos defendamus, uel duobus preceptis charitatis, Dei uidelicet amore & proximi. Visum recuperemus, de bono actionis ad bonum semper intendentes contemplationis. Fratres charissimi, tales oportet nos esse, cum corpus Christi consecramus, cum consecratum manducantes sacrificamus, cum uobis idem corpus in salutem corporis & animae porrigitur. Tales etiam uos oportet esse, cum sacrum sacramentum de manibus nostris accipitis, scientes quod qui corpus Christi indignè accipit, et sanguinem eius indignè bibit, iudicium sibi manducat & bibit. Verum qui raro inuenitur talis qui in se haec omnia habeat, diligit illum qui bonum habet quod in se non habet, & in illo habet quod in se non uidet. Neque enim credere debemus quod soli sacerdoti supradictae uirtutes sint necessariae, quasi solus consecret & sacrificet corpus Christi. Non solus sacrificat, non solus consecrat, sed totus conuentus fidelium qui astat, cum illo consecrat, cum illo sacrificat. Nec solus ligni faber facit domum, sed alius uirgas, alius ligna, alius trabes & cetera comportat. Debent itaque stantes habere de suo, sicut & sacerdos, fidem firmam, orationem puram, deuotionem piam. Sciendumque quod sine firma fide nemo stantius esse debet. Ceteras uero uirtutes, quas supra diximus, etsi omnes non habent, diligant illum qui habet quod in se non inueniunt, & in illo habent quod in se non uidet. Sicut Petrus in Ioanne uirginitatis habet meritum, sic Ioannes in Petro martyrij habet praemium. Sciendum quoque, quod corpori Christi, quem Maria hodie praesentauit in templo, quem Simeon in uulnis suis suscepit, tria debemus: dignitatem, reuerentiam, & fructum. Dignitatem, ut eum

1. Cor. 11.

Dei

Dei filii, Deum de Deo, omnipotentē creatorem omnium iudicē uiuorum et mortuorum credamus. Dignitatē, ut credamus nos statim postquam de corpore exierimus, ab eo sicut à iudice percepturos sicut gessimus, siue bonum siue malū. Ille namq; quē Maria in templo praesentauit, quem Simeō suscepit, quē in manibus consecrātes ante Deū leuamus, benedicimus, manducamus, uobis porrigimus manducandū: ille familiaris iudex erit noster. Caueamus ergo ab eo separari per iudiciū post mortem, cui ita sumus familiares in uita. Dicamus ei itaq; in corde cum eum tractamus, dicamus cum eum consecramus: Domine ad te uenimus post mortē, ante tuum tribunal iudicādi astabimus. Qui nobis ita familiaris esse dignaris in uita, quod à nobis tractaris, cōsecraris, manducaris: noli nobis alienus esse in morte, sed parce nobis in die mala. Cōfundant demones qui nos tunc persequuntur, destrue fortitudinē illorum in uirtute tua: quia non est qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus & familiaris noster. Hæc est dignitas quā ei debemus. Debemus ei & reuerentiā, inuestigare scilicet nosmet ipsos: etsi inuenimus cor pollutum sceleris cogitationibus, aut mala uolūtate, ab eius contactu, ut ab igne & nos & alios arceamus. Ignis enim consumens est, ad quem indignus non debet accedere, ne interius cōsumat, & in reprobū sensum tradatur. Exeat ergo extra castra, sicut Moyses præcepit, qui nocturno pollutus est somno, hoc est, qui per negligētiā istius obscuræ uitæ (quæ tota ut somnus pertrahit) peruenit usq; ad pollutas cogitationes. Exeat extra castra, hoc est dum in illo statu est, iudicet se indignū societate fidelium cōmunicantium hoc sacro corpore, lauetq; uestimēta sua per sanctā cōfessionē, et post solis occasum, hoc est post tētationis calorē & ardorem iam mortuū, laetus redeat, & cum alijs fidelibus communicet. Hæc est reuerentiā quam debemus corpori Christi, quem uirgo Maria hodierna die in tēplo præsentauit, quem Simeon laetus inter brachia recepit. Debemus etiā fructum scientiæ, intelligere scilicet quem fructum accipimus, si eum dignē comedimus. Audite fratres non me, sed Apostolum dicentē: Calix benedictionis cui benedicimus, nōne communicatio sanguinis Christi est: Calix, id est communicatio calicis, facit nos habere quandā communionē cum Christo. Et panis quem frāgimus, nōne participatio corporis est Domini: Ac si dicat, panis quem frāgimus, facit nos unū corpus sub Christo capite: quoniam sicut unus panis ex multis granis conficitur, qui postea in corpus Christi & per fidē & per sancta uerba, quæ Christus suos docuit, conuertitur: sic diuersi participātes hoc corpore in unitate fidei, spei, & charitatis, unum corpus cum Christo sunt, ad Christum statim post mortem uenturi, & cum Christo sicut cum carne

Deut. 4.

Deut. 23.

1. Cor. 10.

A pite suo sine fine regnaturi, quē uirgo concepit, uirgo peperit, uirgo in templo hodierna die præsentauit. Qui cū patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus, per omnia secula seculorū, Amē.

Sententia de eodem.

Q Vi uult in pace dimitti, conetur esse Simeon, qui audiens tristitiam interpretatur: ut tē horrendum tē triste sit incidere in manus Domini, intēta mente perscrutetur. Sit ciuis Hierusalem, habens conuersationem in cœlis. Sit iustus, ne de iustitia sua temere præsumat. Expectet Christum qui est consolatio fidelium: non quærat ante uesperum denarium. Veniat in templum, imitetur exempla sanctorum puerorum. Accipiat in manibus uerbum Dei, id est, compleat operibus. Gestet puerum in ulnis, amplectatur eum in brachijs fidei, spei, & charitatis. Gaudebitq; de Christo, adepto Christi confortio. Cupiat indefinenter mori seculo, & uiuere Deo, tunc tandē dimittet in pace, ut nō uideat mortē, q mortem perdidit, & uitā inuenit.

De coena Domini. Sermo.

S Edisti ad mensam diuitis. In uerbis istis loquitur spiritus consilij uoce suaui: sed et terribili. Vox suaui est, sed obediētibus: uox terrore contemnētibus. Recipientibus debentur præmia: reiicientibus, intentant supplicia. Viuent qui recipiunt: damnabuntur qui reiiciunt. Sedisti inquit. Ecce principū huiusmodi uerborū quæ suauitatis præfert insigne. Verba præcedētia suauiter sonāt, affectum mulcent, et de sensuum ubertate mentē impingunt. Quæ autē sequuntur, idem scito quoniam talia oportet te præparare, dum intellectum quō plus exercent, plus terrent: de altitudine mysteriorū, miro modo nos humiliant: siue propter indignitatem nostram, siue propter incapacitatē. Diues itaq; & potentissimus ille Dominus est uirtutum, & ipse rex gloriæ: cui dicitur per Prophetā: Ut uiderē uirtutem tuam & gloriam tuam. Ipse est qui aufert spiritum principū, terribilis apud reges terræ. Mensa ad quam resident fideles epulaturi cum eo, incarnatio ipsius est. Parasti, inquit, in conspectu meo mensam, id est, incarnationis tuæ remediū, quod semper attendo & recogito aduersus eos qui tribulant me: ne more antiquo præualeant, qui misero & exuli insultare cōsueuerant. Porro in mensa & de mensa incarnationis dominicæ refectio acquiritur opulenta. Regia quidē ibi sumuntur fercula, & accuratori arte diligentius præparata, deliciosa multū ad saporem, solida ad nutrimentum, efficacia uerō ad medicinā. Primum itaq; ferculū est obedientia filialis tribus cōtexta funiculis, habens humilitatem in corde, patientiā in ore, perseverantiā in bono opere. Christus namq; factus est obediens patri. Vnde et ipse dicit: Non ueni facere uoluntatem meam, sed eius qui misit me. Et in alio

alio loco: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me patris. Quæris de humilitate? Dominus omnium seruuli forma indutus est: de paupercula uirgine natus est. Ideoq; cum liber esset à lege, factus est sub lege, sine querela conuersatus est in lege. Cum publicanis & peccatoribus cibū sumplit, discipulorū quos elegerat pedes lauit: hoc ab ortu suo usq; ad finē uitæ fatagens, ut sicut in matre specialis & sine exemplo fuit uirginitas, sic in filio singularis & unica esset humilitas. Quod si de patientia queris, sicut ovis ad occisionē ductus est, & propter iniquitates nostras uulneratus est, & cū iniquis deputatus est. Ut enim inuisibilis uideret à nobis, ut im mortalis moreret pro nobis, uerbū caro factum est, & habitauit in nobis. Habitauit hoc uerbū in nobis obumbratū carne, quam pro nobis assumpsit ex nobis, uerbum in carne, sol in nube, mel in cera, lumē in testa, cereus in lucerna. Sustinuit in assumpta carne incōmoda nostra sine peccato carnis, portas in carne peccata nostra: & hoc totum non propter se, sed propter nos, ut redderet nos in columnas de infirmis, cohæredes de extraneis, liberos de seruis. Si de perseverantia queris, obediens fuit usq; ad mortē. Obedientiā, talaris est tunica, quā Ioseph qd sonat accrescēs uel augmentū, id est quilibet pfectus dono clementioris gratiæ, quæ est mater credentium, singulariter induit. Secundū ferculum est paupertas spiritualis, quæ tria cōstituunt: depositio rerū & contēptus, utilitas & abiectio superfluis, abdicatio propriæ uolūtatis in omnibus. Voluntaria ergo paupertas, quæ sine possessione uel desiderio habet, quāto expeditior est, tātō securior est. Custos & magistra est uirtutū huiusmodi paupertas: sicut ecōtrario radix est uitiorum immoderata rerū affluentia. Expedit esse nudos, cum diabolo qui nudus est, luctaturos. Nudus athleta fortius dimicat: natator exuiit, ut fluuiū transeat: uiator reiectis sarcinulis bene cursitat. Nobilis itaq; titulus uolūtaria paupertatis, quā Christus docuit uerbo, beati inquit pauperes spiritu, &c. Cōsecrauit exēplo, nec enim habuit propriā domū in qua caput reclinaret, et in qua cum discipulis pascha māducaret: nec propriū habuit, unde tributum solueret. Commendauit eam etiam ore prophetico, dicēs: Ego uir uidēs paupertatē meam. Huius paupertatis exēplum primū post Christū apostoli tradiderūt, quando in primitiua ecclesia multitudinis credentium erat cor unū & anima una, & omnia cōmunia. Hæc religiosi apostolorū sequacibus indicta est: Paupertas ista quæ nec habet, nec habere desiderat, lateralē adiunctā sibi quærit paupertatē, uidelicet superbix latentis contritionem: ut qui membrū Dei est, pauper sit spiritu, id est humilia & abiecta de seipso sentiat & iudicet. Nō applaudat sibi, nō infletur de meritorū eminentia, nec alijs insultet: quod Christus tenuit & serua-

uit præ omnibus. unde & ad discipulos dicebat: Cum feceritis hæc omnia, dicite, quia serui inutiles sumus. Tertio religiosus sit pauper spiritu, nihil unq; ex propria faciens uolūtate, sed in omnibus, & per omnia iugo mancipatus obedientiæ. Hæc sunt tria quæ præmissimus ueræ religionis insignia, quæ hominem Deo & angelis reddunt conformē, cœlestis patriæ ciuē conscribunt & hæredē. Tertium ferculū est mors Christi reuerēda, præ omnib. sacramētis affectuosa. In hoc enim sacramento pietas magis enituit, gratia plus refulgit, charitas amplius radiauit. Ad mortē Christi tria præcipuē respiciunt, non sine timore, non sine lacrymis & gemitu prosequenda: iniuriarū multiformiū illatio, manū ac pedum in cruce cōfixio, sepulcri ac sepulti sub miltū excubijs obseruatio. Porro federe duo significat: potestātē iudiciariā, et subiectionē uoluntariā. Habes ad manū exēpla cōgrua de utroq; Sede à dextris meis: & illud, Vidit Dominū sedentē: atq; illud, Cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ: signa sunt iudiciariæ potestatis. Ceterum ipsa scriptura clamat: Surgite postquam sederitis, q manducatis panē doloris. Et illud: Sup flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus: & illud Christi ad discipulos, Sedete hic donec orē, uerba sunt debita subiectionis. Christo igit adhuc orātē nequaquā surgere debemus per aliquā extollentiā, sed humiliari, & in bonis exercitari operib. cōuenit: ut quādoq; post laborum quibus hic afficimur tolerantia, surgamus loco et tēpore suo promouēdi ad cœlestē gloriā. Tu itaq; qui sedes ad mensam diuitis, ferculis que præmissimus appositis teipsum subijciens & humiliās incarnationis Dominicæ sacramēto, nō negligētē, sed diligētē attende quæ apponunt tibi. Attēde inquam ut discas in referendo gratiam non esse tardus aut segnis: ut discas ad singula dona agere gratias. Attēde inquam, ut nulla Dei munera debita gratiarū actione frustrens non grandia, non mediocria, non modica. Deniq; iubemur colligere fragmenta ne pereāt, id est nec minima beneficia obliuisci. Nunq; non perit quod datur ingrato: Terribile est qd sequitur: quia onerosum, et quasi impossibile uidet. Sed quibus? Mollibus, effœminatis, ignauis. In quibus? Libertate perniciofa, ruptis habenis incōtinentiæ eunt quō uolunt ebrix cōcupiscentiæ temulentiq; affectus, dum post carnē carnalius euagantur, dum mundum supra modū ambiunt, & sequuntur. Sed quid est illud, quod terribile iudicant? Hoc est quoniam talia oportet te præparare. Nota quoniam cōpatiēdo, cōmoriendo, & conselpiēdo teipsum, &c. Dignū est enim & tibi multū expedit, cōpati, cōmori, cōsepeliri passo, mortuo & sepulto. Ad hoc enim facta sunt huiusmodi, ut his omnibus cōfiguretur & cōformetur uita Christiani. Qui enim tanq; membrū Christi dicit se in Christo manere, de-

Zzz bet si.

bet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Nam propter crucem eius dictum est: Qui sunt Christi Iesu, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Propter sepulturam dictum est, Cosepultus sum cum Christo, & c. Et ideo, ut ualidius copungamur, ut amplius moueamur, et curramus per omnia, reuoluamus singula cōtexendo resticulū, cōnexendo funiculū, cōnectendo fasciculū: de omnibus & singulis que facta referunt, de humili Dei filio, de summo patris unigenito, de redēptore pijsimo, de amātissimo fratre nostro. Occurrat itaq; spiritualiter et ingerat se ipsum cordis, nostris Dominus Christus, proditus & uenditus a discipulo: a Iudeis tanq; uile mācipiū precio satis exiguo cōparatus, captus, tractus, & ligatus, tanq; homo sine adiutorio: scisso etiā uerberib, dorso, uellicatis genis, facie sputis illita, pūcto uepribus capite, saucio latere, terebratis palmis, pedibusq; cōfosis: qui tanq; iugulatori suo alludēs seipsum non reluctās exposuit, & nudū corpus quasi incudē malleatorum ictibus patienter explicuit: dum pro nobis per huius uite pelagus ad patriā de exilio trāsferendis rapacibus piratis, nauū propriā mortis exoluit. Sed nec pratermittā myrrham qua in cruce potatus est: sed neq; illā qua unctus est in sepulturā. Quarū in prima sibi applicuit meorum amaritudinē peccatorū: in secūda futuram mei corporis incorruptionē dedicauit. Hoc est celeberrimū & regale cōuiuuiū, in quo iusti epulant et exultant in conspectu Dei, aut delectent in lætitiā. Prater hæc omnia dulce pigmentum apponit inuitatis ad lætificandū de Cyprio uino preciosis & peregrinis: quia nobis adhuc inexpertis speciebus conditū. Botrus, inquit, Cypri, dilectus meus mihi. Præmissum erat in proximiorē uersiculo, Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, scilicet Christus secundū carnē. Botrus uerō Cypri, Christus est secundū deitatem, fasciculus myrrhæ Christus in passione. Botrus Cypri Christus in resurrectione: fasciculus myrrhæ grādo & tonitrua Iudaicæ tempestatis, Botrus Cypri destructio totius aduersarię potestatis, fasciculus myrrhæ multitudo afflictionū. Botrus Cypri abundantia gaudiorū: illinc amaricās, isthinc inebriās. Sed nō est prater eundū quod dicit: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera cōmorabit. Ibi enim est cor, et ubi est cor, ibi dilectio: & ubi dilectio, ibi dilecti mansio. Nouit autē quicunq; rectē sapit, quantum Christianæ pietati expediat, quantum Dei seruū deceat sacrosanctæ passionis ipsius fidelius recolere beneficia, ad fruendū suauiter in cōscientiā, ad recōdendū plenius per imitationē in memoria, quod est spiritualiter manducare corpus Domini, & sanguinē eius bibere: ob amorē & reuerentiā eius, qui credētibus in se præcepit dicit: Hoc facite in meā cōmemorationē. In quo etiā q; impiū sit hominē tantæ pietatis Dei esse

A immemorē, palām est omnibus: cum amici morientis uel peregrē proficiscentis cōmendatā sibi sub aliquo signo memoriā nephas sit obliuisci. Si quidē huius reuerendæ cōmemorationis mysteriū, suo modo, suo tēpore, suo loco, celebrare licet paucis hominibus, quibus & hoc traditū est mysteriū. Rem uero mysterij omni tēpore & in omni loco dominationis Dei modo q; traditū est, id est debita pietatis affectu, & sanctæ imitationis effectu agere, tractare & sumere in salutē cūctis fidelibus in pōpulo est. Nam et sacramentū licet accipit ad uitā dignus: sic ad iudiciū & mortē propriā indignus. Sacramentum enim sine re sacramenti, mors est sumenti. Res uerō sacramētū etiā prater sacramentū, uita æterna est accipienti. Quotiens in cōmemorationē eius qui pro te non passus est piē ac fideliter Christū imitando fueris affectus & deuotus, corpus eius māducas, & sanguinē eius bibis: & quandiu in eo manes per amorē, ipse uerō in te per iustitię et sanctitatis operationē, in eius corpore, & in membris eius cōputaberis. Et ideo si amas animā tuam, propter Christū perdere debes eam, siue ponendo ut martyr, si necessitas exegerit: siue affligēdo districtus ut poenitens: quanq; & genus martyrij sit, spiritu facta carnis mortificare, illo nimirū quo mēbra cadunt ferro, horrore quidē mitius, diuturnitate autē molestius. Habeamus ergo eorū quæ cōstētibilia Christo sunt illata continuā & indefinētem memoriā: non utiq; ociosā, nō tepidā, non torpentē, sed compansionis ardore super omnia plurimū delectantē, & imitationis priuilegio omnia impetrantē. Vnde Propheta: Delectare in Domino, inquit, ut spreta mundi & uitiorū omniū iucunditate, suauior eius recōrdatio sit: & dabit tibi petitiones cordis tui, non carnis. Porro tres sunt species, de quibus conficitur pigmentū, quod ad regalis cōuiuuij festiua exhibita rationē apponit. Triūphalis reditus ab inferis, gloria resurrectionis, confessio ad dexterā Dei patris. Cibi prædicti cōfortant, ista uerō tria lætificant. Cōuiuantes & inuitati in tēpore gratiæ præ ceteris apostoli & martyres esse creduntur, qui in fortitudine cœlesti et spirituali exultatione nō ingrati uel immemores exhibiti a Christo cōuiuuij, retribuūt & offerunt de seipsis quæ acciperunt. In desiderio & in agone isto sudant, currunt & laborāt: quos elegit Deus ut se ipsos hostiā uiuam & Deo acceptā exhibeant. Et utinam Christus nobis indulgeat quantulacunq; bonorū operū executione illorum uestigia humiliter adorare: qui est Deus benedictus in secula, Amen.

Epistola Bernardi ad Mattheum Albanen: episcopum, de homilia uillici iniquitatis.

Reuerendissimo domino suo Mattheo uenerabili Dei gratia Albanensi episcopo, frater Bernardus utiq; suus quicquid seruus domino,

mino, & filius patri. Quod a Roma per dominum Seruulū charissimū nostrum Beluacensem abbatē supereminētia magnitudinis uestre paruitati meę māduerat, uidelicet q; ea, quæ super euangelij De uillico iniquitatis Deus mihi dixisse donauerat, uobis trāscriberē: & si serō, nūc tandē (non minimū pauidus, ne qd ibi infusum uos offendat) trāsmitto. Super hoc igit, quæso, uos in me pietatis & charitatis abūdare uisceribus, quatenus & ignoscatis mihi q; distuli, & emēdetis uobis in correctū qd obtuli. Auctoritati namq; prudētię uestre referuauit id corrigendum, & suppliciter offero. Et cultellū qui uulgō quiniens nuncupat, habens manūbrū de ebo re, cū chartula mitto, quatenus imposturā quā auulsione dignam adiudicaueritis, meo gladio succidatis. De cetero precor uestre pietatis abūdantiā ne in orationibus uestris obliuiscamini mei, q; sine obliuione uestri quotidie memoror, ubi pro pēssius posco misericordiā Dei. Valete.

Dominica x. post Pentecosten homilia euangelij secundum Lucan, de uillico iniquitatis, uilis ualde.

In illo tēpore, dixit Iesus discipulis suis parabola hanc. Homo quidā erat diues, qui habebat uillicū: & hic distamatus est apud eum, quasi disspasset bona illius. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

Huius sancti euangelij lectio quātā sit utilitatis & in historia simpliciter ad literā dicta, & moraliter expedita, prudens auditor aduertet, si aurē cordis apposuerit, & ex Deo est. Sic enim ueritas ait: Qui ex Deo est, uerba Dei audit. Qui subiūgit reprobis dicit: Propterea uos nō auditis, quia ex Deo nō estis. Dicamus ergo: Homo quidā erat diues. Quātū ad literā nos id enarrare nō cōuenit: litera enim per se patet, cuius tamē utilis est narratio minus doctis minusq; capacibus, cæteris sit exponenda. Homo quidā erat diues, & c. Homo ille, iste est de quo Apostolus ait: In similitudinē hominū factus, & habitu inuentus ut homo. Qui quidē merito dicitur, quasi singularis. Vnde Propheta: Homo est, & quis cognouit eum? Ac si dicat, Super excellentiā eius quis enarrabit: Sequitur: Erat diues. Verē diues, sicut scriptū est: Cum esset diues in omnibus, factus est paup pro nobis, ut nos sua paupate ditaret. Et itē de eodē Dño dicit: In dextera eius signea lex, in sinistra uerō illius diuitiæ & gloria. Cui bene cōuenit, erat: quia de eo dicit: In principio erat uerbū, & uerbum erat apud Deū, & Deus erat uerbū. Qui habebat uillicū. Reuera habuit uillicū & uillā: quia Domini est terra, et plenitudo eius: Et ipse ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. tamē in terra nihil uoluit possidere, sicut idē de semetipso ait: Nō habet filius hominū ubi caput reclinet: paupertatis nobis relinquens exēplū. Et tamē uillicū eum habuisse uideamus & uillā, hoc modo. Villa est propriē terrena possessio pluribus uestita colonis, per qd significat terrena hec

corporū nostrorū cōpaginatio, primō multis ornata uirtutibus, quali multis inhabitata uitis. In hac sua uilla Dominus ad custodiēda bona sua, quæ plura habuit, uillicū posuit interiorē hominem, quem tātē ualitudinis fecit, tātē decoris, ut ad imaginē & similitudinē suā formaret: tātēq; potētia per sibi datū liberū arbitriū, ut in quālibet partē boni mali uefleteret. Villā etiā tantis munuit præliis, ut nullius ope præter solius eius, scilicet Domini, egeret cōtra quoslibet cuiuscunq; impugnationis incurus. Posuit namq; in ea murorū custodē, prudentiā: defensorē, fortitudinē: dapiferū, temperantiā: iustitiarū ad tuēda iura, iustitiā. Isti quantæ fuerint sollicitudinē, quātēq; strenuitatis in suis pagēdis officijs, ex eorundē proprijs diffinitionibus uidet, quæ sunt huiusmodi. Prudētia, est cognitio rerū appetendarū et fugiendarū. Fortitudo, est firmitas animi aduersus ea que tēporaliter sunt molesta. Temperantiā, est refrenatio cupiditatis aduersus ea quæ carnaliter delectant. Iustitiā, est reddere unicuiq; qd suū est. Quomodo uerō hęc uirtutes quasi solertes uiri, in uilla sibi commissa officia sua cōpleāt audiamus. Prudētia custos familiæ suæ sic facit officiū, dicit: Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus uester uenturus sit: serō, an media nocte, an galli cātu, an mane, & c. Scitis quia nō corruptibilib, auro uel argento redēptis estis de uana uestra cōuersatione paternę traditionis, sed sanguine quasi agni immaculati & incōtaminati Iesu Christi Domini nostri. Non simus cōcupiscentes malorū, neq; idololatræ eficiamur. Auaritiā quippe ipsa est idolorū seruitus. Neq; fornicemur, sicut illi qui ceciderunt uno die uiginti tria milia: neq; tētemus Deum, sicut q; a serpētibus perierunt. Neq; murmurauerimus, sicut qui perierunt ab exterminatore: quæ omnia scripta sunt ad correptionē nostrā: in q; fines seculorum deueniūt. Fortitudo quoq; sic suos hortat in acie, dicit: Estote fortes in bello, & pugnatē cū antiquo serpēte, & accipietis regnum eternū. Et item: Ne terreamini ab ijs qui occidit corpus, postea uerō nō habent quid faciant: Dominus fortis & potens, Dominus portēs in prælio. Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Leo quippe rugiēs circūit quærēs quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Cum fortis armatus custodit atriū suum, in pace sunt omnia q; possidet. Itaq; uiriliter agite & cōfortamini, & omnia uestra in charitate fiāt. Empti enim estis precio magno. Glorificate & portate Deum in corpore uestro, sicut portauit Apostolus dicit: Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an periculum, an gladius: Certus sum quod neq; mors, neq; uita, neq; presēntia, neq; futura poterūt nos separare a charitate Dei, que est in Christo Iesu. Temperantiā uerō sic sollicitat dicit: Videte ne grauentur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis hu-

Prudētia. Fortitudo.

Temperantiā. Iustitiā.

Matt. 13.

1. Pet. 2.

1. Cor. 10.

Col. 3.

1. Cor. 10.

Luc. 12.

Psal. 23.

1. Pet. 5.

Luc. 11.

1. Cor. 16.

1. Cor. 6.

Rom. 8.

Luc. 21.

Esai. 5. ius mundi. Scriptum est enim: Ve q potetes estis ad bibendū uinū, & uiri fortes ad miscendā ebrietatē. Sicut aeger ad medicinā, sic ad sumēdas dapes qsq̄ debet accedere. Inter cetera enim sua mala, Sodoma panis abundantia pijs, ad Hierusā

Exech. 16. lē Dño p̄ Prophetā dicēte: Hęc est iniquitas fororis tuę Sodomę, saturitas panis & abundantia.

Phil. 3. Hinc Apostolus ait: Multi ambulāt post cōcupiscētiās suas q̄s sape dicebā uobis, nunc autē & tēs dico inimicos crucis Christi: q̄rū finis interi tus, quorū Deus ueter est, et gloria in cōfusione eorū q̄ terrena sapiūt. Elca uēri, et uenter elcis, Deus autē & hęc & has destruet. Nequaquā igit in illis uoluptatē appetas, sed necessitati succurre. Iustitia autē sic uisū iura tuet, dicēs: Quod tibi non uis fieri, aliq̄ ne feceris. Quia hinc Salomon ait: Pōdus & pōdus, mēsurā & mēsurā, utrunq̄ abominabile est apud Deū. Et, q̄ cumq̄ uultis ut faciāt uobis homines, & uos facite illis similiter.

Leui. 19. Et sic implebitis q̄d Moyses ait: Iustus modus sit uobis, æquusq̄ sextarius. Itaq̄ cū debeat tibi quippiā frater tuus, & abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue. Nisi abūda uerit iustitia uestra plusq̄ scribarū et pharisęorū, nō intrabit in regnū cęlorū. Quorū legalis erat iustitia, oculū p̄ oculo, dentē pro dēte, ultionē pro ultione. Nobis autē dicit: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderūt, neq̄ malū p̄ malo reddētes, nec maledictū p̄ maledictō, sed ecōtrario benedicētes. Hinc Paulus ait:

Rom. 13. Nemini qd̄q̄ debeatis, nisi ut in uicē diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit, potū da illi: et hęc faciēs carbonēs cōgeres sup̄ caput eius. Sic utiq̄ aio ego iustitia, et uolo fieri. In hac etiā uilla diues dñs quasi ruricolos habuit, qui redde rēt ei fructus usurarios tēporib, suis, q̄ sunt huiusmodi, bonitas, benignitas, modestia, māsuē tudo, cōcordia, pax, patiētia, misericordia, caritas. Super hos etiā posuit ad custodiendū si deli quissent q̄ accusarēt, q̄ testificarēt, q̄ iudicarēt, q̄ punirēt, cōscientia quippe ipsa est accusatrix: memoria, testis; ratio, iudex; timor, carnifex. q̄d enim conscientia accusat, memoria testificat; & q̄d ratio iudicat, timor ex cruciat dicens: Dñs re gnauit, irascant̄ populū. Qui sedes super Cherubim, moueat̄ terra. Ignis in circuitu eius exarde scet, & in circuitu eius tēpestas ualida. Et impijs dicit: Ite maledicti in ignē aternū, q̄ paratus est diabolo & angelis eius, ubi ignis est qui nō tepe scit, uermes qui nō moriūtur, tortores q̄ nō lasse scunt, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Villam suā his, alijsq̄ tutorib, fortem tradidit dominus uillico, plurib, plenam bonis, quibusdā corporis, multis proprijs ipsius homi nis interioris. Septē quippe sunt hęc bona cor poris, pulchritudo, fortitudo, uelocitas, libertas, sanitas, uoluptas, diuturnitas uitę. Septē quoq̄ sunt bona animę, sapientia, amicitia, cōcordia, honor, pietas, potestas, incunctitas. Pręter hęc propria, cōmunia sunt multa data ruricolis; alia

his, & alia his. Bona em̄ sunt diuitū diuitię suę, ne eos paupertatis molestia frāgat. Bona sunt pau perū penurię suę, quib, castigant̄, ne per incon tinentiā defluāt. Fortiū fortitudo, ut ad bona o pera cōualescāt. Debiliū imbecillitas, qua refre nant̄ ne quod uelint malū perficiāt. Sapientium sua sciētia, qua illuminant̄ ut proficiāt. Insipientiū sua simplicitas, qua humiliant̄ ne superbiāt. Omnino quicquid in hac uita nostra fragilitas possidet, pius cōditor (quantum in sua bonitate est) ad bonū nostrū nobis quotidie cōfert, scilicet uel ad correptionē prauitatis, uel ad profec tū uirtutis. Sed (ut uerbis beati Gregorij utar) quę ad usum accepimus uitę, ad usum cōuertimur culpę. Valerudinē corporū in usum cōsumimus uitiorū, bona mētis in usum expēdimus uanitatē. Et hoc est quod dicit, Qui diffamatus est apud eū, quasi dissipasset bona ipsius. Operę precij est scire q̄s diffamauerit uillicū, uel unde prodierit diffamatio. Petulantiā ipsa est quę disse minauit infamiā: quę tunc dicit infamare, cum nō erubescit negligentia suam declamare, sicut ibi: Nullū pratū sit quod nō pertrāseat luxuria nostra, coronemus nos rosas anteq̄ marcescant, ubiq̄ relinquamus signa lætitię nostrę. Quippe hęc talis locutio planē infamatio est. Fit autē triplici uoce, scilicet cogitationis, locutionis, & operis. Habet enim cogitatio uocē suam. Vnde Dñs cogitāti Moysi ait: Quid damas ad me? Et Dauid ad Dominū: Cogitatio hominis cōfitebitur tibi. Habet & opus uocē suā. Vnde Dominus ad Cain: Sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Prodit autē infamia nostra ex his quę sūt, aut cōtra naturā, aut cōtra legē, aut cōtra cōsuetudinē. His tribus modis quicquid agimus uer tit̄ in peccatū. Et quia uillicus bona domini sui in hęc dissipauerit, dicit̄ est ei: Quid hoc audio de te: Redde rationē uillicationis tuę, iam enim amplius nō poteris uillicare. Illud nō semel aut iterū, sed tertio iā cōminat̄ dominus uillico suo, uidelicet ante legē, sub lege, sub gratia, & p̄ tres nuncios p̄ quos omnia sua nobis cōsilia dicit, id est per hominē, p̄ spiritū, per familiare mādātū. His dominus secreta sua solet notificare, atq̄ p̄ hos alijs quibusq̄ iubet, cū quib, ire solet timor, & modō iungit̄ illis serēs ista tria quę semper habere solet, clauā cōminationis, radiū cognitio nis, uirgā doloris, ad incutiendū terrorē, ad uis dendū errorē, ad habendū mœrorem, incipientiū, proficientiū, p̄ficiētium. Nota q̄ in hoc facto cognoscit̄ mirabilis pietas huius domini, q̄ nō circūuenit seruū suū, sed ad reddendā ratio nem prius submonet eum, q̄ iudicet. Sic quoq̄ uisus est Abrahā dixisse, cū loqueret̄ ad eum de Sodomis: Descendā & uidebo p̄ memetipsum si sic, ut rumor est, opere cōpleuerint. Et hic in struimur, nō statim debere dare fidē quibuslibet uerbis, sed si sic est, ut dicitur, prius adhibere cautelā. Sequit̄: Quid faciā: Hęc q̄rimonia de pręmissa cōminatione procedit. Sic utiq̄ quidam

dam cum mortem sibi uenire depropē uidēt, se malē uixisse sciētes, timore perterriti, quid fecerint, uel qualiter id emēdare debeāt, secū satis amarissime exquirūt, dicētes: Quid faciā: Fodere nō ualeo, mēdicare erubescō. Hęc duo uerba in persona illorū loquit̄, qui hęc duo timent, in poenitētia scilicet afflictionē corporis, & pau pertatē: quorū alterū intelligitur per fodere, alterum per mēdicare. Vt enim sic moraliter dicā, fodere est sarculo cōpunctionis, & aratro cōs fessionis, in fructus bonę operationis cordis no stri iugera diffulare: quod facere Propheta nos admonet, dicens: Scindite corda uestra, & non uestimenta uestra. Et hinc est illud quod ait cus tos uinę de sterili ficulnea ad dominū suū: Di mitte eam & hoc anno, ut ego ueniēs fodiā cir ca illā, & apponā stercorea. Sed hoc iste de q̄ hic agit, primō facere p̄timescens ait: Fodere nō ua leo. Cōtra quē rectē per Salomonē dicit̄: Piger p̄pter frigus arare noluit, mēdicabit ergo estate, & nō dabit̄ ei. Qui em̄ nūc p̄pter pauorē mētis aut torporē macerat̄ se per poenitentiā & affli gere negligit: cum sol iustitię in iudicio uelut in æstate claruerit, quaret requiē, sed nō accipiet: quia propter illā operari bona contēplīt. Sequitur: Mendicare erubescō. Hoc igit ad literā tantum. Sunt enim quidā q̄ erogādo bona sua pau peribus, culpas suas redimere uellent, et hoc cogitādo pertractāt: sed postmodū timentes ne egeant, erga egentes tenaces sūt, & ab eo quod mēte cōceperāt, se suspendūt: pręcipuē quia uident aliquos qui sua se sic dedisse fatent̄, & poenitent̄: de quibus bene per Salomonē dicit̄: Qui obseruat uentū, nō seminat; & qui cōsiderat nubes, nunq̄ metit̄. Vtū nomine malignus spiri tus q̄ mentē tētationib, impellit, & nubis appellatione peccator exprimit̄. Qui ergo attendit uentū, nō seminat; & q̄ cōsiderat nubes, nunq̄ metit̄: quia quā tētationes maligni spiritus metuit, & iniquorū lapsus cōspicit, in bono opere nec exercet̄, nec in iudicio quo consolet̄ inueniet, sed & nūc quoq̄ uilescit. Propterea quāuis uillicus paulo antē dixerat, Fodere non ualeo, mendicare erubescō: poenitens tamen subiūgit quod sequitur: Scio quid faciā. Videte quid facit timor, quippe perutilis domino suo. Ipse est qui quod dominus iubet, homines facere cogit. Certē iste uillicus hodie non dixisset, Scio qd̄ faciā, si nō timuisset. Sed timuit, quoniam illi subito timor adueniēs claua cōminationis tales ei cētus impresit, dicēs: Audi miserabilis, audi, eui gila tandē, quia hora est iam de pigritia surgere. Si nō amore, saltē timore euigila. Crux em̄ tibi duplex dura paratur: altera iam corporis, altera postmodū corporis & animę gehēnalis. Cogita ergo cruciatus tuos, quos pręsentialiter medul litus sentis iam in morte. Mors, in quā, ipsa est crux horribilis, ad quā quotidie festinas, & non attēdis. Vide quomodo mors te crucifigit, Cru-

ra distēdunt, manus & brachia decidūt, pectus anhelat, ceruix languescit, labia spumant, oculi stupescūt, uultus horrescūt, facies exudat, et morte tacta pallescit. Et hęc utiq̄ quę uidemus de foris, & quę sentimus, leuia sunt ad ea quę in tus anima miserabilis iam pręgustat. Nam sensus a corpore citō recedit: animā sua mors comi taf euntē. Qui autē cruciatus te moneāt, audi qd̄ Propheta de pditis dicat: Sicut oues, inquit, in inferno positi sunt, mors depascet eos. Et Iob: Trāseunt, inquit, a frigore nimio ad calorem nimium. De quo & alibi dicit̄: Quis poterit ex uobis habitare cū igne deuorāte: aut quis habitabit ex uobis cum ardorib, sempiternis? Hęc aut diēs uillicus planē si timuerit, ne mixeris. Et notandū, quod timor iste quadriformis est, scilicet mūdānus, seruilis, initialis, & filialis, siue castus. Mūdānus, qui facit recedere a malo pro euitatione poenę. Seruilis, qui facit a malo abstinerere pro euitatione poenę, mali retinēs uoluntatem. Initialis timor gehennę, de quo dicit̄ per Propheta: Initiū sapientię timor Domini. Filialis, de quo p̄ eundē dicit̄: Timor Domini sanctus permanet in seculū seculi. In duabus his formis util is est hominibus semper, in alijs minime. In inia tiali formaliter frenēs, ut modō dicit̄ est, ad uil licū uenit. propter quod ait: Scio quid faciā, ut cum amotus fuero, & c. Hęc amotio nihil est aliud, q̄ hominis interioris, id est animę & corpo ris separatio. Et notandū quod, Scire, nos expo nere non oportet, quia ipsimet suū scire, scilicet quid facere uelit, innotuit, per hoc quod sequit̄, dicēs: Vt cum amotus fuero a uillicatione, reci piam me in domos suas. In hoc quod suū scire exposuit, meminit Poetę dicentis: Scire tuū nihil est, nisi scire tuū hoc sciat alter. Visus siquidem est minus hoc dixisse, scilicet q̄ sunt qui recipere eum debeāt: quod tamē cum dixerat, In domos suas, succinctē deprehendit̄ annotasse. Sunt namq̄ qui homines recipiūt, quorum sunt domus cęli, & æterna tabernacula: & hi q̄ sint, Dominus ad discipulos suos loquens patēter ostendit̄ in illis uerbis suis, cum dicit̄: Sinite par uulos uenire ad me: talis em̄ regnū cęlorū. Et alibi: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorū est regnū cęlorū. Ab his ergo necesse est emere regnū cęlorū, quorū est. Verē necesse est, quia nō habemus hic (ut ait Apostolus) manentē ci uitatē, sed futurā inquirimus. Et itē de suis confi dens ait: Scimus q̄ si terrestris domus nostra hu ius habitationis dissoluāt, q̄ habemus ex Deo domū nō manu factā æternā in cęlis. Hęc utiq̄ nos emere docet Dominus, in subsequētib, dicens: Facite uobis amicos de mammona ini quitatis, ut cū defeceritis, recipiāt uos in æterna tabernacula. Et hoc in loco suo exponetur, sed non modō. Sed uideamus quid sequitur: Con uocatis singulis debitoribus, & c. Memini me superius dixisse misericordiā, & ueritatem, &

charitatē cū alijs multis, quasi rucolas esse, & debere eas huic diuini domino reddere suos effectus, quasi fructus operū suorū p manus uillici, Nihil ergo est aliud qd dicimus uillicū debitorē domini sui conuocasse, nisi unūquemq; in corde suo qd fecerit, uel quid fecisse debuerit, iuxta posse uiriū suarū tractasse. Quod quoties agimus, ferē per omnia reos nos esse cognoscimus: precipue tamē in eo quod per charitatē largius erogasse debuimus, & in eo quod per poenitentia illis q nos iniuriauerūt, cōdonasse perfectius debebamus. Et hoc dat intelligi cū huic questionī, scilicet quantum debes dño meo, respondet, centū cados olei. Per centū em̄ significatur perfectio, per oleū misericordia. Est ergo sensus: Debeo centū cados olei, id est, quod mihi iniuriantib, perfectē dimisisse debuerā, non dimisi. Cui sublequēter adiungit: Sede citō, scribe quinquaginta. Nouimus q; sedere, humiliatōnē: citō, festinationē: scribere, firmitatē: quinquaginta poenitentia designat. Et super his conuenientia habemus exēpla: sed quia satis est notum, non cōuenit adducere, sed quid sibi uerba uelint, dicemus. Cum ergo dicimus, Sede citō & scribe quinquaginta, idē est ac si quis dicat sibi metip̄i aut pximo suo: Qui fateris te peccasse in misericordia, humiliare citō, firmus permanet in poenitentia. Deinde alij dixit: Tu uerō quantum debes? Centū coros tritici. Ferē eadē est hęc questio & respōsio cū prima: excepto q; illa est de indulgētia, hęc de charitate. Hic enim frumentū charitatē designat, quē admodū superius per oleū misericordia diximus designari. Hoc itaq; huius questionis respōsio nobis innuit q; qui seculi huius substantia possidemus, perfecte egētib; erogasse debuimus: qd si non fecerimus cum possemus, apud summū patrēfamilias debiti uinculo obligamur, sicut scriptum est: Qui habet substantia huius mūdi, & uiderit fratrem suū necessitatē habere, si clauerit uiscera sua ab eo, uerē charitas patris nō est in eo. Huius tamen obligationis nodus celeriter rūpi, si bene perficiat quod sequitur, scilicet, Sede citō & scribe octoginta: id est, humiliare (sicut exposuimus) in obseruatione mādatorū Dei, et certa spe hereditatis æternæ. De cado & coro dicant alij, p abundantia sensus sui quid senserint, ego super his nihil aliud dico, nisi quod unumquodq; uas est ad mēsurandū in suo genere: & hic significare possunt mēsuratē, id est, discretē debere agere poenitētes, quasi sic occidat hostē, ne perimāt ciuē, quonia scriptū est: Si rectē offeras, & nō rectē diuidas, peccasti. Rectē offerimus, cum bono studio bonū opus agimus: sed nō rectē diuidimus, si discretionem habere in bono opere postponamus. quā qui dissimulat, etiā rectē offerens (sicut beatus ait Gregorius) peccat. Sequit: Et laudauit dñs uillicū iniquitatis, eō q; prudēter egisset, Sunt qui mirant unde hęc laus pro-

cesserit, cum nō dicatur ad literā persoluisse debitum, sed curasse, quod si quis egerit, attēdatq; potius imitari debet uillicū, q; admirari. Seculariter enim prudenter egit, qui quæ reddere non potuit, ne super his argueret furto, cautē celauit & secundū cūiā dā uerba dicētis, Si non castē, saltē cautē: (est namq; minoris culpæ quēlibet se solū dare morti, q; si ceteros secū tollat cōragione peccati) & quod sibi perutile summaq; prudentia fuit, quia apud quos reciperetur, effecit, si amoueret à uillicatione. Sed & altius loquar. Planē secundū moralē intelligentiā multa laude est dignus, qui relicto errore pristina cōuersationis, diuini Deo satisfaciēs, redit ad gratiam. Et propter hoc eum Dñs laudauit, quia siue hoc modo, uel hoc modo dicat fecisse, prudenter egit. Nec moueat quēq; quod dicit, Iniquitatis. Non enim ponitur hic eo quod operet ad laudem, sed ad eorū qui audierūt tollendā desperationē, sicut Dominus testat ad Prophetā dicens: Multiplicatæ sunt infirmitates eorū, postea accelerauerūt. Non cōgregabo cōuenticula eorū de sanguinibus, nec memor ero nominū eorū per labia mea. Ad hoc enim Mattheus suū cōgnomē retinuit, Publicanus. Hoc quod sequit, Quia filij huius seculi prudētiores sunt in generatione sua filijs lucis: dictū est nobis, ut uicula rium inutile initemur prudentiā, sicut Moyles sibi nos mysticē docet, dicens: Cū egressus fueris ad pugna, si uideris mulierē pulchrā, & adamaueris eam, rades ei cæsariē, & c. & erit tibi uxor. Et dictū est similiter ad magnā nostrā erubescētia, ac si dixisset nobis illud Prophetæ: Erubescē Sidon, ait mare. Grandis enim nobis debet esse uerecūdia, quod filij perditionis pōptiores sunt in appetendis malis, q; nos sumus in celestibus gaudijs, de quibus beatus Gregorius ait: Qui celestis uitæ dulcedinē, inquantū possibilitas admittit, perfecte cognouerit: ea quæ in terris amauerat, libenter cuncta derelinquit. Et ad hęc incitatur, cum dicit: Facite uobis amicos de māmona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Bonus sermo & omni acceptione dignus, docēs nos illis amicitia iugere, qui nos possunt in æterna secū tabernacula collocare. Qui uidelicet sunt illi, nisi q; superius breuiter annotauit, paruuli et pauperes Christi: Quos quia Dñs amat, ipso teste qui ait, Vos amici mei estis: ab his nos faciamus amari de eo, quod idē Dominus nos docuit, dicens, De māmona iniquitatis. Vile est precū, sed emptio multa. Māmona namq; diuitiē nō cupantur, quæ dicunt iniquæ: non propter se, sed propter iniquitatis effectū, qui euenit ex se, sicut arbor illa, quæ appellata est scientia boni & mali: non quod ullā haberet scientiā, sed quod rāgentes eā cōtra pceptū. boni pariter & mali contingeret esse sciētis. Hic satis ostendit, quod ex facili possunt amici superni ciues haberi, ex q; amicitijs

1. Ioan. 3.
Genes. 4.

amicitijs quis fructus nobis proueniat, ueritas sublequēter ostēdit, cū dixit: Ut recipiat uos in æterna tabernacula. Vide hic oriri questio in eo quod pauperibus attribuit, susceptio & retributio beneficiū sibi, cū donū solius Dei sit, uentēs ex eius multa miseratione et gratia. Quæ multū facile soluitur, si attendat quod Dei filius nostrā carnē suscipiēs, factus est pauper pro nobis: et id quod pauperibus erogatur, sibi factum fuisse dicat, & se retribuere beneficiētib;: qd ibi testat, ubi de paruulis loquēs ait: Quēcūq; fecistis unī ex minimis meis, mihi fecistis. Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere, & c. Venite ergo & pceptite regnū quod uobis paratū est ab origine mūdi. Sollicitemur ergo fratres mei, sollicitemur pauperibus erogare cōsilio Domini. Sed quia interest pauperis & pauperis, quod Dñs ibi uisus est annotasse, cū diceret: Beati pauperes spiritu, de paupertate talis faciēda est distinctio, quæ designet quibus precipue debeamus largiri. Paupertas igit alia naturalis, alia locuples, alia spiritalis. Et huius diuisionis unūquodq; membrū bifariē suppartit. quod his pertractandū relinquimus, q; magna de minimis sciūt extrahere, præter q; hoc solū dicimus, quia naturalib, egenis & spiritalibus precipue manū misericordie porrige re monemur uerbis Apostoli Pauli dicētis: Qui suis nō uidet, et maxime domesticis, fide abnegat. & est infideli deterior. Sed quia nescimus hodie q; ante Dei oculos dignus sit odio uel amore, demus his & demus illis, iuxta eisdē Apostoli uocē dicētis: Bonū, inquit, operemur ad omnes, maxime autē ad domesticos fidei. Et quia sunt qui petūt, sunt & qui uerecundant: cū superest und: possit dari, demus utrisq;. De petentibus enim Dñs ait: Omni petenti te tribue. De uerecūdis beatus Augustinus sup hūc uersum: Qui producit scēnū iumentis, & herbā seruituti hominū, dicit hoc modo: Beatus, inquit, q; præoccupat uocē petitori. De omnibus in differenter Dominus ait: Date, & dabit uobis. Et etiam illud: Date elemosynā, & ecce omnia munda sunt uobis. Et iterū illud: Ignem ardentē extinguit aqua, & elemosyna resistit peccatis. Et hinc est illud: Cōclude elemosynā in sinu pauperis, & hæc orabit pro te. Et bonus pater filio ait: Si multū tibi fuerit abundanter tribue: si exiguum, & illud libenter impertire. Quod tam solerter omnes agere studeamus, quatenus in æterna tabernacula recipi mereamur. Per Dominū Iesum Christum saluatorem nostrum, qui cum patre et spiritu sancto uiuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Luc. 1. **A**Ve Maria gratia plena, Dñs tecū. Miraculū fuit, q; uirgo peperit: mentis clamor, uirginis amor, uirtutū zelus, uictorū fuit occasus, Virgo sanctissima, quæ saluatorem genuit,

peperit & aluit, quæ iugiter eius adhæsit lateri, quæ comes indiuidua, nullo ferē abfuit itinere, quæ intenta præ cæteris inuigilauit uerbo & operi eius, sola saluatoris actiū insignia operum opera, mellis uia prædicationis genera inaudita cōtra mundū & peccatū, & tartareū zabulū, diuinæ seueritatis acerrima eloquia q; eis diu interfuit, specialius uidit, secretius audiuit, citius agnouit, propēlius retinuit, & apostolis alijsq; discipulis luculētius edidit, diligētius retulit, melius indidit, fidelius tradidit. Hinc est q; de ea legit in Euangelio: Maria autē cōseruabat omnia uerba, hæc cōferens in corde suo. Hinc in eius laudibus legit: Multæ filia cōgregauerūt diuitias, tu sola supergressa es uniuersas. Licet enim in parabolis loqueret ad turbas, licet omnia apostolis nota faceret ut amicis, quēdā tamē credendū est præ cæteris matrē suam quē admodū dilexisset, ita etiā propēlius erudisse, quædā ei secretius intima, frequēter eam ad montē myrthæ, & ad colles thuris sublimasse, in cellā uinariam occultasse, sui prout nouit & uoluit gloriā deificam & supercœlestē reuelasse notitiā. Vnde Ioannes in Apocalypsi: De throno, ait, scilicet de Maria, pcedebāt fulgura & uoces & tonitrua, quæ Maria mater filij Iesu Christi parabolas, enigmata legalia & mirifica gesta, dicta, opera, audiū ebibit, fidelius credidit, syncerius luculentiusq; alijs edidit. Hęc Maria à natura reuerēter cōseruata, & à lege diligenter uenerata, à gratia clemēter est plecta: quæ sic præfatis sua iura singillatim reddidit, reddēdo sibi subdidit, ut honoris uicē omnibus impēderet, et in super momēti quiddā superadderet. Natura siquidē illi summę uirginitatis florē, lex soli uirginæ fecūditatis honorē, gratia diuinæ maternitatis præ cæteris decorē, ac spiritalis matrimonij diuini sumū referuauit odorē. Natura (qd sūū est) illibata uirginē seruādo, lex reuerēter eā ab alijs distinguēdo, gratia uirginitatem sine femine fecundando. Natura rebus loquendo non uerbis, dum in ea integritatem seruaret, & de ea Deus naturæ intouaret, dicens ad serpentē: Inimicitias ponā inter te & mulierē, et inter fementū et semen illius. Lex, dum eam ab alijs distinguendo clamaret: Mulier quæ suscepto semine pepererit, immūda erit septem diebus. Gratia, in eo quod dictum est: Aue gratia plena, Dominus tecū, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uētris tui. Natura huic detulit, dum terra sine germine pāreret in principio. Lex, dum rubus arderet sine incēdio. Gratia, dū sine semine pāreret uirgo. In hac enim habitauit pater & filius, ut creator in mundo, imperator in regno, paterfamilias in domo, pōtifex in tēplo, spōsus in thalamo: prius em̄ altissimus sibi eam quasi mundū specialissimū creauit, quam in iustitia & sanctitate corā ipso fundaret, & fluentis sapiētia irrigaret, & celestibus desiderijs, instar

Luc. 2.
Proph. 17.
Apoc. 4.
Genes. 3.
Leuit. 12.
Philip. 1.

scilicet aëris, sublimaret: & igne dilectionis accendēdo illustraret. Hinc in eius mēte tanq̄ in quodā firmamēto solē posuit rationis, & lunam sciētiae & uirtutes tanq̄ stellas speciei omnimoda: solē qui lucē diuinā cognitionis faceret: lunam quē cum stellis noctē actionis splendidam redderet: & meritō Domini est terra, quia sic super maria fundauit eam. Creato igit̄ mūdo uolens uisitare regnū imperauit angelo. Missus est igit̄ angelus Gabriel à Deo. Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ita paterfamilias domū intrauit, in qua carnis habitū suscepit, quam obtulit Deo patri pro salute generis humani. In ara crucis sacrificiū quasi potifex in tēplo surum peregit sacerdotiū: sed quia oportebat pati Christū & resurgere, & ita intrare in gloriā suam, oportebat ad gregē proprijs reportari humeris ouē centesimā, oportebat populū qui ambulabat in tenebris, lucem magnā contēplari: mundū predicationis suae & miraculorum nouitate irradiari. Descēdens itaq; de patre luminū speciosus forma prę filijs hominū, indutus stola cādida, in uertu deaurato, tanq̄ spōsus de thalamo processit ad publicū. Inerat sol in sidere, oriens in uespere, artifex latuit in opere: opus dum regī prepararet, uesper dum in tāta sublimitate humiliaretur, sidus dum tanq̄ stella illustraret fines orbis. Artifex igit̄ eam ornādo, oriēs de ea nascendo, sol mundū ab errore cōuertendo, & eam alijs in exemplū præbendo. De genitrice Dei cū talia & tāta referant, pauca (rei precio) nobis tamē esse uident. Hæc est enim scala, rubus, arca, sidus, uirga, uellus, thalamus, porta, ortus, aurota. Hæc est enim scala Iacob, qui quādo caput in lapide posuit, angelos ascendētes & descendentes uidere meruit. Scala ista duodecim gradus habet inter duo latera, dextrū latus est contemptus sui usq; ad amorē Dei: sinistrū contemptus mūdi usq; ad amorē regni. Ascensionis huius duodecim humilitatis gradus. Primus est odiū peccati, secundus est fuga delicti, tertius metus odij, quartus in omnib; his subesse creatori, quintus obedire meliori, sextus obtēperare cōpari, septimus obsequi inferiori, octauus subesse sibi, nonus finē suū iugiter meditari, decimus opera sua semper uereri, undecimus cogitationes suas humiliter cōfiteri, duodecimus per omnia ad manum, ad nutum, ad libitum Domini moueri. Per hos gradus ascendunt angeli, & sublimant homines: sic disponuntur in corde ascensionis, sensim proficiēdo, & pederentim ascendendo: sic in domo patris lucidas percipiunt mansiones. Hi sunt duodecim apostoli qui sequuntur in eremo uestigia Iesu Christi. Rubus qui uisus est ardere siue sui incendio, uirginem significauit concepturam de spiritu sancto absque uirginitatis suae detrimento. Rubus ad quē non est Moyses ausus calceatus accedere, uirgi-

Exod. 3.

Ibidem.

nem docuit sine maritali opere mirabiliter parere. Traditio Hebræorum uisionem in humili arbusculo asserit traditam, ne populus occasione aliqua laberet ad idololatriā. In humili uirgūcula mirabilis nobis exhibitā est uisio, in qua nullimodæ fornicationis uel minima fuit occasio. Fornicatio siquidem triplex est. Alia est humana, quædam est mundana, nonnulla est diuina. Humana fit illicito actu, Mundana per uerfo- affectu. Diuina scelerato cultu. Prima peccatur in proximum, secunda in seipsum, tertia in Deum. Prima facit carnis immunditiam, secunda mundi concupiscētiam, tertia idololatriam. Maria contra hæc tria singula adhibuit remedia. Contra carnis immunditiam, uirginitatem: cōtra mundi concupiscētiam, perfectam humilitatem: contra idololatriam, perfectam charitatem. Fuit enim Maria mundissima carne, humillima corde, deuotissima mente. Arcas duas fuisse legimus in ueteri Testamēto: unam arcam diluuii, aliam testamenti. In nouo autem Testamēto tres fuerunt alie. Prima arca est ecclesie, secunda gratie, tertia sapientie. Licet enim prima ueteris Testamēti in typo fuerit primæ noui, & secunda in typo præcessit secundæ noui, tertia uerò sicut excellenter omnibus est dissimilis, ita nulli penitus est comparabilis. Siquidem arca Noe significauit arcam ecclesie: arca foederis arcam gratie, sanctitatem scilicet Mariae. Per sapientie arcam intelligimus humanitatem Iesu Christi sanctissimam. Hanc enim meritō arcam sapientie decet nuncupari, in qua omnes thesauri sapientie & scientie sunt absconditi, sapientie inquam excellenter, in qua habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sed arca etiam Noe, significauit arcam gratie, excellentiam scilicet Mariae. Sicut enim per illam omnes euaserunt diluuium: sic per istam peccati naufragium. Illam Noe, ut diluuiū euaderet, fabricauit istam: Christus (qui est pax nostra & requies) ut humanum genus redimeret, sibi preparauit. Per illā octo animæ tantum saluantur: per istam omnes ad æternam uitam (quæ per octonarium numerum significata est) uocantur. Per illam paucorum facta est liberatio: per istam humani generis saluatio. Illa centum annorum fabricata est spacio: in ista omnium uirtutū fuit perfectio. Illa facta est de lignis læuigatis: ista de uirtutibus ædificata est consummatis. Illa superferrebatur aquis diluuii: ista non sensit naufragia ullius uitij. Triplex quidem diluuiū est. Primū facit aquarū inundatio, secundū uitiorū incurio, tertij tribulationū oppressio. Primū igitur est aquarū, secundū culpārū, tertij oppressionū. In primo periclitati sunt homines, in secundo uirtutes, in tertio uoluptates. Primū quæ naufragiū patit, deinde in pœnarū diluuiū peccator inducit, in tertij deinceps pœnarū infernalium retruditur. Sic infernus hic incipit

Genes. 6.

Exod. 25.

Col. 2.

Triplex diluuium.

incipit, alibi perficitur, cum anima uitio, caro supplicio atteritur. Per arcam uerò ecclesie euadimus à primo, per arcam gratie à secundo, per arcam sapientie à tertio. Siquidē per arcam ecclesie uitiorū fit extinctio, p arcam gratie uirtutū reparatio, per arcam sapientie summi boni delectatio. Fit enim in ecclesia peccatorū cōfessio, in cōfessione ne remissio, & uitiorū extinctio. Sic enim facta est inter Deū & homines reconciliatio. Deinde data uenia, subsecuta gratia, uirtutū fit insertio. Hæc sequit iustitie pfectio. Huic aut succedit arcanorū celestium contēplatio. In hac aut inuenitur quædā celestis suauitas, & intima etiā dulcedo, & pfecta boni & perseueras dilectio. Triplex ergo est diluuiū: unū iniquitatū, aliud aduersitatū, tertij calamitatū. De primo p Naū dicit: In diluuiū præterente cōsummationē faciet. Ac si diceret: Si diluuiū uitiorū sup hos ceperit abudare, nolite de illis desperare: quia sup quos inuidare permitto iniustitiā, sup illos faciā abudare gratiā. Hinc dicit per Prophetā: In charitate perpetua dilexi te, ideo atraxi te miserās. Diluuiū ergo prius ueniet, & Dominus tūc cōsummationē faciet, quia Dominus electos suos innumeris laprib; & uitiorū incurribus pmitit ad tēpus affligi & humiliari, omnē remouēs psumptionis elationē. postea ab eo incipiūt sublimari: sic in eis nutrites perfectā dilectionē. Hinc est illud Prophetici: Venies usq; Babylonē, & ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manibus inimicorū tuorū. Et illud Eliaie: Ad punctū in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis cōgregabo te. Cōsummationem ergo Deus faciet pēte diluuiū, quia de pundo uitiorū suos Deus uiriliter erigit, quos ponit in uirtutū culmine, & illustrat contēplationis radio. De secundo dicit in Canticō canticorū: Aque multæ non poterunt extinguere charitatē, nec flumina obruet illā. Hinc per Psalmistā de his q aduersitatibus frangunt, et tērationib; succubunt, dicit: In diluuiū aquarū multarū ad eū non approxima bunt. De hoc quoq; diluuiū Deus suos eripit, iuxta illud Apostoli: Per multas tribulationes oportet nos introire in regnū Dei. Item: Fidelis Deus, q nō patiet uos tētari super id qd potestis, sed faciet cū tēratione prouentū, ut sustinere possitis, & in Ozeo: In tribulatione sua manē cōsurgent ad me. Et Psalmographus: Multæ tribulationes iustorū, et de omnib; his liberabit eos Dominus. De tertio dicit in Job: Apprehedet eum quasi aqua inopia, nocte eū opprime tēpestas. Primū igit diluuiū est uitiorū, deinde diluuium tribulationū, deinceps diluuiū miserie & tenebrarū. Primū est peccati, secundū mūdi, tertium inferni. Pisces primi sunt oblectamēta, secundū iniqua tētamēta, tertij ppetua tormēta. Hinc in euāgelio de bonis piscatib; uita calcātibus, tentamēta superatibus, æterna tormenta uitātibus, dicit: Elegerūt bonos in uasis suis: malos aut foras miserūt. Arcę uerò gratie, gratias referimus

Naum 1.

Hier. 31.

Mich. 4.

Esa. 54.

Cant. 8.

Psal. 31.

Ath. 14.

Cor. 10.

Ozee 6.

Job 27.

Matt. 13.

ga per eā scilicet Mariā & eius filiū utriq; diluuiū euasimus. Arca quoq; testamēti, typū tenet sanctæ Dei genitricis. Illā fecit Bezeleel, istam cōdidit Emmanuel: Bezeleel, Oliab in opere sciū habuit, & uirgo quoq; uirginū cōdita, plecta, pseruata, pparata, & ornata per spiritū sanctū, & eius omnipotentē filiū fuit. Bezeleel interpretat umbra Dei: Oliab pfectio mea, prior ille spiritus sancti, iste uerò typū tenet filij. De illo dicit ad Mariā in cōceptione filij beatissimi: Virtus altissimi obumbrabit tibi. Itē ad Ioseph: Noli timere accipere Mariā coniugē tuā, quod enim ex ea natū est, de spiritu sancto est. Iste uerò ad patrē datam in psalmo: Protege me a facie impiorū q me afflixerūt. Itē de eodē: De uentre matris meæ tu es protector meus. Itē: Tanq; prodigiū factus sum multis, & tu adiutor fortis. Bezeleel ergo cum socio arcæ testamēti fabricauit, sancta quoq; trinitas uirginē sibi sanctificauit, ac templū sanctissimū cōsecrauit, hospitiumq; mundissimū sibi pparauit, thalamū quoq; de q spōsus p filijs hominū speciosus ad publicū pcederet, decenter præornauit. Neq; enim pater abesse potuit, ubi eius spiritū & filiū cooperari uoluit. Quæcunq; enim pater facit, hæc eadē similitudine et filius facit. Neq; enim filius potest a se facere quicq; nisi qd uiderit patrē facientē. De spiritu quoq; legit in libro psalmorū. Verbo Domini celi firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Apostolus quoq; de tribus personis ita: Ex quo omnia, p quæ omnia, in quo omnia, ipsi gloria. Pater ergo in cōsecratione uirginis exhibuit claritatē, filius humilitatē, spiritus sanctus charitatē. Pater lumē exhibuit rationis, filius cinerē humiliationis, spiritus sanctus oleū dilectionis. Pater exhibuit potētā, filius sapientā, spiritus sanctus omnij uirtutū gratiā. Pater auctoritatē cōtra peccatū, filius humilitatē contra mundū, spiritus sanctus charitatē erga Deū & proximū. Filius carnis mortificationē, spiritus sanctus cōpunctionē, pater celestij contēplationē. Filius docuit eam diuina operari, spiritus sanctus amare & amari, pater celestia contēplari. Filius eam erudit, spiritus eā prouehit, pater eā pfect. Filius eā purificat, spiritus eā pacificat, pater eā honorificat. Hæc dicens, opera uel dona trinitatis nō diuido, sed fideliter inseparabilia assero. Sicut enim in essentia unitas, ita in operatione identitas. Arca uerò testamēti de lignis Sethim facta est, & Maria de spinosa & hispidō Iudæorū populo & arido procreata est, q utiq; spinosus detractione, hispidus superstitione, aridus fuit unctione diuinæ gratie. Vnde spinosus spinā coronā regisuo exhibuit, & in eum sicut ignis in spinis exarsit. Sethim enim interpretatur spina: Aliter Eua spina, rosa Maria. Reuera Eua spina fuit, quæ & uirum suum ad mortem pupugit, & posteritati suæ peccati aculeū infixit. Vnde Apostolus: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per

Exod. 36.

Luc. 1.

Matt. 1.

Psal. 16.

Psal. 21.

Psal. 70.

Ioan. 5.

Psal. 32.

Rom. 11.

Rom. 5.

peccatū mors: & sic in omnes pertrāsūt. Ligna uerō sancti patres fuerunt, q̄ licet in radice aruissent arboris, spem tamē certissimā habētes in aduentu saluatoris, tanq̄ peregrini & incolę in hoc mundo habitabāt, tanq̄ nihil habētes, & omnia possidētes, Castigabāt cum uitijs & concupiscentijs corpora sua, eumtes ibāt & flebāt mittentes semina sua. Vnde quidā ita: Conuersus sum, inquit, in grumna mea, dum cōfigit spina. Ad cōmendationē uerō gratię suę, & ad destrutionē humane sapiētię, Deus de fœmina, sed uirgine, descendēte de spinosa patrū origine, dignatus est carnē assumere, ut similit̄ similit̄ redderet cōtrariū cōtrario curaret, pestiferā spinā eueleret, peccatū chirographū potentissimē deleteret, Humilitas per sexum fœminę cōmendat, gloria uirginis & maiestas opitulat, peccatū gratia eiicit. Eua ergo spina fuit, Maria rosa extitit. Eua spina uulnerādo, Maria rosa omnium affectus mulcendo. Eua spina infigēs omnib. mortem, Maria rosa reddens salutarē omnib. fortē. De liquore spinei corticis sit encaustū, unde scribitur, de carnali mente tua fluxus nascit̄ concupiscentię, qui in ipsa & in Adam peccatū actuale in posteris originale transfudit. De hac uerō Apostolus ita clamat: Litera occidit, spiritus autē uiuificat. Ac si diceret: Per unum hominē mors, & per unum hominē resurrectio mortuorū, sic ut in Adā omnes moriunt̄, ita & in Christo omnes uiuificabunt̄. Mariā autē rosa fuit candida per uirginitatē, rubicūda per charitatē: candida carne, rubicūda mente: candida uirtutē sectando, rubicūda uitia calcando: candida affectū purificando, rubicūda actum carnalē mortificādo: candida Deum diligēdo, rubicūda proximo cōpariēdo. De lignis uerō Sethim condita est arca, in qua turbulū, manna et uirga sunt recondita: quia licet Mariā de patrū natura per peccatū uiuata, duceret originē, praelecta tamē per spiritum sanctū & preferuata ad purum, Deū nobis obtulit & hominē. Turbulū sacrosanctū, carnē significat saluatoris: quę aurea dicit̄, quia nullius passa est detrimentū pudoris, agnus scilicet sine macula, qui peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, de quo per prophetiā dicitur eloquiū: Ecce puer meus electus, posui super eū spiritū meum. Carbo turbulū sunt opera Iesu Christi. Carboes istī aliquādo mortuī, quandoque uerō sunt ignei, quia in saluatore nostro nunc propria tolerabat humanitas, nūc propria faciebat diuinitas. Ignis in carbone, diuinitas est innocēs in opere. Ignis in prunis, euidēs est indicium diuinitatis. Carbo mortuus, in praepe facēs. igneus, dæmonia expellens. mortuus, in Aegyptiū fugiēs. igneus. uendētes & emētes columbas de tēplo eiiciēs. mortuus, dormiēs in nauī. igneus, imperās uentis & mari. mortuus, subditus parētibus. igneus, quatuor satiās hominū milia de septem panibus. mortuus, ad puteū Iacob rogās potū. igneus, circa Hierico illuminās

2. Cor. 6.
Psal. 125.
Psal. 31.

2. Cor. 3.

1. Cor. 15.

Exod. 27.

1. Pet. 2.

Esai. 43.

cecum, & sanās leprosum. Carbo erat mortuus, dū a diabolo tētare: igneus, dū ei ab angelis ministraret. Mortuus in pditione discipuli: igneus in filio reguli. Sopitus ante p̄sidē: igneus circa Tiberiadē. Sopitus dum ei Herodes iulderet: igneus dū mortuorū fuscitator magnificus fieret. Sopitus dū ei acetū cū felle mixtū ppinare: igneus dū ab eo decē leprosi mūdarent. Sopitus dū a Iudgē se abscederet, sopitus dū cū publicanis & peccatorib. ederet: igneus dū ambularet sup undas, igneus dū ex aqua facta uino lētificaret cōuītas. Sopitus iacēs in cunabulis: igneus fulgens in miraculis. Sopitus ante tribunal p̄sidi: igneus in filia Chananitidis. Sopitus in cruce: igneus in mōte: Prunę ergo mortuę erant humanitatis opera, ignitē diuinitatis miracula.

* Sermo in illud Sapientie, Sapientia uincit malitiā.

Sapientia uincit malitiā. Sicut sapientia sapor boni, ita malitia sapor mali dicit̄. Clauus clauo expellit, ita & praua bonis supuenit̄. eliminant̄. Virtute siquē & sapiētia patris mediatore Dei & hominū Christo Iesu crucē p nobis subeūte, simul cū illo secundū Apostolū crucifixus est homo noster, ut destruat corpus peccati. Quid ego dixerim corpus peccati: Hoc meritō dixerim, imaginē quā impegit & cōfregit lapis excisus de monte sine manibus: cuius caput aureū, et ceterorū mēbrorū fuisse describūt quędā ex argēto, quędā ex aere, quędā ex ferro, quędā ex luto & ferro. Caput est malitia. quā supius saporē diximus mali, unde & p aurū exprimif, & nimirū sapiētia in scripturis designat. Mediū uerō corporis id est pectus et brachia, ex argēto fuisse memorant. Argentū est lucidū et sonorū: cuius sonoritas demulcet auditū, et claritas uisum oblectat. unde p ipsum curiositas designat, q̄ in his duob. sensib. uisu uidelicet & auditu, maxime uiget, quia p ipsos, utpote principaliores corporis fenestras, mors crebrius & leuius intrare cōsueuit ad animas nostras. Per uentrē autē et femora, ubi libido dominat̄, designat uoluptas: q̄ ex aere fuisse describūt. qd̄ similiter lucidū est & sonorū: q̄ntā eousq̄ malitię rabies in cāduit, ut flagitiosi & coingnati homines nō solū in spurcicia delectari, sed etiā in infamia consueuerint gloriari: utpote q̄ lētant cū malefecerint, & exultant in reb. p̄sims. unde prauo suo ex p̄lo corumpūt & eos q̄ longē, et eos q̄ pp̄e sunt: proximos uidelicet mala conuersatione, remotos autē mala cōuersationis opinione. Illorū oculis lucētes, istorū aurib. insonātes. Tibiēq̄ q̄ molē sustinēt corporis, ferreę dicunt. Squama squamę cōiungit. & totā sustinet machinā peccati praua et more ferri indurata uolūtas. quare. n. peccas: q̄a nescis qd̄ facias: absit. q̄a cogēris ut facias: absit, sed q̄a placet ut sic facias. Imbutū ergo et suffocātū ueneno diaboli uolūtatē desiderii, fomes celeris, & uirus flagitij solū est, q̄ obturat aures ut nō audiāt uocē incantantiū, et uenefici incantantis sapienter. Per pedes, q̄ r̄ū pars q̄dā erat ferrea, q̄dam

Sap. 7.

Rom. 6.

Dan. 2.

Prou. 2.

Iob 41.

dam scilicet, opera signant̄ tenebrarū: quibus ad notitiam peruenit̄ hominū. Lutum & ferrū bene sibi inuicem non cohærent. Per lutum, operum immūditia: per ferrum, mentis pertinacia designatur. Quę licet ad horā cōiungant̄, diu tamē cohære nō possunt. Ducus siquidē in bonis dies tuos, sed in puncto descendens ad inferos. Lapis ergo prius pedes cōminuit, quia fortitudo et firmamentū nostrū Iesus Christus. Dat deniq̄ uoci suę uocē uirtutis. Vnde tonitruum uocis eius factū in uirtute, interiora concutit, & per timorē mentis uirtutiā frangit. Deinde a uanitate seculi peccatore auulso, opera destruit per cōfessionē. Bona cōsequenter desideria immittēdo, & ea in bonis adimplēdo, sanat uoluntatē. Atq̄ sub iugo disciplinę obturando aures nō audiant sanguinē, claudendo oculos, nō uideant malū, expellit claudiositatē. Et sic ad ultimū sapiens & placens homo Deo, caput aureū statuę cōfringit, dum saporē mali (quē malitiā diximus) a prae cordijs animę penitus auellit. Sapiētia uincit malitiā. Cui enim Christus incipit dulcescere, profectō necesse est amarefcere mūdum. Est siquidē panis qui de celo descēdit, habens omne delectamentū & suauitatē saporis: sapor est patris per illā aeternā & ineffabilē naturā, sapor est angelorū per gratiā, sapor est noster per misericordiā. Vincit ergo, sed qualiter, uideamus. Attingit enim a fine usq̄ ad finē fortiter, & disponit omnia suauiter. Sunt ergo inueniendi ad minus duo fines altrinsecus positi quibus sapiētia mediās attingat utrumq̄. Quę ramus sines istos in parabolis euāgelicis, illis uidelicet in quibus primū agit de thesauro, quem qui inuenit homo, uendit omnia quę habet, & emit agrū illū. Subiungit postmodū de preciosa margarita, quam negociator inuentā cōparat, uendit omnib. quę possidet. Demū agit de sagena, quę missa in mare, congregat bonos & malos pisces. Similitudines istas diligētius perscrutemur, ut ex ipsis eliciat̄ propolita ueritas. Ager de quo in prima agitur parabola, disciplina est ordinis. Ager enim culta terra est, quę amputatis fruticibus, & arborū radicibus extirpatis, habilis est ad semen recipiendū, & fructū afferendū. Talis est disciplina ordinis, quę auullis peccatorū tribulis, remotisq̄ scandalorū occasionibus, digna est planē cui Deus emittat eloquiū suum. In qua nimirū uerbū suum nō est alligatū, sed ablati impedimentorū obstaculis, p̄ humiles & mites corde uelociter currit sermo eius. Hic est ager plenus, cui benedixit Dominus, habēs irriguū superius, & irriguū inferius. Fōtes profectō Israel, de quibus in ecclesijs Domino benedicit̄. Hi sunt fontes saluatoris: quorū alter est diuinitas, irriguū uidelicet superius: alter est humanitas, irriguū scilicet inferius. De fonte humanitatis aquas potamus confidentiē. quia per ipsum accessum habemus ad patrē, per

Iob 31.

Psal. 67.

Sap. 7.

Mat. 13.

Ibidem.

Ibidem.

Genes. 21.

Ibidem.

confidentia in fide ipsius. De fonte diuinitatis, aquę prodeit̄ misericordię, cuius impetus latificat ciuitatē Dei lætantē in coelis ad plenū, peregrinantē in terris prout cuiq̄ diuisit̄ Deus mēsurā fidei. De latibulis prophetarū exiliit̄ Christus Iesus ad cāpos pauperū. Per merita suę humanitatis impertit & diuinitatis participium in premiū. Dabit siquidē pacē nobis, trāsferendo nos in arcanū suę diuinitatis, quia omnia opera nostra operatus est nobis in humilitate suę humanitatis. Si ergo nostrā salutē operata est humanitas, quid operat̄ diuinitas? Nostrā profectō delectationē, quia delectationes in dextera eius usq̄ in finē. Laborātes igitur in agro paupertatis duo habent irrigua, quibus cordiū irrigatur ariditas, & terrę nostrę fructificat sterilitas. Absq̄ harum aquarū refrigerio: nulla sanē ad effectū proficiēdi possibilitas, sed deficiētī incumberet necessitas. Cum enim ad te reuersus cōsideras hinc exasperatē potentiā maiestatis, inde exasperat̄ pertinaciā iniquitatis: nōne repente subintraret desperatio, nisi meditoris Dei & hominū hominis Iesu Christi incarnatione succurreret & passio? Superuenientib. autē seculi tribulationibus, & impugnationibus dæmonis, & eleuatis in planitie mētis tuę tērationum procellis: nōne passioib. huius tēporis succumberes, nisi futurę glorię spes subleuaret? Sicut ergo apud humanitatē Christi habes merita, de quibus cōfidens desperare nō possis: ita apud diuinitatē sunt premiā, de quorum expectatione possis in tribulationibus nō solū respirare, sed & gloriari: quia nimirū fecit nobiscum misericordiā suā, non solū remittens debita, sed etiā promittens premiā. Quid retribuā Domino pro omnibus quę retribuit mihi: Pro omnibus quidē quę mihi ad cōuersionē meā tribuit. In ipsa cōuersione mea corpus meū et animam meā retribuit, imō reddidit, imō me pigritante & renitente ipse a me extorsit. Ecce autē pro omnibus quę ab initio cōuersionis meę mihi tribuit, cōpunctionē uidelicet lachrymarū, deuotionem meditationū, cōsolationē in laboribus, delectationē in meditationibus, pro his, in quā, & innumeris alijs beneficijs, quid ei rursum retribuā: Qui totū dedit, quid ulterius impendere habeo? Calicē salutaris accipiā, & nomē Domini inuocabo. Quid est, calicem accipiā? Anima mea desiderabit te in nocte, sed et spiritus meus in prae cordijs meis. Nomē tuum & memoriale tuū in desiderio animę. Nomen saluatoris mei fratres mei, carnis meę, sanguinis mei, nomē a seculis absconditū, sed in fine seculorū reuelatū: nomē mirabile, nomē ineffabile, nomē inestimabile, imō eo mirabilius, q̄ inestimabilius: eo magis gratū, quo gratuitū. Hoc, in quā, nomen nō iam uiuēte me labijs meis laudabo, sed iam non uiuēte me, uiuēte uerō in me Christo, sicut adipe et pinguedine repleat̄ anima mea, ut non solum

Psal. 15.

Psal. 115.

Ibidem.

Esai. 26.

Ibidem.

solū exterioribus, sed & interioribus labijs inuo-
Jobel. 2. cem nomē Domini. Quicumq; enim nō uoca-
 uerit, sed inuocauerit nomen Domini, saluus e-
 rit. Non solū autē nomē, sed & memoriale pas-
 sionis eius semper sit in desiderio animae meae,
 ut passionis eius particeps efficiar, si quo modo
 agnoscere potero sicut & agnitus sum. Sic ergo
 calicē eius accipiā, quia monumenta passionis
 suae intra animae meae sinū, intra memoriae meae
 cellas semper reuoluā. Aspiciā regem Salomo-
 nē in diademate quo coronauit eum mater sua.
 Aspiciā eum ligatū, flagellatū, consputū, satura-
 tum opprobrijs, clauisq; confixū. Aspiciā in hu-
 ius deserto ex illij serpentē aeneum super colum-
 nam crucis exaltatū, ut serpentes, qui me mor-
 dent, moriant, quia nullus qui credit in eum pe-
 ribit, sed habebit uitā aeternā. Haec & alia pa-
 tientis & morientis Domini mei memoralia, memo-
 riae meae arctius cōmendabo, & ad os cogita-
 tionis reuocās ruminabo diutius, ut impinger
 deuotius. Haec, inquā, crucis & passionis eius
 insignia sint praesentia, ut laeta eius dilectionis
 (qua nemo unq; maiorem habuit) sit sub capite
 meo, ne uidelicet mens mea ad carnalia incur-
 uetur desideria, donec dextera diuinitatis eius
 amplexetur me, ut absorbeatur hoc quod mor-
 tale est a uita: & mortale hoc immortalitatē, &
2. Cor. 15. corruptibile hoc induat incorruptionē. Leguam
 in hoc loco, humanitatē eius accipio, in qua no-
 bis exhibuit charitatem, ut diximus, qua nemo
 maiorē habet, ponens animā suam etiā pro ini-
 micis suis. Dextera est diuinitas, qua desidero
1001. 15. amplexari et circūdari. Tunc enim fatiabor, in-
Psal. 16. quit, cum apparuerit gloria tua, & adimplebis
Psal. 15. me laetitia cum uultu tuo: quia delectationes in
 dextera tua usq; in finē. Ceterū quantū dex-
 tera sinistrae praecellit, quantū uidelicet aeterna
 caducis, in corruptibilia corruptibilibus, immor-
 talia mortalibus, tantū necesse est precellere cha-
 ritate, quam nobis exhibiturus est in gloria suae
 diuinitatis, charitati quam nobis exhibuit in mi-
 seria suae humanitatis. Hanc enim & oculus ui-
 dit, & auris audiuit, & in cor hominis ascendit,
 non quā praeparauit diligētibus se. Quae tamen
 est illa charitas? Audi. Licet maiorem hac dile-
 ctionē nemo habet, ut animā suam ponat quis
 pro amicis suis, ipse tamē suā posuit pro inimicis.
Rom. 5. Cum enim adhuc inimici essemus, reconciliauit nos Deo in sanguine suo. Si hoc facit ho-
 mo, quid faciet Deus? Si hoc fecit pauper, quid
 faciet diues? Si hoc fecit pro inimicis, quid faciet
 pro amicis? Si hoc fecit in uita, quid faciet in pa-
 tria? Si hoc fecit in exilio, quid faciet in palatio?
 Si hoc fecit in terra, ubi sui eum non receperūt,
 quid faciet in caelo ubi ei omnes obediunt? Si
 quandoq; suggestionibus diaboli, uel importu-
 nis carnis nostrae clamoribus ad curā carnis in
 desiderijs peragendam reuocemur, anxietates
 Christi, crucisq; supplicij ponamus praec oculis,

& confestim ipsa nos docebit experientia, quid
 senserit Apostolus cum dixit: Verbum crucis his
 qui salui sunt, uirtus Dei est. Et mihi absit glo-
 riarī nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.
 Quare? Quia sicut fluit cera a facie ignis, sic pe-
 reunt omnes immūditāe a facie crucis. Dei si-
 quidē infirmitas, nostra est fortitudo, & in stul-
 titia eius facti sumus sapientes. Quia enim mun-
 dus non cognouit in sapiētia Deū, placuit Deo
 per stultitiā praedicationis saluos facere creden-
 tes. Verbum caro factū est, & habitauit in nobis,
 Caro factus est carnalibus, sicut spiritus angeli-
 cis spiritibus. Agnoscat eum caro in carne, ho-
 mo in homine. Agnoscat, inquā, & imitetur, ut
 eum uidere mereatur in maiestate, quia per hu-
 militatē pertinet ad sublimitatē. Si enim cōpa-
 timur, & cōregnabimus: si cōmorimur, & cōui-
 uemus, Agnoscamus eum, inquā, secundū car-
 nem, donec calcatis motibus carnis, & omni-
 bus extinctis uel deuictis carnalibus desiderijs
 possimus dicere cum Apostolo: Et si cognoui-
 mus eum secundū carnē, sed iam nō nouimus.
 Licet enim gloriosum sit uidere uel in memo-
 ria habere etiā secundum carnē speciosum for-
 ma praefilijs hominū, magis tamen proponitur
 nobis caro eius ad medelā q̄ ad gloriā, ad neces-
 sitatē q̄ ad beatitudinē. Altera siquidem collata
 est beatitudo animae, cui nihil creatum sufficere
 potest, etiā si cum terra coelū possideret. Nec fa-
 tiari potest eius cupiditas, donec eum habeat
 cuius imago est, qui solus potest implere angu-
 lo cupiditatis suae. Sicut autem mediator noster
 duas naturas, humanitatē uidelicet & diuinita-
 tem cōiunxit in una persona, ita singula eius o-
 pera ad hāc siue illā necesse est pertinere natu-
 ram. Ad hanc siquidē miseria, sed ad illā perti-
 net potentia. Quicquid ergo miseriae passus est,
 ex homine cōtraxit. Quicquid potenter opera-
 tus est, a patre habuit. Humanitate igitur & di-
 uinitate altrinfecus positus, duo habes media,
 passionē & resurrectionē. Illa est misericordiae
 & miseriae, ista est potentia. Vis annūciari in-
 ter pennas colūbae, id est inter perfectos sanctae
 ecclesiae, quorū uidelicet exēplo infirmi robo-
 rantur, depressi subleuantur? Dormias necesse
 est inter medios clericos, id est, inter passionē &
 resurrectionē, hinc stipatus fructibus, hinc sul-
 citus floribus. Fructus ad passionē, flores ad re-
 surrectionē pertinet. Quae seminauerit homo,
 haec & metet. Qui seminat in carne, de carne
 metet corruptionē. Seminauit uetus homo in
 carne, messuit postmodū corruptionē. Quam
 & passionē Christi. Nisi enim uetus homo trans-
 grederetur, nouus non pateret. O profundū &
 inscrutabile redēptionis nostrae consiliū. Verē
 diligentib. Deum omnia cooperant in bonum.
 Dñe Iesu Christe, si inobediētia Adē cooperata
 est nobis in bonū, et tantū tamq; mirificū bonū,
 ut tu fieres corruptibilis, tua obediētia in quod
 bonum

bonum nobis cooperabitur: Profectio ut homo
 fiat incorruptibilis. Si iterum in carne, tuā
 messuimus corruptionē: seminantes in spiritu,
 nostrā metemus incorruptionē. Omnium ergo
 temporum, quae sub conuersatione ueteris ho-
 minis trālegimus, fructus noster est passio Chri-
 sti: cui debemus configurari, mortificationem
 eius circūferentes in carne nostra mortali. Vn-
 de sicut ab initio cōuersionis, ita ab initio pre-
 dicationis suae praeposuit nobis poenitentia. A-
 gite, inq; poenitentia, quoniam appropinquabit
 regnum caelorum. Magnam refectioem sense-
 rat, qui de fructu poenitentiae dicebat: Fuerūt mi-
 hi lacrymae meae panes die ac nocte. Et alibi: Ci-
 habis nos pane lacrymarū, & potū dabis nobis
 in lacrymis in mēsurā. Et iterū: Potasti nos uino
 cōpunctionis. Quare ergo non dixerim poeni-
 tentia messum uel fructū, quae panis uocatur &
 uinū? Fructus iste amarus est, sed salubris: quia
 poenitentia amara est quidem ad tolerandum, sa-
 luberrima autem ad conualescendum. Proinde
 fidelis anima quae retrō sunt obliuisci desiderās,
 & ad anteriora extendi, his fructibus stipari &
 roborari desideret, quatenus ipsis interpositis,
 ad secularia desideria carnisq; illecebras nō pos-
 sit reflecti. Sicut autem temporalitatē uetustatis
 nostrae recolentes, finem eius & fructum habe-
 mus poenitentia: ita aeternitatē nouitatis nostrae
 meditando praecurrentes, quandam gaudiorū
 sentimus fragrantiam: quae merito floribus com-
 paratur, quia uiso flore spes fructus concipitur,
 sicut & per horum praegustationem gaudiorū
 certius animamur ad expectationē futurorum.
Rom. 8. Quod enim non uidemus, speramus: unde & p-
 patientiam expectamus. Temporis ergo praete-
 riti fructus est cōpunctio, aui futuri flos est de-
 uotio. Dormias ergo necesse est inter medios
 clericos, id est, inter passionē et resurrectionē, in-
 ter fructū & florē, inter cōpunctionē & deuo-
 tionē. Qui sunt q̄ dormiūt? Qui silent, tanq; nō
 flentes qui gaudēt, tanq; nō gaudēt: qui utun-
 tur hoc mundo, tanquam nō utantur: qui ut se-
 ductores & ueraces: sicut qui ignoti & cogniti,
 per ignominiam & bonam famā, tam prospera
 q̄ aduersa huius uitae transeūt, ac si non sentiāt.
 Beatus siquidē populus, cui etiam in hoc mun-
 do relictus est sabbatismus. Qui dormit, exposi-
 tus est, nullam sui curam gerens, & tamen quie-
 scit: Ita & nos omnē solici uolūtatē nostram in eū
 projicientes, tam in aduersis q̄ in prosperis ex-
 ponamur, tam per plana q̄ per aspera ducatur
 illius congratulātes: qui ideo inclinauit caelos,
 & descendit, ut reduceret nos in uitam rectam,
 ut de loco peregrinationis iremus in ciuitatem
 habitationis. Si haec uia ardua est & stricta, ne
 deficias, quia eo tutior & rectior est. Porro pre-
 uisus tuus fortis et pius est, paratus utiq; in defe-
 ctu tuo te facris in humeris collocare, et te porta-
 re ad gregē: quia qui dux & Dominus tuus est,

ipse etiā & alinus tuus est. Isachar alinus fortis
 & posteriora dorsi eius in pallore auri. Ipse dor-
 sum nostrū cui imponantur onera ceteris mem-
 bris importabilia, sicut & haec dicit noster emissar-
 rius ipse est, cui imposita sunt peccata nostra, quae
 uerē languores nostros ipse tulit, & dolores nos-
 tros ipse portauit. Hinc ergo in memoriam re-
 uoluentes passionē Christi, omnia blandimēta
 mūdi ut stercorea reputemus, ut passionib. Chri-
 sti conformemur: inde spe tenentes firmiter glo-
 riā resurrectionis, ne deficiamus, sed gloriemur
 in tribulationibus, quia passionis huius tēporis
 condignae nō sunt ad futurā gloriā quae reuelat-
 bitur in nobis. Ager ergo paupertatis merito
 plenus dicitur, quē simul & uer decorat florib.
 & autumnus replet fructibus. Cui merito pater
 cōparat filium suum dicens: Ecce odor filij mei
 sicut odor agri pleni. In quo nimirū omnis per-
 feccio paupertatis, & uirtutū plenitudo supera-
 bundauit, ita ut de plenitudine eius omnes acci-
 peremus. Cū enim diues esset, ppter nos factus
 est egenus, ut illius ditaremur inopia. Ager iste
 aquis irriguus, floribus redolens, & abundans
 fructibus, thesaurū habet in se absconditū, uide-
 licet continentia carnis. Preciosus siquidē the-
 saurus est, possidere uas suū in sanctificatione &
 honore, nō in passione desiderij, sicut gētes quae
 ignorant Deū. Noli querere thesaurū hunc in-
 ter spinas & tribulos secularis illecebrae, nec in
 syluis ruditis antiquae. Non enim in sylua, sed
 in agro absconditus est. Queras in agro ubi fa-
 turantur signa campi, et ubi passeris nidificant,
 id est ubi incontinentes respiscunt, dignos poe-
 nitentiae fructus facientes, prolem gignunt, nō
 sibi tantū, sed & alijs proficientes. Continentia
 tibi credas necessaria, ut spiritus sanctus fiat in
 te fons aquae salientis in uitam aeternā. Aqua nō
 sursum salit, sed desursum necesse est ut ueniat.
 Omne datū optimū, & omne donū perfectum
 desursum est, descendens a patre luminū. Ergo
 quod salit in uitā aeternā, a uita aeterna profectio
 descendit. Vnde licet aqua desursum ueniat, nisi
 continentem & integrū habeat conductū, sur-
 sum nō redit, sed distillat. Descendit in te spiritus
 sanctus, uiuificauit animā tuam, ut in te saliat in
 uitā aeternā. Continens necesse est, ut sit corpus
 tuū, quatenus obtures aures tuas ne audias fan-
 guinē, & claudas oculos tuos ne uideas malū,
 ne gratia de superis tibi collata, p minus circū-
 spectos sensus tuos foris effluat, spiritu tuo diffu-
 so in uanitates et insanias falsas. Nota aliud esse
 continentem, aliud castū. Luxuriosus & castus
 sibi repugnant. Luxuriosus est, motus sentire, &
 motib. consentire. Castus est, nec motus sentire,
 nec motibus consentire. Continens est in medio
 utrobq; sumens participiū, cum altero commu-
 ne habens motus sentire, cum altero motibus
 nō consentire. Iste existēs in medio domus, de-
 orsum luxurioso, sursum uerō collatus pudico,
 A A a etfi

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Galat. 6.

Ibidem.

Rom. 8.

Genes. 22.

et si nō in munditia cordis perambulat, tamē in innocentia cordis decantat misericordiā et iudicium. Iudiciū, quōd motus sentiat: misericordiā, quōd motibus nō consentiat. Iste nolens dimittere angelū magni consilij incipiente aurora no uae lucis, sed petens obnixē benedictionē perseuerantiae: et si nō omnino priuari, claudicare tamen meretur altero pede. Qui sunt duo pedes? Motus sentire, & motib. consentire. Illud est naturale, istud est criminale. Licet ergo nondum ignorare possit prauos motus desideriorū, sed adhuc in ipso uigeat pes iste: per gratiā tamē supernae benedictiōis ita eneruat in ipso spes consensu quatenus et si ipse trahat, ipsi tamē inniti nō possit. Nō est omnino sine eo, quia cum re-
 pentina cogitatione concurrat multotiens quaedam delectatio, quae tamen cū sentitur, gemitū magis q̄ consensum extorquet. Inuento huiusmodi thesauro in agro paupertatis, ut in tuā thesaurum redigatur possessionē, uade & uende omnia quae habes, & eme agrū illū. Quid est, uēde omnia quae habes? Abrenuncia omnibus quae possides, exiens ad Iesum extra castra, ut portes impropertū crucis eius, quatenus tantē humilitatis merito de nemore exiens, in quo inuolūtā

Psal. 11.

sunt semitae impiorū (qui in circuitu ambulat) agrū quem praediximus possideas, in quo abiectis occupationibus, curisq̄ secularibus, corpore cōposito, et corde dilatato, curras alacer uiam mandatorū Dei, quae quidē desiderabilia sunt,

Psal. 18. ibidem.

& dulciora sup. mel & fauū. Quare? Quia in custodiendis illis retributio multa. Planē multa, quae custodientib. ea debetur uita aeterna. Vnde ueritat: Si uis, inq̄t, uenire ad uitā, serua mandata. In hoc gradu continentie, in quo refrenas quod delectat, & quod nō delectat, operaris, magna tibi incumbit tribulatio: quia dum uoluntati tuę repugnat ratio, bellū geritur intestinū. Noli ergo torpere, sed leues oculos tuos ad eum q̄ habitat in caelis, a quo ueniet tibi auxiliū, ut nō solū per maneas, sed etiam glorieris in tribulationibus. Quod tamen aliter nō fit, nisi tibi sapiat Deus. Queras ergo necesse est sapientiā, per quā tibi sapiat Deus, & mundus desipiat: quae per preciosam signat margaritā: quam qui inuenit homo, uadit & uēdit uniuersa quae habet, & emit eam.

Sup. 16.

Vtinā gustares & sentires quā dulcis est Dominus. Vtinā gustares panem qui de caelo descendit, habentē omne delectamentū & suauitātē saporis. Profecto si quid haberes, uenderes, & cōparares eam. Quid tamen habes uendere, qui omnia quae possidebas uendidisti propter agrū paupertatis comparandū, in quo thesaurū inueneras continentiae. Vide ne forte duplex sit possessio tua: una interior, altera exterior. Exterior est secularis facultas, interior est propria uolūtas. Secularibus facultatibus abrenunciasti, exiens ad Iesum extra castra huius seculi, adhuc tamen rudis, & uetustatis tuae tene-

De uitio proprie uolūtat.

bris obuolutus, propriae uolūtatē tuā uisū non intellexeras: quae profectio nō relinquitur, quotiens fit exterior abrenunciatio. Citius enim & leuius relinquit facultas, q̄ cupiditas amittatur. Vnde Dominus non quoscunq̄ pauperes, sed pauperes spiritu dicit esse beatos. Qui sunt illi? Non omnes utiq̄ qui habent, sed qui amāt paupertatem. Parū ergo omnino, imō nihil prodest exterior abrenunciatio sine interiori uel comitante, uel subsequente. Propria siquidem uoluntas Deū impugnat, & aduersus eum extollitur. Ipsa est quae paradysum spoliat, & dicit infernū: quae sanguinem Christi euacuat, & ditioni diaboli subiugat mundū. Vide qualiter propria uoluntas aduerset Deo. Nemo potest duobus dominis seruire. Non poteris obedire simul & diuinā & propriae uolūtatē. Si enim uoluntas tua uoluntati diuinā concordat, iam nō propria uoluntas est, sed cōmunis: non tantū est hominis, sed hominis & Dei. Caeterum uoluntati Dei ex debito creationis tuae necessariō es obnoxius. Quare quia sola uoluntas Dei certa est, quare creauerit & recreauerit te Deus, sicut ait apostolus Iacobus: Voluntariē genuit nos uerbo ueritatis. Facis quod debes, dum obedis ei. Debitū etiā uirtutis pensum fideliter perfoluis, cum eius uoluntatem & habes in desiderio, & seruas in obsequio. Ecce autē fallente diabolo, & sensibus tuis seculo lenocinante, ad ea quae foris sunt, curiose egredieris, ad quorum delectationem dum proprie uolūtatē attraheris cōcupiscentia, quodammodo abrenuncias Deo, ac si abnegans diceret: Hucusq̄ te colui, uoluntatem tuā feci: sed nullā in me deinceps habes fiduciam, quia alij domino seruire, fidemq̄ seruire proposui. Ecce propriae uolūtatē iniquitate abnegasti Deum tuū, sed necdū sufficit tibi ipsa negatio: quinimo impudentissimus preses subsequenter effectus, in possessiones eius uiolenter debarcharis, tam alimentis q̄ indumentis quae preparauit nō contempitoribus, sed seruitorib. suis, ad tantē maiestatis iniuriā impudenter abutens. Si in monasterio es, nihil comedis, nihil bibis, nullo indueris quod prius nō auferas: dumq̄ de sacrario uictualia rapis, latrocinio sacrilegū iungis: accedis tamen ad altare, & Dominicū corpus & sanguinem tractans, nihil in te criminale reperis, q̄ (si ueritas subtiliter indagat) Deū negasse conuinceris, ac latro probaris, ac sacrilegus. Sequit̄ tertū, q̄d grauiusimū est, quem abnegasti, quem depredataus es, ad ultimū moliris occidere. Permanens em̄ in iniquitate tua, peccatū tuum uis esse impunitū, in quo Deū uis esse iustū. Exigit enim iustitia eius, ut unicuiq̄ reddat secundum opera sua. Qui enim Deū uult esse iniustū, uult Deū nō esse Deū. Et qui desiderat nō esse Deū, nōne, quantū in eo est, ipse Deū occidit? Proinde quod uendidisti exteriorē possessionē tuā, ut absconditum in agro regularis disciplinae thesaurum

Rom. 9.

Ecl. 1.

saurum continentie emeris, uade & uende interiorē proprietatē, longē profectio grauiorē ad relinquendum, & omnino perniciosam ad retinendū, ut preciosa margaritā sapientiae comparas: quam qui inuenit, beatus si tenuerit eam. Vis eam habere? Serua mandata. Sic enim scriptum est: Concupisti sapientiā? serua mandata, & Dominus dabit illā tibi. Impende igitur obedientiam, & recipies sapientiam. Quomodo enim possumus Deo placere, aut ipse nobis sapere, si eius mandatis cōtempserimus obedire? Vnde interroganti in euangelio adolecētī, diuina continuo mandata proponit seruanda, ostendēs in nobis faciundā esse eius uoluntatē, a quo eter nam speramus retributionem. Propter quod dicit: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnū caelōrū. Et alibi: Quid uocatis me, Domine, Domine, & nō facitis quae dico? Hoc ordine debes progredi. Cōtinere nō potes in seculo: fuge seculū, & apprehende disciplinā, ubi profectio inuenies continentia. Iugularis postmodū per confessionē carnalibus desiderijs, de uitijs animae poteris liberius iudicare, de quorū radicibus flagitiorū pullulant surculi, & in perfectū turpitudinis corpus excrecunt.

Matth. 19.

Hae animae uitia, spiritualia nequitiae uocat Apostolus, quae parū discernere poteris, dum carnalibus occupaberis desiderijs, & in eis quae foris sunt, delectaberis. Postquā ergo exteriorē delectationem amiseris, nisi senseris interiorē, diu stare nō poteris. Quae est illa? Visitatio sancti spiritus. Hanc tibi auferri inuenies per propriam uoluntatem. Vnde eam, mandatis Dei diligenter obediendo, & pro ea inuenies uitam aeternam. Dicit enim ueritas: Si uis ad uitā uenire, serua mandata. Ecce habes continentiam, qua corpus tuū possideas in sanctificationē: habes sapientiam, qua Deo placeas in deuotione. Habes aliquid tibi, habes aliquid Deo: sed quid habes pximo? Quid est quod dicit Apostolus: Siue sobrii sumus uobis, siue excedimus Deo: Quibus loquitur? Proximo loquitur. Qui ergo excessum suum dat Deo, sobrietatem suā proximo, quid sibi retinet? Charitas nō quaerit quae sua sunt. Quare? Quia nō est egena, & habet, et superabundat. Ita & tu necesse est habes aliquid ad opus proximi, ut probes quae sit uolūtas Dei bona & beneplacens & perfecta. Probas in te uoluntatem Dei bonā per continentia, beneplacentem per sapientia, restat ut probes perfectam per misericordiā, quae quidem significat per sagemā missam in mare, et ex omni genere pisciū cōgregantem. Sagenā siquidem misericordiā, per mare fraternae charitatis trahitur, & bonos & malos pisces, id est tam amaras q̄ dulces affectiōes con trahit, omnib. se cōformans, & omnīū in se tam aduersa q̄ prospera traiciens: sicut cū flentibus, gaudens cum gaudentibus: quae tandem ueniens ad litus, quādo uidelicet de seruitute corpo

Matth. 7.

Luc. 6.

Ephes. 6.

Matth. 19.

2. Cor. 5.

1. Cor. 13.

Matth. 13.

ris huius liberabitur in libertatē gloriae filiorum Dei, quicquid amarū, quicquid triste, quicquid aduersum est, destruet & exuet, cui nimirū erit laetitia, & lux lucebit perpetua. Quod congregatiōnem mare dixerim, nō tibi uideatur absurdum: quae nimirū flante aura tentationis, procellis turbationū multotiens elidit. In qua sunt quāmplures qui ascendunt usq̄ ad caelos presumendo, et descendunt usq̄ ad abyssos desperādo: quorum anima in ipsis tabescente turbantur & mouentur sicut ebrii, & omnis sapientia (imō conscientia) eorū deuoratur. Sed licet mirabiles elatiōes maris, mirabilis tamen in altis Dominus: quia et si quandoq̄ in nauī dormire sustineat, nouit tamē surgere in tempore opportuno: & eo imperāte, fluctibus & mari, redit tranquillitas magna. Ad inueniendos fines sapientiae (ut proposuimus) tres posuimus parabolas euangelicas, easq̄, put Dñs dedit, exposuimus: primā de thesauro, secundā de margaritis, tertā de sagenā. Iam uerō de uicta tātē caliginis densitate, patet quomodo sapientia attingat a fine usq̄ ad finē fortiter. Sanē secundū q̄d procelsumus, sapientia quasi medius locū tenet, habens hinc continentia, inde misericordiā. Attingit autē modō ad istā, modō ad illam, fortitudinem utriusq̄ ministrās. Luxuria siquidem impugnat continentia, auaritia misericordiā. Luxuria flagitiū est, auaritia spiritualis nequitia. Vnde illud uitium corporis, istud animae. Vide quia nullū est peccatū, q̄d ita inquinēt corpus sicut luxuria. Omne enim peccatū quod fecerit homo, extra corpus suū est: qui autē fornicatur, in corpus suū peccat. Similiter sup. omne peccatū auaritia inquinat animā: unde & idolorum seruitus dicit. Incuruat enim ad infirma & egena elementa animā, quae soli creatori subiecta, caeteris reb. deberet praesse. Qui ergo peferant in continentia, assultus sentiunt luxurię, sed apud sapientia fortitudinem inueniunt resistendi. Per hoc enim q̄ eis sapit Deus, quandoq̄ merent q̄ dulcis est Dominus, illā infelicissimā & foetentis, dulcedinem luxurię respiciunt, et apud eum inueniunt refrigeriū, cuius apud se habent desiderū. Similiter auaritia subuertere nititur misericordiā, & quasi sub specie boni res monasterij prohibet uendere per necessitatib. infirmorū: ac si corrūere debeat monasterium, si cura suscipiat infirmorū. Sed quib. sapit Deus, nō adeo sapit terrena substantia, quin infirmis cōpatiant. Auaritia autē dum ingerit superfluitates, uult necessitates refecare: sed sagenā misericordiā, quae fit ex filis cōpasiōis, & impendit charitatē in necessitatib. inueniendis, & habet discretionē in superfluitatib. reijciendis. Dat itaq̄ sapientia uirtutem & fortitudinē plebi suae: uirtutem contra auaritia, fortitudinem contra luxuria, et tamen inter tot perturbationes, et inter tot angustias disponit, ut diligentiū, Deū, omnia cooperentur in bonum. Amen.

Psal. 106.

Psal. 92.

1. Cor. 6.

Coloss. 3.

Rom. 8.

Lectio sancti euangelij secundum Mattheum.

Matth. 25.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum caelorum decem uirginibus, quae accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponsae. Et reliqua.

Homilia.

2. Cor. 11.

Sponsus Christus est, ad cuius uocem qui amicus est stat, & audit, & gaudio gaudet propter uocem sponsi. Huic nos despondit Apostolus, qui ait: Despondi uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Timeo autem quod non possit hoc facere quod spondit, id est animam nostram exhibere Christo uirginem, & uirginem castam. Casta addit, quia sunt quaedam uirgines corpore, quae cogitatione fornicaria de uirginant, & suauolentem uirginitatis florē, libidinose affectionis pudore contaminant. Et haec quidem fatuis quinq; uirginibus designantur, quas non rectae intentionis affectus infatuat. Virgo Christus est, & uirginis filius, & uirginem coniugem uult habere. Tu si habes angelicam (plus dico uobis) Christi matrisque suae gratiam, hilaresce, tripudia, & in amplexu Christi festinabunda gestiens illud amatorium, clama suspiras: Osculetur me osculo oris sui, Sponsa ergo es Iesu Christi, sed hoc tuum nomen diligenter attende. Sponsa uel sponsi nomen ab eo quod est spondere, grammatici deriuant. Dicunt autem sponsus & sponsa, quia se sibi alterutrum spondent, ut nec ille nec illa alteri nubat. Porro inter diem desponsationis huius interponitur aliquando breue spatium, aliquando & productum, & tamen definita & denominata est dies qua debeant conuenire: quod quidem sapienter atque utiliter statutum est, ut interim mutuus amor augeatur & crescat, & impatiens desiderium cupitae copulae quo amplius differtur, ignescat: & quia iuxta Sallustium, cupienti animam nihil satis festinatur, diem dictarum nuptiarum prope rantius esse desideret. Sic Iacob pro Rachel septennium a die desponsationis labore defudat, cubat sub dio, gelu alget, solibus uritur, nec tantam diuturni laboris amator uehemens cedit iniuria. Quorsum autem ista? Ut & tu si iam sponsa Christi es, ardeas amore, astues desiderio, anhelus suspirijs, dum tardat dies copulae concupitae. Ait quidam: Paleat omnis amans, ut pallor & macies sint amoris signa certissima. Quid tibi cum lautioribus epulis? Quid tibi cum uino? Non est hoc monachorum. Epulentur splendide ciues Babylonis. Si te uiderit ob amorem suum sponsus marcescere, si pallefcere, si calefcere impatiēti desiderio: accelerabit copulae diem, offeret oscula, iunget amplexus. O laetam diem nuptiarum. O felicem sponsam tali coniugio. Carpe oscula o beata sponsa, iunge amplexus, cantat: Ecce quod concupiui, iam uideo: quod amauis, iam teneo: ipsi sum iuncta in caelis, quem in terra posita tota deuotio dilexi. Simile est regnum caelorum decem uirginibus, quas rex caelorum

Canth. 1.

Genes. 29.

si sibi cum lampadibus luminosis occurrerint, in illum caelestem thalamum intra asyli cubiuli introducet. Sed quid facimus, quia quinq; sunt fatuae, & quinq; prudentes? Puto autem quod & plures, & prudentium numerum longe superet multiplicitas fatuarum. Caeterum omnes acceptis lampadibus exierunt obuiam sponso & sponsae. Exierunt, unde exierunt: Plane de substantia & seculari conuersatione, iuxta illud: Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis. Audit & Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Loth quoque de Sodomis exire praecipitur, et retrospicere prohibetur, ne pariter cum Sodomitis ardentibus inuoluatur incendijs. Sed quid dixit ad angelum? Est ciuitas hic iuxta, ad quam possum cofugere, parua, & saluator in ea. Nunquid non modicum est, & uiuet anima mea? Ciuitas parua, & iuxta, id est, non longe a seculo in qua Loth ardente Sodoma saluatur, monasterium est. Nunquid non modica est respectu illius, mundi latitudinem occupans, populosa ualde, & malitiosa, cupiditatis & libidinis flagrat incendio? Eximus inde, & ad paruum ciuitatem que iuxta est, cofugimus, ardentem cum ciuib, suis, Sodomam relinquentes. Saluator, inquit, in ea. Plane saluabimur in ciuitatula ista, si non respexerimus retro, si flammantis Sodomae (quae iuxta iuste ardet) non nos apprehenderit, non nos incenderint fauilla caduca. De hac Sodoma exierunt uirgines obuiam sponso & sponsae: longum enim est a uirginibus flamma Sodomorum. Exierunt autem cum lampadibus, lumbos habentes praecinctos, & lucernas in manibus ardentes, ut & castitatis cingulum astringat in corpore, & ad utilitatem proximi, & gloriam patris, lux exempli clareat in operatione. Sic Gedeon in lagunculis lampades occultans, sed in hora certaminis fractis uasculis demonstrans, repentina luce hostes terruit, & uertit in fugam. Terrantur enim principes tenebrarum uisa luce bonorum operum, quia stare ante lucem tenebrae non possunt. Prudentes enim uirgines acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Vide prudentiam uirginum istarum: sciebant noctem fore productam, & nescientes qua hora noctis sponsum ueniret, non contentae oleo lampadam, etiam in uasis oleum sumunt, ut si forte illud quod erat in lampadibus ad nihilaretur & deficeret, de eo quod in uasis repositum ad custodiam luminis, lampades impleterent. Oleum in lampade, est opus bonum in manifestatione: sed dum uidetur a proximis claritas operis, dum mirantur & laudant, extollitur plerumque & assurgit elatus animus operantis: & dum in se, & non in Domino gloriam, lumen lampadis adnullat, & carens fomento congruo lampas quae coram hominibus clare lucet, coram Domino tenebratur. Prudentes uero uirgines praeter oleum quod in lampadibus habent, oleum aliud in uasis reponunt: quia nimirum sanctae anime dum sponsi sui

Esai. 52. Genes. 12. Genes. 19.

Indic. 7.

2215

sui praestolantur aduentum, dum toto desiderio ei clamant quotidie, Adueniat regnum tuum, praeter illa opera quae proximis lucent ad Dei gloriam, & uidetur: aliqua in occulto, ubi solus pater uidet, opera faciunt, ut si forte illa quae conspicua & clara sunt, flatus laudis humanae extinxerit, oleum occultae conscientiae suffragetur. Haec est gloria filiae regis abintus, dum plus de oleo quod in uasis conscientiae dilucefcit, quam de eo quod lucet deforis gloriae, perijisse aestimat omne quod cernit, nec dignum iudicat remuneratione, quod fauores hominum prosequunt. Latenter igitur quae praevalet operat, petit secretis, orationibus, pulsat caelum, fundit lacrymas testes amoris, & cum dilecto illo suo spiritali gemituque fabulatur. Haec est gloria, sed abintus, sed inuisa filiae regis, et amice. Hoc oleum fatuae uirgines non habent: quia nisi ad nitorem uanae gloriae, & fauorem hominum bona operantur. Hoc oleum in quo prudentes cofidunt, in abditis conscientiarum uasculis reponunt. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Dormiuit uirgines bonae in Domino, & in Christi pectore dulce reclinatorium habentes, mane illud ultimum praestolantur. Mane, inquit, alitibi tibi, & uidebo. O quam iucundo interim sopore sopiunt, quarum caro in spe requiescit, et in spe spiritus hilarescit. Liber inter haec meminisse quod sanctus Germanus, pontifex Altisiodorensis Romam petens, cum Eduam deuenisset, ad tumultum sancti Cassiani diuertit: quem proprio uocis nomine. Quid (inquit) agis frater charissime? Et ille de tumultu, Dulciter (inquit) in pace requiesco, et aduentum redemptoris exspecto. Ecce prudentium uirginum somnus, quibus, caelitus dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Non autem hoc fatuis uirginibus dicit, nec talis interim sopor earum. Neque enim a laboribus, requiescit, quarum caro uidet corruptionem, ut ingrediat putredo in ossibus earum, & subter eas scateat. Et hoc quidem caro. Anima uero sepulta in inferno, quomodo dormit conturbata, quae in tormentis posita, aere siti, nec sperat guttata refrigerij, & resurrectiois diem, & aduentum iudicis male sibi conscientia perhorrescit. Dormitauerunt igitur omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. O clamorem prudentibus uirginibus omni modulatione, omnibus modulis dulciorum, Ecce sponsus uenit. Putas uox ista est filij Dei, quam cum uenerit beata illa hora, omnes qui in monumentis sunt audient: & qui audierint, uiuent: Domine Iesu Christe fili Dei uiui, da in illa hora auditui meo gaudium & laetitiam, & exultabunt ossa humiliata. Non timeam tunc, quae lo, Domine, ab auditio mala, quam audituri sunt quibus, dicturus es, Ite maledicti in ignem aeternum. Erit fortassis uox ista illius tubantis archangelus in cuius uoce et in nouissima tuba Dominus descendet de caelo. Canet enim tuba, ad cuius clangorem, (ut Hieronymi uerbis utar) totus timebit mundus

Psal. 5. Psal. 15.

Apocal. 14.

Ioan. 5.

Psal. 50.

Matth. 25.

aus. Fragor igitur tubae illius dum tubabit angelus, dum expugnentur homines, tartara etiam tenebrosa conturbat. Audient miseri qui ibi sunt, qui illo tenentur ergastulo: audient tunc, qui nunc audiunt, & facere nolunt: Exite obuiam ei. Magnus quidem clamor: quoniam, ut Sibylla dicit, quando tuba sonitum tristem dimittet ab alto orbe, quando Dominus caelum aduocabit defursum, & terram discernere uolens, populum suum ante se, & prudentes uirgines ab infatuatis separare: aduocabit caelum defursum, & uirtutes illae caelorum de suis sedibus moueantur, & omnes angeli cum eo ad iudicandum congregentur. Psalmista: Aduocabit caelum defursum, id est, spiritus animasque in storum, quibus, ante dictum fuerat, ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleteret numerus fratrum eorum. Tunc caelesti illa habitatione relicta, sanctae illae animae suis corporibus redibunt, tanto tutius, quanto incorruptius gaudebunt. Tunc in momento in ictu oculi, iuxta Ezechielē, in campo pleno ossibus, mortuorum ossa ad ossa, & nerui ad neruos, et iuncturae ad iuncturas denuo colligentur, quae surgit corpus spirituale, quod seminatū est animale: et resurgens a mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Tunc in articulo in diluculo diei illius ueniente sponso, clamor magnus omnes excitabit dormientes, & clamabit uirtute magna, & efficacissima, Exite obuiam ei. Exite dormientes, & in occursum iudicis festinate. Tunc plangent se omnes tribus terrae. Tunc dicent mortuis, Cadite super nos: et collibus, Operite nos. Exite de tumulis quos conscientiae memoria non accusat, & uideate iudicem bene sibi conscientij, et boni meriti gaudentes. Reprobos autem non tam uoluntas quam potestas iudicis exhibebit: nec tam de monumentis exient, quam trahent. Merito dies illa dies irae, dies calamitatis & miseriae, dies tenebrarum & caliginis praedicatur, in qua iudicij signum, tellus sudore madescet: in qua Decidet de caelis ignis, & sulphuris amnis, Tartareumque chaos monstrabit terra dehiscens. Ignis enim ante Dominum praecedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, quos tunc instar Sodomitarum inueniet nudos et intractos. Sic enim resurgentes ignis & sulphuris imber inundans igniet & comburet. Erit tunc omnino miserabile uisu, quod in corruptibile et incremabile corpus ardebit, nec interibit: comburetur, nec minuetur. Capillus enim de capite non peribit: quia nil corporis quod in corruptelam induerit, uel incidit poterit, uel audiri. Aspice salamandram super ignitas & ardentes prunas illaeso corpore gradientem. Porro asbestus lapis, talis fertur esse naturae, ut semel accensus inextinguibili ardeat, igne lapidi inharente, nec tamen consumente. Tali uero modo, ut opinor, ignis ille sulphureus inflammabit inimicos Domini. Iustos uero sicut Babylonicos tres pueros non tanget omnino, nec contristabit, nec molestiae

Vide Aug. libro 18. de Cuius Dei, cap. 22.

Psal. 49.

Apoc. 6.

Ezech. 3.

1. Cor. 15.

Luc. 13.

Soph. 1. Aug. ubi supra.

Psal. 96.

Luc. 11.

August. li. 21. de Cuius tate Dei, capite 4. & 5.

Dan. 3.

quicquid inferet; cum reformabit Dominus corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. Rogo, quod inter haec erit mentis peccatoribus, quae nunc latent cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: Quid, inquit, animi tunc habebunt, ardentibus elementis, terra dehiscere, & hiatu terribili chaos demonstrante tartareum, consurgentibus mortuis, & iudice illo, cui pater omne iudicium dedit, cum omnibus angelis caelitus adueniente: Miserum me, dum haec cogito & scribo, cor timore palpitat, hument oculi: & tribularetur nimium, si nesciret misericordiam Domini. Verum ad propositum reuertamur. Tunc surrexerunt omnes uirgines ille, & ornauerunt lampadas suas, id est, conscientias cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus. Argua te (inquit) & statuam te contra faciem tuam. Posuimus nos peccata nostra post dorsum nostrum, dum hic uiuimus, & tanquam de actibus nostris nulla esset ante tribunal Christi facienda discussio, per negligentiam peccata multa obliuioni tradidimus. Sed quod ait: Statuam te contra faciem tuam, id est, totam uitam tuam, quicquid cogitatu actumque peccasti, ante tuam faciem mentis adducam: quae cum omnia simul uideris, dicam: Haec fecisti, & tacui. Sic fieri arbitror horam illam, tale iudicium fieri, ueritate (quae Christus est) in cordibus singulorum iudicante. Heu quanta tunc in mentem ueniet, quae nunc uel nulla putantes, inconfessa atque impurgata relinimus. Quod metueris

Psalm. 38. pius ac prudens rex Ezechias: Recogitabo tibi, inquit, omnes annos meos in amaritudine animae meae. Recogitabo, id est, iterum cogitabo, ne aliquid forte oblitus sum, neque aliquid iniudicatum & indiscussum remaneat. Ornant ergo lampades prudentes uirgines oleo quod in uasis repositurant, sed futurum uirginum lampades extinguunt: & quia tenebrarum opera fecerant, in tenebris remanserunt. Date nobis, inquit, de oleo uestro. Stulta petitio. Vix iustus saluabitur, & uix etiam sanctus iustitiae suae oleum sufficit ad salutem, quanto minus & sibi & proximis? Noe, Daniel & Iob nec filium liberabunt, sed sicut anima quae peccauerit ipsa morietur: sic anima quae iustitiam fecerit, sola saluabitur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes, & emite uobis. Tardatum est: iam enim nequaquam iustitiae oleum uenundatur. Iam prophetae & apostoli, alijque doctores, qui hoc distrahere & habere uenale solebant, a tali mercimonio quiescunt, nec iam ulterius dicunt: Sumite psalmum, & date tympanum. Quid plura? quae paratae erant, intrauerunt cum eo ad nuptias. Virgines ad nuptias intrant, quas introducet rex in cubiculum suum: quia earum specie concupiuit. Ibi de caelesti cella uinaria promitur & propinatur uinum nouum, quod pariter bibet, & monstrabit filius hominis. Et clausa est ianua. Quae ianua? Illa quae nunc patet uenientibus, ab Oriente & Occidente, ut recumbant cum Abraham, Isaac & Iacob,

in regno caelorum. Illa quae ait: Eum qui uenerit ad me, non eijciam foras. Ecce quomodo patet nunc, quae tunc in aeternum claudetur. Veniunt homicidae, & admittuntur: ueniunt publicani & meretrices, & recipiuntur: ueniunt Sodomitae, molles, adulteri, fures, & quicumque huiusmodi, et patens eis ianua non negatur. Multus enim est ad ignoscendum, praestabilis super malitia quaecumque & quantacumque. Tunc autem quod dicit: Clausa est ianua, ianua pietatis et misericordiae Christi. Quae nunc lacrymis, gemitibus, suspiriis & precibus poenitentium facile patet, clausa est. Nullius poenitentia, nullius oratio, nullius gemitus amplius admittetur. Clausa est illa ianua, quae Aarone post idololatram recepit, quae Dauid, post adulterium, post homicidium admisit: quae Petrus post trinam negationem non solum non repulit, sed clauas suas ei obseruandas tradidit. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam: quia uigilantibus, & orantibus, non dormientibus, & pigritantibus regnum caelorum praestatur per Dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

De septem gradibus confessionis.

NOtas mihi fecisti uias uite, adimplebis me laetitia cum uultu tuo, delectationes in dextera tua usque in finem. Ad te quod libenter accedimus Domine Iesu discipuli ad magistrum, infirmi ad medicum, serui ad Dominum. Tu es enim magister & Dominus, cuius schola est in terris, & cathedra in caelis. Tu es ille eximius medicus, qui solo uerbo restauras uniuersa. Vias tuas demonstra nobis, & semitas tuas edoce nos. Vig enim tuae uiae pulchrae, & omnes semitae tuae pacificae. Beati qui ambulat in uia tua Domine uirtutum: beatorum qui currunt uiam mandatorum tuorum, qui currunt in odore unguentorum tuorum. Exultas enim ut gigas ad currendam uiam: & non solum currēs, sed & saliens in montibus, & transiliens colles. Exultauerunt gigantes philosophi non ad currendam uiam tuam, sed ad quaerendam uanam gloriam, euanescentes in cogitationibus suis, non in humilitate, aut in uirtutibus tuis, sed suis. Viam enim sapientiae nescierunt, neque meminerunt semitarum eius. Non est audita in Chanaan, neque uisa est in Themā. Maledicti qui dixerunt Domino Iesu: Recede a nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus. Nos querimus te de die in diem, & scire uias tuas uolumus. Principales uiae tuae duae sunt confessio & obedientia. In confessione omnia lauantur, in obedientia uirtutes solidantur. Bonum animae ornamentum confessio, quae & peccatorum purgat, et iustum reddit purgatorem. Si peccata sunt, in confessione lauantur: si bona opera, confessione commendantur. Cum mala tua confiteris, sacrificium Deo spiritus contribulatus: cum Dei beneficia, immolas Deo sacrificium laudis. Absque confessione iustus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. Confessio igitur est peccatoris uita, iusti gloria. Video Dauid dicentem, Peccauit & auertentem,

dientem, Transulit Dominus peccatum tuum a te, & non morieris. Considero Mariam, si non uerbis, tamen operibus publicae suae crimina confitentem, & Dominum pro ea respondentem: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Respicio Principem apostolorum negantem timide, amarissime flentem, Christum illum respicientem. Foelicem latrone intueor se accusantem, Christum excusantem, & Dominum promittentem: Hodie mecum eris in paradiso. O quam sublimis ista confessio, per quam de patibulo ad regnum, de terra ad caelum, de cruce latro damnatus ac crucifixus, ad paradysum ascendit. Gloriosa confessio, quae Petrum apostolum trinam negationis crimine liberauit, & ab apostolatus culmine cadere non permisit. Fidelis institutio, quae Mariam multum diligentem, multum dimisit: & amoris multo titulo insignita, discipulorum corpori sociauit. Praeclara miseratio, quae regem & prophetam multiplici criminum inundatione mundauit, & in antiquae gloriae dignitatis perducendo reduxit. Haec est uia quae uiatorum suum nunquam sefellit, quae nunquam deseruit, nisi deserentem se. Huius uiae multiplices sunt semitae ad inueniendum, difficiles ad tenendum, ad enumerandum inexplicabiles. Prima semita et primus gradus in uia ista est cognitio sui. De caelo cecidit ista sententia, Non scite te ipsum homo. Vide si non & spiritus in amoris Cantico spiritus idem loquatur: Si ignoras te (inquit) o pulchra inter mulieres, egredere, & abi, &c. Cognitio sui stat in tribus, ut cognoscat homo quid fecit, quid meruit, quid amisit. Quid uilius o nobilis creatura, imago Dei, creatoris similitudo, quam carnem tuam illecebris carnalibus deturpare, & pro breui uoluptate torrente perdere uoluptatis? Quid furiosius quam rapi mentem ira, superbia extolli, uexari inuidia, & anxietate torqueri? Quae in croceis es nutrita, quare stercore amplexaris? Recordare etiam quid merueris. Subeat memoriae tuam gehennalis olla, fornax ferrea magnae Babylonis, domus mortis, anxietatis domicilium, flammaram globus, acerbitas frigoris, tenebrae sempiternae. Considera ordinem tormentorum, tortorum facies, mutationem poenarum, miseriarum infirmitatem, & intellectus oculis ista discurre, & poteris dicere: Melius erat mihi, si natus non fuissetem. Reflecte oculos, & quod amiseris animaduerte. Reminiscere qualis sit ciuitas gloriosa, caelestis habitatio, locus uitae, suauitatis palatium, splendor gloriae, gratiae magnitudo, claritas infinita. Attendende ordinem gaudiorum, gaudientium uultus, praemiorum uicissitudinem, multitudinem deliciarum, & potes exclamare: Qui te perdidit, totum perdidit Domine Deus. Si hoc triplici funiculo ligaueris animam tuam, intelliges et animaduertes quia inuitum salutis, notitia peccati est. Secundus gradus est poenitentia. Haec duo ita sibi inuicem coniuncta sunt, ut cognoscere se non possit nisi poeniteat:

poenitere non possit, nisi se cognoscat. Poeniteat igitur anima compunctionis iaculo uulnerata. poenitentia triplici: quia innocentiam amisit, amissam non requiuit, et neglexit patientiam Dei. Scio Domine Iesu, quia primam stolam innocentiae nobis in baptisate reddidisti: & amictum inuocanditati, in iustitiae solio relocati, cito recessimus a uia quam ostendisti nobis, et portionem substantiae quae nobis contingebat, cum prodigo filio in dissimilitudinis regione expeditimus. Venerunt ad nos uilissimi spiritus, & aeternorum ignium reges: ad mundatos immundi, ad saluandos damnati, curui ad rectos, et dixerunt anima nostrae: Incuruare ut transeamus. Audiuimus illos, & incuruati sumus: transierunt per nos, & innocentiam amisimus. Si culpa est perdidisti, quid putas erit non requisisse perditam? Perdit aliquis aliquid in hac mortalitate: querit iudices, amicos conuocat, trahit in causam, nihil intentatum relinquit, donec uel amissa inueniat, uel ablata restituant, & custodiat restituta. Nos hereditatem nostram incurruimus, immarecessibile, in contaminata in caelis, uersutis illius insatiabilis homicidae perdidimus, et non requirimus: & incuruauit nos, et non resurgimus: Surgamus et eamus ad patrem nostrum, dicentes ei: Pater, peccauimus in caelum, & coram te. Et omnem euangelicam lectionis textum percurrere, offeramus patri poenitentiam mentis, cordis contritionem, si forte cum adhuc longum sumus, uideat nos pater, & misericordia moueat, & currens cadat super collum nostrum, et osculetur nos osculo oris sui. Forsitan iubebit perferri stolam primam innocentiae, & indui nos uestimentis uirtutum, & dari annulum secretorum in manu nostra, & calcari pedes nostros in preparatione euangelij pacis. Praecipiet fortassis adduci uultum saginatum, & occidi in satisfactione reuertentis, et epulari & exultare, & in symphonia & choro reduci ad superna gaudia ciuitatis, ubi gaudium est angelis super unam peccatorem poenitentiam agentem. Scimus Domine Iesu, quia non priuabis bonis eos qui ambulat in innocentia, sed nec illos qui ambulat in poenitentia. Quia enim peccatum non fecit nisi unus, beatus uir tamen, cui non imputauit Dominus peccatum. Omne quod ipse mihi non imputare decreuerit, sit quasi non fuerit. Cogita etiam quanta superbia patientia Dei usus, imo abusus sis. Videbat te peccantem, et dissimulabat quasi non uideres: uocabat, & non audiebas: minabatur, et non timebas: promittebat, & contemnebas, nec permisit illectus, nec terrore percussus. Ignoras, quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit. Tunc timore magno ne thesaurizaueris tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij Dei, & memento, quia horrendum est, in cidere in manus Dei iniuriam. Liga igitur hoc triplici cataplasmate patientiae uulnus anime tuae, et dic: Miserere mei Domine, quia infirmus sum. sana me, etc. Tertius gradus est dolor, sed et ipse trina ligatione conexus. Vere post cognitionem et poenitentiam dolor meus re-

nouatus est, & in meditatione mea ignis in can-
 duit, quia creatorē offendī, Dominū nō timui,
 spreui benefactorē. Nunquid nō sicut lutum in
 manu figuli, etiā uos in manu mea, dicit Domi-
 nus? Insuper fecit te uas in honorē, cur te in cōtu-
 meliā facere presumpsisti? Nūquid dicit figmen-
 tam figulo, cur me fecisti sic? Creatura creatorē,
 figmentū factorē, opus opificē ausus es prouo-
 care? Memento uilissīma testa, quia si cecideris
 super lapidē istū, cōfringeris: si uerō super te ce-
 ciderit, cōteret te contritione timenda, ita ut ne
 uestigiū minimū pareat. Tu autē sanguinē san-
 guini miscuisti, & creatorē offendens, & Domi-
 nū nō timens, Seruus eras illius Domini, cuius
 irā resistere nemo potest, & in praeceptis eius
 acceperas uoluntatem. Noluisti intelligere ut
 bene ageres, sed recalcitrans Domini imperio,
 propria lege intra tempus uiuere decreuisti.
 Nam audisti quam sententiā excipiat seruus
 nequam; qui sciens uoluntatē Domini, & non
 faciens, multitudinē uerberū reseruat. Assistunt
 angeli ad audiendā uocem sermonū eius. Stel-
 lae uocantur, & dicūt, Adsumus. Ventū & mare
 obediunt ei, & omnia legem praefixam incon-
 cussa retinēt firmitate. Tu solus peregrinus es,
 & imperatoriae decreta maiestatis non curas?
 Audi quia potest te mittere in tenebras exte-
 riores, ubi fletus & stridor dentū perpetua infelici-
 tate crebescunt. Quod si te nō mouet creatoris
 offensio, reuerentiā potestatis: moueat saltē ingra-
 titudo, quod tantū benefactorē in tantis benefi-
 cijs contempseris. Vbi nam similitē benefactorē
 inuenies, qui tibi ministrat siderum cursus, tem-
 periem aeris, fecunditatem terrae, fructū uberi-
 tatem? Ad extremum, ut omnium tibi benefi-
 ciorum cumulum aggregaret, proprio filio suo
 non pepercit, sed pro nobis tradidit illū, tradens
 unigenitum pro adoptiuis, dominū pro seruis,
 iustum pro impijs. Quid tibi ultra debuit facere,
 & nō fecit? Si ergo isto dolore dolueris, poteris
 dicere cum Propheta: Ventrem meum doleo,
 uentrem meū doleo, sensus cordis mei turbati
 sunt. Quartus gradus est cōfessio oris. Post co-
 gnitionem sui, post pœnitentiā mentis, post do-
 lorem cordis, sequitur confessio oris. In his om-
 nibus corde creditur ad iustitiā, ore autē fit con-
 fessio ad salutem. Sed & ipsa triplex est, si uirtu-
 tem salutis adsequitur. Debet enim esse uera, nu-
 da & propria. Veritatem querit altissimus, &
 ubi ualet falli, qui fallere nō intendit. Nouimus
 plerōsq; & experti sumus, qui ad confessionis
 gratiā uenientes, magis onerati q̄ liberati à pec-
 catis ad suam conscientiā redierunt. Dicunt e-
 nim, si clerici, ea quę literario: si milites, ea quę
 gladiatorio gessere cōflictu, ut sub humilitatis
 pallio superbiā inducant, in tanto se signaculo
 condemnantes, sub quo totius humanæ salutis
 summa cōsistit. Ad hoc enim consentitur, ut sal-
 tem specie uideantur confessi. An tu ueram illā

putas esse cōfessionem, quā aut timor extorsit,
 aut simulatio fecit, cum spiritus sanctus discipuli-
 nā effugiat fictum, et gratuitam satisfactionem
 omnipotens quærat? Illa uero cōfessio uera est,
 quæ de uentis cōtritione descendens, nec timo-
 re cogitur, nec fictione palliatur, sed in spiritu
 contribulato profert ea quę sentit. Nudam autē
 eam esse oportet, et totius absconsonis exutam
 uelamine. Quid enim prodest partem peccato-
 rum dicere, & partem celare? ex parte munda-
 ri, & ex parte immunditię deseruire? Nunquid
 de uno eodemq; uase dulce & amarū, sapidū &
 insipidum stillare potest? Omnia nuda & aper-
 ta sunt oculis Dei, & tu illi aliquid abscondis, q̄
 Dei locū in tanto obtinet sacramento? Ostende
 & denuda quæcunq; cor tuū dilacerauerant: de-
 tege uulnus, ut sentias operā medicantis. In sim-
 plicitate cordis oportet te querere Dominū, nō
 in duplicitate: quia uē illis qui loquuntur in cor-
 de & corde, & terrā duabus uis ingreditur.
 Debet autē esse propria. Sunt pleriq; qui aliorū
 peccata cum magna grauitate numerant, & so-
 ciorum excessus multiformi declamatione lo-
 quuntur: nesciūt sua, aliena uerō perpetuæ me-
 moriæ cōmendauerunt. Infelices & miseri, qui
 bus datū est aliena plangere, relinquere sua. An
 nō legisti, quia iustus in principio sermonis ac-
 cusator est sui? Sui, dicit scriptura, non alterius.
 Nunquid oblitus es apostolum Iacobum dicen-
 tem: Confitemini alterutrum peccata uestra?
 Uestra dixit, non aliena. Iniquitatē meam ego
 cognosco, & peccatū meum cōtra me est semp.
 Meam dixit propheta, nō tuā. Quintus gradus
 est maceratio carnis, sed & ipsa ternario nume-
 ro cōsecrata. Conuenit enim ut fiat occulte,
 licentiose, discretē. Teneros artus tuos & exqui-
 sitis educatos delicijs, diuturno confringe mar-
 tyrio, ut tāto te noueris à licitis abstinerere, quan-
 to memineris illicita perpetrasse. Hoc autē occul-
 tē faciendū est, ut nesciat sinistra tua quid faciat
 dextera tua. Non enim est in ore hominū tantū
 boni reponenda custodia, sed in absconso cor-
 dis tui, ut sit gloria tua testimoniū conscientię
 tuæ. Non hoc dicimus, ut non luceat lux tua co-
 ram hominibus, ut glorificent patre uestrū, q̄ in
 coelis est, sed ne intentionem tuā in uilis glorię
 breuitate recōdas. Nihil enim infelicius, q̄ hic
 carnē macerare ieiunijs, uigilijs affligere: & hic
 accipere gloriā, illic gehennā. Licentiose uerō
 facienda est: quia quicq; sit pastoris licentiā, gra-
 tiosius est in conspectu Dei: & illam hostiā sin-
 gulariter accipit altissimus, quæ nō est de pro-
 priæ sententiæ uoluntatis, sed de precipientis of-
 fertur imperio. Multū enim ualet ad refellendū
 superbiam, propriæ uoluntatis exclusio: quam
 extirpare non potest, qui mundi huius diligit
 uanitatē. Discretio autem in hac districtiōe
 tenēda est, nedū nimis flagellare cupimus, salu-
 tem pdamus: & dum hostē subigere quærimus,
 ciuem

ciuem occidamus. Considera corpus tuum, &
 corporis tui possibilitatem, intueri carnis com-
 plexionē, impone modum tuæ districtiōni. Cur
 stodi corpus tuū incolume ad obsequiū creato-
 ris. Multos uidimus ita in principijs carnē suā
 uerberasse, et discretiōnis infringisse repagula, ut
 inhabiles laudū solēnijs redderent, & lautiorib;
 diuturnis fouerent temporibus. Sextus gradus
 est correctio operis in apparatu, sed & ipse nu-
 mero trinitatis consecratus, ut tibi malum non
 facias, alteri non noceas, nec consentias nocen-
 ti. Expertus es q̄ fragilis sit uoluptatum immer-
 sio, & tu iterū uadis illuc? Animaduertisti quia
 transijt uoluptas, & peccatum remansit. Reprimē
 pedem ab infandis itineribus immundissi-
 mæ libidinis. Colla subterne mandatis altissi-
 mi, ne sit iniquitas in manibus tuis. Deseruianti
 gulae solennes epulas & uana rescinde colloqa.
 Auerte oculos ne uideant uanitatē, obtura au-
 res tuas ne audiant sanguinem: & tunc dicere
 poteris: Castigans castigauit me Dominus.
 Quid autē pdest intra rectitudinis lineā tui cur-
 sus opera cohilbere, si alijs nocere desideras?
 Qui non fecit proximo suo malū, & opprobriū
 nō accepit aduersus proximos suos, requiescet
 in monte sancto Dei, accipiens benedictionem
 à Domino, & misericordiā à Deo salutarī suo.
 Non autē te innocentē presumas, nisi impios et
 contra uirtutē gradientes quanta poteris auto-
 ritate redarguas et opponas te murū pro domo
 Israel, castigans te, nō nocēs alteri, nec nocenti
 consentiens. Vera est enim illa sententiā: Qui cū
 emendare possit, negligit, participem se procul
 dubio constituit. Cum enim causa Dei uentila-
 tur in medium, & fallitas preponitur ueritati, q̄
 cum persona quā gerit nō resistit, de suo damna-
 bitur silentio. Septimus gradus est perseveran-
 tia, sed & ipsa ternarij numeri sanctificatione di-
 cata. Perseuerantiā namq; faciunt imitatio san-
 ctorum, breuitas tēporum, fragilitas corporū.
 Quid nāq; pati nō possis, cum uideas iuuenes,
 pueros, uirgines, an us, senes, decrepitos, diuersa
 pro Christo, nō solum excepisse, sed & exqui-
 sisse tormēta? Cōsidera puerorū ætatē, iuuenū
 ignē, uirginū teneritudinē, anuum fragilitatē,
 senum infirmitatē, impossibilitatem decrepito-
 rum, & ubicunq; reflexeris oculos, inuenies in
 his ætatib; multitudinē exemplorum ad palmā
 martyrii uiriliter cucurrisse. Nunquid de eodē
 luto formatus es tu, & eodē spiritu inspiratus?
 Et forsitan nō ingruit psecutio ut martyrium pa-
 tiaris: nec damnaris, si Christo seruis: imō lauda-
 ris, & ab omnib; predicaris. Quod si & persecu-
 tio imminet, contemnenda est ppter breuitatē.
 Bene enim natura prouidit, quę nullum dolorē
 uel longum uel magnum esse demōstrat. Si em̄
 magnus est, longus esse nō potest. Coniunctio
 enim corporis & animæ, exquisita diu tormēta
 nō sustinet: sed stuporis magnitudine tremela-

ta, summa uelocitate dissoluit. Magni ergo ani-
 mi est, magna tormēta contēnere, quæ in breui
 tantā pariūt mutationē, ut de labore ad requiē,
 de miseria ad gloriā patientem faciant euolare.
 Cōsideranda est enim fragilitas corporis, quā se-
 pe aut aliquis leuissimus casus, aut incandentis
 febriculæ cumulatā cōgeries, breui possunt sus-
 focare momēto. Tribue ergo uirtuti, si neces-
 sitas fuerit, quod quandoq; debes necessitati, pro
 breui periculo sempiternum præmium adeptu-
 rus. Vides ergo q̄ difficilis sit uia cōfessionis ad
 currendum, q̄ multiplices semitæ ad tenēdum.
 Verum est qd ille tantus ecclesiæ magister ait:
 Facilius inueni eos q̄ innocentia seruauerūt, q̄
 q̄ congruā egerunt pœnitentiā. Hec de uia con-
 fessionis p̄ modulo nostro locuti sumus, subli-
 mioribus sublimiores sentētijs reseruantes. Ce-
 terū obediētiæ uiam sub alio sermonis prin-
 cipio aperire tentabimus, ne unquam in fasti-
 dium ueniant uerba Domini saluatoris, qui est
 benedictus in secula.

De uirtute obediētiæ, & eius gradibus.

Non possumus nos cogitare aliqd à nobis,
 quali ex nobis: sed sufficientia nostra ex
 Deo est. Quid em̄ in hoc uase testeo, & fragilita-
 te complexionis humanæ, cogitare sufficit spiri-
 tus carcere inclusus, peccato corruptus, depres-
 sus terrenis? Corpus em̄ qd corrupit, aggrauat
 animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum
 multa cogitantē. Benignus tamē est spiritus sa-
 pientię, qui & spiritū inclusum illuminat, et cor-
 ruptum sanat, & alleuat depressum. Est enim spi-
 ritus pietatis, cōpeditos soluens, cæcos illumi-
 nans, & erigens elisos. Est & spiritus ueritatis,
 qui docet nos omnem ueritatē: non solum autē
 docet, sed etiam suggerit. Suggestio uidelicet ut
 quæramus, docet ut intelligamus. Ipse est, quē
 Dominus Iesus post patris obediētiā usq; ad
 mortē crucis, apostolis suis misit, obediētib;
 suis. An non tibi uidentur singularis obediē-
 tiæ conscendisse fastigium, qui accepta licentia
 sedendi in ciuitate, intra unius domunculæ se-
 pra conclusi, unanimiter in oratione persevera-
 bant? Intellexisti quia ibant apostoli gaudentes
 à cōspectu concilij, quoniam digni habiti sunt
 pro nomine Iesu contumeliā pati? O quan-
 tis obediētiæ uiribus innituntur, qui gaudent
 pro Christo ad concilium trahi? Dignitatem
 ducunt, pro eo cædi: gloriā quærunt, pro eo
 mori. Beatæ animæ, & abundantī maiestate spi-
 ritus influentes: quibus uilitas sublimitas, con-
 tumelia gloria, patientia uictoria, mirabilī mi-
 rabilitate uidentur. Multum repleta est anima
 eorum, opprobriū abundantibus, & despe-
 ctio superbis. Cernis quā libera fronte pon-
 tificum faciem, pharisæorū supercilium, tumul-
 tum plebis irrumpant dicentes: Magis oportet
 Deo obedire q̄ hominibus. Intuere illa duo ma-
 gna luminaria Petrum & Paulū, & uniuersum
 ordinem

ordinem apostolici senatus obambula, & ibi uidebis obedientiam firmitatem inter tormentorum multitudinem uiriliter perstitisse. Nonne ipse filius regis, rex regionis illius, quae continuis gaudijs inclarescit, factus est patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, & didicit obedientiam ex ijs quae passus est? Audisti miseriam, audi & coronam: uidisti periculum, uide praemium: attendisti infirmitatem, attende potentiam. Propter quod, inquit, & Deus exaltauit illum, & dedit ei nomen quod est super omne nomen. Sed taceamus interim de illius obedientia, quae singulari prerogatiua clauditur & significatur. Procedat in medium magnus ille patriarcha, fidei lumen, obedientiae forma, iustitiae principatus. Audit ab omnipotente: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, et ueni in terram, quam monstrauero tibi: & ad unius iusionis uocem, patriam fugit, relinquit parentes, deserit hereditatem, & aliorum fines hospes ingreditur nouus. Magna res, & primitiuae dignitatis privilegio in patre multarum gentium consecrata. Primus primus suis facultatibus renunciat, & obedientiae uiam in defessa uelocitate percurrit. Denique cum accepisset filium in senectute sua, in quo totius mundi benedictio fuerat cumulata, dicit ei Deus: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, et offer illum mihi in holocaustum. O quanta in uerbis istis amaritudo, quanta a corde patris separatio pietatis? Iubetur namque filium occidere, os ex ossibus suis, & carnem de carne sua: filium magnae promissionis, extremae senectutis, propriae mulieris: filium mirabiliter promissum, foeliciter natum, educatum innocenter. Et ne quid deesset, ut tenerimum intra paterna uiscera doloris incendium exundaret, additur, Unigenitum. Sunt namque multi filij, sed non unigeniti. Iste sic est filius, ut & unigenitus. Iste unicus patri, unigenitus matri, hereditati reseruatus. Ne respicias ad Ismael, quia qui in seruitute & ex ancilla genitus fuerat, ad libertatem & hereditatem minime pertinebat. Quia uero multi sunt filij & unigeniti, sed non dilecti: ad exaggerandam in corde patris tribulationem, & comprobendam in mente iusti obedientiam, Dominus subiungit, Quem diligis. Ut uero teneritudo patris ex memoria dilecti nominis re crudesceret, & interior pietas ad dilectae uocis sonum tota ferueret, puer nominatur ex nomine, quod uocatum erat a Domino priusquam in utero conciperetur. Vides quantis tribulationum malleis Abraham pietas feratur, cui praecipit ut filium tollat, occidat unigenitum, quem diligit immolet, Isaac percussat? Multum tentatus, multum probatus, aduersus est multum: dulcis relatio filij ad patrem, patris ad filium. Hanc dulcedinem et omnis affectus uicissitudinem obliuiscitur Abraham, sternit asinum suum, ligna componit, ignem accendit, eximit gladium. Non a Domino quaerit,

quare: non murmurat, non conqueritur, non saltem uultu doloris ostendit: sed omnium quae precipiuntur gnarus, in morte filij pia crudelitate festinat. Ideo summam & admirabilem obedientiam uirtus in Abraham, & singularis excellentiae laudibus praedicanda. Fortissima res est obedientia uera, & quae in animum descendere non potest, nisi a mundi huius aspergine pure prescripta detestum. Vt autem uia eius euidentius elucescat, ostendamus quantum possumus quae sit obedientia specialis ad Deum, propria ad hominem, communis inter Deum et hominem. Sunt quaedam summam mala, quaedam summam bona. Summam bona sunt diligere Deum, amare proximum, ueritatem loqui, non furtum facere, non falsum testimonium dicere, non adulterari, & alia multa, quae sermonis breuitas numerare prohibet. Summa mala sunt eorum contraria, & similia illis. Bona praecipit Deus ut faciamus, a malis iubet ut abstinemus. Praecepti huius sanctae & incommutabilis autoritas non ualet quoquo modo reselli: quia illius est character communitatis qui dicit: Ego Dominus, et non murmurator. Si ergo homo ille, quem imposuit Dominus super capita nostra, aliter sentire uoluerit, ponens tenebras lucem, & lucem tenebras, uel praecipiat praedicta bona relinquere, uel malis praefatis adhaerere: audacter resistendum est praecipientis imperio, & libera uoce dicendum: Obedire oportet magis Deo quam hominibus. Haec est spiritualis obedientia ad Deum, quae nunquam est hominis arbitrio temperanda, sed incommutabili conseruanda proposito. Certam igitur regulam tene, ut nec imperio praetorum praedicta bona relinquant, uel facias mala. Inter summam uero mala, & summam bona, quaedam media sunt ad alterutrum se habentia, & boni malique nomen assumunt. Media sunt ambulare, sedere, loqui, tacere, comedere, ieiunare, uigilare, dormire: & si qua sunt similia: quae si pastoris licentia fiant, summam expectant retributionem. In his igitur medijs subditi esse & obediētes debemus, ad nutum praepositorum, nihil interrogantes, propter conscientiam: quia in his nullum praerogatum opus Deus, sed praetorum derelictum imperio disponenda. Non autem te moueat magister imperitus, indiscreta potestas, sed memeto, quia non est potestas nisi a Deo: & qui resistit potestati, resistit Dei ordinationi. Haec est propria hominis obedientia, quam homini debemus, quam homini subditi sumus. Communis est etiam ista inter Deum et hominem: quia quicquid obedientiae praetatis exhibet, ei exhibetur quae dicit: Qui uos audit, me audit. Cum magna igitur cautela hoc tramite dicimus incedendum: quia & multi gradus ibidem delitescunt, quorum qui unum reliquerit, caeteros sine retributione tenebit. Primus gradus obedientiae est obedire libenter. Omnis aetas ab adolescentia sua prona est ad malum, & unusquisque uoluntatem prauum cordis sui secutus. Ab illa enim primae preuagationis angustia innatus est homini amor propriae uoluntatis, quae uoluntatem

tatem sui creatoris relinquens, ibi subdita est feruituti, ubi uoluit dominari. Difficile est ergo suam relinquere uoluntatem, et alterius uoluntati deseruire. Quamlibet autem graue sit, non potest tamen primum obedientiae ascendere gradum, qui uoluntatem praecipientis suam non fecerit. In uoluntate sua iustus gloriatur se se Domino confiteri. Vnde uoluntarie, inquit, sacrificabo tibi. Sola ergo uoluntas est, quae totius operis ornat effectum, sine qua etiam nec bene aliquid agitur, etiam si bonum esse uideatur. Ex uoluntate igitur suscipienda sunt imperia praetorum, & ipsum cor a suis uoluntarijs reflexionibus abducendum, donec propria uoluntas maxima mandata diligat imperantis. Hoc est ergo libenter obedire, praetorum uoluntatem uoluntarie adimplere. Secundus obedientiae gradus est obtemperare simpliciter. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. In simplicitate cordis quaerere Dominum scriptura praemonstrat. Multos uideamus post praecipientis imperium multas facere quaestiones: cur, quare, quamobrem, sepius interrogare: crebras ingeminare querelas: quaerere, quare hoc praecipit, unde hoc uenit, quare hoc adinuenit consilium. Inde murmuratio, inde uerba murmuratio et indignatione sonantia, et redolentia amaritudinem. Inde frequens excusatio, simulatio impossibilitatis, aduocatio amicorum. Non sic Abraham. Audi quid Dominus de simplici populo protestetur: In auditu, inquit, auribus obediuit mihi, ut uidelicet ostenderet uno eodemque momento processisse & imperantis imperium, et obsequium obsequentis. Nolite errare, Deus non irridetur. Murmurat contra praetatum in tabernaculo corporis tui: eleuat manum suam ad prosterndum te dextera Dei. Incede igitur simpliciter in mandatis obedientiae, addens uoluntati simplicitatem, intentioni illuminationem. Fortitudo enim simplicis uia Domini, quae obedientia est. Fortitudinem igitur induunt, qui obediētes sunt, & simpliciter incedunt. Tertius gradus est hilariter obedire. Hilariter enim datorem diligit Deus. Non ex tristitia (inquit Apostolus) aut ex necessitate. Serenitas in uultu, dulcedo in sermonibus, multum colorant obedientiam obsequentis. Vnde & gentilis ille poeta ait sic: Super omnia uultus accedere boni. Quis enim locus obedientiae, ubi tristitia cernitur aegritudo? Ostendunt plerumque uoluntatem animi signa exteriora, & difficile est ut uultum non mutant, qui mutant uoluntatem. Nubilosa corporis compositio, & facies tenebris obfuscata tristitiae deuotionem ab animo recessisse signant. Respice Dauid ante arcam Domini hilariter saltantem, & quam sapienter superbiētis foemine reprimit indignationem. Ludam, inquit, & uilius ero in conspectu Domini. Cernis igitur quam necessaria & conueniens sit hilaritas in obedientiae executione. Quis imperat libenter tristitiam efflanti? Si uis ergo perfectus esse, hilariter & cum magna uoluntate

tus alacritate suscipe iubentis imperium, ut uoluntati cordis, simplicitati operis, uultus hilaritate adiungas. Quartus gradus est obsecundare uelociter. Velociter currit sermo Dei, & uelocem habere desiderat sequentem. Vides cum quantalocitate currit ille qui dicit: Viam mandatorum tuorum cucurri, Fidelis obediētes nescit moras, fugit craftinum, ignorat tarditatem, praeripit praecipientem, parat oculos uisui, aures auditui, linguam uoci, manus operi, itinere pedes, totum se colligit ut imperantis colligat uoluntatem. Vide Dominum festinanter praecipientem, & hominem festinanter obediētem. Zachaeus (inquit Luc. 19) festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinanter descendit, & excepit eum gaudens. Animaduertisti quia & festinanter descendit, & gaudenter excepit. Audisti obedientiam, audi & obedientiae remunerationem: Quia salus huic domui facta est. Intuere etiam ex occasione huius obedientiae conclusionis grande mysterium, & obfignatam signaculo misericordiae sententiam. Venit enim, inquit, filius hominis quaerere & saluum facere quod perierat. Nonne legisti quod filij Israel praecipit, ut agnum comedant festinanter? Festinanter quippe uerum agni comestio signatur implenda: quia uerba illa quae per legem dedit, quae per semetipsum praesens exhibuit, quae per ecclesiae praepositos tradenda reliquit, ueloci sunt obedientia consummanda. Et tu ergo cum uoluntatem cordis, simplicitatem operi, hilaritatem uultu coniunxeris, adde uelocitatem: ut sis, iuxta Apostolum Iacobum, uelox ad audiendum, et ad implendum uelocior. Quintus gradus est adimplere uiriliter. Viriliter agite, & confortetur cor uestrum, omnes qui speratis in Domino. Non est fortitudinis, ire ad inobedientiam, sed ab obedientia non abduci. Si tribulatio insonat, si persecutio resultat, si peccatores tibi laqueum ponunt, si maligni tuum iter impediunt: tu obedientiae uiam non deseras, sed dic: Paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. Quid enim superius enumerata parum utilitatis, si fortitudo desit: quae in arce constantiae uirtutes collocat, & eo uallo munit, quo furentis impetus aspirare non possit? Manum tuam misisti ad fortia: agendum est instanter, & constanter obediendum: nec inter uerberum seu uerberum asperitatem tam regalis est semita relinquenda, sed tenaciori est retinenda seruire. Et ut breuiter dotes fortitudinis concludamus, uirtus est uirtutes seruans ac muniens. Iunge igitur uelocitati fortitudinem, constantiam instantiam, & tunc decantabis securus: Manus peccatoris non mouebit me. Sextus gradus est humiliter obedire. In humilitate nostra memorem fuit nostri, qui fecit nos. Magna uirtus humilitas, sine cuius obtentu uirtus fortitudinis, non solum uirtus non sit, sed etiam inde superbiam uitium erumpat. Quam fortiter currebat Saul,

Saul cum esset paruulus in oculis suis, quanta Philistaeorum agmina prosternebat, quantis uiribus exercebat gladium. Postquam autem tenuit cum superbia, et transiit in affectu cordis, debilis et impotens factus, incircumcisorum armis facile prostratus occubuit. Aspice regem in quo humilitas sublimis, & humilis sublimitas felici compositione nascuntur. Domine (inquit) non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei; & ad totum itinerarium eius sedula intentione recurre, et quaquaeris oculos reflexeris, inuenies humilitatis floribus esse respersum. Audi namque alibi quid dicat: Fortitudinem meam ad te custodi. Quam uere loquitur iustus iustitiae executor. Sunt namque plurimi qui fortitudinem suam non ad Deum, sed ad inanem gloriam custodiunt, qui confidunt in uirtute sua: qui de acceptis uirtutibus quasi non acceperint gloriantur, conditori facientes iniuriam, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum. Ne ergo fortitudo in superbiam transeat, condienda est sale humilitatis, quia nihil proderit fortiter obedire, si contigerit infelicitate superbia. Illi ergo fortitudinem suam ad Deum custodiunt, qui cum fecerint quod facere debent, dicere possunt: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Septimus gradus est, indefinenter obtemperare, non qui inceperit, sed qui perseverauerit, saluus erit. Incipere multorum est, perseverare paucorum. Perseuerantia singularis est filia summis regis, uirtutum fructus, earumque consummatio, totius boni repositorium, uirtus sine qua nemo uidebit Deum, nec a Deo uidebitur: finis est ad iustitiam omnium credenti, in qua uirtutum conuentus reuerendum sibi thalamum consecrauit. Quid enim currere prodest, & ante metam cursus deficere? Sic currite ut comprehendatis, dicit Apostolus: O quam perseveranti pede cursum suum perfecerat qui dicebat, Cursum consummaui. O quam longum cursum felix ille latro compleuit qui consummatus in breui expleuit tempora multa. De quo & dominus prophetarum loquitur: Si conuersus fuerit iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnium iustitiarum eius non recordabor. Uides ergo quam profunda obliuione uirtutes illae sepeliantur, quas perseverantia non insigniuit. Sola est, quae amatorem obedientiae ad regis cubiculum introducit, ut eum uideat in decore suo, in quem desiderat angelus prospicere. In uia igitur ista qua ambulamus, absconderunt superbia laqueum mihi. Difficilis est uia ista, & grauis spinosis anfractibus, multiplicium uinculorum nexibus, innodata. An tu ibi putas obedientiae fructum, cum subditus audit obedientiam quam multis expetierat uotis, cum ei precipitur quod redoleat dignitate, gaudio & letitia fluitet, potentiae fulcra imagine: Econtrario autem an tu illi obedientiae meritum assignas, quae cum aduersitate procedens, animum terrae audientis, grauis ad audiendum,

Psal. 130.

Psal. 58.

Luc. 1.

Luc. 17.

1. Cor. 9.

2. Tim. 4.

Sapient. 4.

Exech. 15.

1. Pet. 2.

Psal. 139.

grauior ad implendum, ad tenendum grauius. Non est ita. Faciendum est, ut a prosperitate animo separemur, & aduersitate animo complectamur, si uolumus illum sequi, qui regnum fugit, & ad passionem uoluntarius uenit. Animaduertis igitur, quia uia ista uiae uiae sunt, ducetes ad uiam. Beati mites, quoniam mites docebit Dominus uias suas: continget enim eis quod sequitur: Adimplebis me laetitia cum uultu tuo. Quia quadiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino, longe sumus a facie Dei, a uultu gloriae, a contemplatione maiestatis, nisi quia plerumque misericors & miserator Dominus illuminat uultum suum super nos. Hoc autem fit, cum remota nube illa, quae opposita erat, ne transiret oratio, accedimus ad illum, & illuminamur, reuelata facie gloriae Dei speculantes. Non autem ita proprie reuelata facie accipiamus, cum uideamus adhuc speculum in & enigmata, & carcerali corpore teneamur. Reuelata dicit, quantum ad caliginem corporum. Unde spiritus iste creatus aliquando ad creatorem spirituum emergit, & adhaerens ei unus cum eo spiritus efficitur. Nullus autem momentum est ista contemplatio, qua spiritus claustris corporeis circumdatus, frequenter carnis contagione reliditur, & supra creaturam constitutus, infra quaeque uisibilis protinus reperitur. Sed & creator spiritus, cuius magna sunt opera, exquisita in omnes uoluntates eius, modo accedit nescientibus nobis, modo ignorantibus, nobis recedit, quia nescimus unde ueniat, aut quod uadat. Et plerumque quanto frequentius queritur, tanto uelocius elongatur, iuxta quod & ipse loquitur sponsa: Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. Contingit etiam, ut cum non queritur, ueniat, cum queritur fugiat, sicut sponsa se in Canticis multipliciter ostendit quaesisse, & non inuenisse. Non est autem uultus iste uultus gloriae Domini inuenisse, quae est super Cherubim, quia uniuersitati angelorum purissimus & clarissimus, exhibetur: nobis uero speculatorijs & umbratilibus adumbrat imaginibus. Quia igitur hic uultus Dei sicuti est, uideri non possumus, adimplerentur laetitia non habemus, donec trahat nos ad seipsum, & accedat caput corpori, & sit Deus omnia in omnibus. Illic erit adimpletio, hic est gustus. Gustamus enim hic, & uidemus quoniam suauis est Dominus, sed gustus iste non transit in potum, quia licet uideamus, non tamen penetramus. In gustu est suauis, in adimplerentur mirabilis. Sanctorum autem animae terrenis exuta corporibus, quae iam ad sedes aethereas aduolauerunt, licet bibant, non tamen adimplentur, non tamen inebriantur. Quauis enim multa beatitudine perfruant, expectant tamen resurrectionem mortuorum corporum, ut cum in terra sua duplicia possederint, sempiterna perfundantur laetitia. Modò enim illis singulis singulari stolae albae datae sunt, & iniunctum ut sustineant tempus adhuc modicum, donec impij

1. Cor. 1.

Psal. 24.

Psal. 115.

1. Cor. 1.

Psal. 110.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

conterantur duplici contritione, & ipsi gemina beatitudine coronentur. Cum ergo nondum habeant quod habere desiderant, inebriari non possunt, sed est eis illa uisio potus. Ut licet absque labore bibitur, ita sine labore quiescat, donec fatientur, cum apparuerit gloria sua. Cum autem reingemus in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, & gloriosa illa ciuitas margaritis suis ornabitur, & sicut laetantium omnium habitatio erit in ea: tunc adimplebit nos laetitia cum uultu suo, quia uidebimus eum sicuti est. Tunc inebriabimur ab ubertate domus suae, & torrente uoluptatis suae potabimur nos, dicitur nobis: Bibite et inebriamini charissimi, quia & anima illuminatione, & corpus glorificationem iure perpetuo possidebit. Sequitur: Delectationes in dextera tua usque in finem. Sinistra Dei, uita praesens est. Et quia pro sinistro ducimus quicquid non multum curamus, per sinistram praesens uita accipitur, in qua Dominus electos suos sic ab impijs permittit flagellari, ut etiam patiat occidi. An non tibi uident obliuioni dati qui dicit: Propter te mortificamur tota die: aestimati sumus sicut oues occisionis: quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopia nostrae? Per dexteram uero illa beata uita signat, quae nescit nisi gaudia, de qua nihil aliud dicere possumus, nisi quae gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ibi sunt delectationes ille quas oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderit, quae preparauit Deus diligentibus se. In sinistra tribulationes, in dextera delectationes. Usquequod autem? Usque in finem. Quis est iste finis? Finis ad iustitiam: Christus omni credenti: finis ille de quo sapiens dicit: Attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suauiter. Te enim certare finis est consummatus. Ipse est finis, ad quem cum uenerimus, nihil amplius sitiemus: Iesus Christus sponsus ecclesiae, qui est benedictus in secula. Amen.

1. Cor. 1.

Psal. 15.

1. Ioan. 3.

Psal. 15.

Cant. 5.

Psal. 15.

Psal. 43.

Psal. 85.

1. Cor. 2.

Rom. 10.

Sap. 8.

Luc. 19.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

besti quem ad nos redimendum propria benignitas inuitauit, misericordia traxit, ueritas quae te uenturum promiserat compulit, puritas uteri uirginalis suscepit, salua uirginitatis integritate potentia eduxit, obedientia in omnibus deduxit, patientia armauit, charitas uerbis & miraculis manifestauit. Ablint procul negociatores terrae Themam, recedant filij Agar, qui exquiesierunt prudentiam, elongentur a me gigantes a seculo nominati, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum. Non hos elegit Dominus, neque uiam disciplinae meruerunt, propterea perierunt, sed dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilectio suo. Abscondisti enim haec Domine sapientibus, & prudentibus, gigantibus, & nominatis, qui magni facti sunt uidelicet in oculis suis, & reuelasti ea paruulis & humilibus tuis. Libenter amplector negociationem tuam, quia meum negocium est. Haec mercimonia cum summa suauitate ruminant animi mea. Non solum autem ruminat, sed & reuocat ruminacionem tuam: quia & intelligit quae diligit, & commendat memoriae, quae elegit. In his negociationibus praecipis esse animam meam, ut fiat nauis institoris de longe portans panem suum. Negociabor donec uenias, uenienti laetus occurram, & utinam audiam, Euge serue bone. Tui sunt caeli, & tua est terra, in regionibus tuis. Negociabor igitur securus, te solum habes in itinere ducem, in periculis protectorem, consortem in tribulatione. Regionis tuae quinque sunt, quas perambulans ad negociandum institoris es tui, ubi te quaerunt dilecti tui, & inueniunt dilecti tui. Prima regio est regio dissimilitudinis. Nobilis illa creatura in regione similitudinis fabricata, quae ad imaginem Dei facta, cum in honore esset, non intellexit, & de similitudine ad dissimilitudinem descendit. Magna praesens dissimilitudo, de paradiso ad infernum, et de angelo ad iumentum, de Deo ad diabolum. Execranda conuersio, gloriam in miseriam uiam in pugnam perpetua captiuitate conuertere. Male dicta descensio, de diuitijs ad paupertatem, de libertate ad seruitutem, et de requie ad laborem descendere. Miseri nos, & miserabiliter nati: quibus datum est nasci in moerore, uiuere in labore, in dolore mori: de peccatore peccatores, de debitoribus debitores, de corrupto corrupti, de subactio subacti, geniti & generates: sumus gens peccatrix, populus grauis iniquitate, semen pessimum, filij scelerati, addetes praeruaricationem. Ecce quasi non sumus, sic sumus coram eo, quasi nihil & inane reputati, putantes nos aliquid esse, cum nihil sumus. Vulnerati sumus ingredienti mundum, conuersando in mundo, ex eundo de mundo, a planta pedis usque ad uerticem non est sanitas in nobis. Nouerat haec ille sublimis propheta, qui statum humanam miseriam deplorans, in hac uerba prorupit: Graue iugum est super filios Adae a die exitus de uentre matris eorum usque in diem sepulturae in matrem omnium. In hac dissimilitudinis

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

regione quid negociabimur Dñe Deus? Aspicio genus humanum ab ortu solis usq; ad occasum huius mundi nundinas perambulare, alios diuitias quærere, alios honoribus inhiare, alios fauoralis auræ suauitate raptari. Sed quid de diuitijs? Nonne cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cū dolore amittuntur? **Thesaurizas, & ignoras cui congregabis ea.** Vide quantum laborem pro perituris diuitijs assumpisti. Trāsis maria, & aliū tibi orbem aperis nauigando, secundum sapientem tribus digitis distans à morte, patriam fugis, relinquis parentes, diuelleris ab uxore, filios nescis, et omnia necessaria oblitus, queris ut acquiras, acquiris ut perdas, perdis ut doleas. Filij hominū usq; quo graui corde: ut quid diligitis uanitatem, & quæritis mendaciū? Quæ est ista dementia filij Adā, circuire maria, perambulare terras, rapere extra mundū, in laboribus plurimis, in uigilijs multis, in ieiunijs crebris, in mortibus frequenter: Ecce quales diuitiæ. Sed qd de honoribus? In sublimi loco positus es, ducem te constituerunt. Vide si non à Deo iudicādu es, ab omnibus spectandus, ab omnibus lacerandus. Si miles es, excubas ante limina principis, ut principatū acquiras: & ferrato uestitus amictu, propior es uulneri quā honoris, morti quā uitæ, periculo quā præmio. Si de sorte Dñi, nonne episcopus Romanū pontificem, archidiaconus uel diaconus episcopum pertimescit? Vide etiā utrum excusseris manus tuas ab omni munere, **ne cum Simone audias:** Non est tibi pars neq; fors in sermone isto: quia uoluisti donum spiritus sancti cum pecunia possidere. Nihil ad nos de rectorib; ecclesiæ iudicare: uideāt ipsi amici sponsi, cum de sponsa cœperit exigere rationē, qui iudicat orbem terræ in æquitate. Nunquid in honore sine dolore, in prelatiōe sine tribulatiōe, in sublimitate sine uanitate esse q̄s potest? Ecce quales honores. Quid autem de gloria? Gloria tibi unde foetide puluis, limus terræ, uas in contumeliā? Non tibi, nō tibi, sed nomini Domini da gloriam. Illi permitte gloriam suam, qui gloriosus est in sanctis suis. Illū lauda, quem laudant angeli in cœlis. Nunquid et ipsa inanis gloria, quæ nihil aliud est quā aurium inflatio uana, quæ haberi uix potest sine inuidiā? Respice quos antecedis, & cogita quia omnibus inuidiæ semina prebuisi. Omnes ergo aduersum te toruis luminibus inflammantur, tua felicitate torquentur, tua uruntur gloria. Ecce unde gloriosus, inde odiosus: unde sublimis, inde humilis: inde sollicitus, unde securus. Vides ergo quā uanē conturbatur omnis homo. Hæc sunt mercimonia quæ inueniuntur in regione dissimilitudinis. Prudens ergo negociator qui uidet in diuitijs laborem, in honoribus pœnam, in inuidiam in gloria, facit sarcinā suam mundi contemptū, & fugit. Secunda regio est paradysus claustralis.

A Verè claustrum est paradysus, regio uallo disciplina munita, in qua preciosarum est mercium fecunda fertilitas. Gloriosa res, homines unius moris habitare in domo: bonum & iucundum, habitare fratres in unum. Videas illum peccata sua desentem, alium in Dei laudibus exultantem, hunc hominibus ministrantem, illum alios erudentem, hunc orantem, illū legentem; hunc miserentem, illū peccata punientem; hunc charitate flagrantem, illum humilitate pollentem: hunc in prosperis humilem, illum in aduersitate sublimem; hunc in actiua laborantem, illum in contemplatiua quiescentem: & poteris dicere, **Castra Dei sunt hæc.** Quam terribilis est locus iste: non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli. Quid tibi ergo fidelis anima in his nundinis est consecrandum? Perambulatio uirtutes cohabitantium in domo Domini uirtutum, & fac inde sarcinā tuam, formam uiuendi. Quæ prius habitabas in regiōe umbræ mortis, transi ad regionem uitæ & ueritatis. Tertia regio est regio expiationis. Tria sunt loca quæ mortuorum animæ pro diuersis meritis sortiuntur, infernus, purgatorium, cœlum. In inferno impij, in purgatorio purgandi, in cœlo perfecti. Qui in inferno sunt, redimi non possunt: quia in inferno nulla est redemptio. Qui in purgatorio sunt, expectant redemptionem, prius cruciādi, aut calore ignis, aut rigore frigoris, aut alicuius grauitate doloris. Qui in cœlo sunt, gaudio gaudēt ad uisionē Dei, Christi fratres in natura, cohæredes in gloria, similes in æternitate iucunda. Quia igitur primi redimi non possunt, tertij redemptione non indigent, restat ut ad medios transeamus per compassionem, quibus iuncti fuimus per humanitatem. Vadam in istam regionem, & uidebo uisionem hanc grandem, quomodo pius pater glorificādos filios in manu tentatoris relinquat, non ad occisionem, sed ad purgationem: nō ad iram, sed ad misericordiam: non ad destructionem, sed ad instructionē: ut iam nō sint uasa iræ apta in interitum, sed uasa misericordiæ præparata ad regnum. Surgam ergo in adiutoriū illis, interpellabo gemitibus, implorabo suspirijs, orationibus intercedam, satisficiam sacrificio singulari, si forte uideat Dominus & iudicet, ut laborem cōuertat in requiem, miseriam in gloriam, uerbera in coronā. His enim & huiusmodi officijs potest eorum poenitentia refecari, finire labor, destrui pœna. Percurre ergo quæcumq; es fidelis anima regionē expiationis, & uide qd in ea fiat, & in nundinis istis fac sarcinā tuā affectū compatiendi. Quarta regio est regio gehennalis. O regio dura & grauis, regio extimescenda, regio fugienda: terra obliuionis, terra afflictionis, terra miseriarū, in qua nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Locus letifer, in quo ignis ardens, ubi frigus rigens, uermis immortalis, foetor intolerabilis, mallei percussentes, tenebræ

Psal. 38.

Psal. 4.

Act. 2.

Psal. 38.

tenebræ palpabiles, consilio peccatorum, in unum datio uinculorum, horribiles demonum facies. Totus tremo atq; horreo ad memoriam istius regionis, & conculsa sunt omnia ossa mea. Quo modo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Omnis lapis preciosus operimentum tuum: modò subter te sternitur tinea, & operimentum tuum uermis. O Deus quanta distantia inter operimentum preciosi lapidis, & operimentum uermis inter delicias paradysus, & tinea corroden-tem inferni? Scio quia paratus est ille ignis diabolo, et angelis eius, & hominib; similibus eius: ubi sine fine finientur, sine morte morietur, torquebunt sine cessatione. Viuens igitur in infernū descende, percurrere mentalibus oculis tormentorum officinas, fuge scelera & uitia, pro quibus scelerati homines & uitiosi perierunt. Habe odio iniquitatē, & dilige legē Domini, & tam for in idolois nundinis fac sarcinā tuam odium peccati. Quinta regio est paradysus supercœlestis. O beata regio supernarum uirtutum, ubi beata trinitas à beatis facie ad faciem uidetur, ubi illa sublimia agmina sublimi pennarum applausu: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth, clamare non cessant. Locus est uoluptatis, ubi torrētē uoluptatis potant iusti. Locus splendoris, ubi iusti fulgent sicut splendor firmamētū. Locus lætitiæ, ubi lætitiā sempiterna super capita eorum. Locus abundantia, ubi nihil deest uidentibus eum. Locus suauitatis, ubi apparet Dominus suauis uniuersis. Locus pacis, ubi in pace factus est locus eius. Locus admirationis, ubi sunt mirabilia opera eius. Locus facietatis, ubi satisfabimur cum apparuerit gloria eius. Locus uisionis, ubi uidebit magna uisio. O regio sublimis, plena diuitiarum, de ualle lacrymarū suspiramus ad te, ubi sapientia sine ignorantia, memoria sine obliuione, intellectus sine errore, ratio sine obscuritate splendebit. Regio in qua Dominus transiēs ministrabit electis suis, id est talē se qualis est ostendet. Illic erit Deus omnia in omnibus, ubi rerum uniuersitas mirabiliter ordinata dabit creatori gloriam, lætitiā creaturæ. Curre igitur spiritalis anima oculis desideriorum per regionem istam, & uide regem gloriæ in decore suo gloriosum, stipatum legionibus angelorum, sanctorum ornatum agminibus, deponentem superbos, humiles exaltantē, damnantē dæmones, homines redimentem, & dic: Beatiq; habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Cum ergo mente perceperis tam preciosas nundinas, mercimonia tam præclara, construe sarcinā tuam amorem Dei. Vidisti regiones, animaduertisti nundinas, sarcinā construxisti, & beatus es. Negociare ergo, dum ueniat Dominus Deus tuus, ut ei dicere possis: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum: & audire mereris: Intra in gaudiū Do-

Esa. 14.

Eccl. 28.

Esa. 14.

Matth. 25.

Esa. 6.

Apocal. 4.

Exod. 2.

Psal. 33.

Matth. 25.

mini tui sponsi ecclesiæ, qui est benedictus in secula. Amen.

Parabola de fide, spe, & charitate.

Rex nobilis & potens tres habuit filias, fidē, spem, & charitatem: his delegauit ciuitatē eximiam, humanam animam, in qua cum tres sint arces, rationabilitas, concupiscibilitas, irascibilitas: unicuique suam cōtradidit: fidei primā, spei secundam, charitati tertiam. Rationalitati præficitur fides, quia fides nō habet meritū, ubi humana ratio præbet experimentū. Concupiscibilitati spes, quia concupiscere nos non licet quæ uidemus, sed quæ speramus: et spes quæ uidetur, non est spes. Irascibilitati charitas, feruor scilicet feruor: ut feruor uirtutis feruori naturæ dominetur, imò feruor naturalis attollat se in feruorem uirtutis. Ingressæ illæ in aqua quæ pro posse suo domum suam ornat & procurat. Custodem ergo domus suæ in rationabilitate si des ponit prudentiam, ut suū ius in ea sibi conferuet & rationem sub legibus fidei et intra terminos à fide positos cohabeat. Ut autem fiducialiter in domo ageret, addidit & obedientiam. Ut obedientia processum operis, & tolerantiam haberet laboris, subdidit et patientiam. Ut autē etiā inferiorē actuum uel sensuū familiā regere bene posset & dispensare, ipsam ei dispensationem suffecit. Ut secundū Apostolū honestē & secundum ordinē omnia fierent, addidit & ordinem. Ne maledictio intraret domum (Maledicta omnis domus indisciplinata) custodem in porta posuit disciplinam. Spes autem in concupiscibilitate domui suæ sobrietatem præfecit, ut ius suū in ea sibi conseruaret, et principale eius sibi semper feruire compelleret. Ut autem inferiorē uoluntatū & uoluptatū familiam discretē regere sufficeret, ipsa ei subdidit discretionē. Cui etiam contra concupiscentiam carnis addidit continentiam, contra concupiscentiam oculorum constantiam, contra ambitionē seculi humilitatem. Et ne egestas intraret domū (ubi enim multa uerba sunt, sicut dicit Salomon, ibi multa egestas) silentium custodem posuit in limine. At charitas suam domum ad Austrum & meridiem positam, amica sibi pietati commisit, iusq; suū omne ei tradidit, subdens ei obsequiū primū munditiā corporis, deinde congruas exercitatiōes, uidelicet lectiones, meditatiōes, orationes, & spirituales affectiōes. Et ne ingressa domum miseria conturbaret beatitudinē filiorum Dei, qui in septimo gradu, id est in perfectione beatitudinis positi, in domo charitatis ludunt & iucundantur beati pacifici, ipsam pacem custodem in porta constituit. Sic ordinatis domibus suis, totius ciuitatis quasi præpositum quendam œconomum posuerunt liberum arbitrium. Quo peracto, redeunt in domum patris puellæ regis. Inimicus homo superueniens, ordinem et gloriā ciuitatis uidēs et inuidens, ma-

Parabola de fide, spe, & charitate.

des ponit prudentiam

ut suū ius in ea sibi conferuet

in porta posuit disciplinam

in concupiscibilitate domui suæ sobrietatem præfecit

ut ius suū in ea sibi conseruaret

et principale eius sibi semper feruire compelleret

ut autem inferiorē uoluntatū & uoluptatū familiam discretē regere sufficeret

ipsa ei subdidit discretionē

Cui etiam contra concupiscentiam carnis addidit continentiam

contra concupiscentiam oculorum constantiam

contra ambitionē seculi humilitatem

Et ne egestas intraret domū

ubi multa uerba sunt

sicut dicit Salomon

ibi multa egestas

silentium custodem posuit in limine

At charitas suam domum ad Austrum & meridiem positam

amica sibi pietati commisit

iusq; suū omne ei tradidit

subdens ei obsequiū primū munditiā corporis

deinde congruas exercitatiōes

uidelicet lectiones

meditatiōes

orationes

& spirituales affectiōes

Et ne ingressa domum miseria conturbaret beatitudinē filiorum Dei

qui in septimo gradu

id est in perfectione beatitudinis positi

in domo charitatis ludunt & iucundantur beati pacifici

ipsam pacem custodem in porta constituit

Sic ordinatis domibus suis

totius ciuitatis quasi præpositum quendam œconomum posuerunt liberum arbitrium

Quo peracto

redeunt in domum patris puellæ regis

Inimicus homo superueniens

ordinem et gloriā ciuitatis uidēs et inuidens

ma-

BBb 2 chinatur

chinatur infidias, & ingredi cupiens corruptis duobus de principibus civibus discretione & dispensatione, universae malitiae suae exercitum introduxit per portas rationabilitatis & concupiscibilitatis. Prepositus civitatis liberum arbitrium, & totius civitatis dimissus erat custos & arbiter (paterfamilias quippe peregre proficiscens dedit servis suis potestatem cuiusque operis) ligatur vinculis ferreis, & in carcerem mittitur. Praecipitatis de arce rationabilitatis custodibus suis, mox contra fidem blasphemia inducitur. Cum qua irruentes contradictiones, commotiones & confusiones, caeteraque huiusmodi turba, cunctaque sibi diripientes, sibi quicquid libeat vendicantes, in rationabilitate nihil rationis reliquerunt: et ianitore perempto, scilicet disciplina, omnibus intrandi & exeundi copiam praebuerunt. Porro in domum spei (concupiscibilitatem scilicet) ingressa, & omnia sibi vendicantes domina luxuria, totam eam de superioribus deiecit ad ima devoluit, & concupiscentiae carnis continentiam, concupiscentiae oculorum constantiam, ambitioni seculi humilitatem conculcandam tradidit & illudendam. Et perempto silentio ianitore, omnibus & intrantibus et exeuntibus fecit portam patere. Sobrietatem vero, & socias sobrietatis virtutes aut occidit, aut in carceravit, aut in exilium destinavit. Exinde ad superiorem civitatis arcem conscenditur: & pace ianitore & custode summae beatitudinis perempto, miseria ingreditur. Mox enim domina superbia ascendens in arcem (superbia enim eorum qui te oderunt, ascendit semper) pietatem de ea impie deturbavit, totamque illam pietatis & pacis familiam morte vel exilio damnavit. Iam quicumque vult, sanctuarium Dei ingreditur: quaecumque sancta in eo, quaecumque haecenus filijs Levi tantum accessibilia erant, & invisibilia, iam prophanata, iam direpta ab inimicis, in Babylonem transferunt, & de uasis templi concubinis regis Babylonij, proprii naturae. Sic capta est & confusa tota civitas. Secundum gloriam eius facta est ignominia eius. Confusis omnibus, ad dominas tristis nunciatus venit perditae civitatis. Conturbatae illae pedibus patris prouoluuntur, auxilium deprecantes. Causante illo, & custodis liberi arbitrii arguente negligentiam: Quid, inquit, o pater, liberum arbitrium potest sine adiutrice gratia? Et ego, inquit, dabo gratiam, sed praemittendus est timor. Ipse enim praebit ante illam, parare vias eius. Egressus timor a facie domini, uenit ad civitatem, baculum habens disciplinae in manu eius. Inuenitque portam difficultatis obferatam & obfirmatam uetibus malae consuetudinis. Ianitor procax & improbus carnis lasciuia in portis aderat, qui timori satis infestus, opprobrijs & conuicijs eum fatigabat. At ille facto imperu fiduciae, frangens uetres malae consuetudinis, portas dirues difficultatis, miserum illum corripit, et baculo eum discipline

Psal. 73.

quem tenebat, usque ad mortem perurget. Statimque signum aduenientis gratiae super portas eleuans, totam civitatem uerit in timorem. Post quem gratia ingreditur civitatem secum totum illum uirtutum coelestium exercitum adducens. Mox pars inimica disparuit, uirtutes uero ad nota praesidia recurrunt. Procedentes illic, & seipsum deceptas fuisse accusantes discretio & dispensatio, ueniam precantur: prodit de uinculis, & ad occursum dominae gratiae festinat arbitrium, sub regno gratiae nunc tandem se sperans fore liberum. Fercula preparantur filiabus regis domus suae, & mensae ponuntur congruae. In mensa quippe fidei panis ponitur doloris, et aqua angustiae, & caetera poenitentiae fercula. In mensa spei panis confortans, & oleum exhilarans faciem, & caetera consolationis fercula. In mensa charitatis panis uitae, uinumque letificans, & omnes deliciae paradisi. Iam ingrediuntur & epulantur, & custodiunt civitatem. Sed nisi Dominus custodierit civitatem, frustra uigilat, qui custodit eam.

Psal. 116.

Parabola de nuptijs filij regis, & de ornamentis spose suae.

Illius regis super coelestis Hierusalem egressus est, ut contempleretur regna patris sui inferiora. Qui circumspicis omnibus, regressus ad patrem ait: Pater omnia regna terrarum circuiui, & quae in omnibus, agerent, diligenter aspexi. Clamorem etiam Sodomorum qui ad te ascendit, uerum esse comperi, & ultione digna puniri. Sed iam tempus est ut in futurum mihi prospiciam, uxorem ducam, filios procreem, familiam iam per me regam. Sponsam quae mihi habenda complacuit, in domo regis Babyloniei uidi. Quam rex ille captiuam tenet: & ne quae sit ualeat cognosci, uilibus ac fordibus uestibus eam induit. Ad haec pater ad filium: Absit, inquit, a te, ut rem istam facias coeterne & consubstantialis mihi unice filii. Aethiopsissa illa, de qua dicis, non est condigna tuo generi, uel tuae immensitati. Ad quem filius: Fixum, inquit, habeo in me & uxorem uelle ducere, & nullam nisi hanc mihi coniungere. Si ita est, inquit pater, tu coaeternus & consubstantialis, & coomnipotens mihi in manu habes, & illam de captiuitate Babylonica liberare, & prout uis tibi sponsam assumere. Statim affuit innumerabilis multitudo angelorum & coelestium agminum, in his nuptijs filio summi regis ministrare sese preparantium. E quibus, unum scilicet Gabrielem archangelum, qui paralympius eius fieret, elegit. Gabriel electus, filio summi regis ait: En fortitudo tua ego sum, illam tibi quaeris de medio Babyloniae ui rapere, si imperas, & ualeo, & paratus sum. Non ita agendum est, inquit filius regis aeterni, uolentia nulla Babylonico regi inferenda est: consilijs occultis & sapientia, quae mihi iungenda est, de captiuitate Babylonica est eripienda. Ad Mariam uirginem de stirpe David mysterium consilij mei a te Gabriel est deferendum, occulte apud eam in thalamo

Phil. 11.

thalamo eius conuiuium nuptiarum mearum est nunciandum & celebrandum. Ad Mariam Gabriel archangelus descendit: quod sibi iniunctum fuerat, peregit. Sed qui eum miserat, antequam nunciaret, iam ad uirginem uenerat. Ibi nunciatum, ibi celebratum est sanctissimum nuptiarum conuiuium. Sed nunquid tantus ac talis iste sponsus ad sponsam suam uacua manu uenit? Nequaquam, sed donatiua detulit, delata erogauit. Et quia hyemis tempore uenit, hyemales uestes primum suae sponsae dedit, agniam uidelicet pelliceam, & cappam. Quod utrumque sit de agno, sed alterum sine dolore agni, id est lana de qua fit cappa, sumitur: alterum uidelicet pellis, unde pellicea, absque dolore graui ab agno non accipitur. Sponsus iste agnus est, sicut scriptura testatur: Quali ouis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tonde te, sic non aperiet os suum. Et alibi: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Agnus igitur iste de lana sua sponse cappam fecit, cum humilitatem uerbis docuit dicens: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. Pellicea dedit, cum uirginitatis, cum ieiunij, & alijs carnis suae afflictionibus, ad ultimam passionem crucis, mortificationem carnis sponsae ostendit. Cappa itaque (qua qui indutus est, absconditur) signat humilitatem, quia quae sponsa est Christi latitat, & a seculo cognosci refugit. Pellicea, quae de mortuis animalibus fit, mortificationem carnis insinuat. Haec autem hyemis tempore. Paschali uero tempore armineam pelliceam dedit circa collum, & circa manum rubeis guttis preparatam. Haec pellicea sunt praedicatorum, albi propter resurrectionem, quam in Christo annunciant, & in sponsam futuram praedicant: qui cum passionem Christi annunciant, rubeam gulam circa collum portant. Sed quia quidam passionem Christi ore praedicant, quam corde non sentiunt, de quibus dicit Paulus: Quidam annunciant Christum non sincere, existimantes se suffragari tribulationem uinculis meis: oportet ut quod ore dicunt, corde sentiant. Nam minus de caeteris ornata esset, si tantum circa collum, & non usque ad pectus descendentes gulas pelliceas haberet. Circa manus praedicatorum gulas habent, cum in operibus suis passionem Christi communiant. Igitur pellicea sponso de arminio fit, quod candidum est, in significationem latitiae spiritualis ob spem futurae resurrectionis. Circa collum & usque supra pectus, & circa manus rubeis guttis ornata est, quia passionem Christi, quam ore praedicat, corde sentit, & operibus attestatur. Dedit etiam Christus paschali tempore sponse suae cordubanos suos, qui signant duo testamenta, quibus affectus sponsae ne terram tangant, mununtur: uel signant continentiam & charitatem, quae duos affectus, quorum alterum ad carnem suam, alterum ad uitam olim sponsa habuit, calceant: e quibus, ille qui ad carnem est, continentia siue distractione disciplinae munitur: ille qui est

ad uitam, charitate extinguitur. Sed hi cordubani nisi professione ligentur, & obedientia, e pedibus elabunt. Multos enim uidemus, qui continentiam carnis ex charitate habuerunt, uel secundum duo testamenta uiuere disposuerunt: sed quoniam sub obedientia & professione se non ligauerunt, grauiter lapsi sunt. Cordubani itaque sunt uel duo testamenta, uel continentia & charitas: ligaturae, professio, & obedientia. Dedit etiam Christus sponsae suae duas chirothecas. Manus sponse sunt operatio et contemplatio. Et quamuis per legem alibi actiua, per dexteram contemplatiua uita (ut est illud: Laeta uita sub capite meo, &c.) hic tamen per sinistram contemplatio, per dexteram operatio designatur, hac similitudine, quia sinistram frequenter tenemus sub uestibus absconditam, dexteram uero saepius ad operandum exponimus. Similiter manus dextera, id est operatio, habet chirothecam in quinque folliculos ad quinque digitos recipiendos diuisam: quia bonum opus debet esse rectum, uoluntarium, purum, discretum & firmum. Rectum, in intentione: uoluntarium, ut nec timore, nec aliqua alia fiat coactione: purum, ut dum fit, aliqua aura uanitatis non inanescat: discretum, ut ultra modum non intendatur: firmum, ut perseueret. Sinistra autem, id est contemplatio, habet chirothecam similiter in quinque diuisam. Nam quinque in contemplatione sunt, scilicet consideratio peccatorum, & gehennae, contemptus praesentium, & spes futurorum, iudicium & regnum, status corporis post resurrectionem et glorificationem, spiritus humanus, & aeternitas cum qua unicus est. Qui enim contemplatur, primum considerat peccata sua, qualia & quanta perpetravit: quae considerare non multum prodesset, si non pro illis in gehenna puniri metueret: & ideo considerationi peccatorum recte adiungitur consideratio gehennae. Iterum si consideraret quae & quanta sint tormenta gehennae, & nulla peccatorum memoria haberetur, secuta mens forsitan gehennam consideraret, cum nulla eam recordatio peccatorum perterreret. Hac de causa in mente contemplatoris utrumque & peccata & gehenna coniungitur, ut ex utroque terror incutatur. Sed in mente sic perterrita statim suboritur contemptus praesentium, cui adiuncta est spes futurorum. Sed ne spes mentem dissolutam reddat, restringitur per iudicium, quia considerat ad ea quae sperauit, transeundum esse per illud horrendum & districtum iudicium. Sed terrorem de iudicio, consolatur regnum, & ideo iudicio subiunctum est regnum. In quo regno consideratur quid erimus, & primum status corporis, quod erit immortale & impassibile: deinde glorificatio, quod erit ineffabilis pulchritudinis & praefulgidum, sicut scriptum est: Fulgebunt iusti sicut sol. Post haec consideratur beatiudo animae, si ipsa anima considerat, & Deus cui unien da est, quod est ultimum, & consummatio omnium. Haec autem quinque, quae in contempla-

Cant. 2.

Matth. 13.

tione consideramus, per quinque fenestras uidentur. Fenestra ex aere & pariete constat. Nam ubi est paries continuus, nulla est fenestra: item ubi est aer absq; pariete, non est fenestra: sed paries admittens intra se ipsum aerem, uocatur fenestra. Christus uero est ex humanitate quasi pariete, & diuinitate intra humanitatem lucente. Itaque Christus fenestra est, imò quinque fenestras in eo considerantur, scilicet in carnatio, conuersatio, doctrina eius, resurrectio, & ascensio. Per illas quinque, quinque quae de cōtemplatione dicta sunt, uident. Nam per incarnationē Christi, multis manifestata sunt peccata & gehenna, quae prius non attendebantur. Conuersatio eius aperte docuit praesentia contemnere, & ad futura spem dirigere. In doctrina eius satis de iudicio & regno. In resurrectione eius ostensus est status corporis & glorificatio, quia qualis ipse, tales et sui futuri sunt pro modulo suo. In ascensione autem quantulumcunque reuelatum est, quomodo spiritus noster cum Deo uniedus est. Homo enim ille quomodo sine omni uehiculo, absq; omnis creaturae adminiculo ascēdit, sic & spiritus noster post eum tandem ascendet. Itaq; chirothecae sponsae in manu dextera sunt, id est in actione, quod ipsum opus sit rectū, uoluntarium, purum, discretum, et firmum. In sinistra manu, id est in contemplatione, quod primū considerentur peccata & gehenna, deinde sequatur cōtemptus praesentiu, & spes futurorum, post iudicium & regnū, subiungatur status corporis & glorificatio, ad ultimum unio spiritus nostri cum Deo. Christus ascendens haec omnia in sponsa consummauit: & eam conseruandam apostolis commisit, & ne ab Hierosolymis discederent praecipit donec induerent uirtute ex alto. Post dies decē, ipso scilicet die Pentecostes, exercitum maximum & fortem misit e caelo, id est spiritum sanctum, qui contulit eis pacem & gaudium & ceteros fructus spiritus, quos enumerat Apostolus. Quibus facti cōstantes & fortes, hostiles cuneos aggrediuntur, et Petrus una die quinque millia, & alia die tria millia de Iudaeis ad Christū conuertit. Quibus gestis aiunt apostoli: Absit ut domina nostra Christi sponsa pedes amplius gradiatur, quaramus ei animal quo subuehente celerius & honestius quocunq; eundū est deferatur, sed hoc nō erit equus, quia animal superbiae & discordiae est: nec asinus, quia fatuus & immundus: sed mulus, qui firmiter & mature graditur. Mulus itaq; sponsae datur, quia populus ex Iudaeis & gentibus ad fidem cōuersus est. Sicut enim mulus ex diuersis animalium speciebus nascit, sic primitiua ecclesia ex diuersis populis collecta est, uidelicet ex Iudaeis & gentibus, uel de praesumentibus & desperantibus. Christus enim diuersis & contrariis infirmitatibus laborantes miro modo sanauit, & uno medicamine, id est cruce sua eos qui nimis con-

Luc. 24.

Act. 1.

Galat. 5.

Act. 4.

Act. 2.

fidentes aut desperantes fuerunt & adhuc sunt, qui dicunt, Re mea contentus sum, & nulli unq; per uim rapui aliquid, & similia, & qd est, quare de uita desperem, & gehennam timeam: Sed si isti attendunt quod Christus, qui peccatū non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, morte tamen turpissima, id est cruce uitam finiuit, desiciunt a superbia sua, & timore conterriti, ad humilitatem, & ad communicandum passionibus Christi conuertuntur. Sunt iterum qui tot et tantis facinoribus inquinati sunt, ut sibi indulgeri diffidant. Sed si ipsi attendant quod Christus non pro se, sed pro peccatorib; sustinuit, spem sumunt, & a desperatione sanantur. Itaque Christus sua cruce & praesumentes sanat, quia innocens passus est: & desperantes, quia pro peccatorib; sustinuit. Et ex his diuersis peccatorib;, ecclesia congregata mulus est, quem apostoli sponsae praeparant. Et ei in talibus quiescenti, & per eos ad diuersa progredienti, dant calcar unum scilicet amorem sponsi quo suos pficisci cōpellat. Dant & flagellum quo retro percutiat, quia de perpetratis iniquitatibus anxiantur. Multiplicata & dilatata sancta ecclesia, apostoli peracto agone sui certaminis de uita decedentes, eam martyribus regendam committunt. Illi autem pro ea uiriliter decertantes, & in defensione eius sanguinem suum fundentes, dicunt: apostoli mulo uno dominam nostram donauerunt, aequū est & nos in ornatum eius & decorem aliquid conferre. Et quia iam aetas incaluit, grossioribus indumentis non est oneranda, nouum aliquid faciamus ei decoris & subile, uariū scilicet mantellum, rubea purpura coopertum. Variū istud mantellum sunt sancti martyres ex parte uirgines, quod signat album: ex parte uiduae uel coniugati, qui signantur medio colore & uario. Rubrum superponitur, quia pro Christo trucidati sanguine resperguntur. Et hi suis temporibus uiriliter rexerunt ecclesiam, prouexerunt & munerunt. Quibus decedentibus, successerunt sancti doctores & magnifici confessores: Ambrosius, Hieronymus, Hilarius, Augustinus, et similes. Videns autē diabolus aperto bello quod contra ecclesiam tempore apostolorum & martyrum gesserat, se nihil profecisse, sed eam tribulationibus magis creuisse & profecisse, ad fraudulentas & occultas persecutiones conuertitur, scilicet ut aliquos ex membris eius seducat per quos negociū suae malitiae tanto efficacius, quanto occultius peragat. Instruit itaq; Arrium suis artibus: Pelagium & Fontinum, & his similes, qui ministros Christi se simulantes, sponsam eius longē in deuium ducant. Quod percipientes sancti doctores occurrunt, disputationibus confidunt, confutant haereticos, & dominam suam ad uiam ueritatis reducant. Cui reductae, quia dum per desertam Arrii & deuia Pelagii graditur, uestes eius aliquantū attritae erant, paludamentum

1. Pet. 2.

tum de samito faciunt, id est, uita sua pudica & honestis suis moribus eam adornant. Ecce iam uictus hostis & in apertis persecutionibus, et occultis haereticorum seductionibus. Iam sponsa nullo contra occurrente, cum multo comitatu graditur, adhuc tamen coluber tortuosus eam spoliare conatur: & cum iam in uia non possit, iuxta uiam laqueos parat, ibi tētoria sua erigit. Et hic quidem trapezitas suos cum multo auro & argento exposito, sedere facit: illic autem uenditores uestium cum multo & uario apparatu diuersorum ornamentorum: alibi uendentes cibos omnium generum collocat, alibi uendentes uina, & omnium potionū genera tabernas disponit, alibi triumphales arcus gloriantium in pompa seculari erigit, choreas puellarū, & omnium incitamenta libidinum ostendit. Qui sapiens est, cum sponsa graditur, sponsae recta uia gradienti adheret. Fatui & uecordes uiam deserunt, & in tabernaculis diaboli esse iucundant. Nam quicumq; argentum diligit, auri specie capitur, & haec Christo praepōnit, in tabernaculis diaboli demorat. Similiter qui ueste preciosa, quibus cibis lautioribus, qui uino mellito, & alijs potio num preciosarū generibus, qui in mulieribus, qui in iocis, in seculi cantionibus delectatur, & haec Christo praepōnit, in tentorio diaboli est. Quid etiam dicam de illis, qui cum ecclesia Dei regere debeant, ingrediētes uiam, ea quae in tentorijs diaboli sunt admirantes circūspiciunt & concupiscunt, et non habentes unde concupita sibi cōparent, ornamenta sponsae suae diripiunt, & in explendis malis concupiscentijs suis turpiter insumunt: Ita undique lacerata circa humeros, ut parum quid de amictu, id est, paucos monachos, & paucos regulares canonicos, & de alijs generibus hominum ferē nullū retineat.

Sermo cuiusdam ad clerum in concilio Remensi congregatum.

Grave est quod mihi inuigilatur, uidelicet ut doceam doctores, instruam patres: praesertim cum scriptum sit: Interroga patres tuos, & annuntiabunt tibi. Sed praecipit mihi Moyses iste, cuius manus graues sunt: cui obediendum est nō solum a me, sed etiā ab omnibus. Et plus q; Moyses hic. Moysi commissa fuit una plebs Israelitica, isti autem uniuersa ecclesia. Et plus quam angelus hic. Cui enim angelorum dixit aliquando Deus: Quaecunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in caelis: Secundū officium dico, non secundum meritum. Praeter Deum non est similis ei nec in caelo, nec in terra. Hic est Petrus, qui misit se in mare, cum alij discipuli nauigarent ad Iesum. Vnusquisq; uestrum contentus est natricula sua, hoc est archiepiscopatu suo, abbatiā sua, praepositura sua: iste autem misit se in omnes archiepiscopatus, abbatiās, praeposituras. Hoc mare magnum et spaciosum manibus, illic reptilia, quorum nō est numerus, Et

Exod. 17.

Deut. 32.

Exod. 3.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Psal. 103.

uobis dico fratres mei episcopi, multum exaltauit uos Deus. Vos estis sal terra, sicut dicit Dominus in euangelio, Vos estis lux mundi. Ego dixi, dii estis, et filij excelsi omnes. Veruntamen sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis. Vbi sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor huius seculi: Nonne sicut homines morientur? Et nonne sicut unus de principibus cadent? Vnde cadent, uel quō: De latere Domini, in profundū inferni. Fratres, duo mala magna restant: mors uidelicet, et iudicium. Dura est enim cōditio mortis, & idcirco rarus est, qui uelit mori. Sed quae cura mori, cū haec sit uia uniuersae carnis? Eia quō ibo a spiritu tuo, & quō a facie tua fugiam, cū dicat Apostolus: Omnes nos representari oportet ante tribunal Christi, ut reterat unusquisq; rationem de his quae gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum. Fratres, aliam synodum pronūcio uobis, ubi Dominus Deus sedebit in iudicio, & ibi omnes nos oportet representari, & ibi Deus iuste iudicabit orbem terrarū. Hic includitur iniustitia in marsupio. Sed iuste iudicabit Deus in illo iudicio, & ibi omnes nos oportet representari (nisi forte, quod dici nefas est, mentiatur Apostolus) siue sit papa, siue cardinalis: siue archiepiscopus, siue episcopus: siue diues, siue paup; siue doctus, siue indoctus, ut referat unusquisq; rationē de his quae gessit in corpore, siue bonū, siue malū. Et si reddenda est ratio de his quae quisq; gessit in corpore suo: heu quod fiet de his quae quisq; gessit in corpore Christi, quod est ecclesia: Ecclesia Dei uobis commissā est, & dicimini pastores, cum sitis raptores. Et paucos habemus, heu, pastores: multos autem excommunicatores. Et utinam sufficeret uobis lana & lac: lititis enim sanguinem. Quatuor tamen his qui praesunt in ecclesia Dei, necessaria esse praesunt reor: uidelicet ut per ostium intrent, ut in humilitate se contineant, auaritiā declinent, munditiā tam corde quam corpore seruare studeant. Sed quid prodest si canonicē eligantur (quod est per ostium intrare) & non canonicē uiuāt: Dixit Dominus ad duodecim: Nonne ego uos duodecim elegi: & unus ex uobis diabolus est. Domine Iesu, cum esset electio illa in manu tua, & non haberes aliquem cōtra dicentem & reclamantem tibi: Quare elegisti diabolum episcopum? Cur bone Iesu, non elegisti bonum & iustum & sanctum, sicut Petrus bonus, iustus & sanctus fuit? Vel si elegisti diabolum, cur te factus elegisses: Fratres, sic facit Iesus hodie, eligens sibi multos diabolos episcopos. Vbi, proh dolor, reperiemus episcopos, qui post adeptam dignitatem in humilitate se contineant? Nempe superbia eis occasio est, ut ad tantam dignitatem aspicient, ut in ouile Christi impudenter irrumpant, cum tamen per Psalmistam Dominus dicat: Non habitabit in medio domus meae, qui facit superbiam.

Psal. 51.

1. Cor. 1.

Psal. 138.

2. Cor. 5.

Quatuor his qui praesunt in ecclesia Dei, necessaria esse praesunt reor: uidelicet ut per ostium intrent, ut in humilitate se contineant, auaritiā declinent, munditiā tam corde quam corpore seruare studeant.

Ioan. 6.

Psal. 100.

Iesus autem in medio est, non in angulo. Vnde
Matt. 18. ipse in euangelio: Vbi duo, inquit, uel tres con-
Luc. 4. gregari fuerint in nomine meo, in medio eorum
Ecc. 15. sum. Et iterum: Iesus autem transiens per medium
Luc. 14. illorum ibat. Et in lib. Sapientiae: In medio, in-
 quit, ecclesiae aperuit os eius. Et rursus in euan-
 gelio dicitur: Stetit Iesus in medio discipulorum
 suorum. Vae mihi Domine Iesu, si tecum ero in
 domo tua, & non in medio domus tuae. At isti
 non sic. Sunt quidem cum Iesu, sed non in me-
 dio domus eius: quia amant & faciunt superbia,
 parentes suos extollentes, pauperes autem negli-
 gentes & deprimentes. Male uiuunt, & subie-
 ctos male uiuere uolunt. Et idcirco comparantur
Esa. 14. apostatae angelo qui dixit in corde suo: Ponam
 sedem meam ad Aquilonem, &c. Quid est dia-
 bolus ad Aquilonem sedem uelle ponere, nisi super-
 bum quempiam, & impium super suos similes
 a charitatis calore, uel sapientie luce alienos prin-
 cipatum appetere, uel adeptum tenere? Talis erat
2. Reg. 15. Absalon super filios Israel, patri suo rebellis, prin-
 cipatum appetens. Talis erat Hieroboam, qui
3. Reg. 12. peccauit, & peccare fecit filios Israel in uiculis
 aureis. Tales fuerunt scribae & pharisaei, contra
Matt. 23. quos ait Dominus: Vae uobis scribae & phari-
 saei, qui clauditis regnum caelorum ante homines:
 uos enim non intratis, & introeuntes non sinitis
 introire. Porro episcopi huius temporis avari-
 tiam quomodo declinant? Quod enim sine mi-
 serabili gemitu dicendum non est, Christi oppro-
 bria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem &
 mortem, haec omnia in fornace auaritiaef con-
 flant, & profligant in acquisitionem turpis quaestus,
 & precium uniuersitatis suis marsupijs includere
 festinant: hoc solo san- a Iuda Iscariotis differen-
 tes, quod ille horum omne emolumentum denariorum
 numero conpensauit: isti uoraciori ingluuie lu-
 crorum, infinitas exigunt pecunias. His insatiabili
 desiderio inhiant: pro his ne amittant, timent: &
 cum amittunt, dolent. Harum in amore quies-
 cunt, quantum duntaxat liberum est eis arbi-
 trium acruandi, uel augmentandi cura. Ani-
 marum nec casus reputatur, nec salus. Non sunt
 perfectio matres, quae cum sint de crucifixi patrimo-
 nio nimium incrassati, impinguati, dilatati, non
 compatiuntur super contritione Ioseph. Archi-
 presbyter circuit obedientiam sibi creditam: & ut
 impleat saccum surum, tradit sanguinem iustum.
 Vendit nempe homicidia, adulteria, incestus,
 fornicationes, sacrilegia, periuria, & usque ad sum-
 mum implet manticae suam. Fama igitur uo-
 lante, innotescit episcopo talis quaestus, & accer-
 suo archipresbytero: Da mihi, inquit, partem
 meam. At ille: Nihil dabo tibi. Contra episco-
 pus: Si non dederis mihi, inquit, partem meam, au-
 feram tibi omnia. Fitque altercatio maxima, &
 propter auaritiaef sit discordia. Postea uero archi-
 presbyter reuoluens secum quod autoritate epi-
 scopi fungatur potestate ista, et quod sine gratia

ipsum nihil possit, peruerse conuersus: Poenitens
 inquit, me, accipe partem tuam, & insuper de
 mea quod beneplacitum fuerit, et reconciliantur.
 Heu licet Herodes & Pilatus reconciliati sunt, *Luc. 23.*
 et Christus crucifixus est: sic nihilominus isti re-
 conciliantur, & pauperes Christi spoliati sunt.
 En tempora ista plane foeda a negotio peram-
 bulante in tenebris: quapropter uel generationi
 huic a fermento pharisaeorum, quod est hypocri-
 sis: si tamen hypocrisis dici debet, quae iam latere
 praef abundanti non ualet, & praef impudentia
 non querit. Et sic serpit hodie putrida tabes pro-
 ne corpus ecclesiae, quo latius, eo desperatius:
 eoque periculosius, quo intestinarius. Nam si insur-
 geret apertus haereticus, mitteretur foras, & are-
 sceret: si uolentis inimicus, absconderet se quis
 forsitan ab eo. Nunc quomodo eijciet, aut quo-
 modo abscondet se? Omnes amici et inimici, om-
 nes necessarii, omnes domestici, & nulli pacifi-
 ci: & quae sua sunt, quaerunt omnes. Ministri
 Christi sunt, & seruiunt antichristo: honorati in-
 cedunt de bonis Domini, cui honorem non de-
 ferunt. Vnde hinc est eis, quem quotidie uide-
 mus, meretricius nitor, histrionicus habitus, re-
 gius apparatus. Inde aurum in frenis, aurum in
 sellis, et in calcaribus. Plus nitent calcaria quam
 altaria. Inde mensae splendidae, & cibis, & scy-
 phis. Inde comestiones & ebrietates. Inde ci-
 thara, & lyra, & tibia, redundantia torcularia, et
 promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud.
 Inde dolia pigmentaria, inde referta marsupia.
 Huiusmodi sunt & uolunt esse ecclesiarum prapo-
 sita, decani, episcopi, et archiepiscopi: Nec enim
 haec merito cedunt, sed negotio illi quod peram-
 bulat in tenebris. Olim praedictum est, & nunc
 tempus impletionis aduenit: Ecce in pace ama-
 ritudo mea amarissima. Amara prius in nece
 martyrum, amarior post in conflictu haereticorum,
 amarissima nunc in moribus domesticorum.
 Non fugari, non exterminari possunt, ita inualue-
 runt, ita multiplicati sunt super numerum. In te-
 stina & insanabilis est plaga ecclesiae: & ideo in
 pace amaritudo mea amarissima. Sed in qua pa-
 ce? Pax est, & non est pax: Pax a paganis, pax ab
 haereticis, sed non profecto a filiis. Vox plangen-
 tis in tempore Israel: Filios enutriui et exaltaui,
 ipsi autem spreuerunt me. Spreuerunt & inualue-
 runt a turpi uita, a turpi quaestu, a turpi commer-
 cio, a negotio perambulante in tenebris. Super-
 est ut iam de medio fiat demonium meridianum ad
 seducendos, si qui in Christo residui sunt, adhuc
 persistentes in simplicitate sua: si quidem absor-
 buit fluuios sapientium, & torrentes potentium, &
 id est humiles & simplices, qui sunt in ecclesia:
 ipse enim est antichristus, qui non solum se diem,
 sed & meridiem mentitur, & ex tollitur supra id
 quod colitur ut Deus, quem Dominus Iesus
 interficiet spiritu oris sui, & destruet illum illu-
 stratione

stratione aduentus sui. Ecce diximus quales ha-
 bemus pastores in uia hac qua ambulamus, non
 quales habere oportet. Non sunt omnes amici
 sponsi, qui hodie sunt sponsi ecclesiae. Hinc inde
 assistere cernuntur: & ut uulgo aiunt, eam quasi
 ad dextram uident. Pauci admodum sunt, qui que-
 sua sunt, non quaerant, ex omnibus charis eius.
 Diligunt munera, nec possunt pariter diligere
 Christum, quia manus dederunt mammonae. In-
 tuere quomodo incedunt nitidi & ornati, circum-
 amicti uarietate, tanquam sponsa procedens de tha-
 lamo suo. Nonne si quempiam talium repente
 eminus procedentem aspexeris, spoliatum potius
 putabis quam sponsam custodem? Vnde uero hanc illis
 exuberantem astitimes rerum affluentiam, uestium
 splendorem, mensarum luxuriam, congeriem uas-
 forum argenteorum & aureorum, nisi de bonis
 sponsae? Inter haec est quod illa pauper & inops
 & nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hie-
 spida & exanguis: propter hoc non est hoc tem-
 pore ornare sponsam, sed spoliare: non est custo-
 dire, sed perdere: non est defendere, sed expone-
 re: non est instruere, sed prostituere: non est pa-
 scere gregem Domini, sed maculare & deuorare,
 dicente Domino de illis: Qui deuorant plebem
 meam ut cibum panis. Et iterum: Quia comede-
 runt Iacob, & locum eius desolauerunt. Et in alio
 propheta: Peccata populi comedent. quasi di-
 cat, peccatorum precia exigunt, & peccantibus so-
 licitudinem non impendunt. Quem dabis mihi de
 numero episcoporum, qui non plus inuigilet sub-
 ditorum euacuandis marsupijs, quam uitium extirpan-
 dis? Vbi est qui fleat iram: Vbi est qui praedi-
 cet annum placabilem Domino? Propterea relin-
 quamus istos, quia non sunt pastores, sed tradito-
 res: & imitemur illos qui uiuentes in carne, plan-
 tauerunt ecclesiam sanguine suo. Et quidem isti
 fortissimi sunt ministerij locum, sed non zelum. Succes-
 sores omnes cupiunt esse, imitatores pauci. Vti-
 nam tam uigiles reperirentur ad curam, quam ala-
 cres currunt ad cathedram: uigilarent utique soli-
 cite seruantes sibi creditam ecclesiam: imo uero
 uigilarent pro semetipsis, nec sinerent de se dici:
Psal. 37. Amici mei & proximi mei aduersum me appro-
 pinquauerunt & steterunt. Iusta omnino queri-
 monia, nec ad illam iustitiam quam ad nostram refe-
 renda aetatem. Parum est nostris pastoribus quod
 non seruant nos, nisi & perdant. Grauius quip-
 pe demerit obliuionis somno, ad nullum Domi-
 nicam comminationis tonitruum expurgantur,
 ut uel suum ipsorum periculum expauescant: inde
 est quod non parcunt suis, qui non parcunt sibi,
 perimentes pariter & pereuntes. Nunc uero di-
 cendum: Episcopi uero & sacerdotes huius tem-
 poris castitatis sanctimoniam (sine qua nemo
 uidebit Deum) tam in corde quam in corpore
 quomodo student obseruare? Certum Dominus
 dicit in Euangelio ad episcopos, haud dubium
Luc. 12. in primitiua ecclesia: Sint lumbi uestri praeci-

sti, castitatem approbans non tantum, sed etiam
 imperans. Attestatur etiam hanc spiritus sanctus
 in lege, qui nemini nisi mundis (& praecipue a
 mulieribus) panes propositionis edere sinebat.
 Vnde & Achimelech Dauid regi de his panibus
 cum militibus sumere cupienti non prius concessit,
 quam eos mundos esse a mulieribus cognouisset,
 dicente rege Dauid: Si de mulieribus agitur,
 mundi sunt ab heri & nudius tertius: iam tunc
 significate spiritu sancto neminem ad mensam
 Christi, ad illumque panem angelorum debere acce-
 dere, nisi purificatum mente & corpore: ne quod
 gratia diuina fidelibus praeparauit ad salutem,
 indignum fumentibus ad iudicium fiat, & ad con-
 demnationem. Isti autem castitatis insignem qualiter
 custodiunt, qui traditi in reprobum sensum fa-
 ciunt quae non conueniunt: Quae enim in occul-
 to sunt ab episcopis, turpe est dicere. Melius itaque
 arbitror super hoc dissimulare & super sedere,
 quam aliquid unde scandalizentur innocentes
 & in experti, dicere. Sed ego cur uerecundator
 dicere, quod ipsi non uerecundantur facere,
 imo quod Apostolus non uerecundatur scribere
 & praedicare? Dicit autem egregius praedicator
 sic: Masculi in masculos turpitudinem operan-
 tes, & mercedem sui erroris recipientes. Fratres,
 factus sum insipiens, uos me coegistis.
 Sermo ad pastores in synodo congregatos.
 Reuerendissimi patres & domini, ecce lecta
 sunt uerba sancti euangelij in auribus ue-
 stris, & utinam diligenter intellecta ab uniuersi-
 tate uestra. Intellectus bonus omnibus facienti-
 bus ea. Seculares in speculis suis uisu cognoscere
 solent pulchritudinem aut turpitudinem suam.
 Alterius generis est speculum uestrum, in quo ma-
 gis auditu quam uisu potestis attendere quid de-
 ceat, & quid non deceat: quid impediat, quid
 expediat, quid ex debito uestri officij uobis in-
 cumbat. Speculum uestrum, sanctum est euan-
 gelium. Considerate, obsecro, non uultum uestrae
 natiuitatis, sed statum quotidianae conuersatio-
 nis considerate: & nolite abire negligendo, sed
 steteris diligentius inuestigando: & perscrutatis
 medullitus conscientijs uestris, in testimonijs ea-
 rum, aut gloriemini, aut terreamini. Nam sicut
 multis gloria, ita multis est ignominia testimo-
 nium conscientiae suae. Ecce sacrum euangelium
 sub numero trium personarum includit multitu-
 dinem uniuersam praetorum. Proposuit enim
 nobis bonum pastorem, mercenarium, & furem.
 Si boni pastores estis, gaudete, quia merces ue-
 stra copiosa est in caelis. Si mercenarii estis, ti-
 mete: quia periculum uestrum grande est in ter-
 ris. Si fures estis, ingemiscite: quia locus uester
 magnus est in poenis, nisi properaueritis ad poenitentiam:
 & quae uouistis Domino Deo uestro, dignè reddideritis.
 Vos maxime, qui in circuitu Domini estis, & in conspectu eius assertis munera
 & offertis, non incorruptibilem auri & argenti, sed

Psal. 25

Psalm. 76

Osce 4

Esa. 16

Psal. 39

Esa. 2

Hebr. 12

Luc. 12

2. Thess. 1

ibidem

1. Reg. 21

Rom. 1

Psal. 110

sed

sed preciosi sanguinis & corporis agni immacu-
 lati. Quanta est dignitas contulit vobis Deus?
 Quanta est prerogativa ordinis uestri? Prætulit
 uos Deus regibus & imperatoribus, prætulit
 ordinem uestrum omnibus ordinibus, imò (ut
 altius loquar) prætulit uos angelis & archange-
 lis, thronis & dominationibus. Sicut enim non
 angelos, sed semen Abrahamæ apprehendit ad faci-
 endam redemptionem: sic non angelis, sed homi-
 nibus, solisq; sacerdotibus Domini corporis
 & sanguinis commisit consecrationem. Omnes
 enim (sicut ait Apostolus) sunt administratores
 spiritus, in ministerium missi propter eos qui
 hæreditatem capiunt salutis. Sed longè excellen-
 tius est officium uestrum, quod admirabile est,
 & non solum in oculis uestris, sed etiam ange-
 lorum. Hæc sunt infelicissima tempora quæ præ-
 uidit apostolus Paulus: in quibus homines san-
 ctam doctrinam non sustinent, sed coaceruant sibi
 magistros ad desideria sua, in quibus à ueritate
 se auertunt, & ad fabulas & uanitates huius se-
 culi conuertuntur. Hæc sunt, inquam, nouissi-
 ma tempora, in quibus refrigescit charitas, &
 abundat iniquitas multorum. Quare hoc dico?
 Quia (ut audistis) tres personas, imò ut planius
 dicam, tria genera doctorum sanctum describit
 euangelium. Primum genus aliquam quidem
 partem, sed unumquodq; duorum sequentium
 copiosam & perniciosam includit multitudinē
 prælatorum, sed illos defendit numerus. In primo
 solo genere abundat charitas, in alijs duobus
 omnino refriguit, ubi nimirum abundat iniqui-
 tas. Audistis proprietates singulorū. Bonus pas-
 tor est qui ponit animam suam pro ouibus suis,
 Mercenarius est, qui uidet lupum uenientē, &
 fugit. Fur est, qui maculat & occidit. Bonus pas-
 tor non suam uoluntatem facere, sed Domini
 sui querit utilitatem. Ipsi soli seruat fidem, ipsi
 laborat, ipsum honorat. Ipsi querit gloriam, non
 sibi. Regi enim seculorum immortalis, inuisibilis
 soli Deo honor & gloria in secula seculorum,
 amen. Non nobis Domine, non nobis, sed nomi-
 ni tuo da gloriam. Nobis miseris da ueniā,
 da gratiam, tibi serua gloriam, utpote à quo est
 ueniā peccatorum, et gratia meritorum. Bonus
 pastor in omni labore uillicationis suæ querit
 non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, quod pro-
 prium habet charitas. Vnde si quandoq; excesserit,
 charitas operit multitudinem peccatorū:
 sed & ipse aduocatū habet in cœlis Iesum Chris-
 tum Dominum nostrum, & ipse est propicia-
 tio pro peccatis nostris. Mercenarius est (ut dixi-
 mus) qui uidēs lupū uenientem, fugit. Quæ-
 rit ergo quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi: alio-
 quin utiq; non fugeret, sed sua, imò & seipsum
 superimpēderet potius quam gregem suum rap-
 toribus exponeret. Multi sunt mercenarij, qui
 in prosperitate leuiter discerni non possunt à bo-
 nis pastoribus. Habent enim multa cum ipsis

Hebr. 2.

Hebr. 1.

1. Tim. 4.

1. Ioan. 10.

Ibidem.

Ibidem.

1. Tim. 1.

Psal. 113.

1. Pet. 4.

1. Ioan. 2.

communis: habuerunt namq; sanam electionē
 in ingressu, habent nihilominus mundam con-
 uersationem in progressu: pacem ecclesiæ amant
 & querunt, utiliter ac uiriliter ecclesiasticis im-
 plicantur negocijs, non recusant grauedines o-
 neris: sed hoc ideo, quia ambiunt gloriam ho-
 noris. Amant enim primos recubitus in cœnis,
 salutationes in foro, & uocari ab hominibus
 Rabbi. Multotiens etiam cibantur pane lacry-
 marum, & uino compunctionis potantur ex re-
 cordatione peccatorum: sicut testatur iunior fi-
 lius, qui in regione longinqua consumpsit om-
 nem substantiā suam uiuendo luxuriose. Vnde
 & dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei
 abundant panibus? Si panibus abundat mer-
 cenarij, nunquid fame peribunt operarij? Ope-
 rarios dico, qui quanto rariore in terris, tanto
 cariore in cœlis habentur. De paucitate eorum
 conqueritur ueritas dicens: Messis quidē mul-
 ta, operarij autem pauci. Messis utique multa,
 et sacerdotes multi, & mercenarij multi, sed ope-
 rarij pauci. Pauci planē operarij, & admodum
 rari inconfusibiles, qui aspicientes in authorem
 fidei consummatore Iesum, quos instruunt uer-
 bo sanctæ prædicationis, non destruant exem-
 plo prauæ operationis, efficacius opere quam
 uerbo prædicantes. Notandū uero, quod filius
 non dicit, Fac me unū de mercenarijs tuis: sed,
 Fac me sicut unum de mercenarijs tuis: ut uide-
 licet ea sibi offerat beneficia, quibus illi commu-
 nicant in præsentī. Inquit Psalmista: Cibauit
 eos ex adipe frumenti. Quos eos? Audi quod
 præmittitur: Inimici Domini mentiti sunt ei.
 Hi sunt quos cibat ex adipe frumētī, & melle fa-
 tiat. Qui sunt illi? Mercenarij, qui licet ad horā
 credant, in tempore tamen tentationis rece-
 dunt. Vnde patet quod amici sunt mundi. Ami-
 cus autem huius mundi, inimicus Dei consti-
 tuitur. Iterum querunt quæ sua sunt, non quæ
 Iesu Christi: & si non querunt quæ illius sunt,
 cum eo non sunt. Et qui cum eo non sunt, con-
 tra eum sunt: quia ipse ait, Qui non est mecum,
 contra me est. Et qui contra eum sunt, inimici
 eius sunt. Hi per exteriora mentiuntur Deo de
 interioribus. Cum enim sanē prædicet, & mun-
 dē uiuant, sanitatem loquuntur intentionis, ut
 uidelicet Deum habeant in causa, & omnia in-
 teriora eorum benedicant nomini sancto eius,
 cum tunc tamen non Deum, sed mundum: non
 Dominū, sed seipso habeant in causa. Mentimur
 potius Deo quam hominibus, ad cuius con-
 tumeliam spectat tanta collatio gratiarum: qui-
 bus non honorem Dei, sed honorem hominis
 constat acquiri: nec charitati, sed cupiditati de-
 seruiri. Vnde operarij inconfusibilis postulat
 non duo tantum, sed tria: quia funiculus tri-
 plex difficilē rumpitur. Non enim postulat disci-
 plinā & scientiā, quas possunt habere & mer-
 cenarij: sed dicit, Bonitatē & disciplinā, et scientiā
 doce

Matt. 11.

Luc. 15.

Luc. 10.

Psal. 80.

Luc. 11.

Iacob. 4.

Philip. 2.

Luc. 11.

Eccl. 4.

Luc. 11.

Eccl. 4.

Psal. 118.

doce me, quæ tria in solis filijs requiruntur.
 Quid enim prodesset disciplinā habere in con-
 uersatione, scientiam in prædicatione, nisi adsit
 bonitas in intentione? Nusquam scriptum est,
 aut carnis obsequium, aut rationis scientiā suffi-
 cere, sed bona uoluntas sufficit. Sanata ergo uo-
 luntate, utilis erit & præmiosa tam castigatio car-
 nis per disciplinam, quam illuminatio rationis
 per scientiam. Propter supradictas ergo ratios,
 & alias huiusmodi diximus, quia in prosperita-
 te mercenarius leuiter discerni non potest à bo-
 no pastore: quia dum pacis arridet securitas, in-
 tentiois eius palliatur infirmitas. Nihil occultum
 quod non reueletur. Vasa figuli probat fornax.
 Plante uento aduerlatis, statim quod infirmū est
 intentionis, ostendit effectus operationis. Vi-
 det enim lupum uenientem, & fugit. Qui sunt
 isti lupi? Tyranni & raptores seculi, qui propria
 tentati concupiscentia, uel ingenita cōpulli ma-
 leuolentia incendunt ecclesias, uastant ouilia Chri-
 sti, spoliant pupillos & uiduas, proscriptiōnem
 inducunt pauperibus, Deum blasphemant in
 suis operibus. Hi factis rapinis, fractisq; eccle-
 sijs, cum gladius ultionis in eis exeritur, ueniunt
 uel blandiendo, uel comminando. Fugitq; mer-
 cenarius, uel amore blandientis, uel timore per-
 sequentis. Vnde fugit? A recitidine iustitiæ, à
 defensione ecclesiæ, à liberatione patriæ, ab ul-
 tione pupillarum & uiduarum. Quod? Ad cu-
 stodienda quæ possidet, imò à quibus possidet,
 uidelicet marupia, horrea, cellaria, non utique
 pauperibus referuanda, sed euacuanda furibus,
 aut ignibus consumenda. Habet enim aliquis
 intra prouinciā tyrannorum positos parentes
 suos, & blandit proinde multotiens raptoribus,
 ut parentibus consulat: qui ut pacem habeant,
 & inter tyrannos floreat, affligi sancta permit-
 titur ecclesia, & iustitia conculcatur. Et quid di-
 cam de furibus? Fures sunt heretici. Hi sunt fu-
 res & latrones, qui ueniunt in uestimentis ouium,
 intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Quotquot
 autem uenerunt, fures sunt, et latrones. Fures la-
 renter nocendo, latrones aperte sauiendo. Hæ-
 retici praua dogmata disseminabant in populo,
 & peruersitate doctrinæ suæ fidem catholicam
 obnubilabant, & inducebant simplices in erro-
 rem. Neminem uestrum credo esse hæreticum,
 omnes creditis in Deum trinum & unum, quia
 passus sit, & sepultus, quia descendit & ascendit.
 Facit tamen hæc fides catholicæ? Hac fide utiq;
 demones essent catholici: quia (ut dicit Iacobus)
 credunt, & contremiscunt. Verum utiq; catholi-
 cum facit, non fides cōmunis demonibus & ho-
 minibus, sed ea tantum, quæ cōmunis est homi-
 nibus, & angelicis spiritibus. Quæ est illa? Quæ
 per dilectionem operatur, de qua Apostolus di-
 cit: Neq; circuncilio aliquid ualet, neq; præpu-
 tium, sed fides quæ per dilectionem operatur.
 Hac fide ipse præditus erat, cum diceret: Dum

Matt. 10.

Eccl. 27.

Ioan. 10.

Matt. 7.

Iacob. 2.

Galat. 5.

Galat. 6.

tempus habemus, operemur bonum ad omnes;
 maxime autem ad domesticos fidei, non seculi.
 Habetis hanc fidem? Vitam. Sed hæc est fides
 quæ uincit mundum, quia hæc est uictoria quæ
 uincit mundum fides nostra. Dixerim uos uin-
 cere mundum, an uinci à mundo? Video eccle-
 sias uestras male tractatas: uideo quasdam femi-
 ruras, quasdam omnino obrutas: uideo in uillis
 solitudinem, in agris silentium, et ubiq; exterim-
 niū: uideo in militib; insolentiā, in hominib; in-
 obedientiam, & in omnibus insipientiam. Li-
 benter tamen suffertis huiusmodi insipientes,
 cum sitis ipsi forsitan sapientes. Sustinetis enim
 quod uos in seruitutem redigat, quod deuoret,
 quod accipiant, quod super uos extollant, quod
 etiam in faciem quandoq; uos cadat, aut etiam
 reclusos in carcere emungant argento. An hæc
 patimini, ut in patientia uestra possideatis ani-
 mas uestras? Patientia enim nobis necessaria est,
 ut uoluntatem Dei facientes, fructum cum gau-
 dio reportemus. Toleratis hæc, ut uoluntatem
 Dei faciatis: non utiq; sed ut uestrā uoluntatem
 propriam impleatis, ut carnis uestræ licentius
 curā geratis, ut pueris uestris & parentibus com-
 modius prouideatis, & uillas tyrannorum in pa-
 ce eorū inhabitetis, utentes nemoribus, et agros
 colentes. Propter hoc palpatis principes, & po-
 testates tenebrarum harum, tam homines quam
 demones. Homines, quia ad uelle eorū loqui-
 mini, ad uelle eorum ligatis & solutis. Ipsi sunt
 semiepiscopi, semiarchidiaconi, imò ut uerum
 fatear (salua pace omnium) ipsi sunt supra epi-
 scopos, supra archidiaconos, supra presbyteros:
 & uerè qui potestatem habent, hodie benefici uo-
 cantur. Palpatis demones, quia facitis eos in uo-
 bis similes altissimo. Ponam, inquit, sedē meam
 ad Aquilonem, & similis ero altissimo. Et ipse
 qui est rex super omnes filios superbiæ, frigore
 iniquitatis suæ congelauit interiora uestra, et ut
 fortis armatus custodiens atrium suum, in pace
 obtinet cathedram uoluntatis uestræ, in qua de-
 beret altissimus residere. In terra, inquit, pax ho-
 minibus. Quibus? Magnæ scientiæ? Magnæ
 nobilitatis? Non, sed bonæ uoluntatis: & ubi
 pax, ibi Deus: quia in pace factus est locus eius.
 Vnde patet quod sedes eius bona uoluntas est.
 Qui ergo non Deum, sed diabolium habet inha-
 bitantem interius, & tyrannis atque raptoribus
 deseruit exterius, uincit ne mundum? Imò ui-
 ctus est à mundo, uictus est à diabolo, uictus est
 à carne sua. Infixus est limo profundū, & non
 est ei substantia, uel potentia resurgendi. Do-
 mine Deus uirtutum, excita potentiam tuam,
 & ueni, ut elucas nos de lacu miserię, & de luto
 fecis: operi manuum tuarū porrige dexteram.
 Educ de carcere animas nostras, ut iam non o-
 bediant mundo, sed confiteantur nomini tuo. Pla-
 cabilis esto super officialibus tuis, qui tibi ratio-
 nē redditori sunt de ouib; tuis. Veni Domine,
 & nobis

1. Ioan. 5.

2. Cor. 11.

Luc. 22.

Esa. 14.

Luc. 2.

Psal. 75.

Psal. 68.

& noli tardare. Insanit diabolus, insanit hostis humani generis, sciens quod modicum tempus habet. Fidem habemus: sed sine operibus mortua est, & nos mortui cum ipsa. Auge nobis fidem, ut in uicarijs tuis per dilectione operetur, quatenus ad imperiu eorum motes transferantur, & de obsessis animabus daemones efferant, ut de ipsis prius eijciantur, quam cum ipsis proficiantur in ignem aeternum. Auge, inquam, nobis fidem: quia haec est uictoria que uincit mundum, fides nostra. Hac fide sancti uicerunt regna, operati sunt iustitiam, extinxerunt impetum ignis, effugarunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitatibus suis. In partibus nostris ubique ignis, undique gladius. Quare non operamini iustitiam: Quare non extinguitis ignes: Quare non effugatis aciem gladij: Quare? Ratio in promptu est: quia non Deo, sed hominibus quaeritis placere. Vnde Paulus: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Vos non conuaretis de infirmitatibus uestris, sed torpetis de ignauia uestra, nec de malefactoribus potestis facere iustitiam. Quare? Quia nulla est uirtus fortitudinis uestrae, quoniam dissipat Dominus ossa eorum qui hominibus placent. Caro infirma, sed ossa sunt fortia. Dissipauit ergo ossa, id est fortitudinem eorum qui hominibus quaerunt placere. Confusi sunt, quonia Deus spreuit eos, & uos confusi estis in actibus uestris, non honorati, sed onerati dignitatibus uestris, quoniam Deus spreuit uos, spreuit enim Deus omnes discedentes a iudicijs suis. Fidem habetis, sed ad opera uos inuito, uos maxime, qui estis uicarij Christi, qui estis pastores animarum, qui alios debetis instruere, non destruere. Vos, inquam, maxime: quia soli non potestis perire, qui preire debetis docendo & operando. Multi sunt catholici praedicando, qui haeretici sunt operando. Quod haeretici faciebant per praua dogmata, hoc faciunt plures hodie per mala exempla: sed uicunt scilicet popululum, & inducunt in errorem: & tanto grauius sunt haeretici, quanto praeualent opera uerbis. Vnigenitus est qui est in sinu patris, nonne de secreto suo prodit ad publicum uestrum? Nonne de caelo descendit ad terras, ut praedicatione & conuersatione sua persuaderet hominibus contemptum mundi? Nonne uos estis uicarij eius? Nonne quod praedicauit, & uos debetis praedicare: quod dissuasit, dissuadere: quod persuasit, persuadere? A Christo dicti estis Christiani. Nonne ea uia qua Christus ambulauit, et uos debetis ambulare? Nonne sicut conuersatus est, & uos uicarij eius debetis conuersari? Ita plane nisi forte doctiores eo fueritis, uel sanctiores. Dicite ergo archidiaconi, dicite presbyteri, dicant etiam pontifices. In frenis, in sellis quid facit aurum? In uestimentis tantus ornatus? In cibis tam superfluus apparatus? Esca uenari, & uenter cicis: Deus autem & hunc & has destruet.

Hebr. 11.

Galat. 1.

Psal. 22.

Ibidem.

Psal. 112.

1. Cor. 6.

Multus erat nitor uestitum, & delicatus ciborum apparatus apud illam diuitem euangelicum qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quoti die splendide. Mortuus tamen est, & sepultus in inferno. O dirum, & execrabile & horrendum sepulcrum: ubi est fletus et stridor dentium, ubi sunt aequiuiui, ubi uermis qui non moritur, ubi ignis qui non extinguitur. Hoc sepulchrum diuitum, sed iunus Abrahamae pauperem Lazarum excepit. Quis sapiens & custodiet haec? Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget haec. Quis, obsecro, laicorum auidius clericis quaerit temporalia, & ineptius utitur acquisitis? Cum tantum factum uideant laici in suppellectili clericorum, nonne per eos potius inuitantur ad diligendum quam negligendum? Medice cura teipsum. Si mundum praedicas contemnendum, contemne tu prius, & ad ipsum efficacius alios inuitabis. Da uocem tuam uocem uirtutis, consonet uita uerbis, & statim erit in ore tuo uiuus et efficax sermo Dei, et penetrabilior omni gladio accipiet. Non sic profectus est, sed sicut populus, sic & sacerdos: sicut laicus, sic & clericus. Vterque cupit, uterque diligit mundum, & ea quae in mundo sunt. Laicus tamen cum labore, sed clericus sine labore uolunt possidere totum mundum. Communicare uolunt cupiditati & supfluitati hominum, sed non labori. Peccare uolunt, sed non flagellari cum hominibus. Vnde timendum est quod flagellentur cum daemone. Quomodo seculares non expenderent substantiam suam uiuendo luxuriose, etiam in praesentia sacerdotum: quomodo non intenderent uanitatibus & lenocinijs huius seculi, quomodo non essent insolentes & elati, cum tantum factum, tantam insolentiam uideant clericorum? Nonne in praesentia eorum irruenter abutimini eleemosynis pauperum? De patrimonio crucis Christi non facitis codices: impinguitis canes, adornatis equos, phalerantes peccata, & capita uestrando. Et uere in capitibus omnium platearum dispersi sunt lapides sanctuarij. Plateae latae sunt: & lata est uia quae ducit ad mortem. Lapidibus sanctuarij, id est, sacerdotibus, sunt in capitibus, id est, in introitularum uiarum: docent enim populos per praua exempla ingredi uias latas, quae ducunt ad mortem, & demergunt in profundum inferni. Doctor capitis in membra redundat. Capita populi sunt sacerdotes. Omne caput laquidum, & omne cor moerens. Languet praesentia ecclesiae in cupiditatibus suis. Quia ergo languor est in capitibus, moeror oboritur in cordibus. Corda sunt ecclesiae uiri religiosi, qui honorem suum intelligentes, non respiciunt in uanitates & insanias falsas, nec comparantur iumentis insipientibus, nec similes sunt illis: qui plorantes plorant in nocte huius aduersitatis, ubi apud praesatos ecclesiae inualefcit cupiditas, & charitas refrigescit. Et merito

Luc. 16.

Psal. 106.

Psal. 91.

Luc. 4.

Hebr. 4.

Thren. 4.

Esa. 1.

Esa. 23.

Nier. 6.

1. Cor. 3.

Matt. 12.

1. Cor. 4.

merito clamat ecclesia sancta hodie: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Multa est hodie & longe grauior, quam credi possit persecutio sanctae ecclesiae, & talis incumbit, qualis a principio non fuit. Multis modis persecutus est eam diabolus, sed nunquam grauius quam hodie: qui nunquam fuit maior perditio Christianorum, nec liberior aut securior transgressio diuinorum praceptorum. Ecclesiam incipientem persecutus est per tyrannos, proficientem persecutus est per haeticos, iam letam & florentem persecutus est per motus illicitos. Tria sunt in anima, ratio, uoluntas, sensualitas. Rationis est iudicium, uoluntatis desiderium, caro debet obsequium. Carnem ergo cruciauit in martyribus, rationem perturbauit in simplicibus, sed uoluntatem hodie deprauat generaliter in omnibus. Fuit ergo amaritudo ecclesiae, amara quidem in persecuti one tyrannorum, sed amarior in uersutia haeticorum, sed amarissima hodie, per prauitatem desideriorum. Ve qui dicunt pax, et non est pax. Pacem habet ecclesia apud extraneos, sed filij nequam, filij scelerati saeuunt in ea, qui propriam matrem euiscerant, ut se pariant in honorem. Pacem ubique habet exteriori, sed interiori in paucis habet: quia ubique aut ferè ubique iudicio rationis non consentit uoluntas, sed captiuam eam ducit in lege peccati: quia etsi ratio sana sit in iudicio, uoluntas tamen praua est in desiderio, in qua nimirum residet diabolus similis altissimo, ut supra diximus. Euigilate iusti, abijcite diabolum, & sedem Dei expurgate, quia iustitia & iudicium correctio sedis eius. Exigentibus iniquitatibus uestris egressus est de templo suo. Reducite eum ad templum sanctum suum. Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos. Anima iusti sedes & templum Dei est. Dominus in templo suo facit mirabilia, & praebet oracula. Veniat ad templum suum dominator, quem quaeritis, quo possitis dominari desiderijs carnalibus, & diabolicis resistere tentationibus. Veniat & angelus testamenti, quem uos uultis, qui annunciet uobis suam uoluntatem, & confirmet promissam haereditatem. Inducant eum in templum suum parentes eius, pater uidelicet & mater & fratres eius. Qui sunt illi? Respondeat ipse: Quicumque fecerit uoluntatem patris mei qui in caelis est, ipse meus pater, & mater, & frater, & soror est. Pater generando per uerbum praedicationis, ut dicit Apostolus: Ego per euangelium in Christo uos genui. Mater pariendo per exemplum sanctae conuersationis. Frater & soror castè diligendo in amore fraternitatis. Hi parentes estis uos, aut esse debetis. Statuit uos populus mediatores inter se et Deum, ut uobis loquatur Deus, & uos ad illum. Ideo dant uobis eleemosynas & primitias suas, ut uestris precibus & meritis propiciet eis Deus, & introducantur ad illum. Sed eum quem uobis redditis offensum,

qualiter alijs reddetis placatum? Non est munda coram Deo oratio uestra. Quaerite ergo uos pariter Iesu Christi, qui adducant eum ad uos, & inducant in templum suum. Quaerite eos qui uoluntatem Dei ex corde faciunt, qui contempserunt uitam mundi, qui castigant corpus suum, et in seruitute redigunt, non ut hominibus, sed ut Deo placeant. Non solum recipere, sed diuidere sciat eleemosynam. Facite & uos uobis amicos de mammona iniquitatis. Non solum loquimini, sed & operemini bonum ad omnes, & ut dicit Apostolus: Beneficentiae & communionis nolite obliuisci: quia talibus hostijs promeretur Deus. Inducant proinde Iesum in templum suum per iustitiam, & perducant per iudicium. Aperite ei portas iustitiae, alioquin non ingredietur ad uos. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Uestrum est facere iudicium, quia senatores estis orbis terrarum. Diligite ergo iustitiam, & rectè iudicate filij hominum. Quid dubitatis? Apprehendite disciplinam, & contineatis uos a prauis operibus uestris, iustitiam habendo ac facièdo: quia qui continens est iustitiae, apprehendet illam, & obuiabit illi quasi mater honorificata. Sine iustitia non solum res publica, sed nec parua domus subsistere potest. Quare timetis principes & potestates tenebrarum harum? Quare uos illis subijcitis? Uultis exaltari in terra, uultis exaltari in gentibus? Apprehendite & facite iustitiam. Apprehendite continendo uosmet ipsos, facite humiles & pauperes iustificando, & profectus in iustitia exaltabimini. Dicit enim Psalmista: Et in iustitia tua exaltabuntur. Qui: Beatus scilicet populus, qui scit iubilationem. In iubilo diuersae uoces consonant. Sciunt ergo iubilationem, qui sciunt pacem gentibus dare, & liberare populum Dei. & unitatem populorum seruare in uinculo pacis. Hi tales Domine, non in tenebris huius mundi aberrabunt, sed in lumine uultus tui ambulabunt: non in sua facie, sed in tuo nomine exultabunt: non in tyrannorum amicitia, sed in tua iustitia exaltabuntur. Timetis conculcari a leonibus, si iustitiam timueritis? Daniel in lacu leonum clamat: Et non nocuerunt mihi. Quare? Quia iustitia coram Deo inuenta est in me. Iustitia plena est dextera tua. Per dexteram spiritalia, per sinistram accipiuntur temporalia. Longitudo dierum in dextera eius: in sinistra autem diuitiae & gloria. In iudicio ad sinistram eius erunt hoedi, quibus dat in hoc seculo gloriam & diuitias: ad dexteram autem agni, quibus praeparata est longitudo dierum. Nolite sitire munera in sinistra eius: quia qui desiderant eius sinistram in hoc seculo, collocabuntur ad sinistram eius in iudicio. Adhaerete dextere eius, ut in iudicio ad dexteram eius sedetis super sedes iudicantium, & in praesenti non propria uirtute, sed uirtute dexterae eius superborum & sublimium colla prematis: quia dextera Dei fecit uirtutem.

Luc. 16.

Hebr. 13.

Sap. 1.

Psal. 57.

Eccl. 15.

Psal. 88.

Ibidem.

Ibidem.

Dan. 6.

Psal. 49.

Prou. 3.

Matt. 25.

Psal. 117.

uirtutem. Vultis tamen de manu eius accipere
 Mat. 6. duplicia, id est spiritalia & temporalia: Primum
 querite regnum Dei, & iustitiam eius, quod est
 dextera: & hæc omnia adijcientur vobis, quæ
 sunt sinistra. Primum querite regnum Dei, ut
 in interioribus vestris habitet & regnet Deus.
 Deinde iustitiâ eius, ut legem ex ore vestro re-
 quirat & assumat populus: & ex tâta gratia me-
 ritorum retribuetur vobis gloria præmiorum,
 quam nec oculus vidit, &c. Et præter hæc adij-
 Psal. 111. cientur vobis hæc temporalia: quia gloria & di-
 uitia in domo eius. Cuius eius? Haud dubium
 quin iustæ generationis, de qua præmissum est:
 Ibidem. Generatio rectorum benedicetur. Benedicita
 in prædestinatione, benedicitur in iustificatione,
 Prou. 10. ne, benedicetur in glorificatione. Benedicito
 Psal. 102. Domini super caput iusti: quia misericordia Do-
 mini ab æterno per prædestinationem, & in æ-
 ternum per glorificationem. Facite ergo iusti-
 tiam, non tamen pro vestro arbitrio, sed dicite
 re iudicio: quia iustitia et iudicium correctio se-
 dis eius. Si tantum faceritis iudicium, nec ali-
 quod haberetis dominium, iudices tantum esse-
 tis, non iustificatores, & ideo iustitiam facere
 non possitis. Propter hoc qui dedit vobis iudi-
 cium, dedit & dominium, ut prædixit Prophe-
 Sap. 3. ta: Iudicabunt nationes, & dominabuntur po-
 pulis. Duplex est dominium prælatorum. Ha-
 bent enim clauces ecclesiæ, quibus claudunt, &
 nemo aperit: aperit, & nemo claudit. Habent
 & regalia, quia domini sunt urbium et oppido-
 rum. Nec solum episcopatus, sed & consulatus
 Esai. 5. habent, ut merito eis dicatur: Quid ultra debui
 facere, & non feci? Sed quod datu est illis in adi-
 torium, factum est illis in scandalum.

Super Salve regina, Sermo.

Salve regina misericordiae, uita, dulcedo, &
 spes nostra salue. Domine labia mea aper-
 ries. Dominus tecum, & tu mecum. Dignare me
 laudare te. Sub tuam protectionem confugio,
 ubi uirtutem acceperunt infirmi. Esto mihi tur-
 ris fortitudinis à facie inimici. Te nostra uox pri-
 mum sonet, & ora soluamus tibi. Dulce canticum,
 ac nobilissimum melos, quod in honorem sanctæ
 Mariæ quater in anno ordo noster deuotissime
 cōcinit, ad ædificationem nostram discutiendam fra-
 tres assumpsimus, quia speciali dulcedine multa
 refertum masticatione continua reperimus. Nam
 à summis labijs canticum istud effusum uenit. Ha-
 bet enim fundamentum. Fundamentum eius in mon-
 tibus sanctis. Fundamentum eius internæ dul-
 cedinis suauitas est. Et ubi hæc, nisi in motibus
 sanctis? Hoc est in mentibus nostris. A sanctis
 cōpositum, à sanctis institutum, digne frequen-
 tabitur etiam à sanctis. Et uerè nisi à religiosis et
 affectione sancta feruentibus, nec subtiliter in-
 telligi, nec efficaciter poterit decantari. Est enim
 tam suaue ad gratiam, tam fecundum ad sen-
 sum, tam etiam profundum ad mysteria. Tale

enim est quod à nobis considerari & discuti,
 prout dignum est, non ualeat. Ex eo autem quod
 suauiter sonat, mulcet affectum, & de sensuum
 ubertate mentem impinguat, & in sanctam san-
 ctorum aduocatam, scilicet nostram, dum eam
 quasi presentem salutat, omnia interiora nostra
 medullitus inflammat. Oportet enim ut nobis
 presentem esse dicamus, quam presentem salu-
 tamus: & totam animam nostram trinitatem in eam
 dirigamus, quam tam deuotissimis precibus exoramus.
 Agnoscit certè, & diligit diligentes se, et
 propè est in ueritate inuocantibus se: præsertim
 his quos uidet sibi conformes factos in castitate
 & humilitate: si tamen charitatem adiecerint, &
 totam spem suam (post filium suum) in ea po-
 suerint, & toto corde quasi erant, orantes & fre-
 quenter dicentes, Subueni Domina claman-
 tibus ad te iugiter. Non aspernatur affectum
 prædulcem, ingens desiderium, inundationem
 lacrymarum, assiduitatem precum quorumlibet,
 quamuis peccatorum: si tamen lauerint à mali-
 tia cor, dissoluerint colligationes impietatis, sol-
 uerint fasciculos deprimetes, dimiserint qui fra-
 cti sunt liberos, & omne onus diriperint. Da-
 ta est ei potestas in cælo & in terra, quæ posse
 potestas est, & in manibus eius uita & spiritus no-
 stri, et oculi omnium Christianorum in eam spe-
 rant, & ipsa dat eis escam gratiæ (qua plena est)
 in tempore opportuno. Leuemus ergo fratres
 cor nostrum cum manibus, ad eam, & appropin-
 quemus ei passibus amoris, immolantes ei ho-
 stiam laudis, reddentes ei uota nostra de die in
 diem, de hora in horam, dicentes assidue, Salue
 regina misericordiae. Quis mihi digne huius
 carminis referat sacramentum? Quis mihi di-
 gne explicet tam insolitam salutationis exordium?
 Origo fontium, & fluminum mare, uirtutum
 auctrix, & scientiarum scientia sanctarum Ma-
 ria: quia sicut sol uniuersa cæli lumina præcel-
 lit prærogatiua claritatis eximiae, sic ipsa totam
 rationale creaturam (post filium) præcellit splen-
 dore uirtutis ac scientiæ. Ad eam non incon-
 grue pertinere dicimus, quod scriptum est: Quam
 bona domina Israel his, qui recto sunt corde.
 Qui recto corde, & rectè in omnibus consen-
 tiunt, hi recto sunt corde, his aduocata nostra
 sola bonitate sua agente presentia suæ tantam
 plerumque copiam exhibet: & quam sit orabilis,
 exhibitione impertite gratiæ docet, ut innouati
 spiritu proclamant per cōsolationem experien-
 tia: Salue regina misericordie. In his intelligen-
 tia non capitur, nisi quantum experientia sapit.
 Sola unctio spiritus docet hæc. Plus ualet hic iu-
 bilus cordis, quam strepitus oris: motus gaudii
 rum, quam sonus labiorum: consonantia uolun-
 tatum magis quam uocum. Pro huiusmodi di-
 cere cautè duxi, Quis mihi carminis huius refe-
 rat sacramentum? Quis pro raro dici solet. Rara
 siquidè auis in terra, tantam promereri familiari-
 tatem

tatem in oculis maiestatis, quatenus experiens
 ria indultæ gratiæ, presentiam illius agnoscens
 quis ualeat exultans dicere: Salue regina misera-
 cordiæ, iuste regina mundi & regina cæli di-
 citur, per quam uniuersus creator & rector gene-
 ratur. Verum quo pacto dicitur regina miseri-
 cordiæ, cum misericordia non substantia sit, sed
 pietas superne clementiæ, uel affectio benigna
 rationalis creaturæ? Metonymicè ergo poterit
 intelligere, hoc est per efficientem id quod effi-
 citur: ut opus misericordie pro misericordia in-
 telligatur. Opus misericordie, reparatio natu-
 re. Misericordia Domini plena est terra uiuen-
 tium & morientium, quod angeli creati, quod
 confirmati, homines plasmati & reparati, miseri-
 cordia est: quæ ab æterno & usque in æter-
 num primordialis ipsa causa omnium, & cau-
 salissima causarum. Effectus huius est opus sal-
 uandorum: salus hæc est adoptio filiorum Dei,
 quorum regina sancta sanctorum, cuius uirgi-
 nalis partus eorum esse omnium. Regina, glo-
 ria nomen & honoris, magnificentia & deco-
 ris, dulcedinis ac pietatis, amoris & honorifi-
 centiæ, sublimitatis & potentia, gubernationis
 & iustitiæ, defensionis & gratiæ. Sancta san-
 ctorum hæc omnia nobis & pro omnibus no-
 bis, cui decantamus assidue: Salue regina miseri-
 cordiæ. Possumus etiam sic intelligere, quod
 regina misericordie dicitur, ut soli tribuamus
 diuinam misericordiam, & non meritis, quod su-
 per omnem creaturam ipsa sanctitate ac digni-
 tate præcellens, regina uocabulo & honore su-
 blimatur amplius, & iam in hoc conuenienter
 uocatur regina misericordie, quod diuinæ pie-
 tatis abyssum cui uult, & quando uult, ac quo-
 modo uult, creditur aperire, ut quiuis enormis
 peccator non pereat, cui sancta sanctorum pa-
 trocinij sui suffragia præstat. Eapropter dica-
 mus omnes, dicamus singuli, dicamus assidue:
 Salue regina misericordie. Sequitur: Vita, dul-
 cedo, & spes nostra salue. Ordo pulcherrimus:
 dulcedinem uita præcedit, spes sequitur. Non
 enim sapi nisi uiuas, nec sperabis nisi uiuas &
 sapias. Et sapor sedes est dulcedini, gustus sapo-
 ri. Breuitati studendum statuimus, & ideo de
 uario uita statui dicere super sedemus. De illa ui-
 ta hoc in loco dictum esse credimus, de qua Io-
 ann. 6. annis euangelij loquitur: Qui manducat me,
 ibidem. & ipse uiuet propter me. Quidni uiuat, qui ui-
 tam manducat? Ego sum, inquit, uita. Et beatus
 qui manducat panem hunc in regno Dei, quod
 intus est. Regnum Dei charitas, gaudium, pax.
 Et uita & panis & charitas, unum sunt. Magne
 deliciae charitas, quæ foras mittit timorem. Qui
 manet in hac: & manducat eam, & manduca-
 tur ab ipsa. Ipsa est quæ pascit inter lilia, pascit
 & pascitur, & nos, & à nobis. Quomodo, in-
 quis: Si diligit Deus nos, in se trahit nos, & e-
 conuerso, Cibus iste charitas Dei, & Deus uiu-

tutum, & scientiarum fons, uitam præstat ani-
 mæ quæ nunc est, & futuram. Et hæc nobis san-
 cta sanctorum metonymicè, scilicet quæ & ui-
 tam hanc nobis peperit, & precibus infundit.
 Hæc est de qua dicit Apostolus: Mihi uiuere
 Christus est, & uiuit in me Christus. De hac in
 Deuteronomio circumcissione carnali: Et erit
 uita tua pendens ante oculos tuos, & non cre-
 des uitæ tuæ. Vita hæc dat dulcedinem, sed se
 ipsam de se ipsa: Si inueni gratiam in oculis tuis
 (ait Moyses) ad plenitudinem gratiæ ostende
 mihi te ipsum. Et e contra: Ego omne bonum o-
 stendam tibi. Vnum petisti, & repromissa est o-
 mnimoda plenitudo. Quid tam diuersum, quæ
 unum & omnia? Sono diuersum, re unum: di-
 uersum pronuntiatione, unum identitate. Deus
 ergo omne bonum & summum bonum: etiam
 dulcedo, & dulcedinis genus generalissimum.
 Qui edunt me, adhuc esuriunt, inquit: & qui bi-
 bunt me, adhuc sitient. Quare? Quia bonus &
 dulcis. Bonus Deus Israel rectis corde, sed &
 dulcis & rectus. Nec bonitas, nec iustitia sine
 rectitudine. Qui bibit de illa, sitiet iterum: de
 ista qui biberit, fiet in eo fons aquæ salientis in
 uitam æternam. Siquidem apud ipsum fons ui-
 tæ, & ipse fons uitæ: & iam fluminis imperus
 qui latificat ciuitatem Dei. Esto ciuitas Dei, &
 latificabit te impius hic. Parat enim in dulcedi-
 ne sua pauperi Deus. Fructus enim dulcis gut-
 turti, & guttur eius suauissimum, ineffabilia o-
 mnia. Hic calculus est, quem nemo scit, nisi qui
 accipit. Sunt enim in illa interiectione festiuitatis gau-
 dia, quæ quotidie mentibus nostris per inspiras-
 tionem sui amoris imprimunt interna & æterna
 dulcedo. Nota, inquit, feci uobis omnia quæ
 cuncti audiuistis à patre. Et ad Moysen: Bonum o-
 stendam tibi. Omnia quæ audiuistis à patre, & quæ
 promittit Moysi, unus denarius est qui promit-
 titur laborantibus in uineis, & una illa quam
 petiit Dauid, & unum illud quod necessarium
 est. Mel est quod fugit Israel de petra, & oleum
 de saxo durissimo. Gaudium est quod nemo tol-
 lit, osculum est de quo scriptum est: Osculetur
 me osculo oris sui. Internæ suauitatis gustus ac
 dulcedo est, & manna absconditum, & thesau-
 rus absconditus in agro, cui comparatum om-
 ne dulce, amarum: omne decorum, fœdum: om-
 ne iucundum, triste: omne preciosum, uile:
 sordidum omne quod desiderabile est in ocu-
 lis amatorum mundi fluentis. Nam preciosam
 margaritam datis omnibus terrenarum rerum
 delectamentis sancta sanctorum comparauit,
 & nobis in filio suo preparauit, et preparat sem-
 per interuentu suo nobis orantibus oleum ef-
 fusum dulcedinis huius. Non erit ab re, sed ual-
 de optimum, si ipsam reginam misericordie ui-
 tam & dulcedinem nostram dicamus, qui mi-
 nus experti adhuc uitæ huius ac dulcedinis su-
 mus, sed per ipsam speramus nos posse cōsequi
 CCC 2 quicquid

quicquid totius bonitatis factor dignatus fuerit gratiæ nobis impertiri, Sequitur: Spes nostra salus. Spes est in uirtute, quasi scintillatio in fomite. Sine fomite durare non potest scintillatio. Subtrahe fomitem, interit, emoritur. Subministra, uiuet. Haud secus spes ruit sine fundamento, sine pabulo moritur, inedia deficit, extinguitur sine nutrimento, arefcit succisa radice. Spes enim sine uita uirtutum & deuotionis dulcedine, non est spes, sed præsumptio. Inter timorem & securitatem spes media est: et est spes incerti nomen boni. Vita & dulcedo exterminant faciē timoris, securitati dant fortitudinē, dant decorem. Eapropter dicit Deo: Singulartiter in spe cōstituiſti me. Et, in pace in idipsum dormiam, & requiescam. Est enim fulcita floribus, & stipata malis charitas illius, quæ foras mittit timorem, & dicit: *Læua etus sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me.* *Læua, cōminatio supplicij: dextera, promissio regni.* Inter has spes cubat in molli strato charitatis: uita & dulcedo sternunt hoc, & hoc est medium illud in ferculo Salomonis de quo scriptura ait: *Media autem charitate constrauit.* Vides nunc sublimitatem carminis huius. Primo ponit uitam, quæ est in integritate uirtutum: secundo, dulcedinem spiritualium gaudiorum: deinde spem infert æternorū. Omnia hæc regina misericordiae, domina mundi, regina cœlorū contulit mundo, uirgo uirginum, sancta sanctorū, lumen cæcorum, iustorum gloria, peccatorum uenia, desperatorum reparatio, deficientium fortitudo, salus orbis, speculum totius integritatis: ipsa intercedat pro peccatis nostris: præstante Domino filio eius & unico, cuius regnū & imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

Sermo 11.

Silingæ centum resonarent, oraq; centum, ferrea uox mihi Maria, nil dignum tibi dicere possum stella maris, quæ uirgo beata uocaris. O quam te memorem uirgo, quibus laudibus efferam? Infandissima lingua mea, quæ coinquinata est cum mortuis, incircumcisa labijs, nec purgata igne altaris: inquietum malū, habens in naribus spiritum, rimis effluens undique, quid dignum laudis laudibus tuis poterit immolare? Eleuata est magnificentia tua super cœlos; & super omnem terram gloria tua: ita ut nec in cœlo inueniatur creatura, quæ tuā dignè laudare queat magnificentiam: nec in terra sit quæ gloriam tuam exprimere ualeat. Nemo enim nec in cœlo nec in terra inuentus est dignus aperire librū prærogatiuarum tuarum, & dignè soluere septem lignacula eius. Plenitudinem gratiæ, aduentum spiritus sancti in te, uirtutis altissimi obumbrationem, uerbi conceptionem, quod sine grauamine grauida, sine dolore puerpera, uirgo pariter & for-

cunda, quis enarrabit? Viri diuitiarum multi, de ciuitate Domini uirtutum miserunt manus suas ad hæc fortia, & tamen altitudinem diuitiarum harum ad liquidum cōprehendere nō potuerunt, quia inuestigabiles uia ista, & inuestigabilia uniuersa. Conati sunt, & non datū est ultra. Dum adhuc ordirentur, succisi sunt. Quis enim loquetur potētias has Domini, audias faciet omnes laudes eius? Etsi dignè nullus, quisque tamen pro uiribus. Pro se quicque uiri summa certabat opum ui, ut ait quis. Denique currebant omnes in odore unguentorum tuorum. Trahe & nos post te, o sancta sanctorum, & ostende lumen miserationum tuarū. Sub umbra alarum tuarum nos protege: ad te enim clamamus exules filij Eua. Secunda carminis huius quod explanandum assumpsimus incisio hæc est, quod in modum dramatis nobis uidetur compositum. Varius enim diuersarum personarū affectus hic loquitur: hic perfectorum, & adhuc in melius proficientū status inuenitur. Vita siquidem quæ animatur integritate uirtutis, suauitas internæ dulcedinis, sanctæ que spei tanta præsumptio, quid nisi fructus spiritus sunt, & attentiones uirtutis? Emeritorum militum donatiua sunt hæc, & diuturni certaminis merces accumulata. At deploratio exilij, patriæ desiderium, originalis peccati pœnalis punctio, incipientium seu proficientium indicia sunt. Puta uita huius exilitū, fucum uanitatis: patriam, solidum ueritatis. Fucus uanitatis, nitor gloriæ temporalis: solidum ueritatis, immobilis cognitio æternitatis. Fucus uanitatis, splendor aridens creaturæ uisibilis: solidum ueritatis, inextinguibile lumen internæ dulcedinis. De hac patria quidam sapiens ait: O ueritas exulum patria, exilij finis: uideo te, sed intrare non sinor, indignus admitti, peccatis fordens. Quousque adoramus & non gustamus, proficiscentes ad patriam & non apprehendentes, suspirantes, & de longe salutantes? Primus itaque homo ad hoc conditus fuerat, ut si non peccasset, per contemplationis præsentiam uultui creatoris semper assisteret, & solidum ueritatis agnosceret, agnitionem amaret, amatū teneret, tenendo frueretur, semperq; ei adharendo qui immortalis est, etiam uitam ipse sine termino possideret. Verum enim & summum bonum hominis, plena uidelicet & perfecta agnitione creatoris. Sed circumscriptus astutia serpentis, & deceptus fuce uanitatis, specie uidelicet creaturæ uisibilis, ab Hierusalem in Hierico descēdit, fontem ueritatis deseruit, affectum pulchritudini rerū inclinauit: & statim ignorantia cæcitate percussus foras uenit, & ab intima luce contemplationis factus est uagus & profugus super terram. Vagus scilicet per inordinatam concupiscentiam, profugus per peccatricem conscientiam: quia

qua mentem, quam diuinū auxilium deserit, quæcunque tentatio impetierit, subuertit. Cor ergo hominis quod prius diuino amorī affixū stabile persistit, & unum amando, unū permanet: postquam per desideria terrena desilire cœperit, quasi tot sibi in exilio mansiones statuit, quot sibi in eo delectationes inuenit. Sicq; fit, ut mens quæ pulchritudinem, dulcedinem, pacem, securitatem, ac perpetuitatem primæ lucis amare nescit, nunquam ualeat esse stabilis: quia gaudium permanens in his quæ in fuce uanitatis amplectitur non inueniens, dum se semper desiderio extendit, sequens quod assequi non ualet, fluctuans in exilio nunquam quiescit. Modò ualuis oculorum elapsa, curiosos intuitus pascit, & rerum immensitatem in massa & mole cōsiderat: modò rerum pulchritudinem in situ & motu, specie & qualitate inuestigat: modò rerum utilitatem per necessaria, commoda, apta & grata, pertentat. Nunc quoque naribus erumpit, & per olfactū odoris uarij suauia oblectamenta requirit. His pascit, aurium per organa procedit, & dulce melos, harmonica, organica, arithmetica disciplina capta per auditum introrsus trahit. Factu quoq; subtilia, leuia, & lenia palpando discutit, & in aula memoriæ palpando desiderata reponit. Nec minus gustu faucium prælibat uarietatem saporū. Hos hædos suos mēs quæ se ignorat & Deum, pascit iuxta tabernaculū pastorum per res temporum & temporalium uanitatū, mendicans ex ea (qui præterit) figura huius mundi, unde suam famelicam curiositatem aliquatenus consoletur. Comparata est enim iumentis insipientibus, & similibus facta est illis: quia cum in honore esset, non intellexit quod limus esset, honore fastigio deletata. Hinc nascitur in exilio uanitatis motus sine stabilitate, labor sine requie, cursus sine peruentione, ita ut semper inquietū sit cor, donec ad patriam ueritatis redire cœperit: egens, & de siliquis porcorum satiare deliderans, quousque ad patris domum suspirauerit, ubi mercenarius abundat panibus, & omnes domestici uestiti sunt duplicibus. De hoc exilio o sancta sanctorum ad te clamamus exules filij Eua, ut interuentu tuo, ducatu tuo, adiutorio tuo possimus ad cubiculū ueritatis repatriare. Scimus procul dubio, quia nil amplius habet homo de uniuerso labore suo, quo laborat sub sole, nisi uanitatem: & tamen prauæ consuetudinis nexibus irretiti, per nos redire non possumus in ueritatis libertatem. Non dicimus autē in hoc loco ueritatem, cognitionem esse Dei, & eius quæ secundum pietatem est scientiæ: sed mediū illud purū et nudum ac solidū, quod est in uirtutis amore. Quauis enim diffiniant aures reparationem hominis esse cognitionē ueritatis, & amorē uirtutis: perfecta tamen uir-

tus nō est sine cognitione ueritatis, nec ueritas sine amore uirtutis. Vanus est, quia in uanitate est, aut in uanitate curiositatis, aut erroris. Vanitas curiositatis pcedit à uanitate mutabilitatis, & generat uanitatē mortalitatis. Prima causa peccati, secunda peccatū, tertia pœna peccati. Prima est in his quæ propter homines facta sunt: secunda in his, quæ ab hominibus facta sunt: tertia in his quæ in hominibus sunt. Alia est in conditis rebus, alia in mentibus, alia in corporibus. Vanitas erroris est in omnibus quæ fidei catholicae & sanæ doctrinæ contraria sunt, & religionis disciplinam in illo solido ueritatis quod uelle & nolle hominis, inter angustias parum & nimis coarctat, non contingunt. Vanitas hæc omnia sunt, quia se amplectentes decipiunt, & ad ueritatem æternitatis non perducent. In hoc exilio omne penē genus hominum ab initio usque ad aduentum reginæ cœlorum peregrinari delectabatur, & ueritatis patriæ suspirijs nullis seu desiderio recordabatur. Ipsa prima uiam aperuit ad patriam: & ueritatem, quæ uera patria est, mundo generans dedit omnibus manifestam. Eapropter & nos, o regina misericordiae, ad te clamamus exules filij Eua. Clamor est alius oris, alius cordis. Clamor oris, alta uociferatio: clamor cordis, ualida & supplex ad Deum intentionis directio. Deus intus, homo foris. Ad eos qui foris sunt, clamor oris: ad Deū, & qui cū eo intus sunt, clamor cordis. Intus ubi? in spiritu. Qualiter inquis? Duob; modis. Quibus? Cognitione & amore, reuelatione ac deuotione, acuto & calido. Modis his Deus cor inhabitat, non solus tamen. Vbi enim fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Ad quid? Vt reuoluetur sicut aquilæ iuuentus cordis. Ibi & illa aquila grandis magnarum alarū sancta sanctorum innocentia, & æquitas exaudit inuocata, si clamorib; occultis assidue fuerit excitata. Et nos adhuc filij Eua transgressores, filij inobedientis, filij matris antiquæ, ad te clamamus, regina misericordiae. Reuertere uisitans in modis naturam tuam: reuertere ostendendo eam, quam in Christicolis habes charitatē tuam: reuertere per singularem in nos à Deo datam potestatem tuam: reuertere per eam, quæ tibi specialiter infusa est in plenitudine gratiæ prærogatiuam tuam, ut in tueamur te, non talem qualem desiderat angeli prospicere, dicētes: Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te: sed intueamur te largientem beneficia, cōferentem remedia, medentem contritis corde, ponentem fortitudinem lugentibus Sion, dantem coronam pro cinere, oleum pro lactu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Nec mediocris uisio ista, piam te & deprecabilem experiri, mœretūq; suspiria munere gratiæ consolari. Sonet hæc uox tua in auribus nostris. Vox hæc tua dulcis, & hæc facies tua de-

cora. Nam in illo decore te uidere, quo induit te Dominus fortitudinem, & præcinxit te, non est huius temporis, nec temporis uitæ nostræ uitorum foetore sordentis. Stola immortalitatis te indutam uidere, Domina indigni sumus: ostende nobis faciem miserationum tuarum, & saluerimus. Quod ipse nobis præstare dignetur, cuius regnum & imperium sine fine permanet in secula seculorum, Amen.

Sermo III.

IN freta dum fluuij current, dum mōtibz unbrae Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet, Semper honor nomenq; tuū laudesq; manebūt, Spes mea uirgo pia, uirgo sacra, uirgo Maria, Et non amplius? Amplius multum, & per omnem modū. Nam in æternū & ultra non deficiet laus tua de ore hominum, etiam &

Psal. 18.

angelorum. Coeli enarrāt gloriā Dei, Et quæ maior in omni gloria Dei, q̄ ineffabilis plenitudo cœli? Et nos cum ipsa, id est, cum angelis & archangelis, cum thronis & dominationibus, cūq; omni militia cœlestis exercitus, hymnum gloriæ sanctæ sanctorum canimus. Illi gloriā, nos hymnum gloriæ. Illi gloriā quam presentes uident, in iubilo cordis inuicē enarrant: nos hymnum tantūmodo gloriæ, id est, memoriā eructamus abundantia suauitatis tuę. Et opera

Genes. 1.

manuum eius annunciat firmamentum. Fiat, inquit, firmamētum, & diuidat aquas ab aquis. Omnibus firmamētis firmitus firmamentum tu dominat: quæ eum, quem cœli cœlorum capere non poterāt, cepisti & cōcepisti: portasti & non defecisti: genuisti, aluisti, pauisti, mammasti & educaisti. Tu in medio aquarum diuisti aquas ab aquis, affectus uidelicet æternorum ab affectibus temporalium. Tuam enim animam pertransiuit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Posuit in hoc firmamento Deus solem & lunam, Christum & ecclesiam, & stellas prærogatiuas gratiarum multas. Laudamus Dominum in sanctis eius. Firmitas, robur, & constantia, et fortitudo mentis eius, quia mundi contempsit gloriā, carnis calcauit illecebras, Virtus est altissimi, de qua scriptum est:

Luc. 2.

Et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Non solum autem cœlum & firmamentum domina rerum intelligitur, sed alijs nominibus conuenienter appellatur, & rerum uocabulis designatur. Ipsa tabernaculum Dei, ipsa templum, ipsa domus, ipsa atrium, ipsa cubiculum, ipsa thalamus, ipsa sponsa, ipsa filia, ipsa arca diluuij, arca testamenti, urna aurea, ipsa manna, uirga Aaron, uellus Gedeonis, porta Ezechielis, ciuitas Dei, ipsa cœlum, ipsa terra, ipsa sol, ipsa luna & stella matutina, aurora ipsa & lucerna, tuba & mōs, fons quoq; ortorum, & lilium cōuallium. Desertum ipsa, & terra repromissionis lacte & melle manans, stella maris, nauis quoq; uia in mari, sage-

Ibid. 1.

na, uinea, ager, area, horreum, stabulum, præseppe, subiugale, apotheca, aula, turris, castra, acies, populus, regnū, sacerdotium. Ouis est, pascua est, paradus est, palma est, rosa est, fluuius est, potus est, columba est, colūna est, uestis est, margarita est, candelabrum est, mensa est, corona est, sceptrum est, panis est, oleum est, uinum est, arbor est, uirga est, cedrus est, cypressus est, planus est, cinamomū est, balsamum est, myrrha est, thus est, oliua est, nardus est, crocus est, fistula, calamus, et storax est, soror & mater est. Et ut breuiter concludam, de hac & ob hanc, & propter hanc omnis scriptura facta est, propter hanc totus mundus factus est, & hæc gratia Dei plena est, & per hanc homo redemptus est, uerbum Dei caro factū est, Deus humilis, & homo sublimis. Ad te ergo tātum ac talem, domina rerum, sancta sanctorum, regina cœlorum suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum ualle.

Tertia hæc positura carminis huius est quod explanandum assumpsimus: Suspiria, gemitus & fletus compunctionis, sunt species seminum iustitiæ. Seminate uobis, inquit, ad iustitiā: merite spem uitæ, & illuminate uobis lumen scientiæ. Euntes, inquit, ibant & flebant mittentes semina sua. Suspirium, uox inarticulata, gemitium gemitus, dolentiū fletus, has sedes habent. Tria sunt hæc quæ benè gradiuntur in irriguo inferiori, & quartū quod feliciter incedit, uallis scilicet lachrymarū: sedes irrigui superioris hæc est. Verus Caleph dat utrūq; filia suæ a se illo resedenti. Et tu si aspiras ad hæc, comprime motus irrationabiles sensualitatis & corporis, motu rationis. Abscinde a te concupiscentiam carnis, oculorum, potestatis & honoris. Abijce mundi pompam & sarcinam, edoma carnem disciplinā spiritus, in arcum tua desideria constringe, non abeas in consilio impiorum, in uia peccatorum non stes, in cathedra pestilentia nō sed eas. Apprehende humilitatē, ut sis pauper spiritus: rales corrige mores, & esto mitis. Tunc transito Iordane ingredieris terrā repromissionis, quæ est cōpunctionis. Sic in tertio loco octo beatitudinum dicitur: Beati lugentes, quoniam ipsi consolabunt. Quarto die resuscitatus est Lazarus: quarta uigilia uenit ad discipulos Iesus. Et tu fac tibi uigilias quatuor, ut resusciteris & ueniat ad te Iesus: duas timoris, pudoris duas. Cogita Deum creatorem tuum, cogita benefactorem, cogita patrem, cogita dominum. Ad singula reues, plange ad singula, ad singula euigila, & singulorum horum singuli intellectus, quasi singuli in mente dies sint, in quibus quasi Lazarus mortuus eras, quasi foetebas. Dum per singulos lachrymaris, quasi in quarto resuscitaris. Primū & ultimum extinguunt timorem: media duo pudorem. Pater sanè non meuitur, cum pater sit: patris est semper misereri & parcere. Pater-

Osce. 11.

Psal. 119.

Math. 5.

na uox

Deuter. 32.

na uox est: Percutiam, & ego sanabo. Non est proinde quod a patre formides. Si quando ferit, emendat, non uindicat. Ad cogitantē quod patrem offenderis, est certē quod pudeat, etsi non quod terreat. Voluntariē te genuit uerbo ueritatis, deinde non pepercit unigenito, ut proficit genito. Ipse quidem patrem ita exhibuit se tibi, sed non tu illi æque filium. Qua fronte attollis iam oculos ad uultum patris tam boni, tam malus filius? Pudeat indignē gessisse generi tuo, pudeat tanto patri uixisse degenerem. Exitus aquarum deducant oculi tui, operiat cōfussio faciem tuam. Vultum tuum pudor suffundat, occupetq; caligo: deficiat in dolore uita tua, & anni tui in gemitibus. Proh dolor, quem fructum habuisti in illis, in quibus nunc erubescis? Si in carne seminasti, de carne messuisti corruptionem, Si mundus ipse transit, & concupiscentia eius, confundere ad illam uocem que dicit: Si ego pater, ubi honor meus? Hoc de honore patris. Nunc ad beneficia ueniendum.

Malach. 1.

Ut alia innumera taceam, huius corporis uictum, & usum temporis huius, & super omnia sanguinē dilecti filij sui clamantem de terra: pu det ingratiūdinis. Quid retribuisti Domino pro omnibus quæ retribuit tibi? Ad timorem quoque ueniamus. Si pudor minus partes suas exequitur, excitetur ut excitet. Sepone pia uocabula benefactoris & patris, ad austeriora conuertere. Nam qui legitur pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: legitur nihilominus, Deus ultionum Dominus: & legitur, Terribilis in consilijs super filios hominum. Quod pater est, quod beneficus est, tibi est: quod Dominus ac creator, sibi est. Etenim propter semetipsum fecit omnia. Quia ergo quod tuum est, tibi defendit & seruat: putas principatus sui non requireret honorem? Requirit usque ad nouissimum quadrantem, requirit & retribuet abundanter facientibus superbiam. Requirit a redempto seruitium, honorem & gloriā ab eo quem plasmauit. Esto quod dissimulet, & pater ignoscat beneficus, sed non Dominus & creator. Pensa cuius sit fortitudinis & honoris, tuum atq; omniū contempsisse factorem, contempsisse Dominū maiestatis. Tangit montes, & fumigabit: & tam tremendam maiestatem audet irritare uilis puluis, uno leui flatu dispergendus, et minimē colligendus: Time gehennā, time iudicis uultū. Contremisce ab ira potentis, a facie furoris eius, a fragore ruentis mūdi, a conflagratione elementorū, a tēpestare ualida, a uoce archangeli, & a uerbo aspero. Contremisce a dentib; bestia infernalis, a uētre inferi, a rugientibus præparatis ad escam. Time uermem rodentem, ignem torrentem, fumum & uaporem, & sulphur & spiritum procellarum: time tenebras exteriores, & dicitur: Quis dabit capiti

Nitrem. 9.

meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & præueniam fletibus, fletus & stridores dentium, & manuum, pedumq; dura uincula, & pondus cathenarum prementium, stringentium, urentium, nec consumentium? Heu mater mea, cur me genuisti filium doloris & amaritudinis, indignationis & plorationis? Quis afficitur duplici metu isto et duplici pudore, quatuor uigilias facit in mente, seu quatuor diebus intus illustratur, in quorum quarto quasi Lazarus quatriduanus resuscitatur. Et sicut de uno fonte paradisi oriuntur quatuor flumina, quæ irrigant terram: sic quatuor affectiones iste ortē de uno fonte compunctionis plenitudinem consumunt irrigui inferioris. Pariūt enim suspiria, gemitus & fletus, quæ dum pro defectu uirtutū agūtur, dicuntur irriguū inferius. Superius autē irriguū est uallis lacrymarū. Pinguis infulio hæc cœlitus irrorata, nec extorta, nec coactitia, pluuia uoluntaria est, quam segregauit Deus hare ditati suæ. Aquæ istæ sunt, quæ egrediuntur de templo a latere dextro, & fluunt impetu de Libano, fluunt etiam de fonte paradisi, diuisi in quatuor capita. Paradisus conscientia iusti est, quam non urit cura pungens, nec culpa remordens: quam non attenuat sensus egens, quam non grandinant corporearum rerum irruentia phantasmata, fide florida, uirtutibus fructifera, opinione odorifera. Huius de medio fons oritur, dum uirtus integritate solidatur. Hæc dein de diuiditur in quatuor capita, iustitiā, prudentiam, fortitudinem, temperantiā. Iustitia fodit in altum, & quarit aquas frigui superioris, prudentia inuenit, fortitudo uendicat sibi, temperantia possidet. Iustitiā dico esse genus ad omnia præcepta Dei: prudentiā diuinarum humanarumq; rerum scientiam: fortitudinem uigorem mentis inter aduersa & prospera erectam: temperantiā inter uelle & nolle, nosse parum & nimis, citra & ultra discretionem. Legitimè hæc custodita, perfectum faciunt uirum, cupientem dissolui, & esse eam Christū, qui dicit: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et, Sitiuit anima mea ad Deum fontem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Hic est fons quem foderunt principes multitudinis, quos commemorauimus, iustitia scilicet, fortitudo & temperantia in datore legis, id est compunctione: & in baculis suis, id est, in uigore solido perfectæ integritatis. Mens itaque a uitijs purgata, Deum sitiens iugiter, & ipsius aduentum in se suscipiens, frequenter delectata tantæ suauitatis inenarrabili dulcedine, quia pro uelle suo semper eam habere minimè ualet, miro dolore afficitur: & hæc ei consolatio, ut præ eius desiderio iugi lacrymarū pane pascat. Fit itaq; uallis lacrymarum dum de se humiliter

Psal. 119.

Zach. 13.

sentiens affatim abundat ubertate fletuum. Et habet hoc irriguū superius quo mortua mundo suauiter & dulciter pascitur, quia per irriguū inferius emundata iam celestium contemplatione ineffabiliter delectatur. Hæc duo irrigua, duæ oliuæ sunt, & duo candelabra lucentia ante Deum. Sunt hæc duo luminaria, duo altaria, duo exploratores, duo cherubim, duo ostiola, duo ubera, testamenta duo, hirci duo, leones duo, minuta duo, tabulæ duæ, columnæ duæ, sorores duæ, manus duæ, & si qua sint binaria, quæ his consonantia opinionaliter queant inueniri. In talibus suspirijs, gemitu ac fletu, ac conualle lachrymarum ad te clamamus exules filij Euæ: domina rerum, sancta sanctorum, uirtus nostra & refugium: decus mundi, gloria cœli: prælecta ut sol, pulchra ut luna, lunaris fulgor, agnosce omnes te diligentes. Audi nos: nam te filius nihil negans honorat. Et tu salua nos, Domine Iesu, pro quib. uirgo mater te orat, cuius regnum & imperiū sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

Sermo IIII.

ANtè pererratis amborum finibus exul, Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim, Quam tuus è nostro labat peccore uultus, Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis. Omnino necessariè, uultum quidem tuū deprecabuntur omnes diuites plebis, quanto magis pauperes plebis? Et si pauperes plebis, multo magis egenus & pauper opprobriū hominum, & abiectio plebis. Tibi dixit cor meum, Quæsiui uultum tuum. Vultum tuum Domina requiram, ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à seruo tuo. Ostende faciem tuam, sonet uox tua in auribus nostris, quia uox tua dulcis, & facies tua decora. Vocem tuam audiuius quater in euangelio, ô domina rerum. Primò ad angelum, secundò ad Elizabeth, tertio ad filiū, Fili quid fecisti nobis sic? quartò item ad filiū: Vinum non habent. Quam harum inquirimus? Illam utiq. Vinum non habet. Necessaria nobis hæc est, Defecit uinum in cadis nostris, uinum scilicet iustificans cor hominis. Non causamur de uino in quo est luxuria: illud quærimus, de q. Propheta, quod germinat uirgines, harum pincerna tu, vexillifera tu. Vexilla regis prodeunt in nobis, te agente pro nobis. Calix in manu tua uini meri. In manu tua, in potestate tua: uini meri, amoris diuini. Dic Domina rerū, dic pro nobis filiū tuo, Vinum nō habent. Calix huius uini inebrians, quam præclarus est. Inebriat, calefacit, acuit, audaces facit, & fortes, obliuiosos, discretos, somnolentos. Inebriat amor Dei ad contemptum mundi: calefacit, mille seruentes facit: acuit, quia erudit: facit audaces contra aduersa, & fortes à carne, mundo, & demonibus inuincibiles, obli-

uiosos eorum scilicet que retro sunt, & in futura extētos, discretos erudies ad iustitiā, somnolentos ad temporalia, & tardiosos, & ad inuisibilia contemplanda pronos & promptos. Hoc uinum lætificat cor hominis. Hoc à te & per te speramus, non solum uinum, sed & panem. Panis enim cor hominis confirmat. Panis ille de quo scriptura: Panem angelorum manducauit homo. Panis ipse filij tui dulcis memoria, præsentia ipsius plena tu. Et mensa propositionis duodecim panū, numerū duodenarij dedicans. Duodecim panes, duodecim sunt prærogatiuæ gratiarum, in quibus gratia repleta es, & Dominus tecum. Porrò ne de corde meo uidear prophetare, tuas has prærogatiuas Paulus apostolus & nominat pariter, & enumerat, dicens: Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, benignitas, mansuetudo, fortitudo, misericordia, continentia, castitas. Panes certè admodum splendidi, saporis que, Splendidi, in sua natura: saporis di, in animorum experientia. Denique summæ spirituales deliciae hæc sunt. Plus quippe his confirmatur & delectatur animus, quam ullis carnalibus delicijs corpus. Neque uerò proueniunt homini à seipso, immo fructus sunt spiritus sancti. Proinde uirgo beata postquam nuncijs celestis te prædicta gratiarum prærogatiua perhibuit plenam, mox gratiarum causam subiungens, inquit, Dominus tecum. Dominus autè spiritus est. Spiritus ergo sanctus magnificauit facere tecum. Magnificauit, inquam, facere in te duo opera sua. Vnum erat, dum dignam te fecit quæ Dei filium concipere posses, & parere: alterum, quando ex tua carne sancta ac digna carnem filij Dei formauit. Fecit proinde te magnam & castam. Magnam planè fecit, ut immensum caperes; castam, quatenus dignè contineres. Magnam te fecit humilitate, castam uirginitate. Itaque tu sancta, tu es castellum in quod Iesus intrauit, habens turrim humilitatis: qui enim se humiliat, exaltatur: & murum uirginitatis. Murum certè fortissimum: quippe qui nec ante partum, nec in partu, nec post partum potuit uolari. Lapides muri disciplina tua fuerunt, & continentia, sine quibus nunquam constans est uirginitatis murus. In te duæ sorores fuerunt, Maria & Martha, quæ Dominum susceperunt. Maria fuit intelligentia tua specialis, qua Deum & Dei filium esse intellexisti, quem genuisti. At uerò Martha rationalis erat prudentia, qua ei in Domino filioque tuo in carne seruisti. Tu ergo Domina nasus es speciosus, ad quam dicit sponsus: Nasus tuus sicut turris Libani, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendentes ex ea, omnis armatura fortium. Nasus duo habet foramina, per quæ spiritum à capite emittet, ita tu

ita tu Domina uirginitate & humilitate tua de celo eduxisti filium Dei. Spiritus oris nostri (dicente Propheta) Christus Dominus. Spiritus uerò est Dominus Christus: quippe qui ut spiritus oris nostri charitate calefacit, cupiditatē nostram refrigerat, ad bonam nos uoluntatem mouit, fide iustificauit. Tu ergo nasus ecclesie similis es turri, celia uidelicet dignitate, firma grauitate. Turris es Libani, Libanus mons qui dicitur dealbatio, altam præ omnibus signat innocentiam tuam. Innocens fuisti ab originalibus & ab actualibus peccatis. Nemo ita præter te. Vnde autoritas Augustini: Cum de peccatis agitur, nullam de beata Maria uolumus fieri mentionem: ex eo enim maiorem credimus ei collatam uirtutem ad uincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere & parere meruit eum qui nullum habuit peccatum. Ex omni, inquit, parte: hoc est, ex parte originalis, & ex parte actualis peccati. Ea ergo sola excepta, cæteri omnes quid dicere possunt, nisi quod ait Apostolus Ioannes: Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est: Ego quoque pia fide opinor, in utero matris tuæ ab originalibus te absolutam peccatis: nec uana est fides, nec opinio falsa. Denique & rationes & autoritates inueniuntur ista stipulantes. Et quidem ratio sic: Si alij in utero matris fuerunt sanctificati, multo magis tu mater Domini. Sed Hieremias et Ioannes alter sanctificatus, alter spiritu sancto repletus in utero matris legunt. Ergo & tu Maria genitrix Dei, quæ sola totam spiritus sancti gratiā possidisti, quam alij habuere per partes. Te enim angelus Gabriel pronunciauit gratiā plenā. Tuñ odorem longe antè in filio patriarcha Isaac traherat dicens: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Tu es ager plenus. plena uirtutum, plena gratiarum. Tu protulisti frumentū electorum, quod est etiam angelorum cibus. Te benedixit Dominus. Te, inquam, benedixit Dominus, ut per te benedictam uita ueniret, sicut mors per Euam processerat maledicta. De te secretorum celestium conscius Salomon dicit: Que est ista quæ progreditur sicut aurora confurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Aurora semper noctem sequitur, nox præcedit auroram. Quid autè est nox frigida & obscura, nisi originale peccatum, frigidum concupiscentia, obscurum ignorantia? Tu ergo processisti ut aurora lucida & rubicunda, quia superatis originalibus peccatis in utero matris, nata es lucida cognitione ueritatis, & rubicunda amore uirtutis. Inde est quod natiuitatem tuam sanctam sancta ecclesia festiuis celebrationibus honorat, quod alijs non faceret. Deniq. nullius præter te, nisi Domini filij tui, & Ioannis Baptistæ (qui utiq. sancti nati sunt) colit natiuitatem. Cum igitur tam clarè autho-

thoritates diuinæ tuam ab utero testentur innocentiam, quis ultra dubitet sanctam & immaculatam huic mundo progenitam? Tu es prom de turris Libani cum propugnaculis ædificata. Ab ineunte quippe ætate dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Quare delectatio iustitiæ, odiumq. iniquitatis, cum quibus creuisti, tua fuere propugnacula. His quippe uilis, hostibus certè suspecta fuisti. Non enim parum formidabant, ne forte tu esses (quæ eras) per quam expugnandi erant, & damnandi: propter quod et terribilis fuisti eis, ut castrorum acies ordinata. Nihil uerò omnino proficit inimicus in te, eo quod mille clypei pependunt ex te, omnis armatura fortium. Denarius solidus millenarius est: siquidem denarius quadratus cententarium perficit. Porrò decem sunt præcepta legis. Primum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. In hoc solius Dei præcipitur cultus. Nulli quippe alij seruitus (quæ græcè latría dicitur) debetur. Siquidem quando demonibus exhibetur, idololatria uocatur: quod proximo inhietur præcepto: Non assumas nomen Dei tui in uanum. Ac si diceret: Nulli creaturæ Dei honorem exhibeas, nihil per incantationes aut auguria quæras. Porrò speciale obsequium Deo præbetur in obseruantia sanctarum solennitatum: unde tertium præceptum contextitur. Obserua diem sabbati: quod est, in sacris ferijs te exerce, quatenus per requiem præsentem discas sperare æternam. Actria ista ad Deum duntaxat pertinent, quæ de re in una solummodo tabula scripta fuerunt. Cæterum cætera ad conuersationem hominis cum proximo spectant: quare & ipsa continentur in secunda. Et primum quidem ad maxime proximos, id est parentes pertinet: Honora, inquit, patrem & matrem. Honoris nomine non solum subiectionis reuerentia, sed etiam subsidij obsequium accipitur. Proinde filij debent honorare parentes, & in bonis obediendo, & temporalia, si opus habuerint, subsidia ministrando. Non occides. Id maximum malum est, quod proximis potest inferri, ac propterea primò omnium debuit prohiberi. Fit autem homicidium multis modis, manu, præcepto, consilio, consensu uel neglectu. Si enim moriturum aliquo modo uiuificare ualeas, & negligis, proculdubio eius mortis reus teneris. Postea dicit: Non fornicaberis. Fornicatio alia spiritus, alia corporis. Spiritus fornicatio est, deserto Deo adharere diabolo. Vnde: Perdes omnes qui fornicantur abs te. Porrò corporis fornicatio, est passim cum meretricibus uel sceminis à legitimis uiris absolutis, sola libidinis explendæ causa commiseri. Deinde adiungitur: Furtumq. non facies. In furto comprehenditur rapina, usura, persuasio, quicquid denique cum damno alterius possideretur. Deinceps

ibidem. Deinceps ait: Falsum testimonium ne dicas. Falsum testimonium, alieni patrocinium mendacij propriè dicitur. Veruntamen in hoc loco pro omnibus mendacij partibus verisimile est poni. Denicq; periurium, uoti solutionem, & generaliter omne mendacium non permittit, qui falsum testimonium nominatim prohibuit. *ibidem.* Num præceptum est: Non concupisces proximi tui uxorem. Vbi nimirum adulterium uetuit, atq; abulionem Deo sacratarum. Sponsæ quippe sunt Dei: & utiq; non minus est Dei sponsam uiolare, q̄ hominis. Decimū: Non concupisces rem proximi tui. Omnem dolū & circumuentionem hoc ultimo uetat præcepto, quib. miseri mortales se inuicem decipiunt, bonisq; priuant terrenis. Hæc decem legis præcepta suos obseruatores tanquam clypei muniunt, & à tormentis inferni defendunt, quapropter optimi decem clypei sunt. Denarius porro linearis numerus est, solam habens longitudinem, quæ solo duntaxat capitur intellectu. Decem itaq; clypeos habet. At si denarius in altum extendatur atque quadretur, centenarium uidelicet parit. Eadem quoq; ratione si decalogus post scientiã memoriã firmetur, et dilatetur affectu, centum profectò clypei possidentur. Postremò denarius exaltatus atq; solidatus millenarium perficit: sic nimirum decalogum de affectu in bonam producens operationem, optatos certè mille coepit clypeos possidere. Non est dubium, te benedictiã intellectu & affectu, & actu, hunc super omnes mortales decalogum habuisse & obseruasse: un de rursus merito mille clypei ex te dicuntur pendere. Et non solum clypei, sed & omnis armatura fortium, nihil enim uirtutis quod ex te non resplendat: & quicquid singuli habere sancti, tu sola possidisti. Lectulus es Salomonis, de quo in Canticis: En lectulum Salomonis septuaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.

Sermo beati Bernardi de sancto Andrea apostolo.

ET quietum studium, & attentum silētium, & tanta tanti uiri solennitas mouent, imò compellunt aliquid dicere ad ostendendum gloriam deitatis, gratiam apostolicę dignitatis, confessionis uirtutem. Demus gloriam laudi eius, quem laudant omnes gentes, qui ministros & laudat, & laudabiles facit, ipse est cui assistunt angeli ad audiendum uocem sermonum eius, qui stellas uocat, & dicunt, Assumus: cuius manus extendit coelos, qui fundauit super stabilitatem suam, qui graditur super fluctus maris, qui fecit mirabilia solus, in quem desiderant angeli prospicere, ipse qui fecit omnia, quacumq; uoluit fecit. Huic seruire, regnare est, qui seruiuit pro bonis dura, & graui necessitate, & purpuram suæ diuinitatis cilicio nostræ mortalitatis operiens,

A pauper & mendicus uenit in regionem nostrã. Nunquid non ludus uobis uidetur ludæi, pagani, hæretici, & omnis illa sublannantium, imò insanientium turba, cum dicimus filium Dei carnem, mortem, clauos & lanceam tolerasse? Ludus profectò, unde sic nobis luditur, ut nobis illudatur. Vnicus ille sapiens huius mysterij non ignarus, ludum istum eleganti sermone prælusit. Delectabar inquam per singulos dies, ludens coram eo in orbem terrarum. Ludit quippe coram Deo, cum carnem ex eius præcepto suscepit, & in orbem terrarum, quia ad terminum orbis terrarum delectatus per singulos dies in singulis apostolis iocundatus, dum uni tradit regnum coelorum, alteri de pectore suo reclinatorium facit, & deliciae meae esse cum filiis hominum. Putabam ego, Domine Iesu, quod deliciae tuæ essent, esse nō cum filiis hominum, sed cum choris angelorum, ubi diuinitatis gloria thronis & potestatis admirandus superiorum oculos reuerberas naturatum, ibi lucem in habitas inaccessibilem, & circumstantiam clarissimorum luminum tui luminis obtegis maiestate. Sed illa clementissima tua pietas & benignitas adoranda, delicias suas dicit esse cum filiis hominum. Isti sunt filij hominum, qui sperauerunt sub regimine alarum tuarum, quos elegisti de plebe, quorum lauisti pedes, quibus tuum spiritum infudisti, qui fidem tui nominis quadrigis euāgelicis per orbem quadrifidum portauerunt. Nota tamen, quod dicit, Non cum hominibus: sed, Cum filiis hominum. Ego puto homines ad ueterem hominem, filios hominum, ad filium hominis pertinere: iuxta quam intelligentiam puer citharista sic intonat: Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quoniam uisitas eum? Vides ne quia Deum hominis esse memorem, filium uerò hominis se uisitare confirmat? Præsumimus, & suspiramus, quia fecit nobis misericordiam suam, in conspectu filiorum hominum, si interim protegat nos in abscondito faciei suæ à conturbatione hominum. Igitur & Dominus noster, cuius schola est in terris, & cathedra in caelo, ex his omnibus, quos elegit, & præelegit, Andream elegit apostolum, cuius solennitatem & uocibus & cordibus in clamamus. Dulcis apostolus, & primitiua uocatio Domini Saluatoris, qui in ipsum apostolicum chorum tanti prioratus insignitur fastigio, non subterfugit uos, quia quodammodo tenerrimus est, & dulcor in cordibus fidelium: cuius passio tanta Spiritus deuotione distillat, ut mentes audientium adipe & pinguedine replere uideatur. Vnde non immeritò in singularem auctoritatis arcem suscepta est: quam qui uiderunt, scripserunt orbi, & ministri fuere sermonis. Uocatio eius, uita eius, & passio, cognita sunt uobis: & nunc quid superest ut à me amplius expectetis? Verunta-

Veruntamen mouet me lectio apostolica, aliquid quantisper de ea uestræ reuerentiæ colloquamur. Ait enim: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in eum, non confundetur. Tria proponuntur hic: & corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem, & in illum credere: in quem qui crediderit, nō confundetur. Solum cor hominis capax est rationis, & susceptibile mysteriorum Dei, quod purgatum atq; politum ipsam diuinitatis substantiam considerat: etsi non comprehendit, tamen cor est in peccatore, anima in corde, mens in anima, fides in mente, Christus in fide. Et hoc est, puto, quod dicit Apostolus, habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Hoc igitur in meracissimam eliquatum est puritatem, cum omnia mysteria Christianę fidei, fide percipis inconcussa: nihil est quod tibi dubitationem parit, licet non uideas rationem. Hæc est consummata iustitia, perfecta ueritas, & uera perfectio. Si tamē oris confessio subsequatur. Fides enim cordis sine oris fide, aut nulla est, aut parua, Salvatore dicente: Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, & cetera. Et propheta: Perijt fides, & ablata de ore eorum. Nō dixit, De corde: sed, De ore: quia nihil ualeat fides cordis sine fide oris, nec fides oris sine fide cordis: cum ista iustitiam, illa docet salutem: quia salus à iustitia, uel iustitia à salute separari nō possunt. Crede ergo, & confitere nihilominus, confitere & crede: quia fides ad iustitiam, confessio fit ad salutem. Et quandoquidem in hæc deuenimus loca, & occasio confessionis se obtulit: reddendum est quod aibi promissimus, totum que conferendum, quod de confessione sentimus. Patientes autem estote, & si forte protensius sermonem extendero, uos intendite quæ dicuntur, quia uestræ utilitati profuerunt. Via enim est, sine qua nemo uenit ad patrem: quam qui perdidit, perdidit Deum. Cum enim de uitiorum abyfso disponis emergere, ad illum præcipue sit refugium tuum, cui tua anima commissæ est, quem imposuit Deus super caput tuum. Nec te moueat si illiteratus sit, uel indiscretus, quia hoc ipsum signum humilitatis est, quæ generat confessionem. Memento quia non est potestas nisi à Deo. Super cathedram, inquit, Moyfi, sedent scribæ & pharisæi. Et attende non sedentem, sed sedem: cathedrã, non personam. Quid si forte uel licentia eius ad altum transfugere permittat? Tu tamē prius ei reueles tui cordis arcem: quia nō est plena salus, si ille fugitur aut contemnitur, cui adherere & honorare debueras. Quid si minus sufficiens tibi uideretur eius instructio: pater ad libertatem uia, ut coram alio literato atq; discreto effundas cor tuum: reseruato illi priuilegio suo, cui tu tuam animam commendasti. Nec tibi blandiaris, si grauius peccanti le-

A uior poenitentia, uel à nesciente, uel à dissimulante dicitur, cum purgatorius ignis perficere debeat quicquid hic minus feceris, quia dignos fructus poenitentiaë quarit altissimus. Licet autem non euaserit manus omnipotentis, qui tibi nō plenè cōsuluit: tibi tamē ratio in gratia prestet, quæ te doceat tantū à licitis abstinentie, quantum te memineris illicita perpetraste. A uestibulo autem huius sacratissime uirtutis omnes illos excludimus, quos ad confessionem uel timor cogit, quia extorta confessio non est confessio: uel aliorum excusatio trahit, quia non est confessio, sed offensio: uel sui excusatio ducit, quia non est confessio, sed defensio: uel inconstantia inanis rapit, quia non est confessio, sed illusio: & si quæ aliæ sunt species, quæ obumbratorio uelamine tanti sacramenti simulent sanctitatem.

Cor in semetipso, & ex semetipso contritum & humiliatum, ad huius purificationis potest ascendere puritatem. Ostendam tibi unum iustorum iustissimè confitentem. Quæris quis nam sit? Psaltes Domini est: Dixi, inquam, confitebor aduersum me iustitiam meam Domino. Dixi, hoc est, in corde proposui, non coactus, non compulsus, sed spontaneus. In iustitiam meam ait, non alienam, aduersum me arguens & accusans. Vides quia non timore alterius, uel ad alium accusandum, sed seipsum sanctus Domino confitetur. Pro huiusmodi confessione remittes tu Domine impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Hæc primū in corde germinat ad iustitiam, post hæc in ore nascitur ad salutem. Primus eius gradus est cognitio peccati. In hac cognitione uidendum est quid egeris, quantis contumelijs affeceris corpus tuum, ambulans in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum, possidens uas tuum in immunditia & uilitate, non in sanctificatione & honore. Considerandum est etiam, quam merueris ignem, scilicet illum, qui paratus est diabolo & angelis eius, & omnia genera poenarum, quæ in illis poenalibus locis cumulantur & crescunt. Inspiciendum uerò quid amiseris, bona uidelicet illa, quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se.

Horum igitur omnium consideratione perterritus transi ad poenitentiam ultricem uitiorum, altricem uirtutum: poeniteat te, quod tot & tantis flagitijs inuolutus, in luto fecis & miseria diutius iacuisisti. Poenitentiam agens, corpus tuum conteres, & furibundo carnis afello incenitiorum semina præfiguraueris, poenitēda amplius non admittas, ne uulnus uulneri frequenter ingeminās cōstringas ossa animę tuę, quæ custodit in iustis Dominus: unum ex his, inquam, non conteretur. Et quod hæc duo ita sibi inuicem coniuncta sunt, ut se cognoscere nō possit, nisi poeniteat:

poeniteat: & poenitere non possit, nisi se cognoscatur. Sic ergo tibi cognitus, & in te poenitens transfusa ad tertium gradum dolorem cordis, & iam plantata erit iustitia plantatione illa quam plantavit pater tuus coelestis. Dole igitur, quia creator es offendisti, cuius legem coelestia & terrestria praeter te indefessa statione conseruant. Et in tanta republica Dei tu solus peregrinus es, & imperatoriae maiestatis decreta non curas. Surgat & acrior dolor, quod cum creatore etiam patrem offenderis, & illum patrem qui tibi ministrat siderum cursus, fecunditatem terrae, fructuum ubertatem. Accedat & acerrimus qui pertranseat animam tuam, quod tantum benefactorem contempseris, qui dolorem crucis sustinuit, ne dolores inferni amplius sustineres. Sic igitur in interiori homine iustitia germinante, surculus erumpat in arborem, et loquatur lingua quod scientia loquebatur. Quartus itaque gradus est confessio oris. Haec pure facienda est, quia non est pars una peccatorum dicenda, & altera reticenda, neque leuia confitenda, & graui diffidenda. Nec aliter accusandus & ipse excusandus, sed cum iusto dicendum est: Non declines cor meum in uerba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis. Haec enim sunt uerba malitiae, & grauis malitiae, qua grauior uix possit esse. Confitendum est & humiliter, ut idem sit in corde, quod sonabit in ore. Sunt enim nonnulli qui narrare in confessionibus solent, quae uel argute literario, et fortiter gladiatorio gestere conflictu, prohi dolor sub humilitatis pallio superbiam inducentes, & putantes se posse uitate oculos iudicis cuncta cernentis. Nonne utique reges Saul & Dauid redarguti a prophetis, Samuele & Nathan, dixerunt, Peccaui: & tamen Saul audiuit: Transiit Dominus regnum a te, & dabit illud amulo tuo. Et Dauid: Transiit Dominus peccatum tuum, & non morieris. Quid est hoc, nisi quia quod Saul habuit in ore, non fuit in corde: & humilitas quae in ore Dauid extitit, in corde etiam radiauit. Dicendum est & fideliter, ut in fide ecclesiae credat sibi peccata dimitti: quia Cain & Iudas pure & humiliter confessi sunt, sed nequaquam fideliter: quia alter eorum desperans ad laqueum cucurrit: alter illud grande scelus euomuit. Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear. Mentis latro, quia maior est pietas Dei, quam quae uis iniquitas: quia miserationes eius super omnia opera eius. Sequitur quintus gradus, maceratio carnis, quae ieiunijs, uigilijs attenuanda est, ne noua pruriginis uoluptuosam reuoluat prauitatem. Haec autem facienda est licentiose: quia quod sine licentia fit, uanae gloriae deputabitur, non mercedi. Occulte, ut nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Discrete, propter debilitatem corporis, & multimodas infirmitates. Plurimos que uidemus in principio conuersionis ita

A discretionis infregisse repagula, ut laudum solennibus inhabiles redderentur, & apparatu laudiorum diuturnis fouerentur temporibus. Iam sic illuminatus procedat ad sextum, quae est correctio operis. Prohibe ergo linguam tuam a malo, operare quod bonum est, & sensuales motus tuos continentiae frenis infrena, & sic erit pax in terra carnis tuae. Argue malos pro persona quam habes: & te praesente iustitiam non sinas sepeliri. Veni ad septimum gradum: & hic est perseverantia bonitatis. Et in hoc septimo uocabit te Dominus cum Moyse de medio caliginis: et in ipsam diuinitatis substantiam interiores oculos insiget. Perseuerantiam autem faciunt opus & ratio praemiorum, poenarum recordatio, primitiae spiritus & donum coeleste, de quibus loquitur Apostolus: Quod nec expertus ignorat, nec in expertus intelligit. Stultitia est enim illi, & non potest intelligere quae sunt spiritus Dei. Audite & breuiter quem oporteat ordinari ad dispensationem mysterij huius. Oportet cum esse non minus literatum quam religiosum, ut zelum Dei habeat, & secundum scientiam, cum in discreta religio magis obesse soleat, quam prodesse. Literatum ideo, ut sciat quid iniungat, cui parcat, quando parcere debeat, quam consolationem proferat de scripturis. Religiosum uero idcirco, & ut puras manus leuet ad Deum, & pro peccatoribus fiducialiter intercedat. Videat ne unquam de his quae sub signaculo confessionis accepit, aliquid faciat mentionem, uel alicui loquenti consentiat. Caveat etiam ne uilescat in conspectu eius, qui ei suam uilitatem ostendit, nec sit suspectus, nec de praeterita futuram uitam aestimet peccatoris. Quod si fortuito de his quae in confessione suscepit causa coram eo fuerit uentilata, non tanquam conscius in partem declinet, sed quasi nescius iudicium ordinem permittat exerceri. Habeat in uoluntate compati & liberare eum, et nitatur aliquid detrudere feruorati, imitans dulcedinem Domini sui, de quo dicit sanctus: Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam. Sed prohi dolor temporibus nostris per uniuersum mundum pestilentialis morbus excreuit, ut praefertantur ecclesijs, quos nec scientia nec uita commendat, ceci duces caecorum, & praecipitati ad praecipitium perducunt. Audiuimus de confitente, & de confessione suscipiente, audiamus nunc quae impediunt confessionem. Quantum colligere possum, quatuor praecipue occurrunt, pudor, timor, spes & desperatio. Nihil fortius ad expugnandum gratiam Dei, quam pudor humanus, quia dum erubescimus confiteri quae commisimus, Deum minus quam homines reueremur. Haec est confessio adducens peccatum. Opponamus ei considerationem rationis reuerentiam intuentis Dei, comparationem maioris confusionis. Ut enim cofiteamur ratio monet, Deus cogit qui uidit. Et

Et si confundimur hic dicere quid erit in illa magna confusione, ubi omnibus omnia patebunt. Timor plerosque opprimit, ne graui poenitentia percillantur, & perferre non possint. Vere qui timet pruina, irruet super eum nix. Hic considerandum, quam grauis sit poena gehennae, quam longa, quam instructuosa. E contrario autem poenitentia praesens, leuis, breuis & fructuosa. Spes autem multos obruit, qui dum bona praesentium cupiunt, aperire conscientias suas nolunt: ne si quales sint hominibus appareant, ad nulla praesentis uitae bona conscendant. Quibus inculcandum est: quia bona huius seculi parua sunt, incerta & momentanea, & illa illius uitae maxima, & certissima, & aeterna. Plurimos desperatio interficit, qui hoc solum metuunt, ne possint continere. Verum est quia peccator cum uenerit in profundum malorum, contemnit. Hanc obtinere debemus uigore confessionis, gratia humilitatis, & copatione illius cui aperimus conscientiam nostram, Sciendum autem, quia alia est confessio quae peccatum plangit, alia quae laudem canit. Bonum animae ornamentum confessio, quae & peccatorem purgat, & iustum reddit purgatorem. Sequitur: Qui credit in illum, non confundetur. Credere Deo, est uerbis eius fidem adhibere. Credere Deum, est confiteri ubique esse. Credere in Deum, est omnem spem suam in illum dirigere. Deum & Deo credunt daemones, sed in illum non credunt: in quem qui credit, non confundetur, quia spem suam non ponunt in illum. Ecce quantum potui, etsi non quantum uolui de confessionis differui sacramento. Sed sermone in longum protraximus, finem loquendi pariter audiamus. Det nobis credere ad iustitiam, ore confiteri ad salutem: & in se credere, sponsus ecclesiae filius Mariae: qui est Deus benedictus in secula, Amen.

In festo sancti Nicolai episcopi, Sermo beati Bernardi.

Nicolaus iste meus, immo & uester: electus ab utero sanctus a puero, iuuenem gloria, senem reuerentia, sacerdotum honor, pontificum splendor, reuerentia sua nostram laetificat festiuitatem. Hic est Nicolaus, cuius miracula per totam mundi latitudinem diffunduntur: quem laudat orbis terrae, & qui habitant in eo. Tot enim & tanta miracula cumulantur, ut omnes literatorum argutiae uix ad scribendum sufficiant, nos ad legendum: Et licet scholarium numerus in incude rhetorica sub Quintilianum uel Ciceronis malleis, tenuissimas orationum laminas extendat: superat tamen gloria confessoris uocem & mentem, linguam & conscientiam. Crebescunt enim quotidie miracula, nec requiescit spiritus Dei, ad memoriam militis sui, sua continuare miracula. Glorificatur in mari, laudatur in terra, in omnibus periculis inuocatur. Denique qui descendunt mare in nauibus,

A facientes operationes in aquis multis: ipsi uiderunt opera Domini, & Nicolai, per Dominum miracula in profundo. Nonne post memoriam uirginis singularis, tam dulcis pietas, uel pia dulcedo in cordibus fidelium obseruatur, ut in die tribulationis nomen Nicolai teneat in ore, requiescat in corde? Si corruscationes fulgurant, & procelis detonantibus a supernis uindicta procedit, Nicolaus in patronum assumitur, Nicolaus dulciter inuocatur. Si tempestas seuiens & crudelitas maris nauigantibus intentantur, Nicolaus flebiliter exoratur, ut audiat: suppliciter inuocatur, ut ueniat: ut eruat, misericorditer acclamatur. Si pulsamur in commodis uel offendimus, indolemus, statim sancti confessoris nomen profluit in os nostrum: Nicolaus ingeminatur, patrocinium quaeritur Nicolai. Ne putatis autem inde declamatorie loqui, uel uenustate rhetorica, uerborum aggregare splendorem: cum omnis mundus beneficia sentiat confessoris, nec sit qui ab amore eius se abscondat. In testimoniis sunt peregrinationes ad sanctum illius corpus a finibus terrae susceptae, ut uideantur quae per eum fiant miracula. Non solum autem Christianis, sed & paganis in tantam reuerentiam sancti nominis aduolauit autoritas, ut certatim confluant ad laudandum & glorificandum nomen sanctum eius. Praecipue sanctorum sacerdotum, & clericorum turba, tanta deuotione circa cultum eius afficitur, ut in toto orbe terrarum undique conuadant & concurrant, ad obsequendum tantae solennitati. Latantur pueri, iuuenes congratulantur, ornantur uirgines, senes exhilarantur, & omnis aetas personaliter alludit. Unusquisque autem habet materiam gaudio, ut laudent pueri puerum ieiunantem, iuuenes iuuenem liberantem, uirgines uirginum infamiam propulsantem, senes senis inopiam redimentem. Iuuenes & uirgines senes cum iunioribus laudent nomen eius. Et nunc post actus eius Graecorum excellentibus linguis insigniter diffamatos, quid audeat sermo pauperculus balbutire? Veruntamen ne tergiversationes inducere uidear excusatorias, recurro ad euangelicam lectionem: & quod de communi accepi, profero in commune. At enim: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum & reuerti. Et ait seruis suis, Negociamini dum uenio. Non paruum mihi fiduciae robur praestat, quod ille summus imperator negociator meus factus, & negocium meum sine ocio egit quamdiu fuit in terris, & preciosarum mercium sarcinas portans ad patrem, ipsi uultui Dei, & quid emittit, & quid redemit, & unde redemit ostendit. Tu ergo illo negocioso, ociosus esse disponis, illo laborante, quiescere? Ipse uenit negociari in regionem longinquam, & tu ad regiones proximas ambulare contemnis? Aggredere & ingredere

dere regionem dissimilitudinis, uidelicet mundum istum: & uide quod frequentes ibi nudinae, quanta ibi germinant & regerminant uanitates. Prorsus dissimilitudinis, quia regionem similitudinis ubi ad similitudinem Dei facti sumus amisisse uos constat. Nunquid non magna dissimilitudo de paradiso ad infernum, de angelo ad iumentum, de Deo ad diabolum? Vade per forenses tumultus, & hinc inde decertantes circumspice: & quantum colligo in tribus causis uacat omnis uoluptas: alij diuitijs, alij honoribus, alij gloriae innituntur. Curris ad Indiam, Aethiopiae circuis, trans maria: & alium orbem tibi aperis nauigando, ut diuitias congreges. Fugis patriam, ignoras filios, diuelleris ab uxore: & omnium necessitudinum oblitus, quaeris ut acquiras, acquiris ut perdas, perdis ut doleas. Ascendis montes nixue obfessos, & horribilem eorum altitudinem, tanquam plana quae perambulas: faciem abyssi latetis non reputas, latronum gladios, & uias insidiarum quasi planas pertransis: oblitusque humanitatis tuae, nec fulminantem caeli faciem, nec aestus uel frigora magnipendis: thesaurizas, & ignoras cui congreges ea. Nec deest plerumque potentia fortioris, qui detecta fronte capiat uel rapiat, & una hora pauperem & humilem te faciat, quem diuitem & sublimem longa aetas prouexerat. Audi & breuiter de honoribus. Ducem te constituere, & data est tibi facultas: ut miser sis, & amplius non quiescas. Cumulatur materia solitudinum, & inter aerumnas cor ipsum excidetes, necesse est uultum inducere gaudiorum. Nunquam in honore sine dolore, in praelatione sine turbatione, in sublimitate sine uanitate, quis esse potest: Miseri iuxta philosophum mercedem miseriarum amamus, & ipsas execramur. Audi & de gloria. Si quaeris gloriam, omnibus inuidiae semina praebuisti. Inflatus es, & in uentilatorio plenius distumperis, nec attendis quot te sequantur, sed quot praecedant. Conglomerantur omnes ad detrahendum tibi, ad maledicendum linguas acuunt, & argutissimus es, si uel manum uel linguam inuidorum possis euadere. Ecce unde gloriosus esse uolebas, ingloriosus esse conuinceris. Nullum enim inexorabilius persequitur multitudo: quam illum qui sibi multitudinis arrogat principatum. Decursa igitur hac regione, & (quod preciosius est) inde sublati, transi ad secundam, quae est paradisi claustralis. Verè claustrum est paradisi. Hic praeterea uerentia scripturarum: praeterfluens lacrymarum undolitas, quam de purissimis affectibus amor ille coelestis eliquat. Hic sunt arbores erectissimae chori sanctorum, nullaque est quae non multa gaudeat fructus ubertate. Hic est

sublimis illa mensa, in qua Deus est et cibans & cibis, munerans & munus, offerens & oblatum, conuiuans & conuiuium. Hic aggestae sunt opinionis diuitiae: hic refusa est gloria angelorum. Putas ne ullas hic esse nudinas, & oculari illos qui habitant unius moris in domo? Videas hunc sacris lectionibus intendentem, illum occupantem orationibus: hunc pro suis excessibus lachrymantem, illum in Dei laudibus exultantem: hunc uigilantem, ieiunantem illum: & officia pietatis sibi inuicem inuidere. Nocte consurgunt ad confitendum ei, uespere & mane & meridie enarrant & annunciant laudem eius: & omnis illorum sedulitas, in orbem diuini rotatur obsequij. Relicto mundo, & modo uiuenti suscepto, transi ad tertiam, quae est regio expiationis. In hac benignus pater examinat filios rubiginosos sicut examinatur argentum: ducit per ignem & aquam, ut educat in refrigerium. Tria loca sunt, scilicet caelum & terra & infernus: & habent singula habitatores. Pro his quae in caelo sunt non est orandum: quia eos, non pro eis orare debemus. Pro his quae in inferno sunt, suspendendae sunt preces: quibus clausa est ianua misericordiae, & totius spes interclusa salutis. Pro illis tantum uigilandum est in orationibus, & subueniendum sacrificio singulari, qui in locis purgatorij emundantur: ut benignus pater poenitentiam eorum in satisfactionem, in glorificationem cito conuertat. Quarta est regio gehennalis, regio dura extimescenda, terra afflictionis & miseriarum, terra tenebrarum, terra turbinis & caliginis, terra maledictionis & mortalitatis, terra sitis & famis, terra combustionis & frigoris: in qua nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Totus tremo atque horreo, ad memoriam regionis istius, & concussa sunt omnia ossa mea. Illic est ignis qui non succenditur, uermis qui non moritur: frigus horrendum. Ibi foetor intolerabilis ex corporibus damnatorum exoritur: percutientes mallei resonant incessanter: obfusae tenebrae cumulatiu indensantur: Ibi fletus & stridor dentium: planctus & gemitus & alternantia mala impios sine pietate discerpunt. Quinta regio est paradisi supercoelestis: regio beata & gloriosa: plena uoluptatis & gratiae, suauitatis & laetitiae, benignitatis & gloriae, ibi requies a labore, iucunditas de nouitate, de aeternitate securitas. Illic omnes uiuunt, nullus moritur, omnes exultant in uoce exultationis, quam nobis concedat Dominus noster Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus, per omnia secula Amen.

DESCR

DESCRIP TIO POSI TIONIS SEVSITVA TIONIS MONASTERIJ CLAREVALLIS.



Itum Clareuallis nosse desideras, haec tibi scripta sunt pro speculo. Duo montes non longe ab abbacia habent initium, qui primo angustae uallis interiectione distincti, quo magis ad abbaciam appropiant, maiore hiatu fauces dilatant, quorum alter alterum abbaciae latus dimidium, alter totum occupat. Alter foecundus uinearum, alter frugum fertilis, iucundum uisui, & usui commodum ministerium praebet: dum per deum ex altera in altero crescit, quod comedit, quod bibatur in altero. In summis montium frequens monachis labor est, amoenus quidem, & quiete iucundior, ramale uetus colligere, & colligere fasciculos ad comburendum. Squalentes extirpare dumos, & solis aptos ignibus, ignibus aptare, eruderare sentes, euellere, destruere, disperdere (ut secundum Salomonem dicam) spuria uitulamina, quae crescentium arborum uel ligant ramos, uel radices suffodiunt. Ne impediatur rigida quercus sublimi salutare sidera uertice, tilia mollis brachia explicare, fisisilis & flexilis fraxinus liberè se in altum extendere, patula uel fagus in latum expandere. Porro abbaciae pars posterior, in latam desinit planitiem, cuius partem non modicam murus occupat, qui abbaciam diffuso cingit ambitu. Intra huius septa multae et uariae arbores uarijs foecundae fructibus, instar nemoris pomœrium faciunt, quod infirmorum celle contiguum, infirmitates fratrum non medicari leuat solatio, dum spaciosum spaciatis praebet deambulatorium, astantibus quoque suauere reclinatorium. Sedet agrotus cespite in uiridi, & cum in clemetia canicularis immitti sidere terras excoquit, & liccat flumina, ipse in securitatem & abscessionem, & umbraculum diei ab aestu, fronde sub arborea feruentia temperat astra: & ad doloris sui solatium, naribus suis graminae redolent species. Pascit oculos herbarum & arborum amœna uiriditas, & pendentes ante se atque crescentes immensa eius deliciae, ut non immerito dicat: Sub umbra arboris illius quam desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Aures suaui modulamine demulcet pictarum concentus auium: & ad unius morbi remedium, diuina pietas multa procurat solatia, dum aëri nubilus ridet serenitate, terra foecunditate spirat, & ipse oculis, auribus, naribus, colorum, canorum, odorum delicias haurit. Vbi pomœrium desinit, incipit ortus intercisus distinctus areolis, uel potius diuisus rivulis intercurrentibus. Nam licet aqua dormitans appareat, pigro tamē decurrit elapsu. Pulchrum & hic infirmis

fratribus praebet spectaculum, dum super uiridem puri gurgitis marginem sedent uitrea uidere sub unda pisciculos ludere, & natatu obuio militarem representare congressum. Aqua haec piscibus alendis, & rigandis oleribus duplici ministerio seruit, cui Alba famosi nominis fluuius indefesso meatu fomenta ministrat. Hic per multas abbaciae officinas transitum faciens, ubique pro fidei obsequio post se benedictionem relinquit: qui ad hoc cum multo quidam labore conscendit, non integer, nec tamè ociose pertrahit. Ipse quidem media ualle flexuosum intersecans per alueum, quae non natura, sed fratrum industria fecit, dimidium sui mittit in abbacia, quasi ad salutandum fratres, et se quod totus non uenerit excusandum, quippe quod totius capax canale non inuenit. Et si forte amnis ipse inundans impetuoso excursu pruit, obiectu muri retroactus, subitus quod eum necesse est fluere, in seipsum recurrit, & restitutum denuo defluus amplexatur. Intromissus uero quantum murus (portarij uice) permisit, primum in molendinum impetum facit, ubi multum sollicitus est, & turbatur erga plurima, tum molarum mole far comminuendo, tum farinam cribro subtili segregando a fursure. Hic iam in uicina domo caldariam implet, & se igni coquendum committit, ut fratribus potum parat, si forte sterilis uindemia cultoris industriae non bene responderit, & defectu sanguinis uuae, de filia fuerit festuce supplementus. Sed nec sic se absoluit: eum enim ad se fullores inuitat, qui sunt molendino confines, rationis iure exigentes, ut sicut in molendino sollicitus est, quo fratres uescant, ita apud eos parat quo & uestiant. Ille autem non contradicit, nec quicquam eorum negat quae petitur, sed graues illos, siue pistillos, siue malleos dicere mauis, uel certe pedes ligneos (nam hoc nomen saluoso fullonum negotio magis uidetur congruere) alternatim eleuans atque deponens, graui labore fullones absoluit: & si ioculari quippiam licet interserere ferijs, peccati eorum poenas absoluit. Deus bone, quanta pauperibus tuis procuras solatia, ne abundantiore tristitia absorbeantur: quanta poenitentibus poenae alleuameta dispensas, ne laboris uolentia non nunquam fortassis opprimant. Nam quot eorum dorso frangeret, quot hominum fatigaret brachia labor, a quo nos sine labore amnis ille graciosus absoluit, etiam cum sine ipso nec indumentum nobis parare nec alimētum. Ipse uero nobiscum participatur, nec aliud de labore suo (quo laborat sub sole) mercedis expectat, quam ut cum omnia diligenter perfecit, liber permittat abire. Tot ergo uolubiles rotas rotatu rapido circūducens, sic spumeus exit, ut ipse quasi molis & mollior fieri uideatur. Excipit dehinc a domo coriaria, ubi conficiendis ijs quae ad fratrum calceamenta sunt necessaria, operosam exhibet sedulitate. Deinde minutatim se, & per membra multa distribuens, singulas officinas officioso

DDd 2 discursu

discursu perferatur, ubique diligenter inquirens quid quo ipsius ministerio opus habeat, coquendis, cribrandis, uertendis, terendis, rigandis, lauandis, molendis, molliendis, surum sine contradictione praestans obsequium.

Postremo, ne quid ei desit ad ullam gratiam, & ne ipsius quaquaversum imperfecta sint opera, absportans immunditias, omnia post se munda relinquit. Et iam peracto strenue propter quod uenerat, rapida celeritate festinat ad fluuium, ut uice Clareuallis agens ei gratias pro uniuersis beneficijs suis, salutationi eius, refalutatione condigna respondeat, statim que refundens ei aquas, quas nobis transfuderat, sic de duobus efficit unum, ut nullum appareat unionis uestigium: & quem discessu suo tenuem & pigrum tegerat, mixtus ei morantem praecipitat. Sed quia eum loco suo restitimus, redeamus ad riuulos quos post nos relinquimus, qui deriuati a fluuio, passiuus per prata uagantur excursibus, ut inebrient terram et infundant eam, et germinare eam faciant: ne cum uerna temperie terra pregnans in partum soluitur, renascetia gramina humoris inopia marcescant, nec opus habeant mendicatis nubium guttulis irrigari, sufficienter cognati fluminis fora beneficio. Hi riuuli uel potius sulci post peractum officium, fluuio qui eos euouerat, absorbentur, & iam totus simul Alba collectus, prono decursu per deuexa festinat. Sed quia iam eum longius conduximus, & ipse secundum Salomonem ad locum suum reuertitur, reuertamur & nos unde digressi sumus, & diffusam prati planitie succincto sermone transiliamus. Multum habet locus ille amoenitatis, multum quod mentes festas alleuet, luctusque soluat anxios, multum quod quærentes Dominum ad deuotionem accendat, & supernæ dulcedinis ad quam suspiramus admoneat, dum ridens terræ facies multiplici colore, uernati pictura oculos pascit, & sua uolentem naribus spirat odorem. Sed & dum uideo florem, dum sentio floris odorem, historias ueterum memorant mihi prata dierum. Nam cum odoris delicias haurio, occurrit animo fragrantiam uestimentorum patriarchæ Iacob, sua uolentis agris pleni fuisse assimilata. Dumque oculos colore reficio, hæc recordor speciem purpureæ Salomonis fuisse prelatam, qui in omni gloria sua Iliorum agris decorem æquiparare non potuit, cum tamē nec ars ipsius sapientiæ, nec potentia deesset materia: & sic dum foris fruor ministerio, non parum latenti delector mysterio. Hoc ergo pratum intercurrentis fluuii fouetur irriguo, & ad humorem eius mittit radices suas: ideo non timebit cum uenerit estus. In longum autem tanto tractu distenditur, ut cum tonsum uellus gramineum sol in scenum torruerit, bis denis diebus conuentum lassare

Ecc. 1.

A sufficiat. Nec tamē solis monachis labor ille relinquitur, sed cum monachis tam conuersorum donatorum, quam conductitorum innumerosa multitudo defectas colligit herbas, & tonfam raro pectine uertit humum. Hoc pratum inter se duæ grangia diuidunt, quibus Alba ad dirimendam litem, æquus arbiter & mensuror accedit, qui sui cuique partem in funiculo distributionis assignans, seipsum litem facit, quem altera ad inuadendam alterius partem transire non audeat. Grangias has non conuersorum esse habitacula, sed claustra monachorum crederes, nisi uel iuga bouum, uel instrumeta alia rusticanis apta laboribus, habitatores suos proderent, et nisi quod in eis libri non explicantur. Nam quantum ad aedificia spectat, ea magno monachorum conuentui diceret & situ conuenire, & decere uenustate, et capacitare sufficere. In parte prati que est muro contigua, de campo solido factus est lacus liquidus: ubi prius astuas operarius, scenum falce secabat acuta, ibi frater aquarius sedens mobili per lubricam liquentis campi plantiæ equo uectus ligneo, leuem remum pro calcaribus habet, quo cursum urgeat, & pro freno quo flectat. Explicatur rete sub undis quo implicetur pisciculus, & paratur ei esca quibus libenter uescitur, sed latet hamus in illis quo capitur incautus: quo exemplo docemur spernere uoluptates: quia nocet emptæ uoluptas: cuius tristes esse exitus nemo nescire permittitur, nisi qui uel non peccauit, uel non bene de peccato penituit. Longè autem faciat Deus a nobis delectationem, secus cuius introitum mors posita est: quæ secundum sapientis descriptionem, apum par uolantum, ubi grata mella fudit, fugit, & nimis tenaci ferit ista corda mortuæ. Laci ambitus per altum ripæ marginem conferti uimineis ligatur radicibus, ne unde alluenti cedat terra fathiscens. Præterfluenti riuo lacus hic pascitur, qui uix sexies senis pedibus se iunctus, per meatus exiles infundit ei aquas quibus alatur, & ipsas quoque eadem exilitate refundit. Vnde & sic in eodem statu permanet, ut nec maior sit influentibus, nec effluentibus minor: quia eadē mensura & recipit & reijcit eas. Sed dum per plana cursu feror uolantili, dum anhelus in arduis illa duco, uel purpuream prati superficie manu ipsius sapientiæ pictam, uel comata arboribus montium iuga describo, arguit me ingratiudinis fons ille dulcissimus sapenum ero mihi bibitus, et bene quidem meritis de me, sed a me malè remuneratus. Obijcit mihi cum exprobratione quod sæpe extingueda siti meę feruerit, quod se meis non solum manibus, sed & pedibus lauandis humiliauerit, quod multa mihi impenderit humanitatis ac benignitatis officia: bono merito, mercede mala me respondisse, se in locorum catalogo locum ultimum, & penè

penè nec ultimū fuisse sortitum, cui tamē pro sui reuerentia primus debere. Et uerè diffidit nequeo sero me ipsius meminisse, quando ante ipsum alicuius memini. Verum ipse per decursus & discursus subterraneos tacite labens, ita ut nec leni murmure transitus eius ualeat deprehendi, instar aquarum Siloe quæ cum silentio uadunt, quasi prodi metueret, ubique caput suum cooperit, & suos declinat aspectus. Quidni crederem uelle taceri, quem uideo non nisi sub tecto uelle uideri? Hic ergo fons (quod boni fontis esse fertur indicium) ex opposito solis Orientis oritur, ita ut æstiuo solstitio roseam rutilantis auroræ faciem ex aduerso salutet. Tugurio uel (ut maiori reuerentia dicam) tabernaculo paruo & pulchro cooperitur, & clauditur, ne undecumque fordes admittat. Vbi eum mons euomit, uallis deglutit: & in loco quo oritur, eodem quasi moritur, quin et sepelitur. Sed ne expectes signum Ionæ prophetæ, ut tribus diebus & tribus noctibus delitescat absconditus: statim ad mille passus intra claustrum monasterij, quasi de corde terræ resuscitatus progreditur, & quodammodo rediuiuus apparet, uisui tantum, & uisui fratrum se offerens, ne cum alijs quàm cum sanctis fors illius amodo sit futura.

EPISTOLA BERNARDI SYL-
uestri, uiri equidem eruditissimi, de cura
& regimine rei familiaris, ideo in hoc ap-
posita uolumine, quod nonnulli eam
a sancto Bernardo pu-
tant fuisse compo-
sitam.



Ratiofo & foelici militi H. Ray-
mundo castri Ambrosii, Ber-
nardus in senium deductus sa-
lutem. Doceri petis a nobis de
cura & modo rei familiaris uti-
lius gubernandæ, & qualiter patres fami-
lias debeant se habere. Ad quod tibi sic re-
spondemus: quod licet omnium rerum muni-
danarum status, & exitus negotiorum sub
fortuna laborent, non tamen hoc timore ui-
uendi est regula omittenda. Audi ergo, &
attende: Quod si in domo tua sumptus &
reditus sunt æquales, casus inopinatus po-
terit destruere statum eius. Status homi-
nis negligentis, domus est ruinosa. Quid
est negligentia gubernantis domum? Ignis
ualidus in domo accensus. Discute diligen-
ter eorum diligentiam & propositum qui
tua administrant. Labenti enim nondum

lapso facultatibus, minus uerecundia est
abstinere, quàm cadere. Sapius reuidere
quæ tua sunt, & quomodo sint, magna
prouidentia est. Cogita de cibo & potu,
& animalium tuorum: nam esuriunt, &
non petunt. Nuptiæ sumptuosæ, damnum
sine honore conferunt. Sumptus pro mi-
litiâ, honorabilis est. Sumptus pro iuuan-
do prodigos, perditus est. Sumptus pro
iuuando amicos, rationabilis est. Familiam
grosso cibo, non delicato nutrias. Qui gu-
losus effectus est, uix aliter quàm morte
mores mutabit. Gulositas, uilis & negli-
gentis hominis putredo est. Frugalitas, so-
liciti & diligentis hominis solatium est.

Diebus Paschalibus abundanter, non ta-
men delicate pasce familiam. Fac gulam
litigare cum bursa, & caue cuius aduocatus
existas. Si autem inter gulam & bursum iu-
dex existas, sapius, sed non semper pro bur-
sa sententiam feras. Nam gula affectioni-
bus probat, & sic testibus non iuratis. Bursa
euidenter probat, iam arca & cellario eua-
cuatis, uel breui tempore uacuandis. Tunc
malè iudicas contra gulam, quando auari-
tia ligat bursum. Nunquam rectè inter gu-
lam & bursum auaritia iudicabit. Quid est
auarus? Sui homicida. Quid est auaritia?
Paupertatis timor, semper in paupertate ui-
uens. Rectè uiuit auarus, in se non per-
dens diuitias, sed alijs referuando. Melius
est enim alijs referuare, quàm in se perde-
re. Si blado abundas, non diligas caritatem:
quia diligens caritatem, cupit esse paupe-
rum homicida. Vnde bladam, cum satis
ualet: non quando per pauperem emi non
potest. Vicinis minore precio uende, etiam
inimicis. Non semper gladio, sed sæpe ser-
uitio uincitur inimicus. Superbia contra
uitium, balneum est expectans tonitruum
cum sagitta. Habes inimicum: quæras tu-
um oculum pro tui custodia. Si habes ini-
micum, conuersationem non habeas cum
ignotis. Semper cogita quod inimicus sa-
gax, cogitat inimici uias. Debilitas inimici
non est loco pacis, sed treuga ad tempus.
Si te securas non cogitare inimicum tuum,
quem tu cogitas, periculo te exponis. De
sceminis tuis suspectis quid agant, ignoran-
tiam, non sententiam quæras. Postquam
sciueris crimen uxoris tuæ, a nullo medico
curaberis. Dolorem de mala uxore tunc mi-
tigabis, quando audies de uxoribus alie-
nis. Cor nobile & altum, non inquirit de
operibus mulierum. Malam uxorem po-
tius risu quàm baculo castigabis. Fœmina
senex, & meretrix, omnes diuitias adnulla-
bit. Fœmina senex, & meretrix, si lex per-
mitteret,

mitteret, uia sepelienda esset. De uestibus. Nota, quod uestis sumptuosa, probatio est pauci sensus. Vestis nimis apparens, cito uicinis tedium parit. Stude bonitate placere, non ueste. Mulieris peccato habentis uestes, & uestes quærentis, non indicat firmitatem. De amicis. Tene, quod maior est amicus qui sua tribuit, quam qui seipsum offert. De uerbis est magna copia amicorum. Amicum non reputes, qui te preter sentem laudat. Si consulis amico, non queras placere ei, sed rationi. Dicas in consulendo: Sic mihi uidetur, non præcise sic agendum est: quoniam facilius de malo exitu consilij redargutio sequitur, quam de bono laus. Audiui quod ioculatores te uisitant. Attende quæ sequuntur: Homo impendens ioculatori, cito uxorem habebit, cuius nomen erit Paupertas. Sed quis erit huius uxoris filius? Derisio. Placet tibi uerbum ioculatoris? Finge te non audire, sed aliud cogitare. Ridentis & gaudens de uerbis ioculatoris, iam pignus sibi dedit. Ioculatores impropertantes digni sunt suspensio. Quid est ioculator? mala impropertans, animal homicidium secum portans. Ioculatoris instrumenta Deo non placent. Audi de famulis. Famulum alti & elati cordis repelle, ut futurum inimicum. Famulum tuis moribus blandientem repelle. Famulo & uicino te præsentem laudantibus resistas, aliter cogitant te decepisse. Famulum se de facili uerecundantem, dilige ut filium. Si uis ædificare domum, inducat te necessitas, non uoluntas. Cupiditas ædificandi, ædificando non tollitur. Nimia & inordinata ædificandi cupiditas, parit cito & expectat ædificiorum uenundationem. Turris completa, & arca uacuata faciunt ualde, sed tardè hominem prudentem. Vis aliquando uendere? Caue cum uendere uolueris, ne partem hæreditatis uendas. Non uendas potentiori, sed potius minori precio des minori: totum autem uende plus offerenti. Melius est, grauem pati famem, quam patrimonij uenditionem. Sed melius est partem uendere, quam se usuris subijcere. Quid est usura? Venenum patrimonij. Quid est usura legalis? Latro prædicans quod intendit. Nihil emas in consortem potentioris. Paruum consortem patienter sustineas, ne tibi fortiorem faciet. Quæsiuisti de usu uini. Qui in diuersitate & abundantia uini sobrius est, ille est terrenus deus. Es

brius nihil rectè facit, nisi cum in lutum cadit. Sentis uinum? Fuge consortium.

Sentis uinum? Quare somnum antè, quam colloquium. Qui se ebrium uerbis excusat, ebrietatem suam apertè accusat. Male sedet in iuene uina cognoscere. Fuge medicum scientia plenum, & exercitio non probatum. Fuge medicum ebrium. Caue tibi à medico uolente in te experiri, qualiter alios de simili morbo curabit. Catulos ualde paruos dimitte clericis & reginis. Canes custodes utiles sunt. Canes ad uenandum plus constant quam conferant. Habes filios? Dispensatores tuorum bonorum non instituas, sed dices: Si aduersetur fortuna, quid prodest uiuendi doctrina? Audi quid de hoc uiderim (stultorum omittens contingentia) & tandem se excusantes sub fortuna. Euenit aliquando fortuna. Sed seruans doctrinam, raro accusabit fortunam. Raro enim diligentiam cum infortunio sociabis, sed rarius à pigritia infortunium separabis. Expectat piger sibi subueniri Deo, qui in mundo isto uigilare præcepit. Tu ergo uigila, & leuitatem expendendi cum grauitate lucrandi compensa. Appropinquat senectus? consulo quod Deo potius, quam filio tuo te committas. Disponis legata? consulo quod primò seruitoribus quam sacerdotibus solui mandes. Diligentibus personam tuam, non committas animam tuam. Committe animam tuam diligentibus suam. Dispone de rebus ante morbum. Sæpe quis efficitur infirmitatis seruus, & seruus testari non potest: liber ergo testaris, antequam seruus efficiaris. Sufficiat tibi, quod de te dictum est. De filijs audi. Mortuo patre filij quærunt diuisionem. Si nobis les sunt, melior est sæpe eorum per mundum dispersio, quam hæreditatis diuisio. Nam sæpe est grauis eorum dissolutio, huiusmodi hæreditatis diuisio. Si laboratores sunt, faciunt quod uolunt. Si mercatores sunt, tutior est eorum diuisio, quam communitio, ne unius infortunium alijs imputetur. Mater uerò fortè remaritari quærit: stultè agit: sed ut sua peccata deplorat, utinam ipsa senex accipiat iuuenem. Nam non ipsam, sed sua quæsiuit: quibus habitis, habet cum eo doloris calicem, quem optauit, ad quem perducant merita sua damnabilis senectutis.

F I N I S.

D E U O T I

DEVOTI PATRIS DOMINI GILBERTI ABBATIS DE HOILANDIA, in Anglia ordinis Cisterciensis sermones super Cantica canticorum, ab eo loco, quo beatus Bernardus morte præuentus finierat, insequendo de uicino eiusdem Bernardi spiritum & stylum.

S E R M O I.



Arij sunt amantium affectus, quia casus uarij, & ideo sponse uerba aliquoties interrupta uidentur, sicut ipsa dilectio suo uel ex uoto fruitur, uel præter uotum fraudatur. nunc ut super montes reuertatur inuuitat, nunc in lectulo querit elapsum. Quam absignabis consequentiæ feriem? Quæ docebitur ordinis ratio? Non uideat ratio, sed interruptio. Vota amoris non uniformia. Ideo sermo serie non tenetur. Affectus in amore loquitur, & uerba interrumpit: quia nec ipse sibi temper in uno statu coheret. Iure et ipse sponsum hinculo cõparatur sic salies, & sic fugiēs dilectā. Varietas hæc nec cõsequētia, nec ratione caret. Verba tam subito cõmutata cõtinuationē seruāt, dum affectuū ordini seruiūt. Vide te iam quæ sit in hac uarietate series cõtinuationis. Elapsus erat dilectæ suæ quædam quasi hinculo uagus & uoluitans, & ipsa ad se relapsa de montibus, illis in quibus mirabiliter illuminata erat, et illustrata uisione dilecti. De montibus, inquam, illis ad conuallē lachrymarum, ad lectū doloris relapsa, ad lectū & ad noctē de motibus inuolutis. Quidni sic recidat ipsa, ubi sic recedit dilectus suus? Ipse enim sponsa suæ salus & illuminatio. Ideo recedente ipso, illa recidit ad lectulum infirmitatis, & ignorantie noctē. Iam uersa super stratū infirmitatis suæ. Super hunc tamen stratū memoratur dilecti, & iam non in matutinis, sed in nocte meditat in ipso, quærēs quem diligit anima sua. Nō pigre agit in hoc lecto ad quem relapsa est. Non lasciuit, non delectat in lecto concupiscentiæ, sed magis reluctat memorata dilecti solius: non obnoxia infirmitati, sed charitati. Sic interpretatur cui sic uidetur. Ego tamen non hic accipio lectum doloris, nisi fortè doloris illius, quem amor parturit de absente sponso: delictari uidetur uelle magis quæ sanari, & amicum quæsiisse, non medicū. Iuxta hunc sensum sic continuare potestis. De montibus seraptim contulerat ad lectulum sponse, ubi illa exercitata, & deficiens ubertate delectationis obdormiuit, exhausta inter amplexus dilecti. Oblectata obdormiuit somnū dulcē, sed expergefacta non inuenit illum hæc mulier delictarum in manibus suis. Gaudia itaq; illa gaudia ineffabilia silentio trāsiliens, in hanc tamē uocē erupit: In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit

anima mea. Pro continuatione nunc ista sufficiant, iam uerba singula cõsideremus. In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Dulce satis est te bone Iesu quærere, dulcius tenere. In uno pius labor, in altero perfecta lætitia. Dulcis itaq; est attractio tui. Nam & ipse tactus fructu nō caret. Mulier illa euāgelica felici furto attingit fimbriā Iesu, & statim sietit in illa fluxus sanguinis, fluxus carnalis illecebræ, carnalis delectationis & curæ, & restricta & delicata sunt quæ prius in illa fluida erant, & totū hoc cõtingit ex cõtactu fimbriæ. Quid si caput ipsum amplexari cõtingisset? Nō modò statim & exiccaret sanguinis fluxus, sed emanaret impetus fluminis illius quod lætificat ciuitatem Dei. Bonus ergo tactus, sed attractio melior. In turba, in publico uix tangit Iesus. Ideo sponsa quæ nō tantū tãgere, sed amplexari & attractare uerbū uite desiderat, deuitans publicū, secretum elegit, secretū & lectuli & noctis. Bonum opus uel quærere Iesum, uel tenere, sed oportunitas & loci & tēporis huic adhibenda est operi: & quæ maior & accommodatior ad usum amoris, quæ lectuli & noctis oportunitas? Nisi quieta mēte queri nō potest delectatio sapiētiæ, nec intrāquillus in illam aspectus dirigū. Nihil inquinatū incurrit in illā, nec impactū quidē. Illa uerò in animū quietū & purū ultrò incurere solet, & gratis influere. In pace enim factus est locus eius, & habitatio eius in Sio: hoc est in speculatione. Pax præponitur quasi præparatio quædam speculationis. Oculus turbatus uel ira uel cura, quomodo lucē illā inaccessibilē intuebit, quæ nisi serenitas non attingitur mētibus, nec illis tamen semper ad libitum? Quid in quiete, paci ad lectulū? Multum planè secundū hunc modum, quod sicut in lectulo, sic in pace dormitur & quiescit. In pace, inquit, in idipsum dormiam & requiescā. Quidni libenter requiescat anima sancta, ubi locus est dilecti? In pace enim locus eius. Ideo hunc tibi locū primò acquirere, ut in eo quæ diligit anima tua uel ad lapsum teneas, uel elapsum requiras. In lectulo eū & secreta quadam mentis quiete potest inuestigari liberius, inueniri citius, & tutius teneri, fortè & diutius. si tamen potest diu morari in delicijs illis quæ ferè solēt in ipsis intercidi principijs. Nam & hæc uelut inter ipsos elapsa amplexus, & fugientes insectat delicijs, dilectū rursus anxius querit, et hoc in lectulo. Bene collocaris in lectulo, si ocio quodam ab occupationibus mens tua liberè feriat. Libertate & ocio quid accommodatius ad usum amoris? Et libertas illecebram parit. In ocio & expeditur affectus, & non parum impenditur illi. Sic est. Quanto fuerit expeditior animus, tanto quidem impensior erit in illud quod amat. Vsu euenit, ut cum fuerimus ocio redditi, tunc sentiamus acriorē morum amorem diuini. Eo contra insensibile penè reddit affectum

DDd 4 frequens

frequens cura mundi, & quasi callum menti obducit. Animū cura implicat, quies explicat. Explicata desideria in quæ putas incrementa se dilatant. Vides quanta bona contineantur in lectulo: Quies, libertas illecebra. In lectulo enim quietis & uacuitatis uota magis inardescunt. Locus accommodatus oblectamēto charitatis sponfam ad quærendum urget ardentius. Illic enim ægrius caret dilecto, ubi poterat uberius frui. In lectulo, inquit, meo, & per noctes. Quæ per noctes querit, nō uidet mihī tā aspectus quæ amplexus sectari. Tenere magis optat quæ intueri. Bona quidem uisio est, sed adhesio arctior. Nam qui adheret Deo, unus est spiritus. Melior tamē utraq; . Nam cōiuncte uicissim incrementis se cumulant gratiarū. Vtrāq; si te apprehēsurū nō arbitraris, sectare tu quod spōsa sectat. Amplexus quare dilecti. ignorantia tuæ nox, imō noctes ignorantiarū tuarū serenam tibi uisionē admittit secretorū cœlestiū. Tu suauia sequere. Quare ut persentias illa, si scire non potes. Nox non prescribit delictis, nam et ipsis aliquoties illustratur. Nox, inquit, illuminatio mea in delictis meis. In delictis aut, non in scientijs. Ita & tu noctem si nō potes scientijs, pertēta illuminare delictis. Quicquid hic uidemus per speculū & in ænigmate, totum in nocte est. Et in hac nocte potest Iesus meus magis dulci quodam affectu suauiter sentiri quæ sciri ad purum. Ideo et si nondū ad cōtuitum admittit, contactum tamen seclatur, dilectum in lectulo & per noctes querens. Quid si ad inuentionē dilecti & nox operatur? Cooperatur planē, & accommodatē fatis. Sicut in lectulo sanctæ quietis accipis ocium, sic obliuionem quandā intellige in nocte. Vtrūq; sapientia & cōtemplationis negotio opportunitatem ministrat. Nec Salomon uult te scribere sapientiam, nisi in tēpore ocij. Nec Paulus in anteriora extendit, nisi prius eorum quæ retro oblitus. Miraris quæ bona nox, et dies malus est: Diem hominis, inquit Propheta, non concupiui. Nescio quo pacto sibi aduersantur, & alterutro se obscurant dies Domini, & dies hominis. Siquidē dū alter exoritur, alter recōditur. Diem, inquit, hominis non concupiui, hoc est humanum fauorem, hominum gloriā, et inter reliquos, imō præ reliquis spectabilis uideri. Rectē hanc diē Propheta abiurat, quæ perturbatiōis ministrat materiā. Melior ergo hæc nox diē, si quidē nox a perturbatiōe abscondit, dies exponit. Deniq; primi parētes nostri statim, ut eorū oculi in hāc aperti sunt lucem, erubescētes cōfundebātur. Quanto felicius clausa prius tenuere lumina, & meliori cooperta nocte, peccati pruriginē nescientes. Abinde sumptis hic malus dies originē, qui uitorum denudauit sēmitas, illicientes species demonstrauit, oculo concupiscētiæ sollicitantē ingessit materiā. Heu me quomodo me circumfulget dies ista, quomodo affectum meum ad se

2. Cor. 6.

Psal. 138.

Ecc. 38.

Philipp. 3.

Hier. 7.

abripuit, quæ claro uersatur lumine ante mentis oculos. Et quidē fatis importunē procax simul & impudica. Nusquā ferē declinandi, nusquam delitescendi copia, nullæ fatis tutæ sunt latebræ, ita ubiq; erumpunt & emergunt in cogitatum cuncta quæ spiritū uel turbēt uel deturpent, siue diligenter attrēctata, siue tacta leuiter. Licet enim animus castigatore repellat illa proposito, solo tamen irruentium cogitationū sordidatur tactu. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab illa. Deniq; secundum legis scita quarundā rerum tenuis etiam inquinat tactus. Non imputant cum uolenter importantur, culpam nō inferunt tales cogitatus, aliquam tamen iniuriā irrogant affectatē munditiæ. Quid cum se contemptianis animo corporeæ offerunt imagines? Fortē carnalem appetitum nō prouocant, sed tamen spirituales tardant intuitum. Alia turbant, alia deturpant, alia tardant, hoc est, lacerāt, alliciunt, illudunt. Nōne melius huiusmodi omnia obscurari, quæ illustrari, cæca obliuionis inuolui caliginē, quæ memoriter recenserit? Bona ergo nox quæ prudenti obliuione dissimulat omnia temporalia ad illum qui æternus est quarendū, tempus expediens, & explicans occasiones, quæ mundi concupiscētiā abscondit, curam, cogitatum. Hoc est enim mundū habere absconditum, uel mundo abscondi. Sic etiam abscondi poterimus in abscondito faciei tuæ Domine. Non dico plena notione, sed tamen tota deuotione, & libera inuestigatione, & aliquanta inuentione. Hanc absconditiōē, hoc secretum, has latebras quibus mundani diē declinamus uel amorem uel imaginationē, quibus humanum diem, aut ablatum nō repetimus, aut oblatū respiciamus, noctis nomine appellari nunc a spōsa crediderim. Deniq; in superiorib; dicit: Sub umbra eius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Fructus iste suauiter pascit, si tamē prius umbra protexerit. Bona umbra, quæ carnis prudentiā obscurat, concupiscētiā refrigerat. Intelligis quæ sit umbra? Inde tibi resulget occasio, quomodo & hic noctē intelligas, nisi quæ quædam occultiores latebræ & magis abdita & accommodatæ magis ad inuestigationis & cōtemplationis usum sub noctis exprimuntur, quæ sub umbra uocabulo. In umbra, rerū uisibilem obliuionē aliquantam accipe, in nocte omnimodā. Quis mihi dabit sic aduersa sperare: Quis, inquam, dabit mihi ut rerum temporalium memoria obliuionis huius uergat in uesperam? Bona quidem nox, quando imaginationes uanæ animum non uexant, nec uersantur in eo, quando absconditæ sunt ab oculis quærentis dilectū. Dilectio ipsa hanc noctem inducit, quæ reliqua omnia nec respicit, nec nota reputat, dum ad illū quem diligit, intēta suspirat. Per noctes, inquit. Multæ sunt noctes eius, nec est una nox illi iugis & cōtinua. Noctes eius frequenter

Ecc. 13.

Thren. 2.

Rom. 13.

1. Tim. 1.

Cantic. 5.

Cant. 5.

Ibidem.

interpolant absentia sponsi. Cum adest, lux est: cum abest, nox est. Ideo multæ sunt noctes sponsæ: quia multi sunt elapsus sponsi, multæ latebræ. Beata planē quæ dilectō adheret tota diē, et quæ nit illum totis noctibus. Prouocent studiū tuum qui audis ista: & instructus ex eplo sponsæ, conurge & tu in nocte in principio uigiliarū tuarum, & effunde cor tuum ut liquefiat & currat & decurrat usq; in conspectum Dei tui. Illi libera principia uigiliarū tuarū, nihil in te peregrinæ curæ decerpāt. Quare per singulas noctes dilectum tuum. Quid dico per singulas? Totas noctes in hoc opus cōtinua. Ne cesses et ne requiescas donec egrediat ut splendor dilectus tuus, et ut lampas accendat tibi. Tunc poteris illud Pauli dicere: Nox præcessit, dies aut appropinquauit. Nam quod sequitur, Abijcimus opera tenebrarum, huic nō potest nocti adaptari, nescit enim hæc nox opera tenebrarū, sed magis lucem ministrat ijs qui permanēt in agone quodā quærendi dilectū. Bona quidē nox, quando absconderis a conturbatione, & ab incurusione imaginationū. Et quamuis nondū absconderis in abscondito faciei dilecti tui, bonū tamen est ut abscondat tibi facies & pompa inanum & carnalium cogitationū. Nox est ut illas nō attendas, nō uideas, sed tamen in hac nocte nō extinguet lucerna tua, ut dilectū quæras. Vtinā ego tales mihi possim noctes numerare, tam latebrosas, & tam luminosas. Et quis nostrum gloriabitur omnes se tales noctes habere? Quisquis est, foelix est, cui omnes noctes in usum talem decurrunt, qui in occulto suo nihil agit occultatione dignum. Vnusquisq; suam conueniat conscientiam. Quid enim mihi aliorū percutere conscientiam infirmam? Nō percutio nec discutio quidem: & si infirma est, foeda saltem non sit. Non agat in occulto, non cogitet quidem, quæ turpe est & dicere. Ad talem strati Iesus declinare nō nouit. Offendit illum, & fugat cōfusa conscientia. Confusio conscientia nō inuitat illum, sed magis euitat. Charitas autē de corde puro & conscientia bona, ipsa est quæ quærit. Sic enim habes: Quæsiui quem diligit anima mea. Nihil bona tutius conscientia. Bona conscientia audet, & charitas ardet. Illa nō formidat, ista inflammat. Illa pro delicto nō cōfunditur, ista confidit super dilectō. Magna uis amoris. Alieno nō nititur suffragio, proprijs cōtenta meritis. Semper amari se præsumit, quæ amare se sentit. Deniq; non respectis alijs maiestatis nominibus, solum sponsa dilectum memorat, quæ singulariter intus tolerat æstum amoris. Hoc autem attendendum quā frequenter dilecti recenserit uocabulum quocunq; ex mysterio: Dilectus meus candidus & rubicundus, & talis est dilectus meus, & in præsentī: Quem diligit anima mea. Magna certē sermonis huius gratia. Nec mirū si frequentatur in ore, quod in corde seruet. Ideo ani

ma commemorat. Non enim uerbo tantum diligit, sed uoto: nec solo actu, sed magis affectu. Quid uero sibi uult quod animā nō spiritum dicit? Fortē quia dilectō quem adhuc quærebat, nondum adharebat. Qui enim adhaeret Deo, unus est spiritus. Et quidem nusquā in toto hoc cantico spiritū nominat, sed anima mea liquefacta est, & anima mea conturbauit me: & hoc ipsum frequenter, Quem diligit anima mea. Id quoq; ferē, nusquā nisi cum absentē quærit, uel abesse querit. Solent his nominib; gradus quidam distingui anime perfectioris, & minus perfectæ. Apostolus dicit: Animalis homo nō percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Ego animam hanc ita amantem & æstuantē, feruentē & quærentē nunc nō spirituale dixerim. Quippe quæ licet nondum plena uisione, uoto tamen propensio re illi adharebat, quem uehementer diligebat. Possumus autem nō inconuenienter sicut in spiritu subtili & attenuatū intellectu, sic in anima suauem & tenerum affectum accipere. Per Prophetā in promissiōe Dominus dicit: Dabo uobis cor carneū. Si ergo carnis nomē in bono alicubi accipit, cur nō magis animæ? Ego beatam hanc animā (ut licet loquar) nō lapideā, sed carneam magis iudicauerim, & nihil habentem in se rigoris uel duritiæ: sed mollē, teneram, tractabile & sensibile ad singulos diuini uerbi aculeos. Deniq; quæ dicat, Nec caro mea enea est, sed quam spiritualis pertranseat gladius, & charitate se uulneratā gaudeat, lure ergo animā suam dilgere dicit, exprimerē uolens intīmam quandam & uiuā & animatā affectiōē erga dilectum suum Iesum Christū Dominū, qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

1. Cor. 6. Cant. 5.

1. Cor. 7.

Ezech. 11.

Sermo 11.

Super hesternō capitulo hodiernū uobis instauramus conuiuū. Nec enim ibi cuncta dicta sunt quæ dicenda occurrunt. Quædam uero nec tacta quidem sunt. Illa hoc sermone discutienda suscipimus, id est cur dicat, In lectulo, & nō In lecto: & cur In lectulo meo. Nam alibi lectulum nostrum dicere cōsueuit. Hæc reputare uobis in fortem. Si quid autem nouæ dispensationis super ijs quæ iam discussa sunt adiecerō, in lucri rationem (ut sic dicam) referte. Quid putatis mysterij signat hoc ipsum quod dicit, In lectulo, laudis ne aliquid occultæ continet aut sigillationis? Erit utrumq; potest, libentius tamen hic laudem accipio: & ideo primitus in hunc sensum inflectamus sermonem. Ego planē in hoc uerbo coarctationem quandam intelligo, ut soli secum dilectō sufficiat. Cur enim non in bono coarctatio accipitur, si strati dilatatio in opprobrium uertitur? Dilatasti, inquit Dominus per Prophetam, stratum tuum, iuxta me suscepisti adulterum. Vides, quomodo obiurgando & exprobrando strati dilatatio obijcitur anime adulteræ, Bonum est ergo non dilata-

Esa. 57.

Esa. 28. dilatare, sed magis contrahere fratū cogitatio-
nis, & cordis lectulum. Ideo sponsa iure sibi ap-
plaudit de lectulo. Coangustatū est, inquit Pro-
pheta, fratū, ita ut alter decidat: & pallium bre-
ue utrūque operire nō potest. Vtrumque, id est
uirum & adulterum. Breue enim & angustū est
cor hominis ad cōcipientes Dei uerbi delicias,
etiam cum in illas totum extendit. Quomodo
non multo breuius si fuerit ad alia distentū? Suf-
ficiat dilecto tuo, uel breuitas ista. Noli illa ma-
gis breuiare, lectulum cōmunicando alteri. Bo-
na quidem hæc breuitas lectuli, quæ nescit nisi
dilectū suum, id est Christū suscipere. Est enim
breuitas, quæ non nisi illum suscipere nouit: &
est breuitas quæ illū plenè suscipere nequit. Illa
charitatis est & disciplinæ: hæc uerò infirmita-
tis & naturæ. Vtraq; breuitas intelligi potest in
lectulo, uel qua cum dilecto plures nō suscipit,
uel qua nec illum plenè. Magna certe uoluptas
lectuli, sed magna breuitas, & ideo bene lectu-
lus magis quam lectus dicitur. Delectabilis le-
ctulus est, de quo legis in Prouerbis: Secura
mens quasi iuge conuiuuiū. Foris nox, foris tur-
batio, sed tranquillitas intus quasi quietis lectu-
lus quidam. Non est hic illud lamentabile dice-
re: Foris interficit gladius, & domi moris similis
est. Imò si foris gladius est, intus gaudium. Spe,
inquit, gaudentes, in tribulatione patientes. Ad
noctem tribulatio refertur, ad lectulum spes &
gaudium. Fortè propter hoc non lectum, sed le-
ctulum appellat, parco uocabulo: quoniã totum
gaudium nostrū ferè in spe est adhuc & ex par-
te. Bonus ergo lectulus cōscientiæ quies et mun-
ditia. Cor impij quasi mare feruens quod quie-
scere non potest, sed redundat fluctus in con-
culcationem & lutum. Est ergo cor impij turbu-
lentum & tabidū & lutosum, & secum semper
colluctās. Siquidē nō est pax impijs. Regnum
uerò Dei iustitia est & pax. In pace, inquit, in id
ipsum dormiã & requiescã, quoniã tu Domine
singulariter in spe constituisti me. Vtrūq; cōple-
ctitur spei nomen & lectulū & gaudiū, quia in
spe gaudemus, & in spe requiescimus. Sed unde
spes nisi de securitate cōscientiæ? Iure lectulum
dixerim mentē securã & liberã. Securam pro-
pter cōscientiæ bonū: liberam autē à tentatione,
liberam ab exteriori occupatione, liberã à leui
cogitatione. Quanta tamen esse potest in hoc cor-
pore quies & libertas mentis? Breuis & exigua,
& lectulo similis angusto. Multum inde decer-
pit reficiēdi necessitas corporis, multum cōqui-
rendi quæ necessaria sunt cura, multū cōsumen-
di hora, multum animę casus imminēs, multum
causa latens. Gloria nostra hæc est, inquit Pau-
lus, testimoniū cōscientiæ nostrę. Suauitertē se
collocarat in lectulo: Nihil, ait, mihi conscius
sum. Sed quantum illum dilatat & extēdit, ma-
gis istum arctat & cōtrahit. sed in hoc, inquit, iu-
stificatus non sum: Qui autē iudicat me, Domi-

Prov. 15.

Rom. 12.

Esa. 57.

Ibidem.

Rom. 14.

Psal. 4.

1. Cor. 1.

1. Cor. 4.

Ibidem.

nus est. Vides quomodo Paulus audet & dicit:
Cor nostrum dilatatum est. Vides quomodo glo-
riam & testimonium conscientiæ, diuinæ coar-
ctat respectus sententiæ. Bene ergo lectulus,
mens securã, sed minime superba: quieta, nō cla-
ta; bona de se sentiens, sed alta nō sapiens, magis
autem suspectã semper habens incerti noctem
iudicij. In lectulo, inquit, per noctes. Multæ no-
ctes, sed unus lectulus, multæ em̄ tribulationes
iustorum, sed tamen quasi nō sentientes, nec re-
spicientes uno dormiunt & requiescunt in lectu-
lo, in ea in qua uocati sumus una spe uocationis
nostræ. Transit nox & nox, sed illi nō deferunt
tranquillitatis suæ lectulum, donec tota trãseat
iniquitas. Multę noctes, & altæ tenebræ: sed ta-
men ab altitudine noctis nō timent, nec turbantur:
quia sperant in Domino: nō timent à nocti-
bus, qui in huius spei lectulo quiescunt. nam &
ipse nouit dare carmina in nocte tribulationis:
& in nocte mandat canticum eius. Accepistis
quare spōsa dicit noctes, & quare plures: quare
lectulus dicatur, & quare unus. Nunc accipite
quare dicat spōsa. In meo. In lectulo suo, & qua
si singulariter suo est, quãdiu singulariter in spe
est. Cum uerò ad spem res accesserit, uel magis
successerit spei, cum iam ex parte tenuerit dile-
ctum, nō iam suus est hic lectulus spōsæ, sed ma-
gis cōmunis sponsi & sponsę. Suus est, cum qua
si sola sine dilecto quiescit. Cōmunis est, cū ipse
adesit. Suus est sponsæ, cū quietatis & pacatis, &
cōpositis morib. intra se collecta quiescit. Com-
munis est, cum iam incipit oblectari spōso. For-
tè est & aliquis proprius sponsi, quãdo sui oblita
penitus, & se ex uita tota transit in ipsum, & qua
si induit ipso dilecta ipsius. In lectulo suo nec ef-
fluit extra se, nec turbatur in se. In lectulo cōmu-
ni affluunt illi delicię quędam de presentia spon-
si. In illo qui solus est, spōsi amoris exagitata in-
cendio ebullit, & ex crescit effusa & effluens. to-
ta transfunditur in ipsum, & in simile absorbet
qualitatē. In primo penes se est, in secundo pe-
nes illa sponsus, in tertio penitus est ipsa penes
ipsum, & si dici potest, nō est nisi ipse. In primo
quærit, in secundo adhæret, in tertio unū illi. In
primo tranquillitatē propriã possidet, in secun-
do quandam merè cōmunitatem cum dilecto:
in tertio assumitur & absorbetur in quandã cha-
ritatis & gratiæ unitatē. Melior hic lectulus ter-
tius q̄ secundus, quanto expressior est unitas q̄
cōmunitas. Bonus tamen primus, per quem ad
istos parat accessus. Quod si ad carnalis infirmi-
tatis illecebras lectuli sensum deflectere uelis,
nec erras, nec laboras sic assignãdo. solius enim
sponsę sub hoc intellectu lectulus est, nec com-
municat sponso. Nam etsi nouimus Christū se-
cundum carnē, secundum carnem cōcupiscentiã
tamē nō nouimus. Cōmunis quidē carnis natu-
ra, sed non est communis illi carnis illecebra.
Non refutauit lectum doloris nostri, sed non
feret

Psal. 41.

Psal. 55.

se reclinauit usque ad sensum delectationis no-
stræ. Ideo cum istum designat, in lectulo meo di-
cit: non cōmuniter. In nostro. Alibi siquidē le-
gitur: Lectulus noster floridus. Qui communis
est, floridus est, uetustatis nihil habēs, nihil cor-
ruptionis. Quando uerò proprium suum lectu-
lum dicit, nulla ibi fit mentio floris. Suus sponsę
hic est, sed insuauis est: nō floridus, sed horridus
illi uidetur. Dura satis conditio, si uel sola corru-
ptio foret: nunc uerò ad infirmitatē accedit ad-
uersitas, duplicatum incommodum, lectulus &
nox, infirmitas & aduersitas. Sed magna uis a-
moris, quem neutra compescit, nec illa innata,
nec ista illata. Nō enim lectulo tenetur, uel ter-
retur nocte, sed in lectulo suo. & p noctes quæ-
rit quem diligit anima eius. Claustraliū uidetur
uox ista, maximè fratrum qui & quieti à sollicitu-
dine, & quasi perditū & absconditū sunt in mul-
titudine, habentes in altero lectulū, in altero no-
ctis obsecrū. Quodãmodo em̄ absconditū cuius-
libet quãlibet ex celsa cōuersatio, ubi in æqualē
altitudinem tota se fratrum numerositas attollit,
iuxta illam de saluatore prophetiã: Ambulant
in tenebris, & non est eis lumē, sed humanæ lau-
dis lumen, ut liberius sperent in nomine Domi-
ni, et innitantur super Dominū suum. Quorum
absconditus est uultus eorum, unde nec reputa-
uimus eos, imò qui se ipsos intus non reputant,
qui se mundi ad usus foris nō aptant, qui nec ho-
minum ab ore gloriam exoptant, sed illam quæ
ex solo Deo est, iuxta quod legitur: Ego gloriã
meam non quero. Et qui gloriatur, in Domino
glorietur: hoc est, nō pro donis Domini in ho-
minum fauore quiescat: nec finis huius admix-
tione, spiritualis gloriæ adulteret, in aliquo gau-
dia, sed illi referat gratiam, & quærat in illo glo-
riam: hoc est enim ipsum quærere. Habet ille in
tranquillitate lectulum, in humilitate noctē, nō
illum mordaces curæ circunuolant, inquietudi-
num nō exasperant iniuriæ: sed totum lectulus
& nox, totum pax & quies, & latebræ. Nūquid
fatis est: Fortassis satis, sed laboranti, non satis a-
mantis. Dulcis enim laboranti somnus. Amantis
anxietas illū dormire nō sinit, somnolentiã ex-
cutit, uigilias inducit. Amor de quiete ipsa inge-
tior reddit. Quiescit tēratio, quiescit occupatio,
quiescit afflictio, sed quiescere dilectio nescit. Tūc
magis uires exercet dulce incendiū, & flāma uo-
rax de latibus euadēs uacuo liberius euagat in
animo, altius possidens, & audius depascēs. Oc-
casionē accepta suum nescit amor nō exercere
negotiū. Semper em̄ quem amat, uel presente
eo se oblectat, uel absentē desiderat. In die, inq̄,
tribulationis meæ Deū exquisiui manib. meis.
Longè differenter quærendi ratio nunc à spon-
sa proponitur. Illam nō impellit afflictio, sed tra-
hit affectio. Ille in psalmo quærat aduersus tribu-
lationē, ista ad amoris usum & oblectationē, ad
hoc enim refert & quietis lectulū, & noctis lati-

Cant. 7.

Esa. 50.

Iod. 8.

1. Cor. 10.

Ecl. 5.

Psal. 76.

bulum, ut quem diligit, & incōcussè recolat, &
sincerè sapiat, & dulciter sentiat. Ergo multo po-
tior in diligente q̄ in indigente quærendi ratio:
quamuis iure dici possit, q̄ sancta quadam tem-
per eget amor avaritia. semper em̄ ad secretiora
exæstuat, & quæ tenet nō reputās uolubili se ra-
prat in anteriora rotatur, & uitalis instar rotæ spi-
rituali leuitate ad superiora toto conatur attollit,
de terra uix paululū aliquid attingēs. Deniq; in
Paulo nondū se cōprehendisse arbitrat, sed ipse
ad anteriora extēsus, quasi rationalis rota sequit̄
quod illū rapit spiritus feruētis desiderij. Siquidē
et cū cōsummauerit homo, tunc incipit. In præ-
senti quoq; spōsa dum tenet lectulū, nō hoc cō-
tenta, ardentius quærit dilectū. Ille illi lectulus, il-
le dilectus. Lectulus, dū infirmã & fatigatã iuici-
pit dilectus, dum inflāmat & succēdit. Lectulus
& dilectus, quia quiescit in illo, & cōcupiscit &
deficit in ipsum. Miraris quod dico lectulum?
Audebo & adiciã uilius aliquid, imò sublimius
super omnē gloriã laudis eius, quanto em̄ p me
egit uiliora, tanto bonitatis suę dedit indiciã ma-
iora. Ipse paruulus lectulus. ipse pullus est nidu-
lus. Etenim passer inuenit lib domū, & turtur ni-
dum ubi ponat pullos suos. Vis audire qualis le-
ctulus: lacta cogitatus tuos implumes adhuc &
infirmos in Domino, & ipse te enutriet donec
formet & firmet Christus in te, & occurras in ui-
rum perfectū q̄ fluctuare non possit. Bene ergo
lectulus, qui mihi factus est à Deo iustitia et pax
& redēptio, & sapiētia. Quis dabit mihi tali col-
locari in lectulo? Quis, inq̄, dabit mihi istos
puluillos, & ceruicalia huiuscemodī affiri sub cu-
bito & capite meo? Felix ceruical, qd sibi spon-
sa supponit. Leua eius sub capite meo, & dexte-
ra illius amplexabit me, alterū iam possidet, al-
terum sibi pollicet. Leuam tenet, sed dexteram
quærit. Delectationes em̄ in dextera tua usq; in
finē. Quasi de lectulo tendit ad lectulū. Suauis-
simum mihi ceruical bone lesu. spinea illa capi-
tis tui corona. Dulcis lectulus illud crucis tuæ: li-
gnum. In hoc ego nascor & nutrior, creor & re-
creor, et super passionis tuę altaria memorię mi-
hi nidū libetè recoloco. Quod si maiora datur
& arcaniora persentire diuinę maiestatis myste-
ria, nihil illud à lectulo et nocte differt, si quis ad
futurã contempletur plenitudinē nō formulam
perfectionis humanæ. Nam & perfectius no-
strum imperfectū est, & ut uerius dicam, uix ad
huc inchoatum. Propterea initium aliquod dici
mur creaturæ Dei, & tantū primitias accepisse
spiritus. Temerarius forsitan uidear, qui conor
inexperta exponere & de sponsa lectulo, quæ
illum suauis forsan & secretus collocauit, q̄
cōiectura nostra possit attingerē. Quapropter
de mysterijs ad mores descēdamus, & dicamus
hoc esse dilectum in lectulo & per noctes que-
rere, cum post cordis strepitū, & carnis motum,
quieti & presentium obliti, primitias quat-
dam

Ecl. 10.

Psal. 83.

Cant. 2.

Psal. 119.

Iac. 1.

Rom. 8.

dam futuræ dulcedinis captamus delicias. Habes ergo, ut breuiter colligam, in hoc capitulo occasionem, actum & causam. In diligente causa, actus in quærente: opportunitas uero & occasio in lectulo & nocte innuitur. Breue autem capitulum, quoniam bonus lectulus, in quo suscipit mens fatigata fomentum, imò feruens incensum, in quo amor dum offendiculum non habet desiderij usum exercet ardentius. Sed iam nos hic paululum quiescamus, & in illo utinam lectulo in quo sponsa dum quieuit, dilectum quæsiuit, ut experientia sensu in nobis ipsis edificere possimus, quod nunc alios docere conamur, quæ dulce sit in hoc lectulo quiescere, & dilectum quærere Iesum Christum Dominum nostrum.

Sermo III.

Non solet sponsus semper, uel pro tempore, uel pro quantitate animæ se quærentis uoto respondere. Quæsiuit, inquit, & non inueni illum. Gratum certe uerbum, quæsiuit: sed non inueni illum, graue. Quidni graue & intolerabile sic quærenti & sic amanti. Nemo enim eo quod ardentem quærit, non anxie caret, tantoque cumulatior angustia, si uicina spe iam amplexu prehensura fraudatur. Quanto magis illa quam expertæ & perditæ internæ dulcedinis prouocat esuriet? Credibile est secundum multitudinē retractatæ & reuolutæ in corde dulcedinis, acriori ad quærendum lectu euerberari animam amatam. Denique ad dilectionis mensuram non inuenientis pandatur affectus. Si quis in se unquam talem expertus est uel dilectionis uel desiderij tantum proprii aestimare potest coniectura exempli quæ querulo sponsa corde protulerit. Non inueni illum. Nusquam consolatio, nusquam refrigerium, sed ubique tribulationem & dolorem inueni, dum illum quem ardentem diligo, & instanter quæro, non inueni illum. Denique posuisti me non dico tibi contrariam, sed à te quasi extraneam, & facta sum mihi metipsum grauis. Grauis planè, quæ tædet uitæ, tædet luminis huius, quoniam lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum. Vbi erit foris consolatio, si intus in me ipsa te absente turbatio: Conturbatum est cor meum, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum. Tria hæc tecum abierunt, uirtus, ueritas, identitas. Quomodo enim uirtus erit in doloris lecto, in nocte lumen, & in diuisione & separatione id ipsum? Ad me nunc respicit illa prophetalis exprobratio: Quousque dissolueris filia uaga? Denique & Cain, ex quo egressus est à facie Domini, uagus factus est & profugus. Ego quidem non ita uaga & profuga: magis enim quærens quæ fugiens: & ut licentius loquar, tibi fuga plus competit. An non uaga quæ de lectuli angustijs transeo ad ambitum urbis, discurrens per plateas, per uicos, per uigiles? Qui adheret Deo unus est spiritus: dulce hoc ipsum, & ideo dura separatio. Quomodo separata est hæc identitas,

disiunctio unio, et ad me dimidiata rediit: nam tota à te non discessit. Desiderio enim in te feror, sed à præsentia differor: habeo aliquod in desiderio solatium, sed totum illud abscondit, & absorbet de dilatione supplicium. Quo pacto non absconditur omne solatium, quandiu abscondis faciem tuam à me? Denique sicut ait Propheta: Consolatio abscondita est ab oculis, quia facta est inter dilectos diuisio, sed mihi abscondita, quoniam mihi fuerat hæc unio indulta. Tu enim bonorum meorum non egres. Bona enim mea, bona tua sunt: ideo mihi incumbit desolatio, dum à te separari contingit. Tu uirtus mea, tu lumen oculorum meorum, tu mihi ipsum, tu mihi totum. Denique desecit caro mea & cor meum, ut de reliquo in me, nec carnalis affectus, nec cordis mei sensus respiceret: sed sit Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Si hanc partem perdidero, inanis & uacua remanebo, quali terra sitiens, & quali uas perditum. Assume assume qui ebrius es sitientem, et uacuo uasi tuæ plenitudinis portionem infunde. Quid parcis torrenti illi ubertatis tuæ? Heu me, quæ raptim transit torrens iste nostris in conuallibus. Cito quidem transit, sed trahunt me post se in æternum desideria impartitæ deliciae. Deliciae abeunt, sed desideria relinquunt. illæ excurrunt, & istud ex cruciat. quanto sunt enim prorogata dulciora, tanto molestior de dilectione mora. Itaque Domine suaue uidebis tibi miseram mortali torquere animam, & de poenis diligentis et quærentis te ridere? Si maiestas te abducit, misericordia inclinet. Si te non indulges dilectæ, miserere uel afflictae. Afflicta sum, & humiliata nimis, & à gemitu cordis mei mecum illum rugiens, non inueni illum. Vbi nunc multitudo uiscerum tuorum & miserationum tuarum? Diu, & nimis diu continuerunt se super me. Dilecta tua absentis desiderio in dolore se fundit, & tu te continens: Ioseph male meritis de se miseratus fratres, non poterat se continere: sed commota sunt uiscera eius, & quis esset, blandè innotuit. Et quidem te nerior esse solet ad gratiam sponsi pietas quam fratris. Tu mihi plus quam Ioseph: tu enim frater, tu sponsus. Quis dabit mihi te fratrem meum? Ego me totam ad quærendum impendo, & tu te suspendis sponsus & frater? Ergo eris in dilectione minor qui es maiestate superior? Magis sibi respondent amor & humilitas, quam amor et maiestas. Paululum maiestatis obliuiscere, ut misericordie recorderis. in te omne desiderium meum. Vt quid non ante te? Vt quid absconditus est à te gemitus meus, qui totus est per te? Dissimulas & differes, & auertis faciem tuam à me, & facta sum conturbata. Propterea queror & causor & clamito, Non inueni illum. Felix conditio, quando dicere datum fuerit: Dilectus meus mihi, & ego illi. Nunc uero ego dilecto meo, sed nondum ad me conuersio eius. Amara quidem amanti commutatio. Idcirco pro uoce uocem commuto: Non

Ecl. 7. Non inueni illum. Omnia tempus habent, & suis spacijs uniuersa sub sole transcurrunt. Quando erit ut cum sole permanent, & ante mutabilitatem lunæ, ut in æternitate stent, & non transcurrant cum tempore? Nunc uero omnia tempus habent, & habet forsitan suum tempus æternitatis ipsa. Dicuntur enim & tempora æterna: æterna ergo in se æterna sunt, sed nobis parata sunt tempore suo. Omnia tempus habent, tempus amplectendi, & tempus ab amplexu longè fieri. Quod ergo erit aptum magis, quam nox amplectendi tempus? Imò quis erit aptior ad amplectendum uel lectulo locus, uel nocte tempus? In pace locus tuus, & ideo quietis tempus, & pacis tibi parauit in corde meo lectulum. Veniat dilectus meus, ueniat delectatio mea, & requiescat in cubili suo. Tu forsitan dispensatorie differes, sed non capit amor impatiens de dispensatione solatium. Scio mihi repositum tempore suo, sed de fugacitate tarditate temporis amor causat. Tu differes, ego quidem diutius non fero, sed surgam & circuibō ciuitatem. Contemno lectulum, & inuitum sermonis derelinquo, ut ad perfectiora ferar. Nam & si sponsa sum, & perfecta pro regulari modulo humana, inuitum tantum accepisse me reputo, ad quod restat respiciens: Surgam et circuibō ciuitatem, quæram per uicos & plateas. Iesu bone, quid est quod alicubi non inueniris, qui ubique crederis? Multæ quidem mansiones in domo patris tui sunt, sed nunquid alias deseris, ad alias transiens, qui infinitus ipse & immensus es? Vbiq; creaturarum totus es, creans & continens, sed infinitatem tuam creatura nulla potest exprimeret: quæ uis uirtutem nulla non possit ex parte innuere. Vbiq; totus per existentiam: sed non æqualiter in singulis per efficientiam. Nam et si ex toto te ubiq; opereris, non tamè totum quod potentia tua est ubique: imò potius nusquam operaris. Indifferenti enim uirtute efficitur in minimis minima, & in magnis maiora. Cum ergo uirtus tua ubiq; & tota operet, nusquam tamen tota expenditur: quia cum uolueris suppetit tibi efficere maiora: nec tota exprimit, quia ueritatem non possunt ad integrum æmulari simulacra. Omnia ergo te mihi monstrant ad cognitionem, sed non omnia me mouere possunt intus ad deuotionem. Vbiq; in te impingo, sed non ubiq; compungor. Vbiq; te mihi ingerit rerum species & usus & ordo, sed uerbum sapientiam, non uerbum salutem. Verbum autem sapientia & salus id est Christus Iesus tantum in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, propter ea surgam & circuibō ciuitatem. Surge, inquit **Ephes. 5.** Paulus, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Surgam ego non de mortuis operibus, non de prauis moribus: sed de bonis ad meliora, de moribus ad mysteria, de mysteriis ad manifesta, de ferenis ad furuina. Surgam & circuibō ciuitatem illam de qua dicitur: Ma-

Agnus Dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius. Ergo surgendum est ei qui in montana uult cum Maria condescendere, & prodigus ille filius in se reuerfus: Surgam, inquit, & uadam ad patrem meum. Prudenter, ait, surgam, iturus ad eum qui in coelis est patrem. Sed nimis exilem et macilentam spem repofuerat in sinu suo, mercenariam conditionem patrem rogaturus. Modeste quidem pro meritis, sed de paterne miserationis copia humiliter nimis & iniuriöse sentiens, uere famelicus dans in hoc animi indicium & inedia confecti. Dicam, inquit, ei: Pater fac me sicut unum de mercenarijs tuis. non enim poterat ieiunam & macram spem ad maiora porrigere. Surgam, inquit, & uadam ad patrem meum. Ille de quærendo nil mouetur patre, tantum de flecendo sollicitus. Quæ sponsa est, certa de gratia postulat præsentiam tantum. Surgam, inquit, & circuibō ciuitatem, & quæram quem diligit anima mea, inuentionem sufficere reputans. Vide, si non in præsentia hæc possit obseruari distinctio, quoniam patris exposita est & parata cunctis indulgentia: deliciae uero fugaces & reconditæ, et latibus gaudentes. Ideo ille dicit: Surgam et uadam. Illa uero, Surgam & quæram. Denique & pater occurrit penitenti, sponsus se subducit diligenti. Misericordia sui profusior est, delectatio parior. Id autem non incongrue ab utroque positum intelligitur, quod dicitur, Surgam. Non permittit te Paulus quæ sursum sunt quærere, nisi prius resurrexeris. Non potes quæ sursum sunt sapere, nisi prius illa quæseris. Quid enim est illa bona quæ sursum sunt inuenire, nisi quodam dulcedinis et experientia gustu persentire illa. Ideo cuncta perlustrat & scrutatur, ut quod amat, alicubi degustet. Surgam, inquit, & circuibō ciuitatem, quæram per uicos & plateas, quem diligit anima mea. Multum sibi fiducia sanctus amor adsumit. Quantum enim putas diligebat, quæ tantum præsumebat? Surgam, inquit, & circuibō ciuitatem? Non ueniet in conspectum tuum Domine omnis hypocrita. Abscondit se Adam ex quo bonæ conscientia ausum amisit: & inuentum se doluit, qui magis quærere debuerat. Qui sicte diligit, fugit conspectum tuum: quæ uero sponsa est, & charitatis dotata munere, etiam fugientem insectatur. Quod ibis bone Iesu, à facie uehementis desiderij? Si ascenderis in coelum, illic est: si descenderis in infernum, adest. Vbiq; te sequitur curiosa scrutatrix, & per singulos operum tuorum gradus discurrens, quod fide tenet, conatur transfundere in affectum, & admirandæ maiestati deuotione respondere. Ad dilectionis incentiuum omnia euangelij documenta deducit: ut in quibus ueritatem suscipit, uirtutem persentiat te ipsum sponsum suum Christe Iesu, qui uiuis & regnas per omnia secula seculorum, Amen.

EEe Sermo

Sermo IIII.

Circuitus iste non est peruagationis, sed inuestigationis, At si uagatur quæ circuit, non euagatur tamen, non excedit terminos ciuitatis, non loca quæ dilectus perambulare solet. In circuitu ambulat, sed intus ambulat per uicos & plateas ciuitatis, Sapientia enim in his uis se ostendit hilariter, & in plateis dat uocem suam. Ideo in istis circuit, quia nouit ubi solet *Can. 9.* illi uberior occursum esse dilecti. Circuitu, inquit, quærens per uicos & plateas. Frequens tibi est, o felix anima, talis circuitus, & accessus familiaris: & nota sunt tibi omnia ciuitatis huius: circuitus & recessus intimi, angusta locorum, & lata platearum. Introduxit te rex in cellam uinariam. Nunquid non & in omnes alios secretiores recessus? Omnia tibi sunt aperta & peruia, & usu quodam ad beatum hunc expedita te sentis circuitu. Ideo non cunctati, sed confidenti similis dicit, Circuitu ciuitate. Et quantum putatis fratres, quantum solati cõfert inuisere interim & crebro cõterere gressu loca in quib. stare solebat pedes eius, quem diligit. Nescio quo pacto loca in quib. aliqd boni experti sumus, expressius id ipsum imprimunt memorie, et ex ordine ante mentis depingunt oculos, & quod iam experti sumus in ipsis, iterato speramus. Ergo loca ista non corporalia, sed spiritualia crediderim, opportuna ad anime exercitationem spirituale, propterea in his accipiamus circuitu. Circuitus iste an recordationis est, an inuestigationis? Circuitu em qui uel nota recolit, uel ex ipsis notis colligit, quæ nondum sunt nota. Circuitu quodammodo qui nota recordat uel perscrutat noua. Circuitus quidam est, cum ea quæ iam fide uel intelligentia tenemus, ordine retractamus. Circuitus quidam est cum ex his quæ iam tenemus, ad occultiora tendimus & penetramus. Circuitus ille oblationis est, iste rationis. Ille amabilior, iste acutior. Et quamuis ille circuitus magis accommodatus spõ se uideatur, neutrum tamẽ illi negabimus. Siue enim nota & cõperta reuiderit, siue inuestiget noua in omnib. amoris tantum fomitem quarit. Bonus quidem rationis circuitus, sed quãdo ratio ipsa intra fidei regulas se cõtinet, & eius terminos non excedit, de fide ad fidem, uel de fide ad intelligentiam pertingens. Intelligentia quidẽ est fide excedit, non tamen aliud cõtuetur quod fide continetur. In intelligentia quẽ in fide non certitudo maior inest, sed serenitas, neutra uel errat uel hæsitat. Vbi uel error uel hæsitatio est, intelligentia non est: ubi hæsitatio est, fides non est. Et si fides admittere posse uideat errorem, non est uera nec catholica fides, sed erronea credulitas. Fides (ut sic dicam) ueritatẽ rectam tenet & possidet, intelligentia reuelatam et nudam cõtuetur, ratio conat reuelare. Ratio inter fidem intelligentiamque discurrens, ad illam se erigit, sed ista regit. Ratio plus aliquid quẽ credere uult, Quid a-

Aliud: Conspicere. Aliud est credere, aliud est tenere: non tamen aliud. Quod fide concipit, conspicere conat. Et si nondum lucere uidere potest, quibusdam tamen accommodatis experimētis conijcere tentat, quæ iam solida fide concepit. Ratio supra fidem conat, fide tamen nititur, fide cohibetur. In primo deuota est, in secundo prudens, in tertio sobria, & ut sic dicam, fides tenet, tunc ratio, intelligentia intuetur. Bonus iste circuitus, in quo mens rationis ductu peruestigando procedit, sed a fide non recedit, instructa a fide, & restricta ad fidem. Erronea planẽ, si non cuncta ad eius referat examen, & citum rationis incessum ad fidei maturitatẽ castiget. Bonus circuitus, ubi iustitia Dei reuelatur ex fide in fidem. Bonus circuitus, ubi quis transformat a claritate in claritatem tanquam a Domini spiritu. Bonus circuitus ubi quod posteriori oblitus, ad anteriora extendit semetipsum, si quo modo comprehendat. Bonus certẽ circuitus, non modò cum noua semper & occultiora comprehendunt, sed cum iam apprehensa nouo & recentiori semper affectu reuoluuntur: cum non modò quod restat penetratur, sed quod iam penetratum est, frequenter iteratur. Iucundus circuitus, & sponsa non ignota. Ideo confidenter dicit: Surgam, & circuitu ciuitate. Quæ aptius esse poterit ciuitas quẽ illa de qua dictum est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et quidẽ uniuersitas creaturæ dici potest non inconuenienter ciuitas Dei, ab eo condita, & ab eo disposita. Gloriosa planẽ & pro specie, et pro ordine, nam pro actib. minus iustis quos deprauatẽ mentis producit libertas, quantum in ipsis est, minus in gloria, nec ex ipsis, quod ordinẽ diuinæ dispositionis non effugiunt quem non intendunt. Soli aut uerẽ gloriosi sunt, qui diuinẽ dispositioni supponunt studium, solliciti primẽ conditionis integrã seruare gratiam, uel reuelare et restaurare corrumpit. Isti gemino quidem modo gloriosi efficiunt: naturali cum ceteris conditione, & uoluntaria præ ceteris cooptatione ad ordinantis & dirigentis Dei nutu. Dicitur ergo ciuitas Dei, uniuersitas creaturæ: quippe legibus administrata dispensationis ipsius. Ipse uniuersæ creaturæ speciem existentię præstat in proprio genere, in usu efficaciam, consequentiã in ordine, ut & in seipsa pulchra sit, & in uniuersitate superuacua non sit, et cum reliquis inconsequens et repugnans non sit. Siue enim res nature agat motu, siue libero arbitrii nutu, siue diuinæ instinctu gratiæ, siue singulis his rationibus, siue coniunctis res agatur: quælibet a diuina intus inuisibiliter operante efficaciam, & modum accipit & motum. Modum & quasi legem quandã ordinis, & motum actionis. Non modò enim ab eo cuiuslibet motionis natura facultas, sed cuiuslibet facultatis ministratur motio, ut simul ab ipso sit & uirtus & motus uirtutis. Motus uerò intentionis prauæ et ab ipso habet quod motus est, & ab ipso non habet quod

bet quod prauus est. Neque enim ab ipso est, quod in minus ordinatum finem dirigitur: sed ab ipso est, quod inordinatio ipsa mira prorsus ratione in ordinem redigitur. Vide uenditionem Ioseph, descensum in Aegyptum, egressum & infectionem Pharaonis, submerlionem exercitus, & ereptionem Israel, quomodo incarnationis & passionis Christi, & ereptionis nostræ seruiant mysterijs: & multis quidem in locis similia diligens reperies. Non ergo possent antiqua delicta nouis deseruire sacramentis, nisi occulta ratione diuina intus operante prouidentia. Nec enim illa antiqua casu quodam & indifferenter ita prouenerunt: quibus uia postmodum a prudenti dispensatore & obseruatore diligenti adaptaretur mysteria: magis autem illa ad horum sunt significationem (non homine illud intendente, sed Deo disponente) præparata quæ hæc illis aptata. Quid denique quod Dominus eo potissimum tempore ad passionem addictus, quod hac hora, hoc die, hoc mortis affectus generet? Quis ista aut neget mystica, aut credat fortuita? Quod die est homo conditus, eo reparatus: qua hora sententiã perulit, indulgentiam meruit, per lignum sententiã mortis inducta, per lignum uitæ restituta. Et nescio quis ista non diuinitus dispensata, sed humanitus administrata cõtendit. Habes agni Paschalis tempus, habes immaculatam hostiam, habes ereptionis Israeliticę de Aegypto horam, habes ereptionis tuæ gratiam de seculi errore, de uanitate, de natiuitate corrupta: & hoc simpliciter contigisse credis. Deo non dispensante, sed Iudæo operante, quauis non obseruante? Hæc inquit, quæ tam apte concurrunt de crucis ligno, de tempore, de hora, de die, & reliquis quæ obseruari prudenter possunt circumstantias, Iudaicę deputas demeritæ, non diuinę sapientiæ? Prorsus in tam salubri remedio et cum antiquis in unã formam concurrente sacramentis: & fortuitus casus excluditur & humanus intuitus, sed non diuinus nutus. Et in Esaie prophetia inuenies ad Ezechiam dictum: Data sunt omnia hæc in manus Chaldeorum. Vbi data esse dicit, ostendit non tantum propheticę predicta, sed etiam iudicialia quadã æquitate dictata. Ex his & huiusmodi passim per omnem scripturarum textum, cui dubium residebit, diuinam pariter uirtutem & sapientiã iustis legibus prauas rationalis creaturæ non inspirare quidem, sed dispensare uoluntates: Quod si ita est, multo minus ambigi potest motus ceterorum animantium, quæ naturali ducuntur affectu, & sensuum uel imaginationis tantum agunt iudicio, non arbitrio rationis, a diuina dispositione minime exemptos. Et ut semel concludã uniuersarum uel essentia, qua in hoc aut in hoc rerum genere sunt, uel existentia qua sunt, uel usum quo aliquid efficiunt, iustissimus, potētissimus, prudentissimus moderator æternis & immutabilib. mouet & mutat & cõtinet decretorum regulis, & cunctam creaturam nusquam exorbitante

Aregit iustitia, quasi ordinatissimã & dispositissimam ciuitatẽ. Hæccine ergo ciuitas est uniuersitas creaturæ quam sponsa circuiturã se proponit? Circuiturã sapientes huius seculi rerum naturam, & in artificio suo operantem aduerterunt sapientiã Dei: operantem dico, sed non opus de quo legitur: Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ. Cognouerunt in opere artificem, sed non glorificauerunt aut gratias egerunt. Fidelis anima omnia replicat & recentet in laudem Dei, & omnem creaturam prouocat ad glorificandũ, ut seipsam excitet in gratiam, et uniuersitatis cõtuitu diuinum stimuletur in amorem. Circuitu Salomon, & de cedro Libani disputauit usque ad hyssopum. Circuitu in ecclesiaste, & de elementorum positõ disciuit circuitu, ad humanos actus disputationem deriuauit, ut de transeunte rerum uanitate ad permanentem transfireret ueritatẽ. Circuitu Iob, imò circuitu ductus est magis a Domino per terræ fundamenta, per mensurã, per lineam et bases, & lapidem angularẽ, & astra matutina, & filiorum Dei iubilum: per maris ostia, & uulua & uestimentum, & caliginosos infantie pannos: per terminos, uertes, & ostia, per ortum diluculi, & aurora locum, & certas quasdam ceterarum rerum naturas. Omnes enim numerare longum erat, quæ omnia prudenter intuenti admirationem conditoris facerent, & pie considerati amorem. Et hæc cõmuniter omnib. proposita sunt ratione utentibus, & conditoris sui maiestatem manifestata pulchritudinis sue specie cõmendant. Sub tam pulcro tamẽ uelamine pulchriora sunt, quæ latent saluationis nostræ sacramenta, & multiplicia spiritualium dona gratiarum. Denique & Dauid in fine psalmorum, cum omnem creaturam in laudem Dei cõcitasset, Cantate, inquit, Deo canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. Verẽ nouum, cuius nescit antiquitatẽ materia, fastidium gratia: quæ semper est amore recens, usu recentior. Verẽ enim nouum, quod hominum animos ad æternam innouat beatitudinẽ. Denique legitur: Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini: noua quoque ego facio. Iurẽ noua, quæ ab antiquo currentis nature nequaquam conclusa sunt legibus. Laus eius in ecclesia sanctorum. Quodam utique excellentiã priuilegio, non tantum equitatis dispensatione, sed grauitate sanctitatis dono & munere, laus eius in ecclesia sanctorum: quoniam ita laudem eius sanctorum ostendit actus, ut illam attendat affectus. Sancti enim excellenter gratiarum dona suscipiunt, deuotionem perferunt, gratulationem persolunt. Ideo quodam laudatur priuilegio in ecclesia sanctorum, extra ecclesiam laudat ministerio insensibili & mutò rerum, uano hominum. In rebus insensatis cõditio, in hominib. non renatis aliquanta cognitio, in neutris tamẽ dilectio. Nam dilectio conditoris sui in primis nulla, in se

cundis non sancta. Laus eius in ecclesia sancto-
 rum. Sanctus enim et quæ condita sunt, ut naturaliter
 sint: & quæ dispersa sunt, ut inconvenerit &
 inordinate non sint: & quæ predestinata sunt, ut
 beatè sint, uniuersa perscrutari & aestimat quan-
 tum datur, ut per hæc auctoris iuxta vires colligat
 notionem, migret ad æmulationem, rapiat in af-
 fectionem. Hæc ergo ciuitas spiritalis est, hæc ec-
 clesia sanctorum, quam circuituram sese sponsa præ-
 sumit. Deus bone, quanta hic utilium copia spe-
 culationum: Quis enim satis existimare potest quæ
 pulchra & quæ plurima sint ubique spectacula in sa-
 cramentis, exemplis, miraculis: prima saluationis,
 secunda conuersationis, attestacionis sunt tertia.
 Quid uero cum de mysterijs, cum de moribus, ad
 remunerationes æternas temporalium meritorum
 admiratura mens assurgit: Quantum ibi profu-
 sis uotis refundit gaudij? Filij hominum, ut quid
 diligitis uana, & queritis mendacium: ut quid ani-
 mum ad aliena oblectamenta conuertitis? la-
 boriose queritis labentes delicias: Quali ad ma-
 num materiam fidei nostræ tenetis mysteria, ad
 memoriã prompta, ad meditandum profusa, ad
 subsistendum perpetua, ad sufficiens plena. Fi-
 lij, inquam, hominum, imò filij excelsi, alumni re-
 ligionis, qui regularis disciplinæ limina teritis,
 ut quid arida fauce aquas cœnulentas sititis, cœ-
 lestes fastiditis? Ut quid cogitationes admittitis
 in animum, ad quarum actiones non mittitis ma-
 num? Quod agere penitus detrectatis, ut quid
 studiosa mente retractatis? Experti frequenter es-
 tis, quod omnem hanc inanem pompam cogita-
 ta turpitudinis citius excipere solet exitus poeni-
 tudinis. Denique & pudor est, prodere: & poe-
 na reticere. Meditationis ergo mutate materiã,
 sed seruate instantiã. Quam scedum est tunc stu-
 dia uestra minui, cum mutantur in melius? Hoc autem
 dico, sicut exhibuistis animum ad cogitatus af-
 fectuosos scedæ turpitudinis, ita exhibete nunc
 ad fecundos circuitus pulchre ueritatis. Circun-
 date Sion, inquit Psalmista, & complectimini eam.
 Circundate meditando: complectimini amando.
 Complectimini eam, ut eius sit & comprehensio in-
 tegra, et collocatio intima. Plus aliquid innuere
 uidet complexus quæ circuitus. Complexus simul con-
 tinet totum, circuitus de alio in aliud facit transi-
 tum. In hoc tamen circuitus prestare uidet, quod ea
 quæ complectimur, indifferenter & inuoluntè con-
 stringimus: ubi uero circuitus est, singula seria-
 tim discutimus. Ille contentus est summa iste dis-
 currit per singula. Esuriens enim & quærens a-
 nimus, dum illum non satiant aliqua, semper rapi-
 tur ad reliqua. Et quodam uoluitur circuitus, cur-
 rentis desiderij protractus rotatu, donec replea-
 tur in bonis esuries amoris, et occupet in illo cur-
 sus sui statum in quo terminum non inuenit. Nulla
 enim quæ creata sunt, in conditionis suæ statu
 infinita sunt: & ideo mens quæ circuit, uniuersa
 pertransit, nusquam requiem capiens ubi finire re-

Psal. 47.

perit. Solus ille requies est amanti & refectio,
 qui finis est omnium, & cuius nullus est finis. Pro-
 pterea sponsa in circuitu suo cuncta pertransit,
 ut pertingat ad ipsum. Surgam, inquit, & circui-
 bo ciuitatem. Circuiibo in cunctis, eum quem di-
 ligo quærens, sed nusquam reperiens. Inuisibili-
 bilita ipsius per ea quæ facta sunt, intellecta cons-
 piciuntur: sed tamen nullius creaturæ quamli-
 bet excellentis, & ad ipsius accedentis imitatio-
 nem, plenè uel instruo indicio, uel incendior of-
 ficio. Tantum enim & pigrum et tardum & inefficax
 ad conditoris commendationem eorum quæ condita
 sunt, reddidit ministerium, quantum nocetur a ueri-
 tate distare simulacrum. Ergo circuiibo ciuitatem,
 uniuersa pertingens, uniuersa pertransiens: per-
 tingens qua ex parte ipsius imaginem differenter
 præferunt: pertransiens ubi citra perfectum substi-
 stunt. Circuiibo ciuitatem, ubique capiens refrige-
 rium, & fastidium patiens. Quoniam enim modo
 non me refrigerat, quod amoris mei pignus ali-
 quod portat, præfert indicium, indicit memoriã,
 notitiam inducit: Sed iterum quoniam pacto non
 tolero tardum, dum quadam me recogito præ-
 ludi imagine, & umbra detineri, nudam & sim-
 plicem non tenere ueritatem? Circuiibo ciuitatem,
 quoniam in toto eius tam pulcro ambitu ubique
 refoueor, sed nusquam reficior. Nec me fatigabit
 iste circuitus, donec pateat plenior aditus, ut in-
 trem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissi-
 mis eius. Habebit ibi circuitus terminum cum re-
 pleti fuerimus in bonis domus tuæ, Domine,
 cum intellexero in nouissimis eius illum qui pri-
 mus est et nouissimus, initium & finis. O qualis
 ibi circuitus erit pergere ab ipso in ipsum, ire &
 redire: desiderio ire, delectatione redire, dum sem-
 per eius quod experientia desiderat, præsentia
 faciat, ut mens possidentis & contuentis, & illi
 sit per appetentiã intenta, & illo sit sufficienter
 contenta. sic enim pennata illa & oculata anima-
 lia in medio & in circuitu sedis Dei leguntur. In
 medio, quia uoti sui perduntur ad intima. In cir-
 cuitu, quia rediit uero semper uoto ferunt in eadem
 ipsa. In medio, quia eorum iam completum est
 uotum. In circuitu, quia non sufficiunt compre-
 hendere totum. In medio sunt admissa per gra-
 tiam, & in circuitu sunt exclusa per differentem
 naturam. In medio sunt, quia unita per contem-
 plationem: & in circuitu, quia disiuncta per com-
 parationem. Quæ est enim sedes ista, nisi ea de
 qua loquitur Apostolus: Lux inaccessibilis, quam
 inhabitat Deus? Denique quantumlibet oculata
 sint beata illa animalia: & illuminat illa, ut quan-
 tum possunt capiant: & excedit, ne ad totum suf-
 ficiant. O quam ampla ibi speculatoria, quam lata pla-
 tea in illa luminis infinitate patent. quam coarctati
 & cœniti & protensi in illa simplicitate, charita-
 te, æternitate uici? Via illa uia pulchra, & se-
 mita pacifica. Non est in illis uel errare uel la-
 borare semitis. Undique occurrit ibi sponsus, &
 lato

Cant. 1.

Rom. 1.

Tim. 4.

lato (ut sic dicam) uultu se offert & influit cordi
 dilectæ, ut de cætero non indigeat queri Iesus
 Christus, qui uiuit & regnat in secula seculo-
 rum, Amen.

Sermo V.

Longum hesternus sermo in exequendo
 sponsa circuitu traxit limitem. Gratia tibi
 Domine Iesu Christe, quæ fecisti tam dulcia fauci-
 bus meis eloquia tua, super meliori meo. Ideo
 uix ab ore quæ semel gustata sunt discedunt, ut
 alia succedant, cum mora ruminantur: & si de-
 glutita fuerint, suauitatem quodam ructu denuo redunt
 ad ruminandum. Poterant hæc omnia breuiter
 & cursim dici, sed materię quæ tractatur gratia,
 comedentis blandit palato, & quandam sui appete-
 rentiam facit non facile cedens, cum semel addu-
 cta fuerit in discussionem. nam & quem manden-
 dum infantulo nutrix cominuit panem, iam sa-
 tis studioso dente subactum aliquotiens eum in
 ore detinet, gustus ille cœna sapore. Et nos cantici
 huius solidos alij, si qui forte indigent, cominu-
 entes cibos, gustata suauitatis iacturam facere
 nequimus: sed ita alieno inferuimus usui, ut &
 nostro satisfaciamus in parte desiderio. Denique
 cum terminatum reor sermonem, & cœpetenti sine
 conclusum, impatienti exhalatione epulæ uer-
 bi redeunt ad labia: & dum abundantię suauita-
 tis eructatur memoria, ad discussionem reuocatur
 materia. Quid enim? Cur non ficus frequenter
 concutit, cuius fructus plenè nunquam excutitur?
 Quid mirum, si cœuellit sapius quæ propria ex-
 poliatione fecundior effecta, cum uellitatis ui-
 detur certare manu, & decerpentis audiat ur-
 bertate cœuincere? Non talis illa cui maledixit
 Dominus Iesus, nihil in ea fructus inueniens,
 pro sterilitate, ariditate æterna condemnans il-
 lam. Vide quomodo aridas fecit fides Christi Iu-
 deorum traditiones & dogmata philosophorum.
 Quomodo arefecit flumina Aegypti, non est in
 eorum doctrinis & interpretationibus, fructum
 inuenire, de quo legitur in Psalmo: Terra nos-
 tra dabit fructum suum. Non potest in eorum ui-
 cis & plateis Christus inueniri. Iam o Iudæi emi-
 grauit a uiculis uestris. Iam dimisit domum suam:
 dereliquit hæreditatem suam. Denique facti estis
 quasi tuguriū in cucumerario, quasi ciuitas quæ
 uastatur. Sed & de plateis nihilominus legitur,
 quia corrui in platea ueritas. Siquidem de gen-
 tium philosophis dictum est, quæ ueritate Dei de-
 tinerunt in mendacio. An non tibi uideat con-
 grue accipi in uicis Israel secundum carnem, quo-
 niam de uno erant semine Abraham, & in unum
 cœpacti & coarctati ritum, una lege constructi?
 Sapientes autem gentium iure adumbrantur in pla-
 teis: quoniam effrenata libertate & licentia, ex-
 tra ueritatis euagati sunt tramitem, de maiestate
 diuina sentientes & afferentes non minus abso-
 pertate intelligentię circa diuine singularitatem

Psal. 64.

Hier. 12.

Ibid. 59.

cōstricti substantiæ, usque ad filij & spiritus sancti
 personas non potuerunt fidei incrementa dila-
 tare. Gentium philosophi per planum diffusi, et
 nullo diuina eruditionis obice tardati, deorum
 induxerunt numerositatem in naturis, infinitatem
 in personis, sentientes inter se singuli uaria, uni-
 uersi uana. Sed quæ iam anima in istis uel uicis
 uel plateis inquirat sponsum? Concubina est, si
 qua est, aut adultera: quarum altera contuber-
 nium cum sponso non habet perpetuum, altera
 malè fidum. Quid enim ibi querat, ubi casta non
 occurrit sapientia, sed peregrina & meretricia?
 Talis tibi depingitur in Proverbij, occurrens
 uerborum iuueni ubi transit in platea prope angu-
 lum, ad uesperascente die in noctis tenebris &
 caligine, mulier ornata meretricio, preparata
 ad capiendas animas, garrula & uaga, nunc for-
 ris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidias.
 Suspecta est mihi talis platea, in qua mulier tam
 uaria & uersipellis, blanditiarum suarum insi-
 dias uerborum machinatur iuueni. Nescio enim
 quid obscurum & distortum & fuscum mihi
 significat nox & angulus & ornatus meretricio-
 sus. Suspecta est mihi omnis doctrina, & certe
 despecta, quæ nullam inducit de Christo mentio-
 nem: quæ eius me nec sacramentis renouat, nec
 præceptis informat, nec promissis inflammat.
 Nam Iudæi quidem habent in pagina illum,
 sed interpretatione non habent. Adhuc enim
 uelamen est magis in eorum mente quam lege.
 Nec enim auferri potest, nisi cum conuersi fue-
 rint ad Dominum. Suspecta est mihi tam in
 diuinis sensibus quam in humanis uicibus unius
 licentia, alterius restrictio, obstinatio uirius-
 que. Vnius in diuina natura numerositatis, al-
 terius singularitas, utriusque cæcitas. Ideo spon-
 sa non dederim in istis uicibus & plateis quæ-
 re dilectum. Alios illi assignemus uicos, alias
 plateas, quam sibi Christus desponsauit in fide
 & ueritate. Et quidem gemina quædam est con-
 uersatio fidelium. Alij latam sectantur uiam. Alij
 arctissimè se tradunt disciplinæ. Nam et si scri-
 bitur, Arcta uia quæ ducit ad uitam: est tamen
 quæpiam in hoc genere distinctio, & arctioris
 respectu alia reputatur latior. An non tibi uideat
 tur latitudo mandati, ubi nemo compellitur ad
 perfectionem, sed infirmè non modo ualeat uicini,
 sed etiam uoluntati inferioris gradus permittit
 licentia: Gratias tibi Domine Iesu Christe, quod
 nobis salutis occasiones paras, & ita uegetis &
 alacribus proponis consilium, ut etiam agrotis
 disponas remedium, & pigris dispenses ascen-
 sum. Non modo uicos distinctè uiuentium habet
 ciuitas tua sancta Hierusalem, sed etiam plateas
 humiliora & planiora diligentium. Sic in omni
 professione & ordine quæ sponsa est, eius quem
 castè diligit, uestigia querit, quatenus habeat un-
 decunq; operationis exemplum, & amoris in-
 cendium. Non dedignatur ab his etiam qui fo-
 ris sunt,

Proverb. 7.

EEc 3 ris sunt,

ris sunt, qui nulla arctioris disciplina regula cōstringuntur, mutuari uirtutis in ligna, reputans feruentiorem ibi frequenter affectum, ubi inferior fuerit ordinis gradus. Quid dicemus de his qui nusquam salutis occasiones quaerunt, ubique cautes remissionē in plateis, et in uicis in dilectionem? Denique tales multi sunt qui omnes perscrutant professiones & ordines, sed in eis nulla inueniunt quae illos trahant, sed cuncta quibus ipsi detrahant, calumniantes quod distractio in alijs sit nimia, in alijs nulla. Istorum dicere est, & quidem quod miserere tam uere, Non inueni illum. Præterea certe sensus, ut dicas, Ecce Christus hic, imò ecce illic. Pessimus uero si dicas, Nec hic, nec illic. Vtrobique quaerit sponsa, & hic & illic, Quæram per uicos & plateas quem diligit anima mea. Per uicos distractionem accipe, per plateas dispensationem. Neutram in ministris ecclesiae sinistru interpretaris. Vtramque ecclesia recipit: in utroque sponsa quaerit Christum. Noli in altero tantum: in utroque Christum quare. Vicis plateas in teipso coniunge. Quæris quomodo? Si te coarctat afflictio, ut uoluntarie suscepta, aut uolenter impacta: intus in corde gaudium dilatare spirituali, et iam uicis plateas copulasti. Nonne tibi uidetur utrumque tenere, qui in tribulatione dilatatum sibi letatur? Apostolus in arcto tribulationis quandam latitudinē optabat illis quibus ait: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Denique ad spem latitudo refertur: Habentes, inquit, tantas promissiones charissimæ, dilatamini & uos. Angusta est nobis in presenti res, spes uero lata. Arcta possessio, expectatio quidem profusior. Ergo ad latitudinem spei plateas istas refert. Spe gaudentes Apostolus dicit. Propheta uero: Adhuc replebuntur plateae tuæ choris ludentium. Vides quomodo sibi de spe & plateis sentiunt consona Apostolus & Propheta? Vterque enim gaudium assignat. Simul etiam hoc aduertendum iuxta aliam distinctionem, quod etiam in uicis mansio est ad domesticas utilitates. In plateis feruor quædam ad iucunditatem. in plateis enim chorus est & conuentus ludentium. Ergo uacationis & lætitiæ usus in plateis est. Bonæ quidem plateæ, in quibus alacri satis agilitate in leues contemplationis saltus animus se spiritualis exagitat. In plateis ergo quaerit sponsa quem diligit, dum domesticis euoluta curis, dum extra corporis effecta mansionem, & domum terrestrem quantum datur deferens, quod libere, tam lætè contemplari studet. In uicis est mansio diuturnior. In plateis quidem breuis, sed dulcior. In uicis uirtutum usus est & exercitium, quæ necessaria nobis sunt, dum in corporis huius habitaculo moramur. In plateis uero feruor quædam felicitatis futuræ præiudicia. Et uide nunc uerborum seriem. Primum ponit uicos, consequenter plateas. Habes & in psalmo simile: Quam dilecta tabernacula tua. Do-

Rom. 12.

Zach. 8.

Psal. 83.

mine uirtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Miraris ponere sedulitatem ordinem sequere, noli te prudentiorē uel promptiorem sponsa presumere. Primum exerce te in opere uirtutali, ut deinceps ad ueritatis speculationem conscendas. Quid illac ingressum paras. quæ exitus est? Cum sponsa per uicos ad plateas ueni, & cum Psalmista post tabernacula uirtutum ad ampla ueritatis atria: alioquin ordinem si cōuertis, peruertis. Quanto magis coangustati sunt uicis, tãto uberiora et liberiora sunt intus atria mentis. Quid oia dico? Deuotionē dicerem iulius. Arcta exterius disciplina animam interius dilatata. Siue libertatē, siue letitiam in plateis intelligas, ubi ampliores quod in hoc ordine nostro plateas reperies? Sed nec facile dixeris, ubi sunt arctiores uicis, ubi maior libertas, & ad usum & ad exercitium uirtutis, quod in hoc ordine et cōuentu sancto. Et ideo maior ad bonum libertas, eo quod sit minor licentia in malum. Quo maior distractio, eo maior directio. Arctiores uicis, ampliores plateas efficiunt. Quid ergo est per uicos & plateas Iesum quaerere, nisi hoc modo & restringere & extendere ad capiendā de ipsius illustratione letitiam. Vis ut utraq; intus in mente assignem, plateas & uicos? Nonne tibi uidetur in uico quodā & uelut in arcto positus is cuius uexas patientia, castitas arces, coangustat charitatem? Qui in nullo uirtutis studio libere & sine labore uersat, sine labore & anxio conatu animi, num tibi quasi in uicis locatus uidetur? Et quæuis non sine labore, non sine conatu quaerit: tamē etiam qui tales sunt, quietē in illo quem diligit anima sua, quasi per uicos quaerunt. De quibus Propheta: Domine in angustia quaesierunt te, & in semita iudiciorum tuorum Domine sustinuumus te. Rudibus & nouitijs istud sapius euenit, qui solent uel uarijs tentamentis, uel quodam tedio laborare, quando eos aut carnis desideria coarctant, aut uirtutum non exhilarat oblectatio. Et beatus qui non est scandalizatus in istis, qui non offenditur, qui non perdit Iesum, sed magis quaerit per uicos tales qui in angustia quaerunt. Non sic de quibusdam dicitur: In angustia quaesierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis: imò & exercitia uirtutis, & doctrinā patris intelligit in angustijs illis, & protendit à sine usque ad finem fortiter, donec de uicis ad plateas euadat: & qui perfectiores sunt, & plateis assueti, aliquoties ad angustias uicorum subito sinunt relabi. Et quis perfectior illa quæ sponsa dicit: Ecce & ipsa per uicos & arctos quosdā meatus quaerit dilectum. Non est ociosa difficultas ista quaerendi, per hanc enim & exerceat eius humilitas, & desiderium excitatur. Quotiens in inextricabilibus me sensu quasi uicis errantem, & angustijs animi conclusum, cum subito uicinas in plateas euasi, & eduxit me in latitudinem bonus Dominus, in uicis expirauit ferre, sed in plateis respirauit statim. Latitudo

Esa. 26.

ibidem.

Thren. 4.

Eccles. 24.

titudo quædam & libertas in occupatæ & expedite mentis in plateis tibi cōmendatur. Sed considera ne libertatem istam des in occasione carnis, ne coacerues lutum in platea tua, lutum illicitæ cogitationis. Alioquin sicut lutum platearum delebit te Dominus. Lubricauerunt, ait Propheta, in plateis uestigia nostra. Iutosas uolens intelligi eas, in quibus sit lubricus incessus. Non luto, sed auro sternantur plateae tuæ. Non ibi sit lutum, nec tamē siccitas & ariditas quædā sit ibi, sed fluat flumina ibi aqua uiuæ, spiritualis quædam fluente meditationis. In plateis aquas istas diuide in latitudine liberæ mentis. Sapientia, quasi platanus, inquit, exaltata sum iuxta aquas in plateis. Non in plateis solū, nec solum iuxta aquas, sed iuxta aquas et in plateis exaltata sum inquit. Vt lata prodeat gemina sapientia, quantum putas cooperatur & ocium liberum, & irrigatio crebra sanctæ meditationis: lute quasi platanus exaltatur, quæ sic plantatur. O beatas uere plateas, in quibus sapientia sic crescit, sic exaltat & supereminet perspicua se ostendens, & non indigens quaerit. Et uide quomodo seculari prudentia aliqui totam sui cordis latitudinē exponant, quantum distendant animū & dilatent in plateam, ut plantent ibi plantationē infidelem, hoc est germen alienū, quomodo & continuas exercitijs & meditatione frequenti & doctrina illam irrigent. Ideo cernas in illis lætam & uberrimam & exaltatā seculi sapientiam, & fructificationem huius mundi sensum, sapientiam uero quæ ex Deo est humilem & obscurā, & inueniri non posse penes illos. Exi in plateas & uicos ciuitatis, oia discute, scrutare negocia eorum qui iudicij uacant, qui tenent cathedra, qui sedent in tribunalibus: contēplare quid agant in publico, quid in cubiculo. Nūquid apud illos pura & uera & celestis eminet sapientia? Nūquid expressa est in moribus, quæ in sermone uersatur? Nūquid in prospectu inuenies illam? Nunquid exaltatam in monte cedrum in Libano, & sicut cypressum in monte Sion? Nam in his montibus exaltatam se gloriatur. Nomina ista mysteriū continent, nec ociosus est etiam ordo uerborum. Præcedit Libanus in laude sapientia, Sion subnequit: post cordis mundi candorē ad cōtemplandā ueritatis fulgorē ascendis. Mūditia meretur notitiam, non hanc literatoriam tantū, sed quandam dulcem & intamam, & ipsius animæ medullis infusam. Denique puritas ueritatis socia est, & comes est, & præuia est. Idcirco montes istos Libanum & Sion in laude sua sapientia copulat. Montes istos apud quos illorum assignare poteris qui litibus aut exercitijs aut dirimēdis uacant? Non potest apud illos inueniri sapientia, in quibus non inuenitur locus sapientia. Amat Libanum, amat Sion, amat plateas libertate gaudet, et sublimitate. Quanta perueritas, si sapientia quæ libitibus uacat, quæ lucra seclatur, supereminet, &

diuina later? Supereminet litigiosa, & ea quæ pudica est, quæ pacifica, quæ bonis cōsentiens, contēpta delitescit uelut in obscuro. Illa excolit, ista negligit, ac si sterilis & parū lucrosa. Neglecta plantatio in altū non crescit. Rarō in plateis quasi platanum exaltatū inuenies. Non est obuia, non est frequens. ideo dicit: Quæsiui & non inueni illū. Vbi quaeritur, ubique uertit in quaestione, ubique uenerabile est nomē Iesu. Et utinā quod uox sonat, uita depromat: exprimat imitatio, emineat & eluceat in moribus. Qui penes te sapientiam quaerit, assidentē inueniat illam in ipsis foribus tuis, in ipsis sensibus, in modestia & cōpositione hominis exterioris. Nam quasi fores sunt per quas interioris prodeit habitatoris indiciā. A fructibus cognoscitur, si apud te Iesus morat. Accedit ad te ipsa, folia uertit ficulne tue, quaerit in te fructū, quaerit dilectū. Hic est enim fructus dulcis gutturi eius. Felix es cū hoc abudaueris fructu, cū Domini tui ipsam isto fatiaueris cibo. Esca eius, esca electa. Delicia eius sunt tecū esse dilectū suum. Non inuidet, non zelatur. Dilectū suum omnium uult esse dilectum. Ideo apud omnes quaerit, ut illum apud omnes aut inueniat, aut inuitet. Quaerit enim apud illos Iesum, quorum quaerit profectū in ipso. Quaerit per uicos & plateas, sed non in omnibus inuenire potest. Quæsiui, inquit, & non inueni illum. Paulus omnium sitiebat salutem, in uisceribus omnium Christū inuenire cupiebat, omnes cupiens in uisceribus Christi. Sedenim audi quid dicit, quomodo quosdā deplorat: Neminē, inquit, unanīmē habeo. Omnes quæ sua sunt quaerunt, non quæ Iesu Christi. Putas quod apud eos inueniri Christus queat, qui ipsum ut inueniāt, non quaerit? Et multos quidē sic quaerētes reperies aliud præter ipsum, sed tamē per ipsum. Tractatur in cōsilijs, disceptatur in iudicij, in scholis disputat, cantatur in ecclesijs. Religiosa sunt hæc negocia, sed uade ad exitus aquarū. & pensa quis generalior istorū finis est operū. Vide si non per hæc omnia quædā exercentur mercimonia de Christo. Quæstiuosa res nomen est Christi. Nil pensius, nil optatius. Foelix tamen qui nominis huius uirtutē sectat. Apud illos tractetur, disceptetur, disputet super hoc nomine. Nobis satis est, si nostris in claustris saltem adhaeremus: nusquam cōmoditas maior: ideoque maior cōfusio nusquam, si penes nos non inuenitur Christus. Non inuenitur forma iustitiæ, si priorū operum non est intentio pura. Nam ipsa letitia est mentis quædā diuina alacritas. quæ de ipsius præsentia concipi solet, & quod uere possumus præsentiam ipsius interpretari. Hęc, in quæ celestis et excelsus affectio, non est res facilis & passim obuia. Hanc præcipue sponsa ut puto designat, dicens: Quæsiui & non inueni illum quem diligit anima mea. Christum Iesum, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Phil. 2.

Sermo VI.

Sponsa moram in quærēdo patitur, & quamdam illi difficultatis umbrā spōsus obtendit, copiam sui non statim indulgēs. Illa tamē calente studio sedulitatē continuat, querelā ingeminat, Non inueni illū, Fratres, si sedulitas submouet, desideria quando admittetur? Si non inuenit amor, quādo inueniet tepor, quādo raritas orandi, quando remissio: Quid ergo nūc cōtra raritatem orandi, & remissionē inter uos disputo? Nō est opus medelā adhibere morbo quo nō laboratis. Peregrina sunt a uobis hęc uitia. Quis enim uestrūm, qui nō sit & frequens & feruens in oratiōe? Et si torpor abest, uidete ne uos dilationis tædia defatigēt, & infringāt desideria uestra. Vtrobique reatus est, si sit anima uestra, uel in postulatione remissa, uel in expectatione deficiens. Sponsæ desideria audis dilata: & tu ad primū orationis tuæ pulsū inspirationis diuinæ delicias tibi non affluere querulus caufaris? Nunc cœpisti, & tam citō a directione tua tuus infringit spiritus? Quid si tibi illud de euāgelio impropere: Sic nō potuisti una hora uigilare mecum? Vigilare ergo & orate, quia nescitis qua hora dilectus uester adueniat. Pertinax oratio pertingit ad finē. Et si tibi in inuitijs sicca & uelut saxea uideat, oleū tamē gratiarū elicies de hoc saxo durissimo: tantū si perseueres, si te longior mora non dissoluat, si non dilatione tua uo ta lentescant. Molestia planē amanti dilatio, sed solēt protracta desideria amplius crescere. Quid uobis nota ingero? Vexatio crebra ipsa uobis huius rei dabit intellectū, imō iā dedit, idē frequēter. Crebro uos exercitatos inueni in huiusmodi studijs. Non possum gloriari hos me genuisse affectus in uobis: gaudeo tamē inuenisse uos in istis. Et si non hęc in uobis studia formauit, utinā in illis fouere uos possim. Et ipse custos sum: ideo illam mihi spōsā uocem sepe replicatis: Num quem diligit anima mea uidistis? O beata anima, quā tam sancta desideria exercēt. Desideria dilectæ, dilectæ quæ nescit nisi de Christo rogare, quæ talē inuenta eripit in uocem, Num quē diligit anima mea uidistis? Denique spōsa est, quæ talibus inuenitur occupata scrutinijs. Inueniunt me (inquit) custodes ciuitatis. Qui ficti & fallaces sunt, nihil tam resurgunt, quā ab his inueniri custodibus: & si deprehenduntur, non facile conuincuntur, Cain factus est uagus & profugus super terrā, inueniri formidans. Omnis (inquit) qui inuenit me, occidet me. Non uult peccatū occidi: non uult pati salutarem in confessione uerecūdiam, medicinalem castigationem magistrī. Nō uult inueniri, quia non uult mori. Nam ubi non ueretur interfici, sed magis se foueri confidit, impudēt se iactat indisciplinatus affectus. Sed sponsa ultro se offert, læta sponsi occurrit sodalibus. Quidni læta? Non inuenitur quasi fugiens ul-

A torem, sed quærens amatorem. Inueniunt me custodes: non sunt inuenti, sed inueniunt. Diligentia ipsorum in hoc commēdatur. Pigri custodes & malē fideles nullam in hoc adhibent diligentiam: non eunt, non quærunt si quem inueniant cauteriatā habentem cōscientiā, signo amoris casti & studio quærēdi prodentem dilectionis incendium. Non cōueniunt subditos, & forē molestum ducunt si compellantur ab ipsis. Non nisi interrogati proferunt uerbum solatiū quidam, nec tunc quidē. Læta quod habet in pagina tantū proponit, nil superadiciens uel indultitæ uel diligentia. Alia est planē custodis ratio: prauēnire debet, non tantum exponere: excitare magis quā expectare quæsituros: quasi de specula super filios prospicere, qui sit intelligens & requirens Deū, Custos tuus sum, da mihi Domine lingā eruditam ut sciam eum qui la pfus est sustentare uerbo, & ad uerbū dirigere. Et quid aliud optat spōsa, cū dicit: Num quem diligit anima mea uidistis? Vides illam non tam fatigatā quā excitatam studijs spiritualibus. Intellexit pertinaciā eius in quærēdo dilectum, uide nunc humilem prudentiam. Nescit custodes contemnere. Nec enim tutum arbitratu incon sultos præterire, quos scit Domini & conscios secreti, et nūcios mādati. Num quem diligit anima mea uidistis? Quid tamen sibi uult hęc interrogatio sub ambiguo posita? An in hoc admonere te uoluit, ut nō credas omni spiritui, sed probes si ex Deo sit spiritus? Denique nō omnium est certum sponsi præstare indicium, qui custodis officium uel susceperunt uel arripuerunt. Multi enim sunt, quorum est oculus in uniuersa terra, & iuxta alterius loci prouerbiū, in finibus terrę. Non est lumen eorum cum ipsis, nec possunt illud ultra terrę porrige limite, leuare ad cœlum. Satis quidem fideles sunt & seduli, sed huc usque, ut terrena coaceruent, & terrena seruent. Oculi, inquit, eorum, in uniuersa terra. Inexplebilis auiditas in uniuersa terra se extēdit propterea terrenis incaffata mens curis, & illius mensē seruens qui perit cibi, cœlestis epulę nescit dispensare uiancū, & de supernis theorijs aliquid serenum temperare subiectis. Nam & si forte qui tales sunt, de spiritualibus rogentur secretis, planā fidei & morū respondent sufficere uiam. In hoc sterilitatē solantes suam, uel ex tempore proprio auiditatem alienā metientes. Languidus enim & remissus amor, culpabili quadam patientia non tam optat quā expectat futura bona. Qui uerō feruentior est, ardenti fertur desiderio, repositam plenitudinē furtim & ex parte deflorare tentans. Quia tales plurimos nouit sponsa custodes, quodam sub ambiguo interrogationē librat: Num quem diligit anima mea uidistis? Sit prudens, sit fidelis, sit custos sedulus, & disciplinæ diligentia hostium coerceat irruptionem ab ouili. Non tamen statim sciet amato-

A matoria canere, & spōsi internūcius eius monstrare præsentia, & in recessus secretos raptim admittit stillare de intima aliquid dulcedine. Valde enim est imparis gratia, furtiua & fucata adulteri deprehendere lenocinia, & legitimos sponsi aduentus cōciliare. Malorū quia frequēs est experientia, facilis est notitia. Spiritualium uerō sensuū quia rarus usus est, & exile iudicium, tenuis satis est indicium de ipsis, nec possunt spiritualia nisi a spiritualibus diiudicari. Et ideo non possunt nisi a spiritualibus demonstrari, quales sunt de quibus legitur: Quam pulchri sunt per montes pedes annunciantium pacem, annunciantium bona. Num quem diligit anima mea uidistis? Non est una nec simplex nec uniformis uisio spōsi. Exultauit Abraham ut uideret diē eius: uidit, & gauisus est. Vidit Iacob Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima eius. Vidit Moyses, sed posteriora uidit. Vidit Esaias Dominum sedentem super solium excelsum. Vidit Ezechiel. Vidit Daniël in hominis similitudine cum nondū hominem suscepisset. Sed omnis ante incarnationē huiusmodi uisio in corporali mōstrata est specie, nō in corporis humani ueritate. Viderit apostoli in ipsa carnis ueritate, & palpauerunt & attrectauerunt. Vtrique tamen intus fide Deum uiderunt. Dicitum est Philippo: Qui uidet me, uidet & patrem meum. Quæ uisio, quia referatur ad fidem, quod adiunctum est, declarat: Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera credite. Quæ enim cōsequētia ut ad probandum quod patre uiderit, inducat quia se uiderit, nisi quod in utroque eam uoluit uisionē intelligi, quæ per fidē fit: Propterea & de credulitate consequenter adiūgit: Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Si enim habitat Christus per fidē in cordibus nostris, & si ipsa corda nostra mūdant per fidem, cur non & in cordibus nostris uideat per fidem? Superiorū uerō uisionum, quarū altera facta est in imagine, altera in carne: utraq; plena est uel iucunditatis uel utilitatis: sed cū tercia, quæ est per fidē, seruat integritas. Nam ut de uerbi apparitione, quæ in carne erat, loquar, præter uitæ uerba, quæ de ore eius procedebāt, quantum putas uirtutis inigne in ipso exteriori renitebat habitus: quæ manifesta eius, quæ intus erat, dabant indicia oculis, uox, uultus: Denique gestus omnis quomodo diuinam spirabat gratiam: lucunda planē uisio illa, sed Deum in homine credenti. Et quidem illa quæ prophetis & patribus ante Christi incarnationē facta est, diuinum quiddam spirabat in apparēte imagine, quantum mea se habet fides, inestimabilem delectationem & menti & sensui infundebat certentis, nec nisi quorum mundus erat animus, apparebat obrutibus. Nam & post resurrectionem in ipsa carnis suæ ueritate non nisi testibus

A præordinatis a Deo apparuisse legitur. Felices illi custodes, si quibus tamen apparet frequēter & familiaris talis uisio, præsertim illa quæ est in carnis iam glorificatę aspectu, qualem eum Petrus & Ioannes uiderunt in monte transfiguratum: sed tamē illa prior non uera, & ista non plena. Nam illa Moyses delectabiliter detētus, non tamen contentus: ostende mihi (inquit) te. De altera uerō ipse Dominus: Expedit uobis ut ego uadam, alioquin paracletus nō ueniet. Bona ergo uisio, quā paracletus adueniens inducit: spiritualis est, quia facta intus per spiritū. Denique & spiritus ante faciem nostrā Christus Dominus. Uisio hęc uel in reuelata spiritualiter ueritate per intelligentiā, uel in sua uita infusa per gratiā. Nam & hoc ipsum experiri uidere est. Gustate (inquit) & uidete quoniam suauis est Dominus. Suauissima certē hęc uisio, & quauis futurū iuxta modū nondum plena: uicina tamē, uicina qualitate, nō æqualitate. Uisio hęc humano non est supposita ingenio, uel proposita studio, & si aliquādo desiderio gratis indulta. Denique nō est talis quæ intelligentiæ concepta uiribus, cōtinuo tenore moram in animi memoria protelare queat. Subitanea est & sui iuris hęc uisio, in spiritu uehementi uadēs & ueniens. Subitanea est & momentanea, repētē ueniens, & repētē uadēs: & si momentanea est, manent tamē reliquæ cogitationis, tam succensæ, tam serenæ, & diem festū agunt in animo recordantis. Manet quidē memoria degustatę & deglutitę uisionis: cuius suauitatē qui gustare possunt, eruclare norunt, & hora hac maxime. Eructat enim bonū uerbū cor recenti adhuc incallescens gratia, & feruida meditatio similes effundit sermones. Multū enim intimæ dulcedinis sapit in uerbis, & gratissimū sunt sermones, qui de gratiarū ubertate prorūpunt. Si custos es, scito quoniā talia te oportet præparare in occursum sponsæ. Ut quid occurris, si nihil dulce, nihil nouum nunciaturus uenis? Si noua non potes, uetera profer. Ingere nota, si noua nō habes. Non tamē ingeritur quod exigitur. Nō quærre qualem uideris, sed si uideris. Sufficit nūciare qualem ipsa nouit. Augmentum tamen afferit gratiarum, si noua annūcias. Denique quod non est uel ignotū uel insolitum meditationi, sponsę noua quadā gratia dulcescere solet. Nō fastidit auditus, quando feruet auiditas: tantum de sponso disputa, & noua protulisti in auribus sponsæ. Non suppetit tibi de illo excellenti et excedenti uisionis modo semper respōdere. Sublimis illa & subtilis est, & subitō præoccupare solet animum, quem mundū & exoccupatū inuenit. Subitō præoccupat, sed non occupat diu. Subtilia ista non adsunt ad uotū, dulcia deducit in mediū. Simplicis fidei capitula singula quodam dulci disputationis temperamento suauissimos gignunt in audiente mentis affectus & excessus. Delicata

Delicata est sponsa, dulcia uult magis quam fortia, nisi quod omnia potest in eo qui eam confortat sponsus. Narrent alij fabulationes, controuersias meditentur. Os tuum meditetur sapientiam, & lingua loquatur delicias, qui sponsa loqueris. Nam & illa tales uult qui de dilecto narrent & nuncient.

Mal. 2. Labia sacerdotum custodire debent scientiam, ideo legem requirit ex ore eorum, legem uidentis & inueniendi dilectum. Num quem diligit anima mea uidistis? De uisione illorum se uisuram presumit, ideo diligenter inuestigat custodum uisionem, eorum sperans alloquio uel in secretiora deduci, uel dulcioribus affici. Id est enim uidere quem diligit, Dei sapientiam & uirtutem propenso affectu & pura concipere mente. Bene illi conspici, qui hoc utroque concipit modo, pure cernens, & pie sentiens. Dulce puto susurrum, quod inter sponsam custodesque uertit, & grata collatio, si tamen collatio. Nulla enim illorum hic responsio memoratur. Secreta ualde est, si qua est, quam alto tegendam putat silentio. Secretum suum sibi. Secretum suum sibi. Nec audemus hic aliquid inde conijcere quod sponsa curauit reticere. Cum eorum silentio claudamus nunc sermonem, prorgantes in crastinum sponsa transit, quo se uigiles paululum pertransire dicit, & inuenisse quem diligit anima sua.

Esai. 24. **Sermo VIII.**

Improbi exactores estis, & nimis instanter repetitis debitorem uestrum: dignum tamen uenia est, dummodo iusta postuletis. Sed uos exigitis ut soluam ad quod non me obligauit. Tractaturus eram de transitu sponsae. Ad hoc enim & ordinis & sponsonis nostrae ratione teneor: et uos adhuc mihi ingeritis illud cum sponsa: Num quem diligit anima mea uidistis? Sed illa modestius in interrogationem temperat ambigenti similis, quaerens magis quam uergens. Nouit enim nec omnibus, nec omni tempore de hac uisione adesse sermonem. Ex quo enim abscondit uultum suum, quis est qui contempletur eum. Vos autem urgetis me ut legem uobis ponam contemplandi dilectum, & disciplinam inuentionis huius & uisionis tradam. Quid ergo? Vultis ut muneris diuini largitatem concludam sub regula? Visio haec non est industria, sed gratiae reuelationis est, non inuestigationis. Si quid tamen ad haec potest industria cooperari, illud primum obseruate quod scribit: Lauamini, mundi estote. Secundo, ut scribatur sapientiam tempore oculi. Qui enim minorum actum, recipiet eam. Tertio, ut uiolenti sitis, & gaudium regni, quod uobis diutius surripitur, praeripiatis: id est, ut habeatis cor purgatum, paratum, improbum. In primo efficietis dignus, in secundo deuotus, in tertio uehementis: hoc est idoneus, obuius, uergens. Idoneus gratiam percipiendam, obuius ueniendi, uergens morantem. In primo praepararis, in secundo alsimilari sponsae expectanti dilectum quando reuertatur a nuptijs. In tertio properas, & sponsa non

expectat sed properat, et ipsos praerit custodes. Dixissem melius, si dixissem, pertransit. Quod enim praerimus, non respicimus, non attingimus, sed contemnimus. Quod uero pertransimus, intelligimus illud discutere & quasi disquirere & penetrare: nec inutilis haec pertransitio. Paululum enim cum pertransisset, inuenit dilectum. Videtis fratres, quid proficiat consultatio custodum? De uotam, sed uagam animam ad inuentionem dilecti perducit. Vtilis quidem consultatio: & frequenter quod non confert eorum qui consuluntur eruditio, consulenti meretur humilitas. Bonum est ut sis ad quaerendum sedulus, non tamen alsiduos. Nam & sponsa non tam ex studio, quam occasione custodes interrogat, & id in transitu. Trahebat enim illa ulterius amor dilecti, nec uacuum esse sinebat ex ocio conferre cum illis. Currebat in cordis siti, hausto forsitan de sponsi uicinia spiritali, & ideo minus intendebat in his qui benedicebant ore, tendens ad illum qui benedictus in spiritu, qui est super omnia benedictus in secula Deus. Aduertite istud uos qui in transitu oratis, & cum mora legitis: qui ad legendum feruetis, in orando tepetis: debet lectio orationi feruire, praeparare affectum, non horas praeripere, nec succidere moras. Cum legis, erudiris de Christo: orans uero, familiare cum ipso feris colloquium. Et quanto suauioris est gratiae cum illo, quam de illo loqui? Si quaedam spiritualium detrimenta sustinet uisitacionum propter orandi raritatem qui lectioni uehementius uacant, quid dicemus de his, quos aut in disciplinae collocaiones dissolunt, uel anxiae quaestiones scindunt? Denique monachorum est non colloquium, sed silentium: non quaestiones, sed quietem sectari. Aut si admittenda est inquietudo, dilectionis esse debet, non contentionis. Habet enim amor sanctus in quietudinem suam, sed qualem legis apud prophetam: Non tacebo & non quiescam, donec egrediatur ut splendor iustus, & saluator ut lampas accendatur. Annon similem animi sui passionem intimat ista cum dicit: Cum pertransisset illos? Ferebatur impetu feruetis amoris. Ideoque pertransisse se perhibet, quasi auiditate & desiderio supergrediens quicquid dici poterat: Cum pertransisset illos, inueni quem diligit anima mea. Pertransiuit illos uel euentilando doctrinam, uel estimando naturam. Pertransiuit & quod potuit ab illis dici, & quod potuit in illis conspici. Quilibet enim sint custodes isti, licet Cherubim interpreteris. Licet Seraphim: non possunt totum quod de Christo est, nec eloquendo depromere, nec aemulando exprimere. Cunctae res difficiles, nec ualet homo eas explicare sermone. Si tanta difficultas est in rebus conditis, rerum autorem quis indicabit, uel dignetur, uel plene? Ideo dicit: Cum pertransisset illos. Utinam nos tales simus auditores uerbi Dei, qui non succumbamus his, quae dicuntur, uel tardante ingenio, uel tepente uoto, ne nos

ne nos illa pertransiant, ne nostram excedant tam auiditatem quam capacitatem: sed magis docentis quam comonentis pertransire conatum, maiora est non dum capientes, concipientes tamen, aut certe concupiscentes. Quaedam enim ratione pertransit quod sibi proponitur qui ampliora sectatur, quamuis non consequatur statim. Sponsa uero consecuta est, propter quod electa decantat: Cum pertransisset illos, inueni quem diligit anima mea. Quidni pertransiat illos, quorum & scientiae est numerus, & naturae modus? Ille uero qui quaeritur magnus & immensus, & non aestimabitur alius ad illum. Non ergo potest alieno documeto, aut exemplo ex quo perpendi. Reliqui omnes pertransibiles sunt, solus ipse pertransiri non potest. Denique dicit: Transire ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini. Transite inquit ad me, non pertransite. Quoniam enim modo pertransiri potest, quod immensum est? Mensura bona, & coagitata, & conferta, & super effluens dabitur inquit in sinum uestrum. Vobis immensitas dispensatur in mensura. Nam in se imensa est. Non ait, Replens, sed super effluens. Si ergo mensura capi non potest, immensitas ipsa quando capietur? Quo pacto pertransiri poterit, quod nec capi potest? Denique per sponsa pertransire uult, sed dicit: Tenui, nec dimittam illum. Paululum cum pertransisset illos, inueni quem diligit anima mea. Fortis propinqui erant sponso uigiles hi, quos cum paululum pertransisset, inuenit dilectum. Quod si iuxta diuinam eius accipimus dici naturam, quis creatorum spirituum ad immensitatem & maiestatem illam proxime accedit? Nam etsi similitudo inesse intelligitur, longe tamen inferior & dissimilis dignoscitur. Non est enim Domine quis similis tui. Proximitatem forte ergo hanc, quam excludit conditio, cognitio admittit. Sed quis audeat abyssum illam diuinam sapientiam, cuius non est numerus, ingenio, creati spiritus perceptibile diffinire? Lucem inquit Apostolus) habitat inaccessibile. Lux ista nobis inaccessibilis est, sed nos non sumus inaccessibiles illi. Propter quod dicit: Propere feci iustitiam meam, & salus mea non elongabitur. Propere facta est, quia incarnata: proximior, quia reuelata: magis autem proximie facta, quia donata. Propere facta est iustitia Dei patris Christus Iesus carnis nostrae susceptione, sed gemino hominum genus omne excessit privilegio, quantum spectat ad humanam naturam statum, aequitate, & integritate: quia praeter illum nemo mundus a sordibus, nemo immundus a corruptione. Dotatus est ergo duplici hoc munere, praesensque participes suos. Itaque & reliquos omnes fides tua pertransiant, ut in illo solo perpendas equitatem iustitiae, & integritatem consimilis naturae. Sed tamen paululum pertransi: quoniam sicut nos longe excedit iustitia &

incorruptione, sic propere factus est naturae indifferens conditione. Nescierunt Iudaei in illius existimatione pertransire Moysen, pertransire Abraham, pertransire reliquos uel patriarchas uel prophetas: qui illum sicut unum de reliquis aestimabant, nec aliquid habere gratiae praecellentis. Denique dicebant: Abraham & prophetae mortui sunt, & tu dicis: Qui manducat meam carnem, non morietur in aeternum? Quem te ipsum facis? Noluertit Ioannem pertransire, sed dicebant quia Ioannes ipse est Christus. Non passus est tamen eos in se remanere Ioannes, sed opinionem infideliter praesumptam a se auertit: Non sum ego inquit Christus: medius autem uestrum stat, quem uos nescitis. Nescit synagoga pertransire, sed ad ceterorum mensuram estimauit illum: & quasi blasphemiam opponebat ei, quia cum homo esset, se faceret Deum. Sed ecclesiae pertransiuit fides, & inuenit illum unctum oleo laetitiae praefortibus suis. Et quae uberi unctus erat oleo, de cuius plenitudine omnium nostrum infudit uulneribus. Nos enim sumus saucius ille, qui descendit in Hierico, qui incidit in latrones, qui expoliatus est, & uulneratus est, & semiuuus relictus. Pertransierunt plurimi, & nullus erat qui saluaret, Pertransiuit magnus ille patriarcha Abraham: non enim erat ille iustificatus, sed tantum iustificatus in fide futuri. Pertransiuit Moyses: non enim erat gratiae dator, sed legislator, & eius legis quae neminem ducit ad perfectum. Nec enim ex lege iustitia, Pertransiuit Aaron. Pertransiuit sacerdos, & eisdem hostijs quas indefinenter offerbat, nec poterat mudare conscientiam ab operibus mortuis ad feruendum Deo uiuenti. Pertransiuit patriarcha, pontifex, & propheta arido tamen animo quam opere, imo & illi in hoc saucio saucij erat. Solus ille Samaritanus uerus uiso illo misericordiam motus est, sicut misericordia totus est, & infudit oleum uulneribus, seipsum cordibus, mundans per fidei corda omnium. Ideo ecclesiae fides omnes pertransiuit, pertingens ad illum qui solus illum pertransire non poterat, imponens in iumentum suum, & factus est ipse iumentum. Et paululum pertransiuit ut inueniat illum, quem sic credit exortem corruptionis, ut confortem praedicet conditionis. Sic illum habet principem gratiae, ut confiteatur participem naturae. Quod si & coelestes illos angelicos spiritus conuictum sanctissime quam sortitus est animam, ipsum supereminere dicamus, non erit a fide alienum, sed omnino congruum dignitati eius personae. Etenim si minoratus est paulo minus ab angelis propter partem, qua indutus est, carnalem: par tamen est illis secundum substantiam spirituale, & superior secundum praerogatiuam uirtuale. Et hos ergo sponsa pertransiuit anima. Nam & illi custodes tui, & curatores tui sunt qui dicunt in Propheta: Curauimus Babylonem, & non est sanata. Hos inquam pertransiuit, & in dilecto tuo priuilegij singularis doctes contemplare. Illi administratorij spiritus, non operarij

operarij salutis. Ipse uero magni consilij angelus, qui operatus est salutem in medio terrarum. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Lucida contemplatio in celesti familia contueri essentiae simplicitatem, serenitatem mentis, & mutui suauitatem amoris. Lucunda contemplatio contueri perpetuitatem existentiae, puritatem intelligentiae, scientiae profunditatem: tum etiam humilitatem in obedientia, tranquillitatem in diligentia, facultatem in efficacia. Omnes tamen pertransi, & intruere quantus sit iste qui ingreditur ad salutandas gentes. Quem ingredientem in orbem terrarum angelicae laudes inducunt, & triumphaliter regredientem, cum admirationis cantico dicunt: Quis est iste qui uenit de Edo, tinctus uestibus, de Borsara? Iste formosus in stola, utique carnis suae. Iure quidem formosus in stola sua, quae sine commixtione concepta est, & de uirgine nata est, et ab omni non modo corruptione, sed etiam corruptionis formite immunis conseruata est, & in sepulchro dissoluta non est, & die tertia resuscitata, quadragesima in caelum assumpta, omni die (quod super omnia mirandum & amandum) in salutis cibum credentibus proposita. Quis non ad singula ista miraretur amanter, & dicat: Quis est iste tam formosus in sua stola? Cucurristi per haec omnia admirationis genera, imo stupidus per singula substististi, & ecce denuo noua tibi admirationis materia inde exurgit. Satis in illis exercitatus fueris, hic iterum ad stupendum excitaris, quasi illud tibi dicat Propheta: Ne memineris priorum, noua ego facio. Quid magis nouum, quam quod in mysterio Domini corporis mutat materies, & species seruat? Pristinam manet forma, sed noua gratia, quia noua substantia. Noua quidem non in se, sed in huiusmodi specie. Nouum plane, quod carnis Domini substantia in aliena substantia sumpta sanctificationis uirtute anime confert, & spiritualiter emundat substantiam in mysterio altaris immaculata caro. Nouum quidem, & supra reliquorum usum sacramentorum, quod non modo sanctificationis noua gratia datur, sed substantia naturalis mutat. Nam per sacramenti benedictionem accipit oblatus panis haec ineffabilem mutationem, & ex mystica consecratione & uerbi uiuentis copulatione haec uiuificatrix gratia in carne Christi redudat. Caro enim non prodest quicquam, sed spiritus est qui uiuificat, sacrosanctae carni conferens in solenni sacramento spiritualiter efficaciam ad uiuificandos tanti participes mysterij. Formosus ergo in stola, hoc est in carne sua: sed multo formosior in assumpto spiritu, qui utique carne praestantior, quia uerbo uicinior. Et in hoc spiritu unctum eum intellige praefortibus suis: id est, non modo praefortibus hominum, sed etiam praefortibus angelorum agminibus. Quidni unctus sit praefortibus illis oleo gratiae, qui non sicut alij participatione, sed personali unctio uberrimae illi con-

Esai. 63.

Esai. 47.

1047. 6.

A fertus est oliuae, ex qua unctio omnis emanat: An non tibi uelut oliua uideretur ueritas & uerbum Dei, cuius unctio docet nos de omnibus, cuius molliti sunt sermones super oleum, cuius uigentum effusum nomen est? Huic oliuae personali unione confertus conditionis non corruptionis nostrae oleaster (ut sic dicam) & pinguedinis illius factus particeps. Quid luminis, quid dulcedinis, quid suauitatis, quid omnimodae uirtutis acceperit, operum eius indicia loquuntur: nisi quod longe excelebat quod sensit in spiritu, quam quod expressit in actu. Denique ad omnia uirtutis indicia dicere potes: Oleum effusum nomen tuum absque eo quod intrinsecus latet. Nec enim contentaneum est, ut qualibet miraculo foris animae opus illius uirtutes exaquet. Non possum Domine, quae in prospectu sunt, omnia opera tua comprehendere. Confortata enim sunt, & nequeo estimare illa: & eam quae intrinsecus latet quoniam modo experiri gratiam? Oculum non uidit beatissima animi Christi praeter te munera quae diuinitus collata sunt in te. Ideo angelici spiritus deficientes in comprehensione, non desinunt ab admiratione: & quasi nescientes, sed stupentes in laudem supraposita erumpunt: Quis est iste sic formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suae? Hanc considerans praerogatiuam uirtutum in dilecto iure spolia custodisse se praesens dicit, & paululum pertransisse: quia fides in singularem miratur gratiam, ut tamen communem constituat naturam, beatamque illam Christi animam esse cum reliquis eiusdem generis, sed differens excellentis uirtutis. Parabam adhuc alium uobis explicare transitum, sed quod materia opportunè suggerit uel magis exigit, sermo refugit iam urgens ad exitum. Nos interim ad quod uenimus, in eo permaneamus, quatenus ex hoc gradu, cum oculi dabitur, ad altiora transeamus mysteria spoliae ecclesiae Iesu Christi, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo VIII.

Pertransisti o spolia Domini custodes tuos, consortes et participes suos: consortes naturae, participes gratiae. Pertransisti illos, & peruenisti ad dilectum. Quidni illos pertransias, qui & ipsi pertransierunt quasi fumus in dilecto suo starent? Inuenisti dilectum, & inuenisti illum unctum oleo spiritus praefortibus suis. Perpendisti: in illo uirtutum privilegia quaedam in consimili natura. Inuenisti sanctam eius animam quaedam habere dona singulariter, quaedam excellenter. Ideo pertransisti illos, quia illum praetulisti: & paululum pertransisse te dicis, quia consideratio tua in hac prelatione nondum recessit a generis eiusdem comunione. Sed nunquid hic substites? In ulteriora & altiora ex hoc gradu urgenda est profectio, pertingendum in finem. Sapientia enim attingit a fine in finem. Denique & haereticus, ut superiorem dilecto tuo gradum conferat, hunc

Cant.

Esai. 61.

Sep. 8.

hunc tollit. Tantum carnem uerbo copulat in Christo, animam negat: aut si hanc non audet (propter euidentem ipsius Christi testimonium, dicentis: Nemo tollit a me animam meam, sed ego pono eam, & iterum sumo eam) animam sensificantem donat, sed ratiocinantem tollit spiritum. Correx it in parte error, sed non potuit longius ab Aegyptijs recedere tenebris. Non potuit tridui iter conficere. Ecclesiae fides humanitatem nec sola constituit in Christo, nec dimidiam. Vtramque naturam collocat in Christo. Et quia diuina simplex est & distinctione carens, in homine triplicem illam, quam ponit Apostolus distinctionem fatetur, id est, integrum corpus & animam & spiritum. Alioquin non hominem, quem reformaturus in se fuerat, suscepit. Denique & rationalis animae pars humane, indignum mediatoris remedio, quia ignorantiae fuscata nubilo, & concupiscentiae succensa igniculo, utramque naturam, id est, humanam & diuinam integram fatetur in Christo ecclesiae eius, & sicut euangelica mulier in factis tribus humanae farinae diuinae sapientiae fermentum recodit. Sed quid? Indigebat rationali spiritu Christus, uerbum ipse patris & sapientia & ueritas? Nec quod lateret ipsum aliquid esse poterat, sed ipse illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Qua ergo consequentia creato & illuminato indigeret lumen creans & illuminans? Nulla plane. Ille non indiget, sed mea est haec indigentia. Ratio haec est meae caritatis, non claritatis illius: non assumentis uerbi, sed assumpti spiritus. Ego indigebam ut & haec naturae meae pars uerbo uniretur, & sic clarificata in Deo portionis merita in uniuersos per fidem resueret. Omnes nos mediante consubstantiali nostro reformamur in Christo accedentes per fidem ad ipsum. Et ideo totum oportebat assumi, ut gratia resunderet in totum, quia corruptio fermentauerat totum. Manent ergo in una persona naturae geminae sicut integrae, sic & impermixtae. Diuina enim inconuertibilis & incommutabilis est: nec potest conuertere in aliam, nec in se sinit aliam conuertere. Non ualet in aliam ex se deficere. Defectus siquidem illi foret omnis mutatio: nec magis in illam aliam proficere potest. Non commutare, sed communicare illam possumus: utendo certe, non existendo. Manet itaque naturis istis sua cuique tam integritas quam proprietates. Consequenter etiam competentes his comprehensiones & affectus & contemplationes & beatitudines impermixtae sunt, & distinctae, & differetes, et numerabiles sine numero personarum. Nam quis assereret beatissimam Christi animam aut nihil sentire penitus dulcedinis & gaudij, aut iterum gustum intimum illi permittere suauitatis & saporis, & beatitudinis illius qua beatissima perfuitur trinitas? Maioris siquidem est excellentiae esse illud uitale bonum quam participare, longeprefertior est experientia & domestica magis in essen-

tia quam in usu ipsius. Esse utique id ipsum uti est, non tamen usus essentiam confert. Quomodo ergo essentia perfruitione sola non potior, quia proximior? Deinde licet anima haec in uerbo omnia uidet, & ipsum uerbum in uerbo uidet, tamen quia admilla non est in societate essentiae, nec admitti potest in aequalitate notitiae. Nam hoc ipsum essentialiter Deum esse, & sapientiam esse, et summam bonitatem esse, & uirtutem summam, & solam, & sempiternam, quid habeat delectionis & gaudij, cui dabimus nosse, nisi cui datum est & esse? Verbum ergo patris tanto magis intime & sincere & simpliciter seipsum nouit, & uniuersa per seipsum, quanto meliore uti privilegio essentialis unitas, quam unio personalis. Haec ad hoc replicamus, ad discernendas scilicet unius Iesu Christi uirtutes, pro gemina in Christo natura, id est, uerbi essentialiter ex patre nati, & spiritus ex patre creati: maxime propter illos qui de unitate personae aequalitate uel magis unitate inducunt & uirtutis & scientiae. Qui tamen cum omnia dicant animam habere per gratiam, quae habet uerbum per naturam: ipsi uident quaedam distantias & gradus (ut sic dicam) inducere per distinctionem nominum istorum, id est, naturam & gratiam. Quantum illi denegant, cui hoc ipsum non dant per naturam habere uel nosse? Nam etsi anima Iesu uerbo unita excellenter & per gratiam illuminata sit, nunquid & illud habere dicitur ex gratia, ut naturaliter & essentialiter & simpliciter lumen sit, & illuminans sit? Aut quomodo erit natura quam gratia notitia praefertior, si non expressior? At illud adducunt quod legitur, & uerissimè legitur, Quia omnis sapientia a Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante eum. Si omnis sapientia a Deo, & cum illo est, & ante eum, ergo quomodo multae sapientiae sunt cum illa quae a Deo est, & illi coaeterna est, quia cum illo ante eum est? Non multae nec uariae & diuersae sapientiae, sed una sola et inuariabilis est. Quae hanc non iam circa unam Domini Iesu solam restringitur animam, sed se dilatat ad omnes quae alicuius sunt participes sapientiae: ut similiter quae possit, an omnes unam habeant cum uerbo Dei sapientiam, imo an omnes aliam non habeant quam ipsum Dei uerbum, sapientiam. Quod si ita est, una iam & indiuisa erit omnium sapientia. Et qua ratione dicitur omnis, si non nisi una est? Quid si ideo numerosè dicitur, non quia in se numerabilis sit, sed propter numerositatem habentium eam? Nam & una dicitur fides, propter unam rem creditam, cum tamen cuique sit sua. Quare ergo una res non dicitur numerosè, cum multae singulariter dicantur? Denique & multae scientiae & multae uoluntates eiusdem personae dicuntur, & eodem tempore, propter multitudinem rerum quas uel scit, uel uult etiam simul. Ad res ergo scitas respicientes, non ad ipsius mentis uim, qua quisque scit, FFf omne

Ecd. 1.

omne quod scit, & unius multas, & multorum A
dicimus unam scientiā. Cum itaq; dicit, Omnis
sapientia a Domino Deo est, nihil officit ad astru-
endā unitatē sapientiae: quia hoc non ad ipsam,
sed ad illa quae sciuntur per ipsam, refertur: quod
dicit, Omnis. Neq; enim quia multa sunt quae
illuminantur ut uideri possint, aut multi uideri
possint, ideo multiplex lumen est quod & uisa
illuminat, & uidētib; lucet. Quid ergo? Dice-
mus unam & eandem esse scientiā animae Iesu
cum uerbo, imò omnium rationalium spirituum, &
inter se & cum Dei uerbo unam esse sapientiam,
quia Dei uerbum? Iam ergo de sola anima Iesu
non erit haec disceptatio: & nullus iam erit no-
bis exitus ad tuendā superius positam diuersita-
tem scientiae iater uerbu & animā Iesu. Et quo-
modo patebit exitus, cum hoc modo omnium
una cōuincatur sapientia, quia unū lumē quod
illuminat omnes? An forte qd diuerso modo il-
luminatio fit, etiā diuersae inter se illuminatio-
nes sunt, & ab eo per quod fiunt lumine disse-
runt: ita etiam in animis rationalibus & diuini-
tus illuminaris, & lumē quo illuminant, & ipsa
illuminatio quae per lumen fit, ab inuicē discer-
nentur? Nam illuminatio quidē fit in illumina-
to, & ex tēpore fit: lumē autē ipsum non fit, sed
est, & ex aeterno est. Hoc modo in una mente
quis neget multas sciētias esse, in qua intelligit
multas cōprehensiones esse, quāuis una sit men-
tis uis quae cōprehendit & uidet: & unū lumen
illuminans, ut cōprehendere & uidere queat?
Haec ergo distinguēda sunt diligenter, lumē, &
illuminatio quae per lumen fit in animo intelli-
gētis. Nam hoc ipsum intelligere, & illuminari
et scire est. Quis itaq; nō uideat, quāuis nisi sub-
tilissimē non discernat propter nonnullā similitu-
tudinē, Quis (inquā) non uideat differre inter
se lumen per quod illuminatio fit, & illumina-
tio quae per lumen fit in quouis illuminato?
Alterū enim creatū est, alterū creans: alterum il-
luminatum, alterū illuminans. Nec potest essen-
tialiter esse eadē sapientia quae fit per gratiam, cū
illa quae per naturā existit: illa quae fit in tēpore,
cum illa quae nata est ab aeternitate. Si hoc distin-
xisti in dilecto o sponfa, & ab his quae iuxta sta-
tum humanae substantiae in illo sunt uirtutes, ad
uerbi pertransisti diuicias, tunc iure & excellen-
ter dicere potes: Paululū cum pertransissem illos,
inueni quem diligit anima mea. Sed quomodo
aprabimus illud quod ponit, scilicet, paululum?
Inaestimabiliter prerogat omni creaturē diuina
maiestas, & quasi uicina & familiaris sit, dicit:
Cum pertransissem illos paululū, inueni quem
diligit anima mea. Deniq; chaos magnū firma-
tum est inter nostrā & ipsius naturā. Quale quē
ris chaos: utiq; inanitatis nostrae. Omnes gentes
(ait Propheta) quasi non sint, sic sunt coram eo,
& quasi nihil & inane reputatae sunt ei. Iure ina-
nis reputat nostra substantia, in cuius assumptio-

Cant. 3.

Esai. 47.

ne exinanisse se dicitur illa plenitudo. Quae er-
go poterit assignari cōueniētia & uicinitas ina-
nis cum solido, nihil cum immenso? Quae ergo
ratione dicit, Paululū cum pertransissem illos, in-
ueni quem diligit anima mea? An forte penni-
gera est charitas, & praepti uolatu ardentis desi-
derij interiacens hoc, de quo loquimur. Praeter-
uolat uacuit: Vtiq; sic assentior. Nā amare iam
tenere est: & iam asimilarī et uniri est. Quidni,
cum Deus charitas sit: Sed aliā hic ego paro ra-
tionē. Post rationalis contēplationē naturę sur-
sum ascendenti, primō se statim gradu diuina of-
fert et occurrit natura, nulliusq; alterius prestan-
rioris naturae interponit distinctio. Non enim
inter imaginē & ueritatē mediū assignari quid
potest: superius uno, inferius altero. Quod es-
nim ueritas non est, quomodo proximius acce-
dit ad eam, q̄ ut ipsius simulachrū & character
fit? In quo ergo attenditur in rationali spiritu ea,
quae ad diuinā naturā est imago. Primo quidem
loco quae est ueritatis & iustitiae capax. Secundo si
capiat illas, & fiat uerus & iustus p gratiā, quod
Deus est per naturam. Tria hic mihi distincta
sunt, id est, capacem esse boni summi, ipsum ha-
bere, & esse ipsum. Imago attendit in primo, si-
militudo in secundo, ueritas in tertio. Primum
cōmune est omnium intellectuum spirituum. Sec-
undū electorum tantū. Tertium solius increati
spiritus. In primo propē accedimus. In secundo
proximē. Tertium ipse est. Propē accedimus per
aptitudinē, proximē per coaptationem. Propē
per naturā primā uia, proximē per uirtutis pri-
uilegia. Propē, quia capaces: proximē, quia capi-
pientes. Quonā enim modo non de uicino ac-
cedit immortalitas ad immutabilitatē, incorpo-
ralitas ad simplicitatē, illocalitas ad immensita-
tem, ratio ad ueritatē, uirtus ad bonitatē? Et ut
expressius loquar, quid esse uicinius & simi-
lius potest, q̄ sapientia sapientiae: iustitia iustitiae:
q̄ illuminata illuminati? iustificanti iustificata?
quid similius aliq; q̄ causatiuū causae, formatum
formae? Nam in formato ferē nihil aliud atten-
ditur q̄ forma. Deniq; & quod dulce est, super
omnia simile uidet dulcedini: & quod lucidum
est, luci. Itaq; proximū non in iuste uidet, quod
illi tanta aemulatione cōponitur: proximū, quia
nihil interponitur. Nam & si finitū nost: um in-
cōparabiliter excedit dies immensitatis, infini-
tas imaginis, tamē ad ueritatē nonnulla digno-
scitur esse affinitas. Iure ergo dicit: Paululū cum
pertransissem illos, inueni quem diligit anima mea.
O q̄ foelix, q̄ laetus prouentus tam longi circui-
tus. Beati gradus illi per quos in talem euaditur
terminū. Quasi uis in lectulo, circuiuit ciuita-
tem, interrogauit custodes. Primo loco quaerit
per se & penes se. Secundo extra se, sed per se.
Tertio uerō nec per se, nec penes se. Et hoc loco
quanto humilius quaerit, tanto quidem effica-
cius: quantoq; a sui confidentia lōgius recessit,
tanto

Cant. 3.

tanto reperit citius. Inueni, inquit, inueni illū:
qui me prior quasi ouem errantem, & quasi dra-
chmam perditam quesiuit & inuenit, & miseri-
cordia eius praeuenit me. Me, inquā, prior inue-
nit perditam, praeuenit nihil meritam. Inuenit
errantem, praeuenit desperantem: inuenit diffi-
rentem, praeuenit diffidētē: inuenit qualis es-
sem mihi indicās, praeuenit ad sua me reuocās:
uagam inuenit in erroribus, uacua gratiae prae-
uenit muneribus. Inuenit ut nō ego ipsum, sed
ipse me eligeret, praeuenit ut prior diligeret. Sic
ergo electa & dilecta, quaesita & acquisita, in-
uenta & praeuenta, quomodo non secundum
uires conatur, & supra uires affectu illam & dili-
giam conatur. Quaram, quaram, donec uo-
ti compos uocem laetitiae proferat: Inueni quem
diligit anima mea. Ego inuentionem hic ad ue-
ritatis & gratiae non refero initiū, sed augmen-
tum. Pergens enim & proficiens anima de uir-
tute in uirtutem, de ueritate in ueritatem, dum
ubiq; nouis informatur mysterijs, & infundit
gaudijs per singulos profectū gradus, dicere
potest: Inueni quem diligit anima mea, uerbum
patris Christum Iesum, qui est super omnia be-
nedictus in secula seculorum. Amen.
Sermo IX.

Tenui illum, nec dimittam. Ego huius capi-
tuli sensum ad futuram uolui tantum sceli-
citatē referre, quando sponsus dilectae manife-
stam praesentiae suae exhibebit plenitudinē, ut
nihil sit quod interrumpat perpetuitatē. Nam
& quod praeremittitur, Cum pertransissem illos,
non incongruē ad id refertur: Cum euacuaue-
rit omnē principatum & potestātē, ut sit Deus
omnia in omnibus. Ante illud enim tēpus, quis
exsententia dicere potest, Non dimittā illum?
Sed hunc arctat & euertit intellectū, & ad praes-
ens facit referri, illud quod sequitur: Donec in-
troducā illum in domum matris meae. Sed iam
uigilanter singula consideremus. Primo consi-
dera q̄ sint laetitiae plena haec uerba: Inueni (in-
quit) tenui, nec dimittam. Magnus ille patriar-
cha Abraham legitur uidisse Dominū, non in-
uenisse. Apparuit enim ei ultrō stanti in ostio ta-
bernaculi ad meridiem. Deniq; egressus de ta-
bernaculo obuius, sedulus sub ilice exhibuit of-
ficium: in tabernaculum uerō introducere non
meruit, nedum in cubiculum. Vidit & Moyses
apparentem sibi in Oreb Dominum, sed tene-
re nō meruit, qui nec permissus est propius ac-
cedere. Vidit Iacob Dominum, sed uidit in so-
mnis, & de longē scalae innixum. Nam etsi ap-
prehendit angelū, non tamen retinuit: sed qua-
dam lucrae uolentia benedictionis extorsit gra-
tiam, amisit praesentia, & idcirco dicere non po-
tuit: Non dimittam illum. Inuenit illum Maria
Magdalene, sed prohibita est, non dico tenere,
sed etiam tangere, quia penes monumentū ui-
tam quaesuit, Suscepit diu expectatum, & in spe

Cant. 3.

1. Cor. 15.

Cant. 3.

Genes. 18.

Exod. 19.

34.

Genes. 28.

1047. 20.

rato inuentum senex ille Simeon in ulnas suas, LUC. 2.
& gratulationis laetus erupit in canticū, sed uo-
cis huius usum sibi nō praesumpsit, Non dimittam
illum. Deniq; sic ait: Nunc dimittis seruum
tuum Domine, secundū uerbum tuum in pace.
Vtiq; in pace dimittitur solutus & sequestratus
a carne, ut non amplius cōcupiscat aduersus spi-
ritum, & illi repugnet. Ille ad noui amplexum
pueri, senescētis deposuit hominis uetustatem,
& in tranquilliorē statū a corporis corruptibilis
poena, & carnis pugna dimitti se uel postulat,
uel exultat. Spōsa uerō dilectū a se nō dimitten-
dum praesumit. Et quāto praecellētis est gratiae
non dimittere quod ames, q̄ euadere quod hor-
reas: Omnes hi etsi in carne uel carnis specie ui-
derint, quosdā uel uisionis uel apprehensionis
gradus distinguūt humanis in mētibus. Quod
nulli eorū indultum legimus, ista usurpat, cuius
tentauimus euētilare sermones. Inueni, tenui,
nec dimittā. Inueni per aspirationē, tenui me-
moriae retractatione, non dimittā cōtinuatio-
ne iugi. Tenui illū, et tu cū inuenieris Christum,
cum inuenieris sapientiam, cum inuenieris iusti-
tiam, sanctitatē, redemptionē: haec omnia enim
nobis factus est Christus: cum ista inuenieris, te-
ne affectu, tene studio. Quod intelligentia inue-
neris, diligētia tene, & retine (ut sic dicam) reni-
tentes uirtutes, & lubricas species arctiori tibi
astringe amplexu, donec uiceuersa ultrō tibi
inhareant, & amplexentur te gratis, & sine stu-
dij tui labore te teneāt, nec sinant uel lōgius ab-
scedere, uel diutius abesse. Et si quādo declines
ad officia humanae uenēsitatis, ibi te insectent
& reuocent, & arripiant ad se, ut si non possint
assiduē studiū, semper habeant obligatum affe-
ctum, Nam nonnulla mihi uidetur distinctio,
an tu teneas Christū Dei uirtutē & sapientiam,
an tenearis ab ipso. Amā, inquit, sapientiam, &
amplexabitur te. Deniq; & de quibusdam dicit
quod tenuit eos superbia. Quid est tenuit, nisi
irretiuit & implicauit, & inolitae cōsuetudinis
indissolubili obligauit uinculo? Hoc enim est
quod sequitur: Operti sunt iniquitate & impie-
tate sua, ut non facile euoluere & explicare ab
illa se possint. Et ut amplius dicam, quasi cute
quadam, sic aliqua praua operti et inuoluti sunt
cōsuetudine uitiorū, ut illam dediscere & defue-
scere, nō tam expoliari sit, q̄ excoari. In cuius
rei indicij, forte institutio legis continet hostia
pellē abstrahi. Nam ē regione q̄ stricta sacerdos
indui iubet linea, ueritatis te uult illius, quae de
terra orta est, habitu arctius astringi, ut p se casti-
monie & puritatis & innocentiae tibi uirtus in-
hæreat, & agglutinetur tibi: sed & omnia sacer-
dotis indumenta uel catenulis uel baltheis uel
uittis astricta & colligata sibi uult esse lex: & cū
indueris Dominū nostrum Iesum Christū, cum
te indueris uiscera misericordie, benignitatem,
charitatem, & reliquas quas apud Apostolum
FFF 2 legis

Proh. 4.

Esai. 72.

Leuit. 1.

Exod. 27.

Rom. 13.

Col. 3. legis uirtutes, cum Christi te fide memoriter ueritatis affectum, & cōtemplandæ ueritatis inuisceraueris & cohareant & constricta sint, nihilq; circa te uagari & fluctuare possit, & tētationis uel dissolutionis uento follicare: qui se tali uirtutis uestierit habitu, ut ei in naturā uersa uideatur, non ego hunc tam tenere q̄ teneri dixerim. Tenuisti (inquit) manum dexterā meam, & in uolūate tua deduxisti me. Tenuisti ne pergerē in defectum: deduxisti in multiplicem profectum. In uolūate tua deduxisti me, id est in uoluntate quæ a te est, & quæ secundū te est. In uoluntate quæ magis trahens q̄ tracta est. Nam & bonā uolūatē cum multo labore nonnunq̄ attrahere nitimur, & magis prosequimur quali fugientem, q̄ sequimur ducentem. Sic enim legitur: Cōcupiui desiderare. Bono talis uoluntas, sed nondū placens. Iusta, sed nondum iucunda. In uolūate tua deduxisti me. In illa quæ blando cōstat boni ipsius gustu. Nec tātum (ut sic dicam) pigra nititur ratione, q̄ pia boni ipsius oblectatione. Tenui nec dimittam illum, donec introducam illum in domum matris meę, & in cubiculum genitricis meę. Multo planior uideretur sensus si ita dixisset: Non dimittam illū cum introduxero in domum matris meę, illius scilicet quæ sufficit Hierusalem cœlestis, quæ est mater omnium nostrum. Nam ante illud tēpus omnia hic incerta sunt, & inter spem & metū fluctuāt, & pendulo nituntur gradu. Et quæ erit certitudo de gratia, dū mutabilis est natura? Deniq; & ille ait: Ego dixi in abundantia mea, nō mouebo in æternū. Auertisti faciē tuam a me, & factus sum cōturbatus. An non tibi similia dixisse uident P salmista & spōsa: Quid enim aliud est, non mouebo in æternū, q̄ quod hic ponit, Nō dimittā illum? Sed ibi quidē manifesta præsumptio, quia uicina ultio. Auertisti (inquit) faciē tuam a me, & factus sum cōturbatus. Cum sit in hac carne facilis casus, & frequens impulsus, citus lapsus & certus labor, quomodo non uidebunt præsumptionis & nimis promptule deuotionis esse hæc spōse uerba: Non dimittā illum? Quis enim hic in eodē statu permanere poterit, præsertim illo subtilissimā cōtēplationis, qui uix attingi potest tenuissimo mentis ictu? Fortē ergo uerba hæc non securitatē, sed sollicitudinē sonant. Nec enim securitas esse potest, donec introduxerit dilectū in domū matris suę, & in cubiculū genitricis suę. Non erit tunc retinendī sollicitudo, quia erit certitudo manendī: in illo scilicet statu absq; studij nostri usu, & disciplinæ custodia, ultrō nobis affluēt, imō intrinsecus de quodam inexhausto animæ uentre flumina fluent aquæ uiuæ & indefessę delectationis. Nulla tūc erit necessitas in altum fodere, nullus labor uel purgare puteos, quos Philistæi repleuerunt, uel propugnare ne repleāt. Hic ille labor exigitur,

A non inde excluditur. Quod ergo dicit, Non dimittam illum, studium polliceri uidetur, & diligentiā, ut semper sollicita sit quoad usq; plenē possit esse secura: ne sibi elabatur de reliquo dilectus suus Dominus Iesus, qui uiuūt & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo X.

Quæ infirmitatis exēpla sunt, aptauimus spōsæ præterito sermone; hodierno quæ sunt uirtutis aptemus de scripturis sacris. De Anna legitur, cum intentē profuso exoraret affectu, quod non sunt uultus eius amplius in diuersa mutati. Vultus animi interpret est: & ab intimo affectu habitum trahit. Ideo ab eius constantia interioris, quæ in anima est, perseuerantiæ ducitur argumentum. Non sunt uultus eius in diuersa mutati, quia nihil imminutū est desiderij semel concepti. Et quid aliud sonat quod dicit: Non dimittam illum, nisi non mutabo in diuersa uultum, & intuitum mentis aliō non diuertā ab ipso: Sed & Apostolus simile quid horatur: Sine intermissione orate, Et itē: Gratias agentes semper; illud quoq; Gaudete in Domino semper. Cōtinua & non interrupta hæc uult esse Apostolus, orationē, gratiarum actionē, & gaudiū in Domino. Sed quis ista ipso mētis habitu, & affectu animi indefesso explere sufficiat nisi cui dicere permissum est: Quis nos separabit a cōtēplatione Christi? Apostolus dicit: Quis nos separabit a charitate Christi? A cōtēplatione enim dicere nō poterat. Nā aliquando a cōtēplatione segregari Christi illum compelebat charitas. Siue (inquit) mēte excedimus Deo, siue sobriū sumus uobis: Charitas em̄ Christi urget nos. Charitas ergo quadā dispensatione cōtēplationi se subducit, cuius tamē proprius est & familiaris in ipsa usus. Omnia quæ agit charitas, quadam habent indefessæ orationis & gratulationis uicē, & efficaciam. Sed tunc ista profusius & excellētius exequitur, cum singulariter in istis exercetur. Abscōde elemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit p̄ te ad Dominum. Elemosynæ uocabulo non incongruē censentur uniuersa, quæ indigentibus misericorditer impenduntur: nō modo iste corporeus cilibus & indumentū, sed etiā doctrina, exhortatio, correctio, cōsolatio, & uniuersa quæ ad animæ cōmoda spectare uidentur. Opera sunt hæc charitatis, et orationis uim obtinent, cum solius Dei sunt intuitu, sed non sunt hæc specialia & propria ipsius. Quid enim tam propriū, q̄ dilectio soli intendere, & liberē in amoris se exercere negotio? Ab hoc spiritualis iucunditatis excessu & ebrietate sobriū fieri, & propter fraternas necessitates ab alienatione mentis temperare, quid nisi uultū in diuersa mutare est? Deniq; & Martha sollicita erat & turbata circa plurima. Illa circa multa turbatio, uidetur quædam uultus in diuersa mutatio, Maria optimam partem

tem elegit, quæ non auferetur ab ea. Optima pars cōtēplationis & dilectionis est usus. Nam et si illa sunt opera charitatis quæ exhibebat Martha: ibi tamē seruit charitas necessitati, non charitas sibi. In subleuandis alienis necessitatibus bonū opus, sed molesta miseria. Bona enim misericordia, sed molesta miseria. Bona curatio, sed circa quem uersatur non bonus lāguor. Bonus etiam huiusmodi cōpansionis affectus: sed non bona cōpansionis occasionem ministrans alterius passio. Fraternalis in necessitatibus charitas intuetur cui condoleat, quo moueatur ad misericordiam, quid amouere nitatur. At cum dilecti cōtēplantur uirtutes, totū placet, totū delectat, totū allicit: nihil ibi uidet quod horreat, sed cui dulciter adhæreat. Hic proprius amoris usus est, hoc eius officium, ut totus sit in amando. Sic est planē cum una & indiuidua iucunditas omnia conuoluit & complectitur: officium, finem, & causam. Officium amor est, causa uisio, finis utrumq; . Neq; ullus esse potest beator finis, q̄ ipsa uisio & dilectio Dei. Omnia adhuc finem sanctorum uota suspirant. Finis iste ipse sibi finis est, seipso contentus, in melius aliquid expectationem porrigere non ualens. Hoc est illud unum quod necessariū dicitur, quod a Maria non tollitur, in quo P salmista gratulatur. Mihi (inquit) adhære Deo, bonum est. Hic est ille mentis excessus, qui usq; ad tertium cœlum Paulum rapuerat. Hæc ebrietas temulento similem Annæ uultum expresserat. Hoc multo maderant Apostoli, cum illos uehemens repleat spiritus, & illius, quod nouum pollicitus est Iesus, uini uirtutem primò sensere. Hoc uino infusus Noe, spiritualis passus est soporis excessum, & carnis curam posthabuit, totus factus in spiritu, posteriora contemns, quem anteriora tenebant ex integro. Fœlix si instar Annæ huius uini nunq; digessisset uirtutem. Illa enim foris castigato corpore, mentis est passa temulentiam, & sanctam quam postea non euacuaret ebrietatem. Nam hoc sibi uult quod nō ulterius uultus eius sint in diuersa mutati. Talē sibi apprehensæ iugitatē præsentis spōsa polliceri uidet, cum dicit: Non dimittā illum. Quid enim præclarū, quid spirituale, quid spōsa dignū dicere, si ad fidem, si ad iustitiā, si ad humilitatē, ad continentiam, ad beneficentiā, & ad reliquas, quæ Christus esse dicit, uirtutes id referret, quod ait, Non dimittam illum? Nam nec his uacua credenda est etiam cum dilectū quæsiuit. Deniq; & communes huiusmodi uirtutes, & ita habentibus commodē, ut caruisse nefas credatur. Eximium ergo & singulare quippiam hæc indicat inuentio, per quam dilectum & cōprehensum applaudit, & non dimittendum præsumit. Fortē primitiæ aliquæ sunt futuræ cōtēplationis & glorię, propter quod adiungit: Donec introducam illum in domum matris meę, & in cubi-

culum genitricis meę, in aliam cœlestem Hierusalem, quæ mater est omnium nostrum, cuius muros salus occupat, et portas laudatio, cuius in pacem positi sunt fines. In illum locum lucis & lætitię, laboriosa uite huius introduci non possunt uirtutes: quæ si ingrediuntur per meritum, tamē excluduntur per usum. Cœlestē ergo aliquam affectionē & supermundanū saporem in dilecto experta, non iactando, sed gratulando dicit: Non dimittam illum, donec introducā in domū matris meę. Sed nunquid non iam ascendit ad patrem? Nūquid iam præcurfor introiuit pro nobis? Et quomodo tu introduces quod ipse prior ascendit? Tu magis indiges ut ipse te ducat, cui dicit: Deduc me in uia mandatorū tuorum. Vado (inquit) parare uobis locū, & cum paruero, iterū uenio, & adsumā uos ad meipsum. Quomodo ergo introduces illū quod iam ipse ascendit? Ascendit quidē per se, sed adhuc in te foris existit. In te introducē, quod per se prior ascendit. Quidni? In te nascit, in te formatur, & in te non introducē. Filioli, quos iterū parturio, donec formetur Christus in uobis. In nobis ergo Christus & parturitur & perficit, nec semel, sed sæpius, & iterata crebro parturitione. Neq; possumus omnes Christi simul uirtutes adaptare nobis, equidē ne unam quālibet ad plenū. Idcirco semper insistendū est, quia nō nisi sensim sit in nobis spiritualis parturitio Christi. Qui ergo in mebris suis in spōsa sua nascit, cur non introducē? Nō enim uel parturitio hæc, uel introductio ad Christi potest referri personā, sed ad uirtutes & gratiā. Ideo frequēs est sicut parturitio, sic introductio. Nam & consedere dicimur in cœlestibus cum Christo, sed sicut una est uera & eterna sessio in cœlis, sic et introductio. Perambulauit Abrahamā terrā p̄missionis anteq̄ possideret. Felix omnino cui dāt beatas illas perabulare regiones, & uisantis instar uolucris calcare uestigio locū omnē, quem accepturus est in possessionē. Cui licet stare non permittitur, ascendere tamē datur in montē Domini: & quamuis per umbrā adhuc cursum, tamē perustrare cuncta, & se tali uisu refouere. Quæ autē uera est & plena introductio, hic innui uidetur cum dicit: Donec introducā illū in domū matris meę. Fœlix omnino quæ adeo alligare potuit uerbū Dei & amplius adglutinare sibi, & in exilio collatere, quousq; copulari in cubiculo detur. Non dimittā illum, donec introducā in domum matris meę, & in cubiculū genitricis meę. Quod tunc fiet, quādo corpore & mente plenē portabit imaginē cœlestis, ut domus intelligentiā ad corpus, cubiculū uerō ad mentē reducas. Aut si magis placet, in domo possessionē accipe securam, in cubiculo secretā: in domo sempiternā, in cubiculo internā. In domo (ut dicit Ecclesiastes) æternitatis, & in cubiculo charitatis. In cubiculo ubi clauso ostio non iam ores patrē, sed

de cetero adores in spiritu & veritate. In domū non dicit patris, sed matris, & in cubiculum genitricis. Nouit illa mensurā suam, & ideo spem suam extendit ad illam aeternitatē, veritatē, charitatē, quam assecuta est ecclesia primitiuorum in caelis. Nam quātum ad ea quae Dei sunt spectat, solus habet immortalitatē, & ipse lucem habitat inaccessibilem, & supereminet sciētia plenitudo charitatis Christi: qui nos impleat in omnem plenitudinē in seipso, qui est benedictus Deus, et regnat in omnia secula seculorū. Amē.

Sermo XI.

Delicata est species amoris affectio, et tenui occasione legitur laetitia spiritualis. Amor occupationum externarum impatiens est, suis fatis habēs inferuire negocijs, ocio gaudet, quiete fouetur, ad internam delectationē libera habere tempora uolēs. An non hoc ipsum tibi uidetur sponsa innuere, dilectū suum ad cubiculi secretum trahens? Nouit illa dilectū suum non posse foris securē possideri, nec integrē quidem. Et quod durum est amanti animū dimidiare cum Christo & mundo: Quam durū est (inquam) in dilectionis iura peregrinas admittere curas, & coeleste secretum secularibus infestare turbellis? Memor sui, inquit, Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus. Si delectatio memoriae Dei negocio se exercet, & exhaurit spiritū prophetiae, quomodo plura poterit & peregrina cum isto cōplecti negocia? Iure ergo spōsa cum dilecto cubiculū petit, ut libero illi intendat studio, & ex animi sui arbitrio perfruatur, & quieto pectore penitus amplectatur. Apparet illam spiritu charitatis ducti, & ex sponse affectu locutam, opportunitatē exercendi quae sic querit amoris. Et quomodo nos si quid uel tenuiter attingimus de Christo, de sapientia, de suauitate, de contemplationis gustu, non contenti gratia, nec mensurā contemplantes nostram statim erumpere conamur, et cubiculo fastidito festinamus egredi à requie, & ab illa requie: In pace (inquit) in idipsum, dormiā et requiescam. Maria ad Domini pedes sedens idipsum tenebat: turbat Martha circa plurima. In multis turbatio, porro unum est necessariū, imō & iucundum. Denique quod bonum & quod iucundum, habitare amantes in unum. Alioquin non est habitatio in unum, nisi in amore, qui inhabitare facit unius moris in domo. Quid est unius moris, nisi foedere conformes amoris? Amor humanū animū Deo cōciliat, & unit. Similes (inquit) erimus, cum apparuerit. Quidni similes? Commendat se ipsam mundis reuelatā mentibus maiestatis diuinā inestimabilis pulchritudo, & inuentis in se affectū rapit, & quadā ratione sibi facit similitē, dum aliud cogitare non sinit. Ode-re trahimur, transformamur autem uisione. Bonus ergo cōtemplationis usus, qui unius moris efficit & conformat humanam mētem, & sum-

1. Tim. 6.

Psal. 76.

Psal. 4.

Luc. 10.

Psal. 67.

1. Ioan. 3.

mam maiestatem. Bona haec omnia ultra quam nec uota nos trahunt, nec citra tenere nos debent. Quis det mihi, ut haec sit requies mea in seculum seculi? Foelix qui ex corde potest dicere: Hic habitabo quoniam elegi eam. Maria optimam partē elegit, quae non auferet ab ea. Scientia destruentur, euacuabuntur prophetiae, linguarum cessabunt, sola contemplatio non excidet in futuro. Ideo hanc tibi partem elige in praesenti, quae non auferetur unquam, ut dicat anima tua: Pars mea Dominus, propterea contēplabor eū. Propheta dicit: Propterea expectabo eum. Recte quidem. Expectat enim boni plenitudinē, cuius portionē iam tenet. Qui cōtemplationis beno hic fruatur, amplius quidem expectare potest in hoc genere, sed aliud quid non debet. Bona haec, bona sunt reposita in annos multos, imō in annos cunctos. Ideo foelix anima quae bono hoc fruatur: epulare, comedere: quia pars haec non repetetur à te, sed refundetur & reformabit uberior. Haec requies tua in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam: hic inhabitabo, ut cum illo inhabitēs, qui sedet super Cherubim, super scientiae plenitudinē, qui lucem habitat inaccessibilem. Et ideo in speculationis luce sit locus tuus. Hic matris tuę ecclesiae proprius et domesticus locus, haec eius domus: cetera quae exercet temporalis necessitatis officia, ista ad finē respiciunt. Actionis officia transeunt, permanent contemplationis. Bonum est hic tibi esse, hic tibi tabernaculū fac. Non tibi unum, & dilecto tuo unum, sed tibi & ipsi unum. In hoc cubiculū dilectum tuum introduce, ingredere in requiem tuam, ut requiescas à laboribus tuis, sicut & à suis Deus. Septima requieuit ab opere institutionis, septima requieuit à labore restitutionis. In illa postquam mundum condidit, in ista quando se in monumento recondidit. In illa postquam fundauit mundana, in ista postquam reformauit humana. Si quęstisti, si inuenisti, si tenuisti dilectum tuum: tene quem tenes, tene, inhære, imprimere illi, ut eius in te uelut expressa reformetur imago, huic fias conformis sigillo, Eris autem si adhaeris. Qui enim adhaeret Deo, unus est spiritus. Fortē sicut durā materiā difficulter in te primò fit eius impressio, & si laboriosa impressio, sed dulcis adhaesio. Laboriosa est reformationis tuae sexta, sed dulcia sabbata quietis sequuntur. Consequere ergo cum Christo per hūc sabbatissimum in mortē. Beati enim mortui qui in Domino moriuntur, amodo iam dicit spiritus tuus, Ut requiescant à laboribus suis. Spiritus hoc dicit. Collatę utique quietis exhibitione, & effectu gratiae, quomodo & ipse testimonium reddit spiritui nostro. Spiritus hoc dicit, quia spiritus hoc efficit. Ipse se dicit, quia ipse se donat. Amodo iam dicit spiritus, Ut requiescant à laboribus suis. A laboribus (inquit) non ab operibus. Opera enim illorum sequuntur illos, Opera sequuntur spiritum sic ut

Psal. 131.

Luc. 10.

1. Cor. 13.

Thren. 3.

Ibidem.

1. Cor. 6.

Apostol. 4.

Ibidem.

sicut calor ignem, umbra corpus, lux solem, effectus causam. Qui sabbatizat in spiritu, non habet opus sectari opera: opera enim sequitur illum, opera illorum. Quae sunt opera illorum? Quae sunt opera quiescentium, opera mortuorum in Christo, consepultorū cum Christo, opera sabbatizantium? Festiua sunt, feriata sunt, ocium, ualent opera ista festiua ingredi in hanc requiē, in hunc sabbatissimū. Sed uide quod non relinquit sabbatissimus nisi consepultis cum Christo, non relinquitur nisi post sextam diem. Post sextam diem in qua aut uetus homo crucifigitur, aut nouus perficitur, nam propter illum dicitur, ut qui mortui sunt in Christo, requiescant à laboribus suis, & propter istum, quod nouo condito homini ne die sexta, septima requieuit ab operibus suis Deus. Et tu quoque sabbatū tibi cōpara, redime tempus, & liberas ab exteriori occupatione horas uendica tibi. Sed uide ne hostes derideant sabbata tua, ne illis feruiant ocia tua, ne illis uacēs, qui uacare Deo debueras. Vacate (inquit) & uide quoniam ego sum Deus. Bonum est ocium, sed sapientia scribe in tempore ocij tui. Scribe illam super latitudinē cordis tui. Latū em cor quod curae non arctat. Imprime in intimo cordis tui literas quae non deleantur, & exara in tabulis spiritualibus signa sapientiae, ut dicere possis: Signatum est super nos lumē uultus tui Domine, dedisti laetitiam in corde meo. Latere, & diem festum age cum dilecto, & epulare (sicut scriptum est) in introitu gloriae huiusmodi. Sabbatum, iuxta quod dicit Esaias, delicatū est & sanctum Domini gloriosum. Delicatum (inquit) et sanctum. In desiderijs est omnis ociosus, sed non sunt omnia sancta desideria, qualia eorum qui uolunt diuites fieri, & per hoc incidunt in desideria multa inutilia & nocua. Vides quomodo Apostolus multitudinē desideriorū in uitio ponit. Quid si et immunda fuerint: nā & multi qui agere non possunt, in occulto cogitant quae turpe est & dicere, tenui se in hoc solātes remedio. Ad horum distinctionē non contētus dicere sabbatum delicatum, adiecit & sanctum, & Domini gloriosum, ut non sint in confusione gloriae tuae. Si uacās, sabbatū habes: si uacās & uidēs, & contemplaris delectationes Domini: iam sabbatum tuum delicatum est & sanctum, & sabbatum Domini gloriosum: sabbatum ex sabbato, id est uacatio de uacatione. Prima uacatio est bona, si mundo non uacās. Secunda quidem est melior, si tibi ipsi & uacēs, & cogites quomodo placeas Deo. Tertia est & optima, si etiam tui oblitus, soli Deo uacēs, & cogites quae Domini sunt, quomodo tibi placeat ipse. Non sit desideriosum sabbatum tuum, Operare in sabbato tuo opera Dei. Opus enim Dei est, ut credas in eum. Fide uidens, uideamus em nunc per speculationem: ideo uaca ut uideas. Delicatum planē opus est uisio & uisio Dei. Non est tibi necessitas de

Genes. 2.

Psal. 45.

Eccles. 38.

Psal. 4.

Esa. 58.

Prou. 21.

1. Tim. 6.

reliquo dimicare pro fide, sed tantum deliciarī in ea. Erepta est iam de contradictionibus, persequentis populi, & peruerterentis haereticis. Constitue eam in caput cogitationū tuarum, ut cogites cogitationes fideles antiquas. Amen.

Sermo XII.

Nesciunt cogitationes antiquas habere, qui nouitates uerborum exquirunt, qui noua excudunt dogmata, qui iuuenilia desideria non declinant, qui nihil habent grauitatis, nihil auctoritatis, nihil antiquitatis plenum: non est ibi amen, ubi est aut disceptatio aut deceptio cogitationum: ubi aut infidelitas est, aut fluctuantes ipsa. Ingredere in tutos recessus fidei, introduce dilectum in cubiculum matris tuae, ut quicquid de Christo sapias, quicquid sentis, intra ecclesiae constringas regulas, ad eius castiges censurā: huiusmodi opera operare in sabbato tuo. Alioquin si uacās, & talibus non uacās studijs, facile in uacuo animo cogitationes uanae & uenena erumpent consilia. Denique sicut habes, aegrum hominis pigri urticae & spinę obdident, & euangelia tibi dicunt, quia duo erunt in lecto, unus assumetur, & alter relinquetur. Quasi lectus quidam est ociosa uita & quieta in ecclesiae gremio degentium eorum qui nullo sunt ecclesiastici muneris onere occupati, nec prouidentiae & dispensationis sollicitudine distenti, sed libero utuntur ocio sub alieno regimine. Non tamen hoc ocio omnes ritē & iure debito fruunt, sed libertatem quam obtinent temporis, dant in occasionem torporis. Bonus enim lectus si quis eo legitime utatur, & opportunitatē exterioris quietis in uoluptatē couertat uisionis internae. Hi sunt qui assumuntur ab hoc ecclesiae cubiculo ad illud coeleste, ut ubi Christus est, & ibi sint cum ipso. Denique ubi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilae. Esto tu quasi aquila, & acutis utere luminibus: spirituali assuesce contemplationi: commane in petris, & in preruptis cōmorare silicibus, imō in singularis illius petrae, quae Christus est, caernas ingredere. Intra, iuxta Esaiam uerbum, in cubacula tua, claude ostia tua, & abscondere modicum ad momentū, donec pertranseat indignatio. Magis uero abscondere in aeternum, ut delectatio maneat. Intra in cubiculū pacis, in potentias Domini: quia pax in uirtute eius. Memorare iustitiae eius solius, ut in te sibi obuiant pax & iustitia, memorare iustitiae eius solius, quia quid habes quod non accepisti? Iustitiae eius solius. Bona iustitia, quā aduersus titillatā uitā tibi pugna quadā defendis. Felicitior ubi non dimicas pro iustitia, sed magis delectaris in ea: ubi non conflictationi studes, sed delectationi: non seris cum uitijs iurgium, sed cōmercium cū uirtute cōtrahis. Istam possides, non impugnas illa: ubi posteriorū oblitus, non cogitas quae hominis, sed quae Domini, & memoraris iustitiae eius solius, cum iustitia & pax in te oscu-

Prou. 24.

Matt. 24.

Esa. 26.

1. Cor. 4.

Rom. 8. lata se fuerint. Regnum enim Dei iustitia, & pax, & gaudium. Si regnum, quare non & domus & cubiculum? In pace enim factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. Ingredere in cubiculum pacis huius quidem exterioris, sed magis illius interioris, in habitatione speculationis: quia Sion speculatio interpretatur. In pace, inquit, in idipsum dormiam & requiescam. Idipsum ad speculationem refert, quia hæc est pars optima quæ non auferetur. Denique & sponsa obdormiuit cum dilecto in cubiculo matris suæ, & quendam passa est soporatae mentis excessum in amplexu sponsi. Ideo sequitur: Adiuuro uos, &c. Ertu ergo si sponsum apprehendisti, tene, nec dimittas, donec introducas in domum, & in cubiculum matris tuæ. Quid ego nunc tibi periuadeo ad quod te ipsa experientia perceptæ dulcedinis multo magis inuitat & allicit: Si quis enim feriat animo furim & quasi in raptu prelibare potuit liberæ meditationis festiua gaudia, nescio si quid unquam libentius agat, quæ ut huic totum & ex integro se studio tradat & expediat. Denique trahebant sponsum prima pulchre contemplationis blandimenta, & ad quietis prouocabant cubiculum, quo dilectum introducitur a se lecta gratulatur: Non dimittam illum donec introducam. An non tibi uidetur quasi dicere his uerbis illud de psalmo: Si dederom omnium oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino: Omnia dimitto, ne dimittam illum. Omnia detrimentum facio, ut Christum lucrificem, propter supereminentem latitiam presentia eius: Si dormierint duo, fouebunt mutuo, unus quomodo calefiat: Ecclesiastes hoc dicit. Bonum foueri & inflammarum in amplexu uerbi. Ignitum enim eloquium Domini uehementer, & spiritalibus aestuare desiderijs: ideo non dabo somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec introducam illum in cubiculum matris meæ. Tunc quiescam, & suauis erit somnus meus. Quasi dormiuit Ioannes recubens in pectore Iesu, ubi reconditi sunt omnes thesauri sapientia & scientia Dei. Ibi ueræ quietis locus, intelligentia serenum, sanctuarium pietatis, delectationis cubiculum. Hic dormi, ut uideas quod ipse uidit, uerbum in principio, uerbum apud Deum, & uerbum Deum, & intelligas in Christo cum patre existendi coaternitatem, personalem diuersitatem, & unitatem consubstantialem. Quid tibi uidetur similis somno? Huc se non possunt humani iactare intuitus: irumpere ratio. Denique non uidebit hæc homo & uiuet. Bonum est ergo te obdormire, & humanorum sensuum & affectuum obliuione sopiri, ut huiusmodi somnia somnare possis. Hoc apostolorum cubiculum est, qui nos genuerunt in Christo. Quasi mater est Paulus, cum dicit: Fictoli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in uobis. Matrem habes, uis habere cubiculum? Nostra,

A inquit, conuersatio in cœlis est. Vis somnum? Mentem, inquit, excedimus Deo. Huc ergo transi cum dilecto, hic mane, hæc meditare, in his esto: aut si isto perungere non potes, temperantius age: si non potes recumbere in pectore Iesu, ubi indefessæ puteus sapientia, requiesce inter scapulas, ubi patientia eius exempla & mysteria contempleris. Inter humeros eius: quia principatus factus est iuper humerum eius. Et de Benjamin dictum est, quod amantissimus Domini inter humeros requiescet. Requieuit quidem et obdormiuit Iesus in cruce, & tu cum ipso in passionis eius fide & memoria dormias, uel potius inter istas sortes discurrere inter pectus & humeros, inter fidei mysteria, & manifestationem ueritatis. In altero fac tibi domum, in altero cubiculum. Amantissimus Domini Benjamin quasi in thalamo morabitur tota die, & inter humeros requiescet. Vides quomodo inter humeros thalamum collocat: Quid ergo erit in pectore? Vtrobique planè contemplationis pulchra locus, & inter humeros, & inter ubera. Sed uberior gratia in pectore, ubi amoris locus, cogitationum sedes, amplexus occasio, & cernendi copia uultus. Bene ergo in pectore Iesu thalamus, imò & thesaurus. Ibi enim & deliciae sponsi, & diuinitatis uerbi: quia in illo absconditi sunt omnes thesauri sapientia & scientia Dei. In hos ingredere thesauros, absconde te in abscondito faciei eius a conturbatione hominum, & nemo te exusciet neque euigilare faciat donec ipsa uelis. Denique & hoc habet ea quæ subsequitur adiuratio sponsi Christi Iesu, qui uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo XIII.

A Dhuc capituli huius nos discussio tenet. Tenui, nec dimittam illum. Ita ne adhibenda est diligentia & studium, ut dilectus tuus apprehensus retineatur? Si sponsus est, & amanti respondet ex æquo, quomodo non ultrò coheret tibi, & astringitur gratis? Denique hoc habet impatiens zelus amantium, ut etiam expulsi importunè se ingerat, & pudorem dediscat amulatio dura. Nunc autem dicis, Non dimittam illum, quasi declinare uolentem, si non instantius retineatur. Quomodo si amat, aut declinare uolet, aut auelli se sinet? An forte suspitionibus amatorijs moueris, & superuacuo quodam metu amittendi, pro multo affectu retinendique Non est tamen superuacuu timor, ubi exitus in ancipiti pendet. Non est superuacuu inter pericula metus. Sed domestica tibi magis metuenda est leuitas. Nam Deus ille, & non mutatur. Innata tibi leuitas uicina est lapsui, & instabili quodam uaga mentis metu facillimè abriperis, si non firmè adhaereris. Sed nos iam ad primitiuam uerba hæc referamus Ecclesiam. Eius enim esse uidentur: fidei & charitatis iura aduersus persecutum iniurias prophetica quadam præsumptione sibi defendentis. Vide

Vide etenim quæ multi conati sunt spirituale hoc Christi & ecclesie uel diuellere, uel adulterare connubium, Contemplare adhibere ininitia latentis ecclesie, quando uelut noua nupta in primos Christi properabat amplexus. Quid furoris, quod fraudis illis Iesu bone sustinuit diebus? Oportebat quidem hæreses esse, oportebat & persecutiones esse, ut tanto adhaereret dilecto tenacius, quanto ab eius uel fide, uel confessione uehementius se abrumpi uidebat. Quis nos (inquit unus per uniuersa ecclesia) separabit a charitate Christi? Denique non est in illis uel fidei corrupta ueritas, uel confessionis obturata libertas. Propter Sion (inquit) non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam. Cæcis in synagoga discipulis denunciatum est ut tacerent. Sed illi propter Sion non tacent, & propter Hierusalem illam carnalem non quiescunt. Verè carnalis synagoga, quæ uiuificantem in se extinxit spiritum, & ecclesie extorquere conatur. Non probauit Christum habere in notitia: ideo tradita est in reprobum sensum. Reprobauit enim lapidem probatum, lapidem electum, tenuit legem, sed Christum nesciuit: tulit clauem scientie, nec ipsa introiuit, nec alios intrare permisit. Quis nobis claudit, quibus Christus aperuit: Super humerum eius clauis domus Dauid, quæ aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Aperuit gentibus, & clausit Iudæis. Cæcitas enim in Israel contigit ex parte, ut gentium plenitudo intraret. Cæca est Iudæa, & in literæ uelamine ostium inuenire nescit. Synagoga prædicat, uelamè reprobatur, ueritatem non rectè uel offerens, uel diuidens. Rectè enim diuideret, si literæ obseruationem ab eius interpretatione distingeret: si aliud tempus illius antiquitati, aliud huius nouitati daret. Tempus enim suædi, & tempus sciendendi, Similiter enim & illa præcepta sunt, & ista prædicta sunt: sed in illis figura, ista subfiguris. Ecclesia iam ista diuidit & scindit quæ fuerant consuta: & si nouit literam aliquando secundum carnem, sed iam non nouit synagoga, quem inuolutum quasi tenuit, reuelatum dimittit. Ecclesia dicit: Tenui, nec dimittam. Synagoga reprobat, imò & exprobrat: sed ecclesia non ueretur a uoce exprobrantis & obloquentis, a facie inimici & persequentis. Denique seruus ille nequam dicit in corde suo: Moram facit Dominus meus uenire, & ideo percutit pueros domini, quia iam eius nouerunt & nunciat aduentum: sed illi propter Sion non tacent, & propter Hierusalem non quiescunt. Corpus possunt percutere, non possunt ab animo Christum excutere. Flagellis firmius ligata est in corde eorum affectio Christi. In synagogis flagellati sunt, in custodias traditi, ad cathedras tracti: sed gaudet in his omnibus, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Tenui, nec dimittam illum. Tenui, quia non timuit dum turbaretur omnis terra, & maiores mundi huius potestates transferrent aduer-

A sus illam in cor amaritudinis. Adglutinata est sponso funiculo, qui rumpi non poterat: funiculo charitatis, qui nescit excidi, quia illa nunquam excidit: fiducialiter egit, quia charitate adhæsit. Qui enim adhæret Deo, unus est spiritus: ubi autem spiritus Domini, ibi libertas. Ideo liberè egit, & spei suæ confessionem tenuit indeclinabilem. Et tunc quidem fatuitatis res fides uidebatur & confusione digna confessio. Quid confusione nominor? Extremi res erat periculi. Non tamen timere poterant eos qui occidunt corpus. Spiritus enim uitæ ante faciem illorum Christus Dominus. ideo et a carne auelli se facilius passus sunt quam ab eius charitate nihil sibi de se retinuit, ut illum teneret. Ideo dicit: Tenui, nec dimittam illum. Planè inter tot peruerentes & persequentis tenuit strenuè, & dum adhuc tenera erat non stræ fidei etas. Donec introducatur illum in domum matris meæ. Iam introducta est fides nostra in tutum. Non est qui palam impugnet illum, sed qui fuerant persequentis, facti sunt obsequentes: & qui peruerentes, facti sunt dirigentes. Iam introducta est de campo in domum, de pelago in portum. Iam in fauorem uersus est persequentium furor principum, & uerfura hereticorum cauillationes, catholice fidei sincera ueritate redarguta siluerunt. Iam erepta est fides nostra, ereptus est Christus de contradictionibus, populi iam constitutus est in caput gentium, nec positus est nunc in signum cui contradicatur. Post tot defudata martyrum pro fide Christi certamina, postquam tot fregit persecutorum uolentias, & hæreticorum resellit uerfutas, postquam non est amplius in cruce Christi scandalum, sed gaudium, & facti sumus mundo huic non theatrum contumeliae, sed triumphus gratia, post tot enauigata pericula, nonne tibi uidetur quasi de campo quodam pugna & laboris in pacis & quietis introduxisse cubiculum dilectum suum ecclesia Christi? Vides ergo in initijs ecclesie nascentis necessariam diligentiam, ne dilectus tandiu desideratus, et tandem apprehensus possit extorqueri. Quid ergo nunc de cetero fiet, quando in tutum introductus est, & quasi in thalamum per fidem? Dabitur de reliquo desidijs locus, & diligentie uale dicemus: Periclitabitur in tranquillo, qui in tempestate non potuit? An non periclitatur qui moritur? Sine operibus mortua est fides. Comendat Apostolus fidem, sed illam quæ per dilectionem operatur. Vbi dilectionis opus est, uel dilectio operis, ibi uita est fidei. Quid si est in credulitate ueritas, in confessione libertas, & non ibi per dilectionem uita? Funiculus iste triplex non est, & facile rumpitur. Denique imaginaria libertas est, quæ de radice non oritur charitatis, nec tam nititur confessio talis libertate sua, quæ aliena licentia utitur. Precaria est, non propria, ex principum fauore pendet, non procedit de calore fidei, Fides seruore charitatis animam ad uitam.

Pigra

Pigra planè, ubi discrimen impendet, si nō confesio nis libi uendit libertatem beneficio dilectionis. Alioquin à mortuo quali qui nō sit, perit cōfessio. Est ergo sine charitate, & fides mortua, & confessio uana. Apostolus dicit Christum habitare per fidem in cordibus nostris. Nunquid per mortuam? Si intus est ueritas, & foris uita, diuisus est Christus: nondum ex integro introduxisti dilectum tuum, ubi dimidius est foris. Quid si nec dilectus? Quomodo em̄ dilectus, si fidei non fuerit sociata charitas? Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, sed sibi nō moritur. uide ne tibi, aut magis tu ne illi moriaris, alioquin quæ poterit esse mortui, uel cum mortuo deluctatio? Quamam ergo ratione dilectus esse dicitur, ubi dilectio nō est? Si habitat Christus in corde tuo per fidem, sed foris est per dilectionē, uereor, imō uerum est, quia uel dimidius in te est, uel mortuus. *Viuo* (inquit Paulus) iam nō ego, uiuit uerò in me Christus. Potes & tu tibi uocis huius usum asumere, si tamen cum eodem dicere potes: Charitas Dei diffusa est in cordib. nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Sed est in alijs hæc uita laboriosa, in alijs libera, & in spiritualibus quibusdā delicijs agens. Quod si in carnis iura totus trāsiisti, & principibus tenebrarum in cordis tui recessus facilis & familiaris aditus patet, & immūdis amatorib. animam tuam prostituisti, quæ erit tibi conuentio Christi ad Belial? quæ societas luci ad tenebras? Si uerò uitij & incentori uitio rum indixisti pro Christi charitate conflictum: iam quidem dilectum tenes, sed nondum tibi res est in tuto. Turbaris adhuc, & thalami tranquillitate non frueris. Fides in potu est, sed prauæ consuetudinis impetus, & tentationum uel emergentium uel frequentiuū cumulus adhuc tibi frangendus, aut certe fugiendus est. Tene constanter inter discrimina ne te effugiat, donec introducas dilectum in domum matris tuæ, & in cubiculum genitricis tuæ. Tene cum labore, ne minus cauto ut parum curiosa citius elabatur. Fide tenes, professioe tenes: tene moribus, tene conuersatione, nec dimittas. Non est de cætero nunc pro fidei ueritate cōflictus, sed spiritualis huius certaminis æstus aduersus mores bonos & uitam honestam totus incanduit. Instant his diebus nouissimis tempora periculosa, quando sunt homines seipfos amantes, cupidi, elati, inuentores, imō & incentores malorum. In exortu fidei Christianæ persecutio nominis huius grandis erupit, Hodie pestilentia morum fœda satis, & lenta nimis exhalat. Corruptunt enim mores bonos exempla mala. Trahe nos bone Iesu, in odorem unguentorū tuorū, ne pestilens aura de uicino erumpens, saltem sapiētiæ in nobis infatuet. Sermo uester (Paulus inquit) semper in gratia sale cōditus sit. Nunquid solus sermo, & non potius uisus, auditus, inaccessus, om-

nis deniq; exterior gestus sale condiri debet? Placete (inquit) omnibus per omnia, sicut & ego. Quod si infatuati sunt ecclesiæ principes, plebes in quo salientur? Et nos fratres qui religionis professores sumus, sal esse terræ debemus. Si ergo & in nobis sal euauerit, in quo salietur? Factus est sacerdos sicut populus, ut licentius populus sicut sacerdos fiat. Mundo se monachi studio conformant, & qui in mundo sunt, errorem suum nostrorum satis uersute & nimis uerè tuentur exemplo. Mutuis ad uitia se se aut informāt, aut fouent exemplis, pastores, populi, seculares, & religiosi, promptuarīa plena sunt huiusmodi, eructantia ex hoc in illud, aut turpis aut tepidæ cōuersationis spiritum pestilentem. Heu quàm auido cordis ore prauum hunc attrahimus spiritum, & corruptentē haurimus auram. Pestilentia hæc pascim̄ in fluit per fenestras nostras. Iesu bone quando erit, si tamē aliquādo erit, sicut fides integra, sic & incorrupti mores? Quando contingeret ut sicut cum ueritate pax, sic nō sit pugna pro uirtute? Quando integrum te, & ex arbitrio in contemplationis & quietis cubiculo complectemur? Pauci sunt in ecclesia qui in hunc statum peruenerunt, sed tamen pro parte profitentur: Tenui nec dimittam illum, donec introducā in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Non est tota talis ecclesiæ facies, sed tamen multa talis, ut dicere possit: Tenui, nec dimittam illum, donec introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Fides profusior est, contracta negotia charitatis. Nunquid in uniuersitate credentium hanc aduertere est distinctio nem, & nō etiam in singulis nobis? Quis enim erit cui sicut ueræ & indubitatae fidei, sic etiam affectuum piorum integritas constet? Magnus planè est, si quis est qui sicut nunquā titubatur in fide, ita passionibus animi nullis turbetur. Planè talem ego dixerim cubiculi secreta ingressum. Bonum cubiculū cordis tranquillitas. Cum alijs laborat sapientia, sed cum humili & tranquillo quiescit spiritus Domini, & in pace locus eius. Sed hic quiescat interim sermo noster, magis uerò sensus noster in hoc utinam requiescat secreto cubiculi, ut quod experientia docuerit, expressius refundat sermone sequenti, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo XIII.

Adiuro uos, & c. Patet illā obdormisse, p̄ qua talis est facta adiuratio. Quidni dormiat cū dilecto, matris ingressa cubiculū, delicia rum recessus. Dormit, cū patre mentis excessum de accessu dilecti. Adiuuro, inquit, uos, ne succitetis dilectam. Beata planè, quæ dilectum hunc & tenere permittitur, & dimittere non compellitur. Tene, quod tenes: tene, & atrecta morose

rose & diligenter uerbum uitæ, reuolue uolumen uitæ, uolumen quod reuoluit Iesus, imō quod est Iesus. In uolue te illi, in uolue te illa qua in uoluit est ipse Iudone: quia amictus est lumine sicut uestimento. Induere dilectum tuum Dominum nostrum Iesum Christū. Excide tibi memoriale diligenter in petra, monumentū nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Christus enim petra. Semper noua reperiri possunt in Christo, ad noua potest penetrari. multi sunt in illo recessus, thesauri sapientiæ innumerabiles. Non est uno contentus uellere: sapius tonderi potest. Bona uellera sunt sensus mystici, sacra affectus, talibus abundat Iesus. Nudari, expoliari non potest. Latabor, inquit, super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. His te uesti spolijs, in uolue uelleribus, ut calefiat (sic ut scriptum est) latera tua. Eloquium enim eius ignitū. In his quiesce, ut suauis sit somnus tuus, sicut Salomon ait. Deniq; & sponsus istum dilectæ sue somnum tuetur & fouet, illam exuscitari uetās. Adiuuro uos, inquit, per capreas, ceruosq; camporum. Noua planè adiuratio, nec plus habens admirationis in specie, q̄ in uirtute mysteriorij. Quærens quid in se sacramenti in uoluitum contineant hæc animalia, quandam libere mentis alacritatē, & agilitatem spiritus, cursum se & saltatim (ut sic dicam) ad superiora ferentis, intelligo adumbrari in illis. An non & tibi uelut caprea & cerui uident, qui licet in corpore commorantes, corporis tamen euaserunt in comoda, & spirituali leuitate pondera carnis penè non sentiunt, & terrenæ molis materiam nesciunt mentis beneficio? Hi sunt qui spiritu ambulantes, ultra non sentiunt desideria carnis: aut si sentiunt, languida certè & quasi palpitantia, ad extremum ducentia halitum. Vos (inquit Apostolus his qui huiusmodi sunt) non estis in carne, sed in spiritu. Deniq; etsi cognouimus Christum secundum carnem, iam nō nouimus. Iam totus spiritualis factus est, iam se ad solitudines coelestes contulit, iam conscendit ad superiora. Ideo dicit ecclesia: Similis est dilectus meus capreae hinnuloq; ceruorū super montes Bethel. Ad hos te montes inuitat qui dicit: Si confurrexistis cum Christo, & c. Quasi capream te spiritualement fieri uult Paulus, qui ad illos te coelestes montes prouocat, qui singularis illius hinnuli te uestit imaginem. Sicut, inquit, portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui de coelo est. Bonus ceruus & ipse Paulus, qui ait: Nostra conuersatio in coelis est. Bonus planè ceruus, quem spiritus Domini uegetat & agit. Spiritus enim Domini subtilis & mobilis. Boni cerui, quos uox Domini præparat, quibus reuelat condensam mysteriorū, condensam in quibus benedictus ille latitat hinnulus. Bona certè caprea, quæ ad omnia quæ uel sibi proposita sunt, uel imposta, impigra & indefessa deuo-

atione spiritus dicere potest: Paratū cor meum Deus, paratum cor meum. Quæ ea quæ retro sunt obliuiscens, ad anteriora extenditur, Audisti communia, audi singularia, ut aliquid distinctio inter hæc assignemus animalia, nec cōfusa & indifferens sit de utriusq; disputatio. In ceruis antiquitatē attēde uiuendi, & uiuēdi acumen in capreis. Cerui quadam arte naturali à senio se tueri perhibentur, & uergentem in defectum uitam rediuiua nouitate ab interitu reuocare. Christus singulariter nō tam ceruus q̄ hinnulus dicitur: qui nititur æterna nouitate, nec habet aliquid uetustatis admixtum, quod subinde renouatione indigeat. Ille singulariter caprea uidendi priuilegio. Deniq; nemo nouit patrem nisi filius, et cui ipse uoluerit reuelare. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Ergo & hi quoq; quasi capreae quædam spirituales intelliguntur, qui reuelatos habent mentis oculos in agnitione Dei, qui spirituales effecti dijudicant omnia & perscrutantur: qui reuelata facie gloriam Domini contemplant. Cerui uerò sunt in eo, quod in eandem imaginem transformantur à claritate in claritatē tanquā à Domini spiritu, qui ueterem deponentes hominē, nouum induunt eum, qui creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis: qui senescentē deuotionē, & quodā languentē tedio, in nouum denuò feruorem reducunt, & perseverantē fastidia nesciunt reparatione frequenti. Qui (inquit Esaias) cōfidunt in Domino, mutabūt fortitudinē: non quidem ut ueterem perdant, sed ut nouam adiciant. Mutabunt fortitudinē in stauratis frequenter incrementis. Mutabunt (inquit) fortitudinē: current, & nō laborabūt: ambulabunt, & non deficient. Mutatio hæc profectiuū uidet in nouatio iugis sine defectu, sine fatigatione. Bona quidem fortitudo, quæ currens licet cum labore, tamē ad defectum declinare nō nouit. Melior planè, quæ nec laboris sentit molestias, sed oppositarū difficultatū transilit scandala, & uelut in cæpēstri plantie explicitis gressib. utens, iuxta quod scribitur: Cursor leuis explicat uias suas. Hoc est quod in præsentī ceruos camporum dicit, q̄ illis quælibet aspera & ardua quælibet, plana sunt & peruia, & inoffensis exposita cursib. quasi planioris æquora campi. Vox Domini, uox intime inspirationis mentis aurib. suauiter illapsa, illa est utiq; quæ ceruos huiusmodi præparat, quæ reuelat condensam, nam si qua cōdensa sunt, & crebris scandalorū quasi spinarum aculeis obsita, illis cōdensa nō sunt, quorū Dominus perficit pedes quasi ceruorū, qui nullo iniuriarum obice tardari possunt: magis autem complacent sibi in tribulationibus, & acceptas habere non norunt iniurias, aut nec respicere penitus, ex uehementia desiderij ad superiora properantis, & intendentis in anteriora. O misera sibi tempora nostra, quomodo ab hac regula in contrarium omnes

omnes penè resiliunt, etiam quæ pietatis plena sunt specie, ad iniurias interpretantur. Vbiq; se re obicem patimur, & impingimus in planis, & lubrica facta sunt in plateis uestigia nostra, sicut dicit Hieremias: Omnia nobis obtrusa querimur: siquidem iter pigrorum quasi sepes spinarum. Ad querelarum occasiones gratulamur, ad suspiciones parati, ut (quemadmodum scriptum est) terrere nos uideatur sonitus uolantis folij, & animi molestias manibus & uerbis accersire nitamur. Inde est quod spiritualium uirorum nimis crebro inquietamus quietem, interrumimus ocia, & mentis ad superiora intentione perturbamus soporem, & à gratissimo sponso auellimus amplexu. Huiuscemodi ergo molestias quas uel peruersitas querit, uel infirmitas parit, à dilecta sua sponsus auertit filias Hierusalem ad spiritualem quandam alacritatem inuitans. Hoc enim sibi uult, quod per capreas & ceruos adurat, ut spiritualium ad æmulationem prouocentur uirorum, et ab infestatione impertuna dilectæ quiescant. Adiuuro uos ne exuscitate dilectam donec ipsa uelit. Vtile uobis est, ut dilecta euigilet: sed expectate donec ipsa uelit. Eius expectetur arbitrium, ad cuius curam uestri spectat officium. Tunc uolet, cum spiritus illam uelle docuerit. Vnctio spiritus docebit illam. Adhærens enim dilecto, unus cum illo effecta est spiritus. Ideo dicere potest: Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, euangelizare misit me. Ergo euangelizabit uobis, cum acceperit tempus à spiritu. Interim bibula hauriat quod refundat uberius. Contemplationis gratia compassionem non euacuat, sed informat, & mentis excessus temperantem reddit infirmis. Deniq; cum dormit Adam, uiriliter costa infirmiorum mollescit sexum, & propter socialem copulam de latere uiri formata est mulier: imò in sociam mulierem Adam ipse conuertitur, & conformatione quadam transit in coniugem. Ideo dum euigilat, charitatis uocem primam emittit, in compari sua seipsum agnoscens. Hoc nunc os, inquit, de ossibus meis, & caro de carne mea. An non tibi Paulus uidetur uirilem dignitatem in humiliorem sexum deflectere, cum dicit se factum infirmis infirmum: Quasi spiritualis Adam Eua efficitur, dum subiectis compatitur apostolica firmitas, & sublimitas uirtutis & scientiæ sobrietate quadam capacitati temperatur infirmorum. Et si mente excedit Deo, sobrius tamen fit alijs. Mentis excessus bonus est sopor: non superbiam inducens, sed sobrietatem docens. Ad iuro uos ne exuscitate dilectam donec ipsa uelit: et si mente interim excedit Deo, iterum tamem sobria fiet. Si modò dormit, euigilabit rursum, ut uina quæ reperit, cum temperamento quodam uobis refundat. Ipsa nouit quando diuidat prædam domesticis, & cibaria ancillis. Quomodo non miserebitur filiarum uteri sui, quæ nec

ancillas præterit? Bonæ tamen filiarum ancillas se reputant, & naturalem nesciunt libertatem, dum ueritatis spiritu liberatas se esse recentent. Verè enim liberæ sunt quas liberat ueritas: & ideo aliam libertatem ignorant, quæ per adoptionem liberatas se gaudent. Deniq; quanto magis est gratuita adoptio, tanto est abiectio deuotior. Eadem ergo ancillæ sunt & filiarum: quia ubi maior est in adoptione dignatio, ibi iustior in subiectione deuotio. Ne suscitatis eam donec ipsa uelit. Ipsa nouit quando diuidat prædam domesticis, & cibaria ancillis. Non est de ista metuentum quod legitur: Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. Struthio pennæ speciem habet, caret tamen effectu uolandi. Nescit per mentis excessum uolare: propterea speciem non uisit suam, sed derelinquit in terra oua sua. Oblitus uiscitur quod pes conculcet ea, bestia conterat. Non nouit in contemplationis soporem assurgere struthio, ideo se compassionis affectu non induit. Ad commodum enim spectat filiarum in mentis excessu dormitio matris, & totum de compedio est quod spiritualis eius somnus protrahitur. ideo dicit: Adiuuro uos ne suscitatis dilectam, donec ipsa uelit. Bona adiuuratio per quæ & matri paratur, & profectus queritur filiarum. Quanto enim liberius uacat & uidet, tanto uberius adolescentulas reuiscit. Quanto sublimius suspenditur, tanto condescendit humilius, condescendit utilius. Quid uultis tempora dispensare, quæ sponsus posuit in uoluntate dilectæ? Ne exuscitate, inquit, illam, donec ipsa uelit. Tunc uolet, cum ab oculis eius euolauerit uisio dilecti. Lubrica est eius præsentia, & elabitur sub bito. Ego, inquit, dilecto, & ad me conuersio eius. Quid tam sanctum tentatis commercium ante tempus diuellere? Beata collatio, sed breuis hora. Sufficiat illi breuitas sua, quid illam decurtare uultis? Nihil tam exiguo imminuendum est momento. Fruatur interim liberè hora fugaci. Exuscitate eam uultis & auellere ad uos quæ Christus exuscitat, & in se euigilare facit: Denique et si dormit ipsa, sed cor eius uigilat in Christo. Petrus, & qui cum ipso erant in monte, grauati sunt somno, & euigilantes uiderunt maiestatem Iesu. Bene grauati somno, in quibus humanus reprimetur sensus. Grauabatur & reprimabatur in ipsis quod erat ex ipsis, ut ad ea quæ mundi sunt cæci & hebetes, tantum ad cognoscenda quæ Dei sunt, spiritu euigilarent exuscitati diuino. Euigilantes, inquit, uiderunt maiestatem. Bene ergo uigilat, qui talia uidet, qui uidet gloriam unigeniti à patre, qui audit arcana uerba quæ non licet homini loqui. Non licet ei dici in quo filius Dei nondum resurrexit. Videte, inquit, nemini uisionem dixeritis, donec filius hominis à mortuis resurgat. Non potest ei dici uisio, in quo nondum Christus resurrexit. Denique simile dictum est Mariæ: Noli me tangere, non

nondum enim ascendit ad patrem. Noli licet ei dici, qui non est raptus in paradysum, in locum deliciarum, in locum de quo Petrus dixit, Bonum est nos hic esse. Bene exuscitate, qui in hunc cum Paulo rapitur paradysum, qui ascendit cum Petro in montem, qui uel una cum Christo potest hora uigilare, quem non homo tangit, sed exuscitet & euigilare faciat Christus. Et Petrus ipse tetigit, ideo euigilauit, & uidit maiestatem eius. Denique & hæc ipsa dilecta uide qualis exurgat de sponsi amplexu. Quæ est ista, inquit, quæ ascendit quasi uirgula summi? Sed nos iam hic ascendentem reuocemus sermonem, & capitulum hoc alteri seruemus principio, imò illi qui de seipso dicit: Ego principium, qui & loquor uobis. Qui utinam nobis sit & sermonis principium, & cordis uerbum, ut quæ locuturi sumus de ipso, prior ipse loquatur in nobis. Loquere Domine, loquere mihi, & loquere pro me. Increpa pro me filias, non Hierusalem, sed Babylonis: dic ut sedeat & taceat filia Chaldaeorum. Deus bone, quanta sunt hodie filiarum Babylonis, quæ nesciunt cantica Sion, propter quas organa nostra suspendimus? Quanti sunt filij Edom, qui nos exinanierunt & exhaurierunt lætitia spirituali? Compescis filias Hierusalem ab infestatione dilectæ. Utinam mihi Domine à filiabus parcas Babylonis. Dispar enim est, & factis molestior uexatio malignantiū & amantiū. Sed tamen nescio qua nostri temporis huius miseriam ipsi amantes facti sunt malignantes. Quanta maligna hodie amicus in sancto? dixisse debui inimicus, sed dixi quod magis dolet. Ipsi amici facti sunt inimici. Amici professione, inimici affectione. Specie amici, sed amicitia uirtutem distantes. Amicus Absolon, quia filius: sed quanta malignatus est sceleratus in sancto, filius in patre, Absolon in Dauid: Absolon pax patris dicitur. Bonum planè nomē, sed ipse nominis huius uirtutem abnegabat. Affectauit regnū, incestauit cubile. Fœlix tamen Dauid, cui inter tot filios, non nisi unus persecutor erupit. Quem mihi dabis hodie inter magistros, cui non nisi unus Absolon insidietur? An non quasi Absolones sunt quidam qui (sicut scriptum est) pacem prædicant, & mordent dentibus? Affectant locum patris, foedant cubile, dum prauis susurrans socios corrumpunt: & subuertunt corda innocentium, in quibus patris spiritus suauiter quiescebat. Imitatione Absolon est, qui magistri & locum sibi arrogat, & uitæ derogat: pacem prædicat, & mordet dentibus. Malus est morsus derogatio, malus cibus de quo dicitur: Dulce est enim in ore eius malum, & abscondit illud sub lingua sua. Abscondit donec euomat in tempore uirus collectum. Quanta malignatur amicus in sancto? Denique quæ non uidet suspicatur. Posuerunt inquit, signa sua signa, & non cognouerunt. Ponunt quæ non inueniunt. Ponunt, quæ prauè postea exponunt, Signa, inquit, sua, se ipsos enim in

signum ponunt, cum ex suæ prauitatis regula alios metiuntur. Signa, inquit, quasi dicat: tantum signa, & non ueritatem, Signa non certitudinis, sed suspitionis. Et non cognouerunt. Non enim cognitione, sed coniectura nituntur. Malignatur inimicus in sancto. In sancto? In sancto sancto? In sancto qui dicit: Qui uos spernit, me spernit. Temerarium est (ut dicit Apostolus) alienum feruum iudicare. Tu ergo quis es qui Dominum tuum iudices? Qui enim potestatem diiudicat, ordinationem Dei diiudicat. Denique conqueritur & dicit: Tulerunt à me homines iudicium meum, & filij hominum, ut quid diligitis uanitatem, & queritis mendacium? Vanitatem utique diligitis prælationis, & ideo queritis in prælatis uestris mendacium prauæ suspitionis. Vani enim filij hominum, mendaces in stateris, mendaces in iudicijs. Et utinam pro minimo mihi sit ab humano die iudicari, dum aeterno diei expecto iudicium. Cum, inquit, accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Ipse iustus iudex tempus expectare se dicit, ut iustitias iudicet: & tu tibi ante tempus assumis iudicium? Pater omne iudicium dedit filio: & tu tibi quod non accepisti iudicium assumis, & hoc in patre? Vide ne forte in eum patrem à quo omnis paternitas in cœlis & in terris nominatur. Viperæ generatio matrem suam comedit, & dente ueneno doctore uitam corrodit. Non sunt istæ filia Hierusalem, & filia pacis, sed Babylonis: quando increpabis illas, & dices, filia Babylonis nolite flere super me, sed super uos ipsas flere? Siquidem impropria eorum qui uices tuas gerunt, in te redundat, nec est murmur eorum contra nos, sed contra Dominum. Parcite ergo à murmuratione quæ non prodest uobis, & alijs nocet. Tu Domine, tu potius obstrue os loquentium iniqua, & ne claudas ora te canentium. Sed quid iam nunc querelis his ulterius immoror? Non id nunc gero propositum, ut nostra desleam, sed ut aliena cantem. Sufficiat paucis nostra deplorasse. Iam à lætibus reuortor ad cantica. Illo nobis animū præstante & os & oclum, qui cohibet inquietos à sponsa somno Christus Iesus, unā cum patre & spiritu sancto regnans per omnia secula. Amen.

Sermo XV.

Quæ est ista quæ ascendit per desertum quasi uirgula summi ex aromatibus? Videte fratres (sicut & uidetis) quàm sit efficax ad incrementa gratiarum tranquillitas mentis: quales metat fructus de interna quiete Christi dilectæ. Videte inquit, qualis procedat de sponsi amplexu. Qualis ergo progreditur, à me ne quæsieritis, sponsi potius super hoc sodales cōsultite. Quid si et ipsis quasi noua & insolita de secreto dilecti sinu procedit? Noua planè. Nam ipsa nouitas admiratio nem inducit. Quæ est ista quæ ascendit? Attende profectum. In superioribus custodes interpellat & de uisione rogat dilecti. Hic ipsis custodibus

G G g admi

admiranda prorumpit & noua sub specie. Quid A
ni in noua procedat de complexu dilecti? Ipse
Apo. 2.1. eit enim qui de se dicit, Ecce ego omnia noua
facio. Etiam quæ noua sunt, ipse renouat. Puta
caminus est, aurum admoue. Si purum est, pur-
gatus reddit, & rutilans metallum recentem de
fornace fulgorem educit. An nō caminus Chri-
Psal. 118. stus? Ignitum, inquit Psalmista, eloquium tuum
uehementer. Hoc camino decocta non potest
nisi noua & uelut altera p̄dire creatura in Chri-
sto. Deniq̄ & ipsius dum oraret, species facta
est altera; sed tibi altera cum oras eius sit species.
Nam in se manes unus, innouat omnia. Altera
facta est corporalis Domini species cum oraret,
et uoluit per hoc in mente tua orationis cōmen-
dare uirtutē, q̄ illa sit quæ te in intimis alterum
faciat, & nouum commutet in hominē, & medi-
tatio innouet. Nos, inquit Apostolus, reuelata
2. Cor. 3. facie gloriæ Domini speculantes, in eandem
imaginem transformamur, hoc est in eandem
quam intuemur, transformamur. Fortē & spon-
sa de speculationis arcano eam quam intuebat,
sponsi imaginem uestita prodijt. Noua planē.
Nam sodalium circa ipsam admiratio nouita-
Cant. 3. tem protestatur: Quæ est ista quæ ascendit? ac si
dicat, nō est cum illa sicut heri & nudius tertius?
Non iam amplius circuit ciuitatem, non discit
rit per uicos, per plateas, per uigiles. Non erra-
bunda uagat, sed itinere directo ascendit. Quæ
est in hac ipsa hæc tam subita nouitas? Quæ est
ista quæ ascendit, & ascendit per desertum? De-
sertum uerē & aridū & sterile reputat seculum
omne hoc per quod ascendit, & quamam ratio-
ne nobis factus deserti huius odor sicut odor a-
gri pleni, & quasi ei benedixerit Dominus?
Quantos trahit ad se deserti huius odor & tenet
ne possint auelli, odor iste, odor mortis ad mor-
tem? Inanitas est quam putatis ubertatem. De-
nique terra sitis est, & imago mortis, sicut dicit
Hier. 2. Hieremias propheta: Terra, inquit, sitis. Cupidi-
tates enim mundanas magis irrat, q̄ satiat. In-
fructuosa est ista, quam putas plenitudo: & si
quid est fructus, id fluxum est, & mutabilitate
sua mortis præfert imaginem. Quomodo ubi
mortis uides imaginem, odorem uitæ sentire
te reputas? Odorem uitæ Christi spirat uber-
tas, ipse enim est ager uerē plenus, ager fertilis,
ager cui benedixit Deus pater. Alium præter
istum agrum sponsa nescit, sed desertū reputat,
& terram saluginis. Quæ est ista quæ ascendit
per desertum? Bonum erit certē desertum, si nō
fuerit cor tuum insulcatū inimici uomere, si nō
fuerit eius irriguum stillicidijs, impinguatum ro-
re: si non quæ superfeminat zizania in te læta lu-
Psal. 142. xurient, imō renascantur quidem quasi fœcun-
do in solo. Sterile sit cor tuum, ne tale uel ger-
men proferat, uel semen suscipiat. Anima, in-
quit, mea sicut terra sine aqua tibi. Bonum deser-
tum talis anima, bonum etiam desertum caro in-

tegra, caro intacta, caro immundis non exarata
concupiscētijs, caro carnalis uoluptatis nesciēs
femina. Qui em̄ seminat in carne, de carne me- Gal. 6.
tet corruptionem. Bonum deniq̄ desertū alius
uirginalis. Talis erat beata illius & specialis uir-
ginitatis uterus, quem nullus impudici motus af-
fectionis immundē temerauit lesio. Caro ipsius
sicut terra deserta, & inuia, & inaquosa, in qua
Christus apparuit. Non tamen deserta penitus,
quæ Christum parturuit: irrigua est, sed fluētis
uirtutū. Ideo quasi puteus dicit aquarum uiuen-
tium, quæ fluunt impetu de Libano, quod uir-
ginalis munditiæ candor spirituales refundat
gratias. Ortus conclusus uenter eius castimonie
uirginalis disciplina, eo quod integritatis sepem
carnalis desiderij non dispauerit ardor: pro-
pterea in talibus irriguis aquis fructum dedit in
tempore suo. Vis audire qualem hæc terra deser-
ta dedit fructum. Osee te docet qui dicit: Addu-
Osee 11. cet Dominus uentum de deserto urentem, &
desiccabit uenas mortis. Quis alius mortis defic-
cauit uenas, nisi Christus Iesus, quem nobis in-
temerati uentris desertum refundit: Et bene uen-
tus: quia spiritus ante faciem nostram Christum
Dominus. Denique dicitur est secundus Adam
in spiritum uiuificantem. Huius flatu apostoli-
cæ nubes uolant, quas Esaias miratur. Quid mi-
Thren. 4. rum, si uentus dicitur, quem & nubem legis?
Ascendet (inquit) Deus super nubem leuem:
Esa. 19. Ne hic leuem quasi uagam & instabilem acci-
pias, sed leuitatis intelligentiam ad spirituales
aptitudinem trahe, quod corpus incorruptibile
nullam animæ grauitatē attulerit, nec depresso
terrena commemoratio sensum multa imō cuncta
cogitantē. An non quasi uenti facti sunt omnes
q̄ spirituali leuitate a terrenis elapsi, cōuersatio-
nem sibi in celo collocant: Sed ipse speciali ra-
tione uentus, qui reliquorū ambulat super pen-
nas uentorum, & spirituum omnium uirtutes
excedit. Iure ergo uentum eum uocat, nominat
et uentū urentem, quod eius flatu peccati sint in
nobis frigora resoluta, & captiuitas nostra con-
uersa tanquam torrens in austro. Huius se æstu
exustos discipuli senserunt, cū dicerent: Nōne
Luc. 24. cor nostrū ardēs erat in nobis, dum loqueretur?
Et nescio si uspiā libentius spirat, q̄ in castē & il-
lase integritatis deserto & inuio. Hæc loca liben-
ter perflat, & casti corporis animā charitatis fer-
uore decoquit, & spiritualibus liquefactā deside-
rijs tenues resoluit in uapores, & ueluti fumū uir-
gulā excurrere facit. Quæ est, inquit, ista quæ ascen-
dit per desertum quasi uirgula fumū? Et bonum
desertum caro castitatis exhausta & desiccata
uirtute, quæ nullam delectationis immundę ne-
bulam exhalet, nec ignem extinguat, sed nu-
triat, quem Domini flatus succendit. Ignis hic
aromaticam si inuenerit animam, succendit, &
alteram commutat in speciem, & quasi uirgula
fumi exhalat in superiora. Quasi uirgula, in-
quit,

quit, quod per cogitationum disciplinam ab ex-
teriori sit ad interiora constricta, & ab inferiori
ad superiora directa: quasi uirgula, quod sese ad
seipsam colligat, & supra se porrigat. Sed quid
sibi uult, quod illam fumū uirgulæ cōparat? An
fortē per hoc innuere uoluit, quod non sit perpe-
tua ac solida spiritualis huius suauitatis gratia, &
mentis ascensus, sed facile sicut fumus liquecat?
Suauis est planē & omnino spiritualis uapor fu-
mi, in quem se aromata cōcremata relaxāt. Sed
ego uirgulæ isti tenere & delicatæ turbines me-
tuo, ne illam uentorum flabra diuerberent, ne
circumferat procella curarum, & tentationis au-
ra illam dissoluat, & cedat omni uento. Exem-
pla nobis metum suadent. Multos em̄ uidemus
& dolemus tam in sperato celsisse, quam subito
erupisse, meditatione subtiles sunt, orationis im-
pensū studio, pingues gratia, deuotione quadā
dulci uberes, effusi in lachrymas: cum subito le-
uis impatientiæ occasio quolibet spirituales has
contristat delicias & exhaurit. An nō ergo qua-
si fumus tam facile euanescent gloria? Iure qua-
si uirgula fumū talis ascēdo, quæ uel propria mu-
tabilitate deficit, uel accidenti molestiæ cedit. E-
go tamen non audeo super sponsæ persona fu-
mum pro defectu interpretari. At si tu conten-
tiosè resistis, eum tibi do defectum accipere quē
Psal. 118. tibi psalmus commendat: Defecerunt oculi mei
in eloquium tuum. Defecit in salutare tuum a-
nima mea. Vtinam hoc Domine defectu atten-
nuentur oculi mei, & deficiant. Vtinam hoc de-
fectu deficiat anima mea, deficiat & liquefiat,
& eloquio tuo calefacta, eloquio uehementē i-
gnito, ab omni crasso intellectu, & in tenuiorē
spiritualis habitudinis auram laxetur. Vtinam
si quid fuerit in me torpentia intelligentiæ &
hebetis desiderij, in subtilioris gratiæ usum deficiat
& attenuatiōe quadam, & acumine spiri-
tuali a crassitudine sua uertatur in uirgulam fu-
mi. In talem utinā deficiat fumum animæ meæ
C uirtus, & non deficiat sicut fumus, ne dicat: De-
fecerunt sicut fumus dies mei. Aliud est omni-
no ita deficere sicut fumus, ut omnino non sis.
Aliud ita deficere, ut sicut fumus attenuatus ani-
mo, & spiritualis sis. Bene defecerat Psalmista,
Psal. 83. cum diceret: Concupiscit & deficit anima mea
in atria Domini. Quoniam enim modo non de-
ficit, quem Christus inflammat: Ignis ipse est, si-
cut scribitur, & ignis consumens. Qui, inquit,
Heb. 12. approximatus ad me, approximatus ad ignē. Quis
mihi dabit ut hunc possim ignem ligare in sinu
meo, ut inflammet cor meum, renes commutet
& ad nihilum me redigat? Iure quasi uirgula fu-
mi ascendit, quæ de calore processit cubiculi, de
uerbi igniti cōplexu. Suaues tua flamma Chri-
ste uapores euomere solet, & odoris aromatici
fumum producit. Quasi uirgula, inquit, fumū
ex aromatibus. Et fumum lego qui de Leuiathā
Poc. 9. ore procedit, Et item fumū de puteo abyssi pro-

deuntem, sed non ibi uirgulam, non aromata le-
go. Nihil ibi directum, nihil dulce, sed horror
fumus, & ordo nullus. Fumus horrois est,
qui de puteo procedit abyssi. De hoc fumo im-
Psal. 2. pij dixisse leguntur: Fumus afflatus est in nari-
bus nostris, & sermo scintillæ ad cōmouendum
cor nostrum. Meis utinam Iesu bone, narib, fu-
mus affletur, quē tuus ignis agit: & de camino
tuo sermo scintillæ ad commouendum, imō ad
commutandū cor meum. Ignis tuus ignis cō-
sumens est: uitiā si inuenit, consumit, & confes-
sionis fumum emitit. Sed non est iste fumus ex
aromatibus. Qui tangit, inquit, montes, & fumū
Psal. 103. gant. Bonus ignis qui tumores extenuat ani-
morum, & attactu suo elationes terrenas per e-
missos pœnitentiæ fumos euanescere facit. Sed
alterius odoris & gratiæ fumus est, quem aro-
mata uirtutum cremata refundunt. Ignis iste,
Luc. 12. ignis quem Dominus misit in terram, & uoluit
uehementē accendi, non tantum uitiā cōsumit,
sed uirtutes ipsas in suauioris gratiæ affectū cō-
mutat. Aromata cum integra sunt, olent suauiter:
sed hoc igne liquefacta, alium longē spirant
odorem. Huius odoris fragrantiam sentientes
in sponsa sponsi sodales mirantur & dicunt: Quæ
Cantic. 3. est ista quæ ascendit per desertum quasi uirgula
fumi ex aromatibus. myrrhæ & thuris, & uniuersa
si pulueris pigmentarij? Habes in myrrha con-
tinentiæ uirtutem, in thure orationis studiū, in
puluere pigmentario inter uirtutum copias cor-
dis contriti humilitatem. Et bona myrrha quæ
carnalem petulantiam reprimat, & fluxus mo-
tus lasciuire non sinit, & carnem non esse car-
nem compellere nititur. Sed continentia nostræ
myrrha corpulenta uidetur & minus castigata,
& quasi uicina carni, nisi fuerit hoc igne cœle-
sti, hoc amoris diuini feruore liquefacta. Bona
quidem continentia myrrha, quæ pergentem
ad illicita cohibet appetitū: sed alterius est sua-
uitatis & gratiæ, quando charitatis ardore lique-
scens, crassum omnem & carnalem nescit affe-
ctum. Quid uerò thus? Nōne ipsum est odo-
ris exigui, dum integritas illi & corpulentia sua
manet? Cum uerò flammis subactum effluere
cœperit, in odoriferos totum fumos expirat. Si-
mili ratione nōne tibi uidetur crassa & pigra
oratio & corporea quadā tarditate segnis igniti
& intimi eloquij si non fuerit uirtute succensa?
Vtiq̄ in thure ego accipio orationis materiam,
& in fumo gratiam. Dirigat, inquit, oratio mea
Psal. 146. sicut incensum in conspectu tuo. Nescit itinere
directo ad Deum ire oratio quæ succensa non
fuerit. Oratio quæ frigido fuerit de corde ex-
pressa, subito relabitur: nec potest esse perpetua,
quæ non est prompta. Vim patitur, & non est
sui iuris. Sed nec sui iuris est planē succensa ora-
tio. Illa contra conatum reprimat, ista supra con-
atum arripit. Illa conatur & recidit, ista præter
conatum ascendit. Illa uolenter dirigit, ista uo-
GGg 2 luntate

admiranda prorumpit & noua sub specie. Quid-
 ni in noua procedat de complexu dilecti? Ipse
 Apoc. 21. est enim qui de se dicit, Ecce ego omnia noua
 facio. Etiam quæ noua sunt, ipse renouat. Puta
 caminus est, aurum admoue, si purum est, pur-
 gatus reddit, & rutilans metallum recentem de
 fornace fulgorem educit. An nō caminus Chri-
 stus? Ignitum, inquit Psalmista, eloquium tuum
 Psal. 118. uehementer. Hoc camino decocta non potest
 nisi noua & uelut altera, p̄dire creatura in Chri-
 sto. Deniq; & ipsius dum oraret, species facta
 est altera; sed tibi altera cum oras eius sit species.
 Nam in se manes unus, innouat omnia. Altera
 facta est corporalis Domini species cum oraret,
 et uoluit per hoc in mente tua orationis cōmen-
 dare uirtutē, q̄ illa sit quæ te in intimis alterum
 faciat, & nouum commutet in hominē, & medi-
 ratio innouet. Nos, inquit Apostolus, reuelata
 2. Cor. 3. facie gloriam Domini speculantes, in eandem
 imaginem transformamur, hoc est in eandem
 quam intuemur, transformamur. Fortē & spon-
 sa de speculationis arcano eam quam intuebat,
 sponsi imaginem uestita prodijt. Noua planē.
 Nam sodalium circa ipsam admiratio nouita-
 tem protestatur: Quæ est ista quæ ascendit? ac si
 Cant. 3. dicat, nō est cum illa sicut heri & nudius tertius?
 Non iam amplius circuit ciuitatem, non discur-
 rit per uicos, per plateas, per uigiles. Non erra-
 bunda uagat, sed itinere directo ascendit. Quæ
 est in hac ipsa hæc tam subita nouitas? Quæ est
 ista quæ ascendit, & ascendit per desertum? De-
 sertum uerē & aridū & sterile reputat seculum
 omne hoc per quod ascendit, & quānam ratio-
 ne nobis factus deserti huius odor sicut odor a-
 gri pleni, & quasi ei benedixerit Dominus?
 Quantos trahit ad se deserti huius odor & tenet
 ne possint auelli, odor iste, odor mortis ad mor-
 tem? Inanitas est quam putatis ubertatem. De-
 nique terra sitis est, & imago mortis, sicut dicit
 Hier. 2. Hieremias propheta: Terra, inquit, sitis.
 Cupidi-
 rates enim mundanas magis irritat, q̄ satiat. In-
 fructuosa est ista, quam putas plenitudo: & si
 quid est fructus, id fluxum est, & mutabilitate
 sua mortis præfert imaginem. Quomodo ubi
 mortis uides imaginem, odorem uitæ sentire
 te reputas? Odorem uitæ Christi spirat uber-
 tas, ipse enim est ager uerē plenus, ager fertilis,
 ager cui benedixit Deus pater. Alium præter
 istum agrum sponsa nescit, sed desertū reputat,
 & terram saluginis. Quæ est ista quæ ascendit
 per desertum? Bonum erit certē desertum, si nō
 fuerit cor tuum insulcatū inimici uomere, si nō
 fuerit eius irriguum stillidij, impinguatum ro-
 re: si non quæ superfeminat zizania in te læta lu-
 xuriant, imō renascantur quidē quasi fecun-
 do in solo. Sterile sit cor tuum, ne tale uel ger-
 men proferat, uel semen suscipiat. Anima, in-
 quit, mea sicut terra sine aqua tibi. Bonum deser-
 tum talis anima, bonum etiam desertum caro in-

tegra, caro intacta, caro immundis non exarata
 concupiscētis, caro carnalis uoluptatis nesciēs
 femina. Qui em̄ seminat in carne, de carne me-
 tet corruptionem. Bonum deniq; desertū aliud
 Galat. 4. uirginalis. Talis erat beatæ illius & specialis uir-
 ginitatis uterus, quem nullus impudici motus af-
 fectionis immundē temerauit lesio. Caro ipsius
 sicut terra deserta, & inuia, & inaquosa, in qua
 Christus apparuit. Non tamen deserta penitus,
 quæ Christum parturiuit: irrigua est, sed fluētis
 uirtutū. Ideo quasi puteus dicit aquarum uiuenti-
 um, quæ flurunt impetu de Libano, quod uir-
 ginalis munditiæ candor spirituales refundat
 gratias. Ortus conclusus uenter eius castimonie
 uirginalis disciplina, eo quod integritatis sepem
 carnalis desiderij non dispauerit ardor: pro-
 pterea in talibus irriguis aquis fructum dedit in
 tempore suo. Vis audire qualem hæc terra deser-
 ta dedit fructum. Osee te docet qui dicit: Addu-
 cet Dominus uentum de deserto urentem, &
 Osee 11. desiccabit uenas mortis. Quis alius mortis desic-
 cauit uenas, nisi Christus Iesus, quem nobis in-
 temerati uentris desertum refudit? Et bene uen-
 tus: quia spiritus ante faciem nostram Christus
 Dominus. Denique dictus est secundus Adam
 in spiritum uiuificantem. Huius flatu apostoli-
 cæ nubes uolant, quas Esaias miratur. Qui di-
 mirum, si uentus dicitur, quem & nubem legis?
 Ascendet (inquit) Deus super nubem leuem:
 Esai. 63. Nec hic leuem quasi uagam & instabilem acci-
 pias, sed leuitatis intelligentiam ad spiritualem
 aptitudinem trahet, quod corpus incorruptibile
 nullam animæ grauitatē attulerit, nec depre-
 sisset terrena commoratio sensum multa imō cuncta
 cogitantē. An non quasi uenti facti sunt omnes
 q̄ spiritali leuitate a terrenis elapsi, cōuersatio-
 nem sibi in celo collocant? Sed ipse speciali ra-
 tione uentus, qui reliquorū ambulat super pen-
 nas uentorum, & spirituum omnium uirtutes
 excedit. Iure ergo uentum eum uocat, nominat
 et uentū urentem, quod eius flatu peccati sint in
 nobis frigora resoluta, & captiuitas nostra con-
 uersa tanquam torrens in austro. Huius se æstu
 exultos discipuli senserunt, cū dicerent: Nōne
 Luc. 24. cor nostrū ardēs erat in nobis, dum loqueretur?
 Et nescio si uspiā libentius spirat, q̄ in castē & il-
 læse integritatis deserto & inuio. Hęc loca liben-
 ter perflat, & casti corporis animā charitatis ser-
 uore decoquit, & spiritalibus liquefactā deside-
 rij tenues resoluit in uapores, & ueluti fumi uir-
 gulā excurre facit. Quæ est, inquit, ista quæ ascen-
 dit per desertum quasi uirgula fumi? Et bonum
 desertum caro castitatis exhausta & desiccata
 uirtute, quæ nullam delectationis immundę ne-
 bulam exhalat, nec ignem extinguat, sed nu-
 triat, quem Domini flatus succendit. Ignis hic
 aromaticam si inuenit animam, succendit, &
 alteram commutat in speciem, & quasi uirgula
 flumī exhalat in superiora. Quasi uirgula, in-
 quit,

quit, quod per cogitationum disciplinam ab ex-
 teriori sit ad interiora constricta, & ab inferiori
 ad superiora directa: quasi uirgula, quod sese ad
 seipsam colligat, & supra se porrigit. Sed quid
 sibi uult, quod illam fumi uirgulæ cōparat? An
 fortē per hoc innuere uoluit, quod non sit pe-
 trita ac solida spiritualis huius suauitatis gratia, &
 mentis ascensus, sed faciliē sicut fumus lique-
 scat? Suauis est planē & omnino spiritualis uapor fu-
 mi, in quem se aromata cōcremata relaxat. Sed
 ego uirgulæ isti tenere & delicatæ turbines me-
 tuo, ne illam uentorum flabra diuerberent, ne
 circumferat procella curarum, & tentationis au-
 ra illam dissoluat, & cedat omni uento. Exem-
 pla nobis metum suadent. Multos em̄ uidemus
 & dolemus tam insperato celsisse, quā subito
 erupisse, meditatione subtiles sunt, orationis im-
 pensū studio, pingues gratia, deuotione quadā
 dulci uberes, effusi in lachrymas: cum subito le-
 uis impatientiæ occasio quolibet spirituales has
 contristat delicias & exhaurit. An nō ergo qua-
 si fumus tam facile euanescent gloria: lute quæ-
 si uirgula fumi talis ascensio, quæ uel propria mu-
 tabilitate deficit, uel accidenti molestie cedit. E-
 go tamen non audeo super sponsæ persona fu-
 mum pro defectu interpretari. At si tu conten-
 tiose resistis, eum tibi do defectum accipere quē
 tibi psalmus commendat: Defecerūt oculi mei
 Psal. 118. in eloquium tuum. Defecit in salutare tuum a-
 nima mea. Utinam hoc Domine defectu atte-
 nentur oculi mei, & deficiant. Utinam hoc de-
 fectu deficiat anima mea, deficiat & liquefiat,
 & eloquio tuo calefacta, eloquio uehementer i-
 gnito, ab omni crasso intellectu, & in tenuiore
 spiritualis habitudinis auram laxetur. Utinam
 si quid fuerit in me torpulentæ intelligentiæ &
 hebetis desiderij, in subtilioris gratiæ usum defi-
 ciat, & attenuatione quadam, & acumine spiri-
 tuali a crassitudine sua uertatur in uirgulam fu-
 mi. In talem utinā deficiat fumum animæ meæ
 Psal. 101. uirtus, & non deficiat sicut fumus, ne dicat: De-
 fecerunt sicut fumus dies mei. Aliud est omni-
 no ita deficere sicut fumus, ut omnino non sis.
 Aliud ita deficere, ut sicut fumus attenuatus ani-
 mo, & spiritualis sis. Bene defecerat Psalmista,
 cum diceret: Concupiscit & deficit anima mea
 in atria Domini. Quoniam enim modo non de-
 ficat, quem Christus inflammat: Ignis ipse est, si-
 cut scribitur, & ignis consumens. Qui, inquit,
 Hebr. 12. approximatus ad me, approximatus ad ignē. Quis
 mihi dabit ut hunc possim ignem ligare in sinu
 meo, ut inflammet cor meum, renes commutet
 & ad nihilum me redigat? Iure quasi uirgula fu-
 mi ascendit, quæ de calore processit cubiculi, de
 uerbi igniti cōplexu. Suaues tua flamma Chri-
 ste uapores euomere solet, & odoris aromatici
 fumum producit. Quasi uirgula, inquit, fumi
 ex aromatibus. Et fumum lego qui de Leuathā
 Apoc. 9. ore procedit. Et item fumū de puteo abyssi pro-

deuntem, sed non ibi uirgulam, non aromata le-
 go. Nihil ibi directum, nihil dulce, sed horror
 fumus, & ordo nullus. Fumus horroris est,
 qui de puteo procedit abyssi. De hoc fumo im-
 pij dixisse leguntur: Fumus afflatus est in nari-
 bus nostris, & sermo scintillæ ad cōmouendum
 Sap. 2. cor nostrum. Meis utinam Iesu bone, narib. fu-
 mus affletur, quæ tuus ignis agit: & de camino
 tuo sermo scintillæ ad commouendum, imō ad
 commutandū cor meum. Ignis tuus ignis cō-
 sumens est: uirtia si inuenit, consumit, & confes-
 sionis fumum emittit. Sed non est iste fumus ex
 aromatibus. Qui tangit, inquit, montes, & fumi
 Psal. 103. gang. Bonus ignis qui tumores extenuat ani-
 morum, & actu suo elationes terrenas per e-
 missos poenitentiae fumos euanescere facit. Sed
 alterius odoris & gratiæ fumus est, quem arro-
 mata uirtutum cremata refundunt. Ignis iste,
 Luc. 12. ignis quem Dominus misit in terram, & uoluit
 uehementer accendi, non tantum uirtia cōsumit,
 sed uirtutes ipsas in suauioris gratiæ affectū cō-
 mutat. Aromata cum integra sunt, olent suauiter:
 sed hoc igne liquefacta, alium longē spirant
 odorem. Huius odoris fragrantiam sentientes
 in sponsa sponsi sodales mirantur & dicunt: Quæ
 Cantic. 3. est ista quæ ascendit per desertum quasi uirgula
 fumi ex aromatibus, myrrhae & thuris, & uniuersa
 si pulueris pigmentarij? Habes in myrrha con-
 tinentiæ uirtutem, in thure orationis studiū, in
 puluere pigmentario inter uirtutum copias cor-
 dis contriti humilitatem. Et bona myrrha quæ
 carnalem petulantiam reprimat, & fluxos mo-
 tus lasciuire non sinat, & carnem non esse carna-
 lem compellere nititur. Sed continentia nostræ
 myrrha corpulenta uidetur & minus castigata,
 & quasi uicina carni, nisi fuerit hoc igne cele-
 sti, hoc amoris diuini feruore liquefacta. Bona
 quidem continentia myrrha, quæ pergentem
 ad illicita cohibet appetitū: sed alterius est sua-
 uitatis & gratiæ, quando charitatis ardore lique-
 scens, crassum omnem & carnalem nescit affe-
 ctum. Quid uerō thus? Nōne ipsum est odo-
 ris exigui, dum integritas illi & corpulentia sua
 manet? Cum uerō flammis subactum effluere
 cœperit, in odoriferos totum fumos expirat. Si-
 mili ratione nōne tibi uidetur crassa & pigra
 oratio & corporea quadā tarditate segnis igniti
 & intimi eloquij si non fuerit uirtute succensa?
 Utiq; in thure ego accipio orationis materiam,
 & in fumo gratiam. Dirigat, inquit, oratio mea
 Psal. 146. sicut incensum in conspectu tuo. Nescit itinere
 directo ad Deum ire oratio quæ succensa non
 fuerit. Oratio quæ frigidus fuerit de corde ex-
 pressa, subito relabatur: nec potest esse perpetua,
 quæ non est prompta. Vm patitur, & non est
 sui iuris. Sed nec sui iuris est planē succensa ora-
 tio. Illa contra conatum reprimat, ista supra con-
 atum arripit. Illa conatur & recidit, ista præter
 conatum ascendit. Illa uiolenter dirigit, ista uo-

luntate fertur. Illa uix exhibet, ista nec cohibet. Illa laboriosa, ista libera. Illa tristis, ista læta. Illa bona, sed ista optima. Denique est oratio temperate media inter frigidam & seruidam: illam excedens, sed non accedens ad istam. Et (ut sic dicam) prima coacta est, secunda directa, tertia abrepta. Prima (ut sic dicam) sitiens, secunda sobria, tertia ebria est. Ista enim est, quæ mente excedit Deo: ideo ascendit quasi uirgula fumi ex aromatis, myrrhæ & thuris, & uniuersi, inquit, pulueris pigmentarij. Myrrhæ in puluere pigmentario humilitatis expressit uirtutem, quod ea de magnis meritis nil magnum sentire nouerit, non altum sapere, sed humili aestimatione reliquarum attenuet merita uirtutum, & earum soliditatem quasi ad quandam pulueris exiguitatem deducat. Et bene post orationis commendationem sub figura pulueris pigmentarij de humilitate subiungitur. Oratio enim humilitatis se, nubes penetrat: imò sine humilitatis gratia oratio quantumlibet acuta, hebes tamen est, & tristem refundit odorem elatæ myrrhæ castitatis, neque fluxos carnalium bene restringit motus cogitationum continentia myrrhæ, quæ animum in superbia fumum lasciuire permittit. Contritione multa pigmenta rediguntur in puluerem. Et bona contritio, quoniã cor contritum & humiliatum Deus non despicit. Bona planè contritio, quæ nihil relinquit indiscussum, nihil tumidum, nihil non humiliatum: nec in uirtutibus, ipsis, iustitias ipsas diiudicat, & arguit non modò de peccato, sed de iustitia & de iudicio. An non quasi comminuitur quod redarguitur? An non quasi humiliatur iustitia quæ diiudicatur? In ueritate (inquit) tua humiliasti me. Non omnium est hoc dicere. Inferiores in uanitate sua humiliantur, perfectiores in ueritate Dei. Non potest uanitas ueritatem diiudicare, sed ueritas uanitatem, & ueritas ueritatem. Spiritus enim diiudicat omnia. Quod humano solidum & integrum uidebatur iudicio, cum inuenerit spiritus ueritatis euacuat & comminuit illud. In spiritu enim uehementi conteruntur uirtutum pigmenta in puluerem, & iustitia iudicatur. In turbine, inquit Iob, conteret me. In turbine spiritus sui, spiritus uehementis, in turbine spiritum meum arripientis. In hoc turbine conteret me, & multiplicabit, inquit, uulnera mea. Integra mihi uidebatur anteque ueniret spiritus uehementis, iustitia mea: sed ipse diiudicat, ipse conterit, ipse uulnerat, & multipliciter confringit bonorum presumptionem meritorum, sauciam & languidam humanam docet esse uirtutem. Utinam mihi hoc modo conteri obueniat, redigi in puluerem omnium bonorum affectuum, piarum meditationum. Utinam Iesu bone, turbo spiritus tui talem animam meam puluerem afflet de plateis cœlestis Hierusalem, ut in hoc puluere calefiam, in puluere sedeam, in puluere dormiam, sed puluere pig-

mentario. Beatus qui in hoc puluere moratur, cui suauis, & spiritaliter puluerem cogitationes undique labunt. Expergiscimini (inquit) & laudate qui habitatis in puluere. Denique & sponsa de felici expergescit somno, quasi uirgula fumi exurgit ex aromatis, uniuersi pulueris pigmentarij. Uniuersi, inquit. Et ueritas ipsa bonorum uniuersitatem operum, ad quandam te docet puluerem & uelut sterilitatem deducere. Cum omnia feceritis, inquit, dicite, Serui inutiles sumus: quæ debuimus facere, fecimus. Felix, qui tantum & talem sibi colligit puluerem, ut quæ iubentur faciat omnia, & reputet quasi nulla: qui uniuersa bona quæ colligit, per humilitatem illa conterit. Paulus ad Corinthios operum suorum aromata multa enumerat. In itineribus, inquit, saepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in mari, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in falsis fratribus. Quid deinceps? Quotidiana eius sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis, inquit, infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? An non quendam bonorum operum puluerem tibi collegisse uideretur Apostolus hæc & huiusmodi plura percurrens? Vis adhuc sublimiores aliquas uirtutum eius species audire? Veni cum illo ad uisiones & reuelationes Dei, ad raptum in paradysum, in tertium cœlum: ad beatam illam ignorantiam nescientis, utrum in corpore, an extra corpus extalis facta fuerit, non iam puluis, sed fumus. Sed ne tamen fumo huic spiritualis contemplationis se instantia fumus immisceat, audi quid sequitur: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ. Paulus stimulat, ne extollatur. Et quomodo qui hæc audis, refugis stimulari? Quomodo te ipsum inter uertitatem donorum aut contere desinis, aut conteri non sinis? Molestus stimulus, sed tam uexatio præstat humilitatem profectui. Molestus stimulus carnis, sed non charitatis. Et passio amara, et discussio seuera, utraque uirtutes humiliat. Sed omnia dulcius & efficacius prodeunt de camino quodam succensi amoris. Flamma hæc non modò uirtutes humiliat, sed etiam immutat, & in nouam conuertit speciem, & de spiritalibus, spiritaliores facit. Continentia myrrhæ, orationis thus, & in puluere pigmentario, omnium humilis conscientia uirtutum: omnia magis serenum producant uultum, & gratam speciem, cum de hac prodeunt officina. Bona enim contritio, sed concrematio melior. Suauis puluis pigmentarius, sed fumus excellit. Nescio enim quid magis suaue & spirituale magis in fumo quam in puluere significatur. Ideo quodam igniti uerbi beneficio inter sponsi flagras amplexus, de puluere pigmentario in fumi tenuitate liquefcit: de humilitatum puluere uirtutum, in fumum glorie. Qualis est putas peruentio, cum tam delicatus sit ascen-

Cant. 3.

Ecl. 35.

Psal. 50.

Psal. 118.

Iob 9.

Eph. 4.

Luc. 17.

1. Cor. 13.

2. Cor. 11.

Eph. 2.

Colos. 1.

Eph. 5.

Psal. 84.

2359
fit ascensus? Quò tendit quæ talis ascendit? Quantus deliciarum est locus, in quem ascensiones istas disponit? Lectulus forte dilecti est. Nam ad illum precipue sponsa debet aspirare. Ita planè est. Ideo sequitur: En lectulum Salomonis sexaginta ambiunt ex fortissimis Israel. Et pulcher ordo, ut de lectulo ad lectulum ueniat: de lectulo suo, de cubiculo matris suæ, ad sui lectulum Salomonis. Nec minus congrua uarietas, quod delicis istis immiscet fortia, & lectulum suum Salomò tam muniat custodia uallat. Sed uerbi proueris iam reduncamus habenas, nouo capitulo nouum dedicaturi sermonem, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo XVI.

Quam delicata sponsa ascendit, quæ penè sine mole corporis, & quæ penitus sine corruptione carnis. Quænam erit corpulentia, ubi fimo confertur? Quæ corruptela cum illam non caro fluxa, sed aromata cremata exhalent? Delicately ascendit, et digna lectulo Salomonis Iudith & lotam & unctam lego, ut regio unguenti suauitate mulceret amplexus. Hæc uero iam unguentis non utitur in sponsi gratiam, sed liquefacta effecta est odore ipso unguentis: sed non omnes uerbum hoc capiunt, non omnes his possunt delicis perfui. Si omnes fruerentur, omnes fraudarentur: & in hoc est & pulchra uarietas, & pia charitas, quia alius est qui frui, alius qui tuetur. In hoc aliorum & tuta & læta sunt octia, quod aliorum sunt munera custodia. Ideo lectulum Salomonis sexaginta ambiunt ex fortissimis Israel. Non uult Salomon noster lectuli sui turbati delicias, dulces attenuari affectus, ne attemptari quidem: pacata diligit, qui pacificus dicitur. Quis noster Salomon, nisi Iesus Christus? Ipse est pax nostra, ipse qui fecit utraq; unum. Ipse pacificauit sanguine suo non modò quæ in terris, sed quæ in cœlis sunt. Disciplina pacis nostræ super eum. Disciplinam debitam nobis poenæ sustinuit, ut nobis iustitiæ pacem refunderet. Ipse punitus, tu repropitiatus: & tu punitus, sed poena tua pacem tibi parturire non potuit. Hostia immunda contaminatos mundare non poterat, non modò alios, sed ne seipsam quidem. Disciplina ergo super nos, sed non erat illa nobis ad pacem disciplina. Erat in nos mortalitatis & afflictionis illata sententia: sed non erat iniustitia reuocata. Tu quidem iudicialia sententia ligatus, sed tuus non erat solutus reatus: & poena erat, & pax non erat. O miseria, & grauis disciplina super filios Adam: conteris, & non protegis: punitis, & non purgas: consumis, & non conciliast: consumis, sed carnis substantiam, non culpam. Quid tibi et paci? Quando pacem cõferes, cui est cum peccato commercium? Quando cõferes gratiam, quæ non auferat culpam? Iustitia enim & pax osculatae sunt. Disciplina pacis nostræ super eum, qui

nobis attulit fructus pacatos iustitiæ. Dicitur est ille solus Salomon noster uerus pacificus, quod in diebus eius orta nobis sit iustitia, & abundantia pacis. Abundans uerè pax, quæ non modò præterita suffecerit repropitiare delicta, sed omnem etiam abundet in seculum. Abundat enim, donec auferatur luna, donec auferatur labor mutabilitatis nostræ, labor mortalitatis nostræ, alternantium labor defectuum. Verè abundans pax, quæ non est data ad mensuram meriti, non enim meritum inuenit, sed contulit. Quomodo non abundans pax, quæ & remisit offensam: & priorem cumulauit gratiam? Erat homini primo in paradiso pax, ut non posset inuitus abdicari: sed non erat uirtus, per quam uellet reduci. Erat gratia, ut posset non exire: sed non erat ut posset cum uellet, redire. Modò pax uberius in gratia Christi, quæ post iteratos excessus ultrò offertur, & poenitentes non repudiat, sed reuocat. Bene pax abundans, quæ nulla potest exhauriri iniuria, paratior ad ueniam, quam ad uindictam. Pax hæc à remissione peccatorum incipiens, usque ad diuinæ participium abundauit natura. Qui enim adhæret Deo, unus spiritus est. Vides, quanta repropitiatio abundantia, ut non iam pax cum Deo, sed magis uanitas cum eo dici possit. O beatum confinium, ubi sublatus est inimicitiarum paries medijs. Beatum quidem confinium, sed nondum tutum. Adhuc hostis noster hos tentat peruadere terminos, fines conuellere. Est nobis in Christo pax cum Deo patre, sed nondum pax ab hoste communi. Abundabit autem pax hæc, donec destruatour nouissimus inimicus, mors. Interim etsi non est pax ab ipso, profectò tamen est contra ipsum. Erit ipse pax nostra, cum Assyrius uenerit in terram nostram, & calcauerit in finibus nostris. Proximos sibi potest Assyrius fines infestare spirituales: interiores non potest: calcare potest, sed stare non potest in finibus nostris. Erit enim Christus pax, cum calcauerit in finibus nostris Assyrius. Habemus confinium & confinium. Confinium cum Deo, & confinium cum mundo. Confinium cum spiritu, & confinium cum carne. Etsi quibusdam dictum est: Vos non estis in carne, sed in spiritu: confines tamen sunt carni, uel propter substantiæ naturam, uel propter carnis curam. Hostis ergo carne nostra quasi ca stro utens, regiones spiritus de uicino infestat, et de contermino presidio insidias machinatur. Sed erit iste, id est Christus, pax cum Assyrius calcauerit fines nostros. Ille Salomon noster, pacificus noster, qui præstat nobis pacem super pacem: pacem cum patre, pacem ab hoste: ipse ponet fines nostros pacem. O confinium & confinium, quantum discrepatis ab inuicem, quantum tu abundas gaudijs, & quantis uicinus es obnoxius scandalis. O finis & finis, tu quam latè tenetis, & tu quam laboriose regeris. Vtrobique Christus

Luc. 17.

1. Cor. 6.

Rom. 8.

Psal. 147.

stus limes est medius: isthinc separans, illinc fœderans: isthinc inchoans, illinc cõiummans. Sapientia enim attingit ab hoc fine fortiter usque ad finem illum, disponens in illo sine cuncta sua- uiter. Finis ille lectulus est. Ideo de muliere forti dicitur: Procul & de ultimis finibus precium eius est, propter quod ipse se impendit, quo se aestimat, quo eius expletur auiditas. Quid aliud est, nisi sponsi amplexus & lectulus? Ultimus finis est, ultra quem se non potest auiditas extendere, nec facultas comprehendere sufficit. Finis est, ubi ipse a te deficiis, ubi exhauris, ubi alius esse incipis, totus in Christo, & solus in te Christus. O uera pax, & plena pax, quando de regno Dei tollentur scandala, quando nõ erit timor in finibus nostris, quando non erit finis & finis, sed unus tantum finis, & supra dictus finis, Finis Deo fœderans, & conformans tantum. Finis lectuli gaudijs fruens, non gladijs agens. Nunc uerò ut quæta sint quantulacumq; lectuli gaudia, necessaria quidem est custodia fortis. Ideo lectulum Salomonis sexaginta ambiunt ex fortissimis Israel. Et in euangelio habes: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Vberior hic commemoratur custodia, quia uberior est gratia lectuli quam atrij: & sponsæ sollicitudo maior est possessionis: ad portam paradisi angelicam custodiam cum gladio flammeo positam lego. An non quidem paradisi lectulus Salomonis: Lectulus (inquit) noster floridus. Deniq; ipse flos campi, ipse lignum uitæ. Bene paradisi delicia rum lectulus talis. Vides quomodo amplæ deliciae arcta cinguntur custodia? Lectulum enim Salomonis ambiunt sexaginta fortes ex fortissimis Israel. Non multum nunc de numeri huius disputo ratione: illos tamen uidetur signare qui prærogant & iustitia operis, & notitia legis. De fortibus Israel sunt qui fide fortes sunt: qui stant in fide, & uiriliter agunt, qui omnia possunt, sed in eo qui omnia confortat Christus. Male fortis est, qui aduersus scientiam Dei se extollit, qui aduersus illam inflexibilis & rigidus est, cui fortitudo lapidum fortitudo eius, & cor eius æneum, ut nec uexatio det intellectum auditui eius: quales denique sunt quibus Paulus ait: An æmulamur Dominum? Nūquid fortiores illo sumus? Non est de fortibus Israel, qui cum uulneratur, non dolet: cum uerberatur, non sentit, stupidus manens ad omnes stimulos ancipitis gladij uerbis penetrabilis, & gloriatur, si contra sapientia stimulos calcitret. Non talis Maria, cuius animam ac si mollem materiam gladius pertransiuit. Mæutinam facile obtineat uerbum ualidum: in me operetur eius efficacia, & animam meam hic penetret gladius, ut & ipsa quasi in gladium cõuertatur contra spirituales pugnatuura nequitias. Quid mittis manum ad fortia, qui ex fortissimis non es? Custodiã ut quid suscipis, qui delidiam

non excutis? Quid lectulũ ambis, qui gladium non habes: aut si gladium habes uerbi, habes illum in uagina, non habes in lingua: Non tenes manib. lingue, uerbi Dei uersatile gladium. Volubilis est sermo, spiritus flãmeus est: sed nescio quomodo contra naturam suam pigrescit in manu tua: restringitur & hebetatur, qui acutior est & penetrabilior omni gladio ancipiti. Non est uelox uerbum in ore tuo, non currit uelociter, non est uersatile in manu tua pro uarietate negotij, quod tamen ad omnes spiritualis certaminis usus abundat. Quid tibi usurpas officium cuius usum nõ habes? Omnes tenetes gladios, & ad bella doctissimi. Sine causã gladiũ portas tu qui bellandi sufficienter non habes peritiam: aut si doctus es belligare, magis te exeres ad negocia seculi, q̃ ad negocia Christi: forensi iure plus uteris q̃ ecclesiastico, plus seculari q̃ spirituali certamine calles. Paratum uult uirum ecclesiasticum princeps ecclesiæ, paratũ eum uult ad reddendam rationẽ de ea quæ est in nobis fide & spe. Et quonã pacto piger & imperitus ad ista gloriaris, si promptẽ respondeas de iure publico: Decentius multo in ore clerici, in ore monachi, sacra q̃ secularis litera sonat, quid in Hierusalem uis loqui lingua Aegyptiã? Non sic Esaias. Erunt, inquit, quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaan, scilicet quia penitus Hebræa non poterant, ea loquentes quæ est uicina Hebræe: quia lingua sancta non poterant, uel ea loquerentur quæ sancte affinis est. Quid uis media ex parte loqui Azoticẽ, qui Iudaicẽ debes? Sic enim habes in Eldra: Loquere linguis non hominum, sed angelorum. Angelus enim Dei es, qui sacri profiteris uerbi mysterium. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiã, & legem requirit ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Euangelicẽ ex toto loquere, quæ uerba euangelicis es. Sermo ergo tuus legẽ redoleat, prophetas, apostolos, eorum uerbis linguã tuam ex acue, mutua ex eis arma potentia Deo, ad debellandas munitiones, ad redigendum in captiuitatem omnem intellectum extollentem se aduersus scientiam Dei. Versatilis sit in manu tua gladius spiritus, ut ad omne quod tibi emergit negotiũ famuletur, nec te destituat sermonis sacri facultas, quem temporalis & subita deposcit occasio. In labijs tibi sit, nõ in folijs uerbum ualidum & efficax. Labia enim (non folia) sacerdotis custodiunt scientiam. Sacculum pecuniæ tolle tecum. Gladius uerbi tibi sit a latere, nõ in latebris: proximus tibi sit: Accingere eo super femur tuum, ut potens sis & promptus & exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere. Non tibi sit ensis sub femore, & uerbi sacri studium carnis prudentia non supponas. Vniuscuiusq; ensis super femur suum. Alij datur sermo scientia, alij sermo sapientia, & unicuiq; doctori suadetur a spiritu gratia. Vniuscuiusq;

cuiusq; ensis super femur suum, ut ubi est tentationis occasio, ibi maior uerbi præoccupatio fiat, commonitio crebrior. Vniuscuiusq; ensis super femur suum, ut seipsum primò corripiat, seipsum custodiat, seipsum iudicet. Docet te Paulus quasi super femur suum ensẽ habere. Considera, inquit, te ipsum, ne & tu teneris. Ensis cuiuscumq; super femur suum, propter timores nocturnos, propter lapsus subitos, præoccupatos casus. Quali timore nocturnum Apostolus innuit dicens: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Nocturnũ est enim quod improuissimum est, quod subitum est. Nocturnum etiam quod insidiosum est. Ideo dicit: Ut non circumueniamur a satana. Non enim ignoramus insidias eius. Idem Paulus alibi timebat a timore nocturno. Timeo, inquit, ne sicut serpens seduxit Euã: ita & corrumpantur sensus uestri a simplicitate, quæ est in Christo. Bona simplicitas, ubi Christo adhærens unus est cum illo spiritus. Simplicitas est ubi unitas est: simplicitas est, si iam non ipse uiuis, sed uiuit in te Christus: si te deuorat sapientia Dei, si te spiritualis absorbeat latitã, & in intimis recondat uisceribus. Et ubi est tanta simplicitas nisi in lectulo? Vniuscuiusq; ensis super femur suum. Super femur, nõ propter femur, sed propter timores nocturnos: forte quia non est illis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, qui signantur in femore, sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Ideo propter timores nocturnos, cõtra spirituales nequitias, quanto foeliciorẽ sortita es lectum, quæ Salomonis contineris in lectulo: non contra carnales nequitias, nec contra spirituales quidem, sed cum spirituali latitã, cum Salomone, qui pacifici nomine prærogat. Ideo pacifica colluctatio cum ipso. Et pacifici nomẽ, & sapientia personam Salomon gerit. Ama, inquit, sapientiam, & amplexabitur te. Amplexus, colluctationis quandam speciem præfert. Amplexare, ut amplexetur te. Glorificaberis ab ea, cum illam fueris amplexatus, sicut dicit in Prouerbijs: Amplexere uerbum, utere eo sicut in lectulo, non sicut in bello. In lectulo locus est, non ensibus, sed amplexibus strictis. Noli foris esse, ne tibi foris esse contingat. Intus utere uerbo non quasi gladio, sed quasi sponso, ut uerbo ipso oblecteris. Oblecteris ueritate ipsa, nõ contra errores oblecteris & uicia: alij hoc munus & officium relinque. Quid tibi cum conflictu, cui totum de affectu constare debet? Quæ sponsa est, non disputantis & confligentis sectatur negocium, sed ocium amplexantis. Alij lectulum ambiunt, tu cupitis amplexibus fruire. Quid tamen est quod de ipso lectuli nobis apparatu nil dicit: quod nõ eius uel in modico depromit delicias? Forte uerbum hoc, uerbum ineffabile est, quod nõ licet homini loqui. Qui experitur, intelligit: & tantisper dum experitur, ne memoria

quidẽ præteritas integrẽ recõset delicias. Quod potuit scriptura expressit. Lectulum dixit, & lectulum Salomonis. Satis dictum est, sed sapienti. Et thronum lego Salomonis & ferculum, sed utrumq; ambitio extructum apparatus, & sicut regias decet delicias. Nunquid ergo lectulum intelligimus neglectum? Absit, sed iusticiae scribentis ut lectulum diceret, qui sponsa loquebatur. Illa enim nihil in lectulo diligit nisi quod lectulus est, & quod in eo copia sit tuum amplectendi Salomonem. Magnum & multiplex mysterium reperies in lectulis per omnem scripturarum textũ, sed non est cõparatio ad lectulum Salomonis. Est lectulus, quem sibi Iob ster nit in tenebris, et est lectulus, quem Dauid rigat in lachrymis: & est lectulus, in quem languens decumbit: et est lectulus, in quo defunctus resurgit. Talis Helisai, talis lectulus Helia. Vterque defunctum hospita mulieris filium in lectulo suscitauit. Ille expandit se super mortuũ, iste incuruauit. Vnus in utroq; Christus. Ille exinaniuit se, ut formam serui susciperet, & aternitatis suæ longitudinem intra breuitatem temporalis nature contraxit. Ipse expandit se cum spiritum sanctum abunde in nobis infudit. Sinus ille matris defunctum premere poterat, non uiuificare. Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Sed uerus Helias illum in coenaculum tulit, ad spiritualem prouexit intellectum. Frigidus erat literæ sinus, nec poterat eius intelligentia uitalem spirare calorem. Bonus Helia lectulus, qui defuncto uitæ calorem infudit. Iustus ex fide uiuit. Ideo tribus meritis uiscibus, ut trinitatis cognitionem conferat, & diuidat mensuram fidei. Plangit lex literæ sensum extinctum, sensum carnalem: sed Christus nunc sensum tulit, spiritualem restituit nouum, & uitalem intellectum reddit literæ, quem suum uerè cognoscit ipse Helias, qui restituit omnia, & noua facit: & Paulus legi se mortuum dicit, ut uiuat in Christo. Bonum est, ut & tu moriaris, non modò ueteri legi, sed & ueteri homini, ut suo te uiuificet in lecto, qui peccata nostra tulit in corpore suo, ut peccatis mortui, iustitia uiuamus. Tu enim quod seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur. In hoc resuscitato intelligimur omnes, & ideo communis resurrectio hæc. Sed priuata quædam in lectulo Salomonis gratia, & solius sponsæ prærogatiua seruata. Etiam nunc si quis matris nostræ (conuentus huius sancti) uicua apud quam utcumque sustentaris Iesu bone, si quis filius eius moritur, tu resuscita. Mortuus est qui uel tardij uel desperationis mole obruitur, in quo nihil est uicua deuotionis, seruidi spiritus: qui etsi legis præcepta non deserat, & intra regulæ gremium se concludat, frigidus tamen & moribundo languet affectu, in opere sancto suaue nil sentiens, totius illi ordinis tristis exanimat facies molli et

foemineo matris est sinu fouendus, ut non exasperatus abundantiore tristitia absorbeas. Non expedit ei extra materni sinus ambitum reperiri, ne forte non tollat illum uerus Helias in cubiculum suum. Quos resuscitat Christus, mulierum ubique fletibus donat. Sic uidua filium, sic sanctarum fratrem mulierum, sic parentem precibus suscitauit puellam. Tolle bone Iesu, & hunc mortuum nostrum de matris gremio. Regularis haec & exterior obseruantia neminem ad perfectum adducit. Introduc illum ad molliorem lectum melioris spei per quem approximet Deo. Experiatur quod expectat, quonia bonus Dominus expectantibus se, animam querenti illi. Vnius horae experientia, multorum temporum labores exhilarat. Tunc redditur matri quem illa prius amiserat, dum teneret eius affectum, sed mortua de uotione desereret. Nouus redit ad nos, postquam tu illum te ipso uestisti. Ideo te super ipsum expadis, ut quod est in eo foedum, operias: quod nudum, uestias. Bonus huius lectuli usus, qui breui hora in tempora sequentia uitalem alacritatem transfundit. Maior in Salomonis lectulo gratia, in quo sponsa matrem carnalem derelinquens, perpetuo iure dilecto adharet, & unus cum illo efficit spiritus. Bonus ergo lectulus in quo nullus languor est, nisi forte languor amoris, qui non uersatur in infirmitate, sed in iucunditate. Bonus lectulus, qui non rigatur lachrymis, qui non in tenebris sternitur, qui nihil habet in se triste, nihil tenebrosum, sed totum lux & latitia est: qui non indiget sterni tapetibus de Aegypto, quibus in prouerbis mulier haeretica lectulum sternit. Nihil enim in se habet lectulus Salomonis alieni ornatus, nihil picti, nihil mundani: sed totum sancta uoluptas & solida ueritas. Magni & uarium sacramentum in sanctorum lectulis, sed supergressus est uniuersos lectulus Salomonis: nec sponsa lectulus huic ualet comparari. In lectulo suo quem querit dilectum non inuenit, ideo surgit & circuit donec ad istum pertingat. Festina filia, sacra uirgo festina ista ingredi requiem. Noli strictos in circuitu enses uereri. Enses isti, enses uerbi super femur, & propter timores nocturnos, uel carnis configunt lasciuia, uel timidi cordis abscondunt ignauiam. Hoc quidem in alijs, te uero suauius uulnerat, ut charitate transfixa nocturnum ignores timorem, nec quicquam habeas frigidi timoris admixtum, sed tota transfeas in affectum igniti amoris, quae in solum amoris es usum dicata, & in charitatis locum ascensura stratum dilecti, lectulum Salomonis ueri Iesu Christi, qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo XVII.

Auidiuitis sacrae uirgines sponsae Christi, audistis hesterno sermone de lectulo uerbi Salomonis, ulterius hodierno pergitis quaerere de feruli sacramento. Omnes uultis hu-

ius cantici sermones ad amoris usum deflectere, & ad uestras interpretari delicias. Vobis solis haec putatis esse conscripta carmina? Nullus sapit uobis sermo qui non amatorijs uernet affectibus, & dulcem charitatis odorem aspiret. Habetis ergo & hic aliquid quod amatorium sonat blandimentum, de ferulo uobis alludit sermo diuinus. Nullam uobis residere patitur dilectus excusandi materiam. Grata quidem sunt promissa lectuli gaudia, sed poterat aliqua in uobis adhuc suspicio de perueniendi difficultate submurmurare. Ideo uobis sermo sacri uehiculi quo estis ad lectulum portandae, pulchra uarietate describit ornatum. Etiam in itinere sponsus uobis procurat ipse delicias. Ferulum hoc quidem gratum est in materia, sed ab auctore est gratius. Ipse enim Salomon feruli huius est auctor & artifex. Ferulum enim sibi fecit rex Salomon de lignis Libani, columnas fecit argenteas, reclinatorium aureum. Audi filia quam glorioso apparatu portaris ad lectum, non sinit te sponsus sine reclinatorio, & illo aureo, fortasse ex illo auro de quo legis: Caput eius aurum optimum. Multus reclinatorij usus est, sed inferior quam lectuli. In reclinatorio habet spes festi iucundum sustentamentum, oblectamentum in lectulo. Hic sponsae uotum uouetur: tibi uotis fruitur. Quantus te putas expectat apparatus quae tali deducis ornatu? Quid ego nunc sermone frequentem cuncta exaggerem, ligna cedrina, ligna Libani, columnas argenteas? Ipso auditu se nobis ista commendant, & corporalis pulchritudo in figuram adducta spiritualement, quendam & intelligibilem conatur indicare deorem, & sanctae animae designare uehiculum. Haec enim corporalia intelligi, lectonis circumstantia non sinit. Quid enim aurum materiale charitate consistenaretur? Sed omnia spiritualia sunt, quia spiritualis est amor, cui tam ambiciosus feruli blanditur apparatus. Possem haec & similia de ferulo hoc ad nostrum deriuare sensum. Sufficiant ista breuiter disputasse, ad uestram uel sciendam uel prouocandam auiditatem. Quid uobis solis uultis cantica seruare? Sinite adolescentulae pascant, sinite ad suam commoditatem ut uel pauca inflectant capitula. Sapientibus & insipientibus debitor est Christus. Nihil uobis imminuitur, si alijs pro suo sensu abundet. Estote contentae lectulo: inferioribus uel feruli permittite usum inseruire. Illius gratia parior, huius popularior. In illo includitur, in isto ingreditur Christus. Vobis se uerius & quadam specialitate indulget, sed tamen alias non obliuiscitur quae uestram nondum ualeant ad mensuram pertingere. Potestis & uos feruli participare sacramento, & uice perfungi, si sponsum quem inclusum tenetis, ad nos quasi reportetis, si deferatis pacem, si annuncietis bona, si gaudia foris praedicetis, quae intus uidetis. Quidni

Quidni ferulum erant de quibus in ecclesia canitur: Portantes pacem, et illuminantes patriam. Sed nemo uel praedicationis officium assumat, nemo sibi sumat honorem nisi uocatus a Deo. Quid te ipsum super candelabrum ponis, qui te ipsum non accedis? Ille te ponat in sublime, qui lucernam te fecit. Per illum ascende, qui te accendit. Denique nemo te ipsum ferulum facit, sed ipse Salomon fecit tibi ferulum de lignis Libani. Est & ferulum si quis non solum in ore, sed & in corpore suo Christum portat. Glorificate & portate Christum in corpore uestro: dicit Paulus. Portari uult a uobis Christum, sed gloriose, non cum tadio nec cum murmure, non cum indignatione & fluctuante proposito. Denique portari, non trahi, trahenti enim onerosus est Christus, onerosa castitas, onerosa humiliatio, obedientia grauis, pauperies sordet, deformiter portas qui sic conuersaris. Fascis quidem grandis tibi uidetur fides, & pietas ponderosa. Non potes dicere: Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi. Quid? Foenum tibi uidetur fides tua, sub cuius onere sic strides, sic gemis, sic murmurat. quomodo plaustrum stridet onustum foeno. Non est foenum Christus, sed flos est, sed fructus est, sed lignum uitae, lignum quod dat fructum in tempore suo: & tu non uis tempus expectare? Beati qui uescuntur tempore suo. Denique patientia necessaria est, ut reportetis promissiones. Portate ergo patienter onera, imo opera pietatis. Pietas enim & ipsa parte iam habet repositionis, sicut scriptum est: Ergo portate imaginem eius qui de caelis est, & gloriose portate. Onus enim eius leue. Estote non ignominiosum offendiculum, sed gloriosum uehiculum, quale fecit tibi rex Salomon Miro autem modo ita uirtutum distinguit uarietate, ut in primo loco elationis uanitatem excludat. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Si ferulum es, non tu te, sed ipse te fecit. Ferulum enim sibi fecit rex Salomon de lignis Libani. Et ligna ipsa quis fecit? Nonne ipse? Ipse plantauit cedros Libani. Quod si cedrus es alta Libani, noli tamen altum sapere, sed time, ne forte inde euellaris propter elationem, ubi plantatus es per electionem. Non enim tu te, sed ipse elegit te in opus ministerij, ipse ministerij officium quasi ministrandi confert gratiam, id est facultatem et dignitatem. Agnosce a quo plantatus es, & non tibi ueniat radix superbiae, ut non moueat te manus tentatoris. Non ascendat ut succidat te securis inimici, cuius ne nouacula quidem super caput sanctorum ascendit. Ferulum Dei ille sibi praeripere gessit, & in usus suos de Libano ligna succidere. Denique apud Ezechielem gloriatur, & dicit: In cathedra Dei sedi. Vide ergo ne per elationem de cathedra iustitiae efficiaris cathedra pestilentiae, & ferulum scandalii, & per te uel exempla uel sermo

malus ad multorum perniciem ut cancer serpat. Esto ferulum Dei, ut eius in te imaginem portes, & odorem notitiae suae per te manifestet. Tale Paulus ferulum erat, de quo Dominus ipse proficitur: Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum. Ipse qui elegit, ipse ferulum fecit. Ferulum tibi fecit rex Salomon de lignis Libani. Ligna haec ligna cedrina sunt, & natura sui & nomine loci necio quid magnum commendant. Libanus candorem sonat, cuius ligna nulli obnoxia sunt corruptioni: & licet substantiae suae non admittunt putredinem, ita suauissimum spirant odorem. Bene Libanus Paulus, qui seruiabat Domino (ut ipse dicit) in conscientia pura. Quid enim pura candidius conscientia? Quid imputribilius illo, quem nulla potuit adueritas separare a charitate Dei: Momentea uirtutes, & quae ad horam subsistunt, mihi non uidentur tam ligna quam olera, quae cito decidunt. At in Paulo quaedam erat indefectae charitatis immutabilitas. Ideo bonum certamen certauit, cursum consummauit, decetero expectans coronam iustitiae, coronam de manipulis, cuius iam quasi de uicino attraxit odorem. Denique & ipse bonum exhalauit odorem, odorem uitae ad uitam, odorem notitiae Dei. Bonus odor fama bona, bonus odor conscientia bona. Illa alijs bene olet, ista sibi. Haec enim gloria sanctorum, testimonium conscientiae. Futurae enim beatitudinis fructus iam nobis in bonitate uitae coeperunt olere. Et bene imputribilitati bonus odor adiungitur. Nam e contrario putredo foetorem emittit. Qui enim seminat in carne, de carne metet corruptionem, de corruptione tristem odorem, sicut de integritate suauem. Et bene de integritate inducta est mentio, quod uirginalis candor expressus uideatur Libani lignis. Nam & bonum uirginalis continentia uaporat odorem, & eius est perpetuus usus. Siue enim coniugij seruitus euacua-bitur, siue desolatio uiduarum cessabit: uirginalis uero integritatis libertas et gratia non excidet uamquam: quia qui non nubunt nec nubunt, iam sunt quasi angeli in caelo. Denique & Libano in scripturis legitur comparata uirginitas. Ego (inquit) quasi Libanus non incisus euaporauit, & sicut balsamum non mixtum odor meus. Merito Libanus uenter immaculatus, uenter impolutus, uenter intactus, uenter non incisus. Non incisus est, cuius manet integritas, cuius non sunt resignata claustra pudoris. Propter munditiam Libanus: propter integritatem non incisus. Merito enim non incisa, quae non est diuisa. Vis autem dire incisam? Mulier nupta cogitat quae mundi sunt. quomodo placeat uiro, & diuisa est, utique in Deum & uirum diuisa: & forte non aqua ueliter diuisa, sed in uirum propensior. Mulier autem in nupta & uirgo, non cogitat nisi quae Domini sunt, quomodo placeat Deo. Quasi Libanus non incisus euaporauit habitationem meam. **Matris**

Matris Domini specialiter hæc uerba uidentur. Illa uerè Libanus, & Libanus non incifus. Illa uobis euaporauit sacræ uirgines habitationem suam, habitationem cœlestē, habitationem angelicam, quando uirginalis conuersationis exempla in uos transfudit, & perpetui pudoris inspirauit amorem, & fatis expressit habitationis suæ gratiā, quam euaporare se dicit. Quid enim habitatione uirginea uapori similis: Nihil habet hæc conuersatio carneū, nihil mundanum, sed totum cœlestē. Supermundanū totum, spirituale totum: & ideo simile uapori, sed quali uapori: Et tanq̄ balsamum, inquit, nō mixtum odor meus. Tanq̄ balsamum non mixtum, non corruptum, tanq̄ balsamum nō adulteratū. Est mixtura, quæ balsamum simulat & mentitur: & est mixtura quæ si non habet balsami similitudinem, bonum tamē cōtristat odorem. Est ergo (ut sic dicam) balsamum uerum & solum: & est balsamum et si uerum, non solum: & est balsamum nec uerum, nec solum. Primum in perfectis est, hoc ultimum in deceptis, medium in illis, qui et si nulla illuduntur fallacia, aliqua tamen uirtutis gratia destituuntur. Merito itaq̄ illa quæ sola gratia plena erat, quasi balsamum non mixtum odorem suum dicit. Quod si tu uirginitatem oles, si orationum instātiā, si ieiuniorum abstinentiam: bene oles, & balsamū oles. Si uerò impatientiæ adhuc morbo laboras, si uaniloquium, si leuitas consiliorum, si ardor explende propriæ uoluntatis, si tristitia, si tædiū, si horum aliquid unum in te nominatur, mixtus est iam odor tuus, & non purum balsamum spiras. Modica enim stilla admixtionis peregrinæ, totam balsami massam contristat. Bene quidem cum illo agitur, qui si quid triste fortuito & uelut subito re dolet, statim abolet. Nam in multis offendimus omnes, dicit Apostolus. Ex subito quidē lapsus, sed statim correcto nullus est odor æstimandus, magis uerò in eo in quo quis est sedulus uitio. Periculosa & pessima mixtura cuiuslibet est, quando uirtutum quodlibet uirtutis mentitur speciem, & angelus satanæ in angelum lucis se transfiguratur, & quasi uenenum facit balsamum spirare. Vnguentarius est satanas: nolite ab illo oleum emere. Non enim tam confector est q̄ corruptor unguētū. Deniq̄ (sicut scriptum est) feruescere facit quasi ollam mare, & ponit si cut cum unguenta ebulliunt. Mors in hac olla. Ollam hanc succensam uidit Hieremias, & faciem eius à facie Aquilonis. Qualis unguentorum artifex qui de mortis olla uitæ uapores exire simulat: Qualis artifex qui ollæ succensæ faciem quasi ab Austro feruere facit, per quā potius ab Aquilone mala exardescunt in terrā: Aut filius prophetæ est, aut certè propheta qui mortem in olla deprehēdit, & uapores eius ab Aquilone uenire. Sulphur ei sunt uapores, quos olla carnis tuæ succensæ euomit, & tu in his balsami

tibi uideris odorem sentire? Si pei te nescis balsamum uerum à mixto discernere: ueni ad Prophetas, ueni ad filios prophetarum apostolos, qui te mixturarum differentias doceant, qua in olla mors sit. Talis Paulus, qui dicere ausus est: Non ignoramus astutias eius, si nō sufficit manus tua ut purum habeas balsamum, sancte doceant quomodo misceas. Attulit Nicodemus mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum, & Mariæ emerunt unguenta. Sed Mariæ Domini matèr unguenta non tam comparat, quàm spirat, quæ unctū oleo latitiæ ipsum parturiiuit Christum. Tanquam balsamum, inquit, non mixtum odor meus. Si mixturæ rationem ignoras, ueni ad doctores ecclesiæ, ad eos qui columnæ quædam sunt, & firmamentum ueritatis, & columnæ argenteæ in Domini ferculo, & sacri dispensatores eloquij: ab his discite quomodo cogites quæ Domini sunt, & quomodo sollicita sis pro Christo, ut sibi placeas. Tunc & tu columnas habebis in te argenteas, si utriusque Testamenti fueris suffulta scientia. Ideo & hic post Libani ligna columnas subtegit argenteas sermo diuinus, ut habeas mysterium fidei in conscientia pura. Mysterium fidei quàm sacrum tibi prescribit eloquium, eloquium argenteum est, ut euangelicis & apostolicis subnixa præceptis illa mediteris, illa conserues & conseras in corde tuo, nec patiaris inerti situ coherere & oblectari, & oblectationis ærugine denigrari diuini uerbi argentum. Sed non possumus nunc in sermonem hodiernum has inferere columnas. Hunc enim tractatum Libani præ occupauerunt ligna, & in eorum odore longius quàm putabam noster sermo excurrit suauitate illectus materiæ. Tibi Domine hunc commendo Libanum, Libanum egregium hunc chorum uirgineum, sacrum cœtum feminarum. Tu custodi, ut non succidatur, ut non incidatur, sed sua illi seruetur integritas, seruetur castitatis candor, quia Libanus candorem sonat. seruetur puritas mentis, ut sanctæ sint & corpore & spiritu. Custodi Libanum hunc, cuius ligna in ferculo tui dedicasti materiam. Procul ab illo sit prophetica comminatio. Aperi Libane portas tuas, comedet ignis cedros tuas. Portæ tuæ claudantur alijs, soli aperiuntur tibi. Tu illis clauis sis & claustrum, tu signa & refugia, ut nec signaculum nec clauem præter te recipiat Christus Iesu, qui Deus es benedictus in secula seculorum. Amen.

Sermo XVIII.

Ignis Libani incorruptio carnis, & munditiæ uobis est candor expressus. Bona quidem est castitas, sed quod non fit ex fide, peccatum est. Fide (dicit scriptura) purificans corda eorum. Non enim sola carnis continentia castitas censetur: cordis multo magis est æstimanda puritas. Iam uos, inquit Iesus, mundi estis propter

propter sermonē quem locutus sum uobis. Bonus fidei sermo qui mundat: & ideo in hoc ferculo cultu post ligna Libani columnas producit argenteas, & uirginalis mentem munditiæ ad sacri prouocat meditationem eloquij, eloquij casti, eloquij quod argento examinato confertur. Bonæ sunt in pectore uirginū erectæ columnæ, si sacræ fuerint scripturæ suffultæ & cognitione fidei, & recogitatione frequenti. Bonus Libanus es, si mundum cor habes, mundum à cogitatione foeda, & à cogitatione infideli. Magna foeditas spiritus fidei corruptela. Quod si sana fuerit in te firma forma fidei, iam unam habes columnam. Noli tamen esse hac contenta, adiunge & alteram, meditare in lege Domini die ac nocte. Infidelitatē & fornicationem putas mens tua uel modicum à fidei recogitatione declinet. Bonæ columnæ sunt, diuinæ notitia & memoria legis: recta credulitas & recordatio fidei. Colūna es, si fueris in fide firma. Argentea, si diuini fueris usū instructa sermonis. Rectum est, inquit, uerbū Domini, & omnia opera eius in fide. Bonæ columnæ fides, & uerbum fidei. Verbum hoc propè sit in corde tuo: nam in ore propè est: propè sit, & perpetuū ibi sit. Ex abundantia cordis sermo erumpit. Septies in die (inquit Propheta) laudem dixi tibi. Vos sacræ uirgines dicite semper: Septies quidem dicite laudem propter horas solennes: semper autem cantantes & psallentes in cordibus uestris. Argenteæ sint linguæ uestræ. Argenteæ sunt, si de sacra Christi pagina sonant. Non mittatur massa plumbea in os uestrū. Plumbeū os est, quod nil subtile loquitur, nil acutum, nil de supernis: sed totum remissum est, totū hebes, totum de imis fortasse & de iniquis. Nam iniquitas sedet in ta lento plumbi. Homo ille euangelicus peregrè proficiscens, non talia seruis suis talenta distribuit. Nolite de talibus negociari talentis, in thesauris uestris huiusmodi non inueniantur. Paulo dicenti intendite: Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed qui bonus est ad ædificationem fidei. Ad ædificationem, inquit, non ad euerisionem fidei. Ferreū os est, quod fidem euertit, quod sanctam subruit conuersationem: instrumentum est belli, seminarium litis, quod murmur & amaritudinem sonat. Bestia talis in Daniele describitur, dētes & ungues ferreos habens, comedens & comminuens omnia. Nulla inter ouiculas, imò inter amicas Domini bestia talis reperitur. In hoc grege uirgineo nulla uisulenta, nulla uiolenta sit, nullus in hoc paradiso serpentis sibilus sonet, uirgineum os uirulenta uerba non decent. Quid prauis polluta uerbis in osculum sponsi labia porrigis? Candor ipsius lucis æternæ, & nil inquinatū attingit illum. Memento os trum cœlestibus osculis & oraculis consecratum. Sacriligium puta si quid non dulce, non diuinū, non de sancta pagina sonet,

Buccinate (inquit) in neomenia tuba, in insigni die solennitatis uestræ. Omnis dies uobis solennis debet esse, semper neomenia, semper sabbatum. Ideo os uestrū quasi tuba sit ductilis: tuba argentea, tuba quæ non lites, sed letitiam sonet, sed solennitatem, sed cantica spiritualia. Nescio quomodo de columnis argenteis ad tubas nostra deflexit oratio: nisi quod optima columna est in domo Domini, qui tale os portat. Bona columna est, in quo fessi sustentantur. Habes in Esaiā: Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam eum qui lapsus est sustentare uerbo. Erudita planè lingua Christi Iesu, annunciantis pacem, prædicantis bonum. Lingua placabilis linguum uitæ, columna & firmamentum ueritatis. Et tu uirgo in hoc sponsi imaginem porta, ut habeas linguam eruditā, linguam placabilem, non erroneam, non uagam, non labilem ad ociosa: sed quæ loquatur iudicium, quæ uerbum solati proferat, quæ columna quædam sit et firmamentum ad ædificationem fidei tuæ uel alienæ. Propè sit uerbum fidei in ore tuo, & in corde tuo. Vis columnam audire argenteam? Lex inquit Dei eius in corde ipsius. ecce argentum. Er non supplantabuntur gressus eius. ecce columna. Iure columna, quæ subuerti non potest. Verbo Domini cœli firmati sunt, inquit Psal. Hoc uerbo confirmetur cor uirginis, ut cœlum sit, ut sedes Dei, ut reclinatorium possit aureum fieri. In argento, fidei rationē & scientiam accipite: in auro, intelligentiæ & ueritatis fulgorem. Reclinatorium hoc aureum super huiusmodi columnas imponitur. Nisi enim credideritis, non intelligetis. Fidei eruditio ad intelligentiæ puritatem gradum præstat. Fundamento huic cōtemplationis innititur gratia. Dum in sermone Dei meditaris fideliter, & per patientiam & consolationem scripturæ ad spem te supernam erigis, columnam te exhibes. Reclinatorium aureum tunc exurgis, cum nuda tibi sine sermonis inuolucro raptim incipit coruscare ueritas. Sed iam perfectius ordinem inuere, & prouectum quendam de Libani lignis ad columnas argenteas, & aureum reclinatorium. In Libano cordis munditia, in argento diuine legis notitia, in auro siue sermonis ministerio mysteria sacra manifestè replendent. In primo mentis oculum purgas, in secundo prospicis, perspicias autē in tertio. Vel si mauis ita dici, mundaris, specularis, contēplaris. Confessio, inquit, & pulchritudo in conspectu eius. In Libano pulchritudo, in argento cōfessio in auro diuinæ conspectus presentia tibi commendatur. Quam magna est cōfessionis & pulchritudinis huius gratia, quæ in conspectu tantæ maiestatis admittitur. Vis alibi in Psalmo audire? Audi hanc distinctionem, Cor, inquit, mundum crea in me Deus, & spiritum rectum in noua in uisceribus meis, Ne proiecias me à facie tua. Vides quomo-

Mat. 5.

2. Cor. 3.

1. Cor. 15.

Psal. 60.

1. Ion. 3.

Luc. 9.

quomodo abyssus abyssum inuocat, quomodo diuersa scripturae capitula sibi concinunt? Primum ad Libani candorem refer. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Secundum ad argenti columnas. Rectum est enim uerbum Domini. Tertium ad aureum reclinatorium, ubi Domini facies sine uelamento sincere uideat, & in auro rutilat maiestas regia, hoc est, purgatum, instructum, & (ut sic dicam) praescriptum spiritum sibi postulat dari. In Libano purgatur, in argento instruitur, in auro perstringitur. Perstringitur enim uere in contemplantando qualibet purgatae mentis acies, & coruscationes intimae lucis ad modicum sustinet. Hos profectum gradus relege tu quae speculationis aspiras ad gratiam. Nihil in te foedum, nihil infidele resideat, ut nuda tibi possit fulgurare ueritas. Primum emundare, secundum exercitare, tertium intueri. Emundare a lege carnali, exercitare in lege fidei, intueri & perspicere in lege perfectae libertatis, in lege spirituali. Vbi enim spiritus Domini, ibi libertas. In lege quae literae uelamine caret, in qua nec error, nec ignorantia, nec aenigmati locus est. Error ubi est, se ducit. Ignorantia ubi est, non ducit. Aenigma ubi est, etiam ducit, non tamen perducit. Quis ibi erret? Reclinatorium enim est, & quies, & uotorum finis. Quis ignoret? Aurum enim est, & rutilat ad lucem. Quod ibi aenigmati uotorum finis, & serena ueritas, aenigmatum figuras non recipit. Ibi nihil falsum, nihil occultatum, nihil figuratum: aurum est, & fulget: reclinatorium est, & fouet dulcis fomes, sed hora fugax. Et fulgor iste fulguri comparatur. In momento fit, in ictu oculi, in nouissima tuba. Nouissima tuba est quando non iam in pagina, sed in ipsa praesentia innotescit, quando quis efficit docibilis Dei, quando post apostolorum & Prophetarum sermones nouissime in seipso Deifilius patris uerbum loquitur. Tuba haec nescit incertum sonum dare, non sonat nisi ad solennitatem, nisi in neomenia, & nouae lucis exordio. Buccina nobis tu bone Iesu, in neomenia tuba, in insigni die solennitatis nostrae. Vere insignis dies, ubi diuina maiestas se manifestat, nihil insignius, sed nihil succinctius. Diem dixi: hora est. Hora uere insignis, & uere solennis. Eructa tu nobis Iesu bone, aeterni illius diei horas aliquas, diem illum statim efficies, ubi tuae lucis uerbum eructas, qui dies es eternus. Fulgura nobis coruscationes tales. Fulgur efficitur, cui tu fulguras. Similem tibi reddis, si quem irradias. Similes, inquit, ei erimus cum apparuerit. Montes quos tali radio tangis, non fumigant, sed fulgurant. Aurei sunt, tuum quibus aurum refulget. Caput tuum aurum optimum reclinatorium aureum non inuenit, sed reddit ubi se reclinat. Iam non est illud de euangelio dicere: Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Vi-des ne Domine Iesu, quod hic habes reclinato-

ria? Nunquam se maiestatis suae caput libentius reclinat, quam in uirginitatis aureo sinu. Respice uirginea pectora haec, pectora uacantia tibi: in his frequenter reclinas & recumbis, & cubas in meridie, & aureo quodam sereno. Non hic uulpes foueas habent, nec nidificat uolucres coeli. Solidius est reclinatorium hoc, quam ut hic subdola ualeat uulpes infodere. Nullus dolositati relinquitur haereticarum locus, ubi serena fulgurat ueritas. Sublimius est quam ut hic aut subdola uulpes, uel superba uolucris accedere queat. Abscondita sunt haec a sapientibus & prudentibus, & reuelata sunt paruulis, qui humilem sectantur ascensum purpureum, & passionis Christi uestigijs insistant. Vere purpureus ascensus, quem Christi signauit cruor, & passionis eius colorauit fides. Sed illud attendendum, quomodo, imò quam congruo modo sibi concidunt columnae argenteae, & ascensus purpureus. In illis sapienter, in isto sentis humiliter. In illis meditatio, in isto imitatio. Non enim in sermone tantum est regnum Dei, sed in uirtute. Quid tu illic dices, qui humiliationem seruitutem putas? Seruilis non est, quam regalis nobilitas purpura. Ornamentum est etenim purpura regium. Hos si tu uel dignaris uel horres gradus, respice quod purpurei sunt. Humilitas suscepta pro Christo, regiam praefert dignitatem. Tu uero sponsa Christi candido preme pede gradus purpureos. Nobilis est semita quam dilectus tuus prior incelsit. Quam pulchri sunt etenim gradus purpurei, quos pede sacro Christus prior signauit, pedibus illis, quibus nullus puluis adhaesit, pedibus niveis quos cruoris sui signauit uestigio. Et tu adenter uestigia relege: Aufer calcamentum carneum de pedibus tuis. Sanctus enim ascensus est, quem tibi disponis. Nudo & expedito insiste uestigio gradibus istis. Purpuram hanc non conchylij, sed Christi sanguis intinxit. Hic tu pedem libenter pone, ut pes tuus intingatur in sanguine Christi. Non ueniat tibi pes superbiae, si humilem secteris ascensum, qui sponsi tui cruore sacro signatur. Huic tu non modò pedem, sed etiam manum & caput intinge, & tota purpurea, tota regalis, & passione Christi tota nobilitata ascendas. Nam & si copateris, conregnas. Noli te seculi nobilitate caram reputare. Vilius eris, si respexeris ad illam, si natales tuos sponso imputas, si te pro seculi fastu praeferras alijs, aut aliquid habere priuilegij putas. Contra humilitatem propositum de profapia carnis euacuatis a gloria Christi, si alia te nobilitari presumas. Haec tibi purpura sufficiat ad fastum, sufficiat ad ascensum, sufficiat ad gloriam, ut non gloriaris nisi in cruce Domini tui Iesu Christi. Ascensus te purpureus reclinatorium perducet ad aureum: quoniam humilibus & quietis contemplationis debetur gratia, a sapientibus autem & prudentibus absconditur, reuelanda paruulis.

1. Cor. 13.

Cant. 2.

1. Tim. 2.

Exod. 1.

1. Tim. 2.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 4.

Cant. 2.

1. Tim. 2.

Exod. 1.

1. Tim. 2.

Purpura haec magnum quoddam est pignus amoris quem tibi dilectus exhibuit. Vere magnum pignus amoris, mortis passio. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Tale praestitit tale pignus repositulat passio tua, humiliatio tua. Quid pro te per tulit, in memoriam tibi reducat, & quantum adamauit, pro qua se tantum humiliavit. Ama ergo tu illum qui prius & plus dilexit. Non exigunt haec tempora ut sanguine effundas. Effunde animam tuam, effunde sicut aquam cor tuum. Nam & si tradideris corpus tuum ita ut ardeat, charitatem non habetas, quid tibi proderit? Denique & ultimo loco quasi finalis omnium clausula gratiarum ponitur charitas, & media uelut ornamento quodam charitate constrata dicuntur propter filias Hierusalem.

Sermo XIII.

Nouum aliquid uultis audire, sed ego nouum quid non habeo, nisi ut uos in nouet amor. Mandatum hoc nouum do uobis, nihil uobis notius, & nihil est nouius. Non estis in isto rudes & in exercitatu negotio. Vestrū hoc proprium officium est. In amoris enim praecipue munus estis dedicatae. Denique & propter uos sercula Salomonis media charitate constrata dicuntur. Media, inquit, charitate constrauit propter filias Hierusalem. Quodā quasi priuilegio hic sermo uobis delegauit usum amoris. Aemulamini filiae Hierusalem charismata meliora, magis autem ut ametis. Amor omni supereminet gratiae: et in huiusmodi descriptione ferculi, charitas reliquarum quasi ornamentum & clausula superponitur gratiarum. Plures in hoc ferculo enumerantur gratiae, sed charitate cumulantur omnes. Charitas cumulus est, charitas fundamentum. In charitate, inquit, radicatus & fundatus. Illa in primis, illa in ultimis, illa in intimis: illa inchoat, illa consummat, illa comunicat charismatibus ceteris: ideo in medio collocatur quasi ornamentum quoddam commune, & totius clausula ferculi. Et color purpureus & auri fulgor obscurior esset si non charitate uestiretur. Quanta eius est gratia, quae ipsum contemperationis aurum exornat. Ipsa media est & reliquarum quasi medulla gratiarum. Nulla tam est in tanta uirtute, nulla sic animos penetrat & perfundit, & arcanos cordis implet recessus. Ipsi animi medullis amor imbibitur, & secretis influit uenis. Media, inquit, charitate. Bene media, quae sic intima est. Plenitudo legis est charitas, ideo lex uacua, si fuerit destituta charitate. Vitalis quaedam uena legis est, & reliquarum charitas uirtutum. Ceterae quasi in parte se contrahunt, illa omni communis est gradui: siue mente excedas siue sobrius fias: ubique charitatis & necessarius & iucundus est usus. Reliquarum officia uariantur gratiarum: & uicibus alternantur: charitatis continuantur iura quodam iugiter tenore:

siue mente excedamus Deo, siue sobrius simus, urget nos charitas Christi. Vos uere, sicut arbitror, urget charitas Christi. In quid uos urget? In seipiam. Aliorum alia sunt officia, uestrū speciale munus est amor. Improbis sui prouocator est amor, & dulcem agit in patientes tyrannidem. Amor seipsum in prouectus semper urget uberiores. Aemulamini filiae Hierusalem charismata meliora, magis autem ut ametis. Aemulatio uos haec semper amplius urgeat. Mandatum hoc uobis semper sit nouum. Et nouum est, nisi in uestro dulcis Iesus ueterauerit affectu. Utinam semper in uobis ille recens sit, nec mora temporis aliquid imminuat gratiae. Utique recens in uobis uester Iesus est. Ipse semper recens, sed non deus alienus. Vere recens, in quem semper anxio inhiatis amore. Denique id solum habetis in uotis, ut uobis semper amplius placeat. Quantum placet, qui satis placere non potest? Nulla magis uos ratione placere potestis, quam si uobis placeat ipse. Animum uult, aliquid non quaerit. Solus sufficit, si tamen totus impenditur. Satis est pro uiribus tuis, sed parū est pro eius meritis. Si te tibi conseras, & tua metiaris ex regula, sufficit. Sed si de te, nil tibi relinquitur. Si autem ex ipsius te regula metiaris, & uelut in libra colles, quid tu momenti aduersus illum tenebis? Si infra uires tuas amor se cohibet & contrahit, iniquus est: & si iuxta uires tuas, exiguus. Quid ergo: supra uires casto te extendes conatu? Quidni? amor non capit de impossibilitate remedium. Nulla satis magna sunt amoris officia, ubi tamē ipse non intepuit amor. Quomodo erit in suo parcus, qui in alieno fidelis existit? Quomodo erit in officijs propensius, in seipso parcus? Amor seipso nihil impendit libentius, nihil uberius potest. Quae maior ubertas, quam ubi nihil decerpitur? Amor exaestuatur, seipsum non capit, superfluit sibi, immensitatem aemulatur, dum metam nescit affectui ponere. Oleum est quod stare nescit, nisi cum uasculum desit, nisi quae nec tunc nouit compeisci. Multi praefert amor insignis, quod natiuitatis suae seruore quodam & uelut aetatis lasciuia exerceat & superfluit, capi nesciens, & nouo semper exferuescit & fermentatur affectu. Amor infirmitatem non causat, sed magis accusat. Amori nihil satis est, nihil minus seipso. Amor seipso fatiari non potest: & tamen nisi seipso pacisci non potest, ipse sibi dulce satis est pabulum. Amor nil magis uult quam amare. Quam dabit homo commutationem pro amore? Quam dabit, uel quam accipiet? Nihil gratius amore impenditur, nil dulcius sentitur. Amor & dulciter optat, & dulciter utitur, dulciter deliciatur, et dulciter dolet. Vere dulcis amor, & solus dulcis amor, & omnis dulcis amor, sed non est amor ad amorem Christi. Super omnem pulchritudinem pulchritudo est. Super omnem pulchritudinem, inquit, dilexi, sapientiam. Quomodo non de-

Sap. 2.

HHh corus,

2. Reg. 1. corus, qui candor est lucis aeternae: Frater mi Ionatha, quam amabilis es & decorus ualde: Volebam Iesum dicere, sed de consuetudine Ionathae produxi uocabulum: & tamen gratus error, qui gratiam expressit. Error in nomine, sed in re nominis huius est seruata proprietate. Ionathas columbae est donum, illum significans qui spiritalis gratiae est plenus, puerum qui datus est nobis, siue Ionatham, siue Iesum dicam, Iesum intelligo. Quam amabilis es frater mi Ionatha, & decorus ualde: Praesumptionem putatis, quod fratrem eum dico: Verba haec non meam temeritatem, sed eius charitatem sonant. Praesumptio fuerit, si non ipse Iesus mihi indulerit ausum. Denique & ipse cognationis huius & assumpsit habitum, & exhibuit affectum, & iuxta Apostolum: Non confunditur nos fratres uocare. Si non confunditur, cur non & tu confidenter dicas, Frater mi Ionatha: aut si domestico magis uis uti uocabulo, Frater mi Iesu amabilis es & decorus ualde, amabilis es super amorem mulierum: Anxio & uehementi affectu uestra sanctae mulieres, in Christum inardescunt uota, sed ipse multo magis est amabilis, quam amat a uobis. Aemulamini ergo charissimata meliora, magis autem ut ametis. Enumerat ligna Libani, columnas argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, ad ultimum charitate cumulat omnia. Quidni? Adhuc, inquit Paulus, excellentiorem uobis uiam demonstro. Bonae sunt etenim columnae, & sacri magna quidem est eloqui gratia. Sed si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum ut cymbalum tinniens. uocis inanem dans sonitum sine sensu charitatis. Reclinatorium aurei ingens est gloria, per quod tibi mysteriorum arcana signantur. Sed quid? Si nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Per gradus ascendis purpureos, & passionis Christi te gaudes habere insignia. Sed si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, inquit Apostolus. Charitas non inflatur, non est ambitiosa, non querit quae sua sunt, medio gaudet, & quasi in communi sua bona prostituit. Media enim charitate constraui. Non inflatur, inquit, non est ambitiosa. Non enim charitas bonum singulare aut si habet, amat: aut si non habet, optat: non uult alijs precellere, sed nec ipsum magis habere bonum. Multi meritorum suorum infirma cognoscunt. Ideoque de se magnum nil sentientes, non inflantur isti, sed forte ambiunt. Vnde inflentur, non habent: sed inflati satis optant ut habeant. Priuatam & hi amant excellentiam, dum aut concupiscunt ut sit, aut contabescunt quod esse non possit. Charitas uero cum inuidia contabescit iter non habet, non querit quod suum est: & quomodo poterit quod suum non est de-

strauit. O quam molle est stratum charitatis, proximi charitas liuore, charitas Christi timore caret. Nihil habet poenale haec charitas, timor poenae non habet, ideo non est in charitate timor, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Quid enim? timerebit charitas ueteres offensas: sed charitas operit multitudinem peccatorum. Infirmitas propriae conscientiae timebit ne decidat: sed fortis est ut mors dilectio. Vtrumque metum charitas foras mittit, sed nec perfecta charitas temporales pro Christo timebit molestias. Sed ne quidem aeternae si fuerint, defatigari & euasere poterit consummata dilectio. Non potest semel hausta cognitione tantae non delectari dulcedinis. Non ideo amat charitas ne pereat, sed mauult foris poenaliter in aeternum perire, quam uis amoris aeterni priuari. Si enim dederit homo omnem substantiam pro charitate, quasi nihil despiciet eam. Verè hoc melle stratum, in quo etiam inter iniurias tam suauiter quam sancte quiescit. Da mihi Iesu bone, ut super stratum hoc memorem sim tui, & mediter te in matutinis. Dulcis plane memoria, quam amor inducit: gratia meditatio, quam suggerit charitas. Nihil enim est quod non iam dulciter & grate de Christo cogitetur. Amor proximi compassionem habet, & quendam nimis suauem gustum, dum gementibus nouit condolare. Christus (in quo condoleas) etsi crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute Dei, non condolendi, sed congaudendi in se uobis undique meritum prestat. Totus desiderabilis & concupiscentia totus, & quasi charitate constratus. Quid enim uidebis in Christo, quod non eius nobis & charitatem exhibeat, & nostram exigit? Totus nobis est charitatis illecebra, incitamentum amoris. Nul lum in se meticuloso relinquit locum affectui, totus amari uult, qui totus meretur amari. Noli uirgo ad tormenta respicere, cui tanta proposita sunt oblectamenta in sponso. Ocius debet esse timor, ubi tot insignia reuolunt amoris. Deditur charitas timoris commercium, cogit nesciens quae nequit compesci. Ideo charitas perfecta foras mittit timorem, uelut inutilem et superuacuum, sed non timorem illum qui castus permanet in seculum seculi. Est enim timor quem foras mittit charitas: & est timor, quem mittit ueritas: & est timor, quem intromittit & charitas & ueritas. Primus cautus, secundus castus, sed non permanens in seculum seculi, tertius & castus & permanens. primus ueretur poenam, secundus offensam, tertius totus libera quaedam & secunda reuerentia est. Et primus quidem timet offensam, sed propter poenam: secundus offensam, sed propter ipsam. Et quidem iniuria quaedam iustitiae est, si metu poenarum in gratiam ueniat. Satis ipsa per se meriti obtinet, ut hominum in se studia prouocet, & conciliet affectus. Hunc ergo timorem charitas perfecta

excludit. Quomodo enim perfecta charitas, quae timoris stimulo indiget ad cultum iustitiae? Perfecta dilectio mentem in solido possidet, omnia soli sibi iustitiae munera deputari uolens. Frigidus timor est, & piger incedit, satis habens tantum impune euadere. Amor fastidium nescit, feruidus est, & in anteriora extensus: metus contractior, necessitate tantum iustitiae, subit officia. Amor perfectus soli quod agit, debet iustitiae, nihil in ea iuris relinquens timori. Quidni? An non satis in se obtinet meriti ad omne bonum opus iustitiae? Christus enim nobis factus est iustitia. Quid ergo Christus non satis in se habet dotis ad placendum? Aliena ergo & ipse, ut placeat, indiget adiumento? Si non eius obtentu solius obtemperatur ipsi, quomodo erit eius perfecta dilectio? Diligam te bone Iesu, diligere te uirtus mea, quem non possum gratis diligere, nec possum tamen satis diligere. Dirigantur in te ex integro studia mea, nec alieno peducantur & distrahantur affectu. At quam exigua sunt etiam cum integra sunt in te studia nostra? quomodo ergo diminuiam, quod cum integrum est, tam exile est? Totus in te Deus bone, ex desiderio ferar. Trahe me tu in te ipsum, ut nullo indigeam timoris impulsu, sed perfecta charitas usum eius excludat. Quid igitur, non sunt metuenda aeterna supplicia? Metuenda plane sunt, & cauenda. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed uehementior Christi dilectio motu timoris non eget in affectum iustitiae. Amor iste nihil tam ueretur quantum offensam: sed propter offensam, non propter poenam. At istud quidem, quando in incerto humanae res fluctuat, & non est tuta laus hominis in uita ipsius. At cum ad ueritatem post uitam fuerit introductus, huiusmodi de reliquo metus cessabit, timori tercio faciens locum, qui prioribus quidem succedat, sed nulli cedat: permanet enim in seculo seculi. Primus ergo timor metuuit ne temeritatis offensam luat. Secundus ne infirmitate offendat. Tertius quod metuat non habet. Quid enim metuat completa felicitas, & consummata charitas? Timor hic de plantario oris charitatis. Non audeo dicere quod charitas est, nec tamen audeo negare. Quid enim nisi amor esse conatur, qui iam nescit affectum timoris? Quomodo non amor, qui iam penè timor esse desit? Quam enim ratione timor nil metuens, timorem illum tam tutum nomine impartiretur amoris, nisi quod Deus ipse ibi quidem amat nos: non tamen timori in tanta maiestate permittitur locus? Sed in omnibus quomodo a charitate timor ille separabitur? Et quid aliud est ibi timere nisi non tumere aduersus Dominum maiestatis: Quid est timor ille nisi uotiuu subiectio, obedientia non coacta, ultrò impensa reuerentia? Quomodo timor, qui offendere non timet? Non enim ualet, sed iterum, quomodo non timet?

mor qui offendere non audeat. Et timor ergo non uidei, quia nihil uel peccati uel periculi metuit. & timor manet, quia nihil audacter uel temere praesumit. Quid est timor ille nisi reuerentia humilis ex debiti necessitate impensa, necessitate nil passa. Est enim obsequendi necessitas iure conditionis, sed necessitatem ignorat libertas dilectionis. Quid est timor ille nisi temeritatis & negligentiae magis priuatio, quam necessitatis coactor. Vides quantum timor iste approximat ad charitatem? Penè illa est, sed penè non est. Causa distat, par est affectu. Quæris qua causa? Inferioris conditionis respectu obsequendi ad omnem nutum tantæ maiestati. Incumbit tibi iusta necessitas, sed ad causam istam charitas non respectat: diuinæ maiestatis admiratione rapitur, non contuitur infimæ conditionis. Ergo rationem quam timor respicit, charitas nescit causis preuenta potioribus. Causis ergo distat timor & amor, obsequio & affectu libero cognati. Primus ergo timor metuit puniri. Secundus priuari. Tertius neutrum. Primum illum perfecta charitas exterminat, Secundum ad tempus tolerat. Tertium sibi indiuise collaterat. Hunc uos filiae Hierusalem timorem captate. Primum cauete illum, quæ charitas foras mittit. Media, inquit, charitate construit. Vbi media dicit, totum dat intelligi. Et uestri cordis medium charitas consummat, charitas uestiat. Vestis hæc est & ornamentum nuptiale. Quæ si à nuptiali exigitur conuiuia, quanto magis à nuptia? Sola præoccupare & possidere uult omnes mentis uestræ recessus. Nolite illos degeneri & alieno communicare affectui. Molle quidem et delicatum est stratum charitatis, molesto ne ad modicum quidè uult metu contristari (propter filias inquit Hierusalem) Iure quidem. Pax enim multa diligentibus legem tuam. Si quis de indulta dominatur gratia, quanto magis & uos? Nam etsi constat spiritualium bonorum magnas esse diuitias, sed charitas supergressa est uniuersas. Non modò supergressa, sed etiam complexa. Et dulcis & diues est charitas. Denique sicut habet psalmus: Inter medios uirtutum clericos, & in spiritualium communicatione gratiarum super stratum dormitur charitatis. Charitas quasi media omnibus uirtutes. Aemulamini ergo filiae Hierusalem charismata meliora. Magis autem ut charitatem habeatis, & abundantius habeatis, totæ in affectum amoris transite. Totus enim amabilis est dilectus noster Iesus Christus. Qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo XX.

A Vidistis quò inuitata sunt filiae Sion, sed unde iubentur egredi, nondum audistis. Id enim est quod non exprimit litera. Vnde ergo? Nunquid de Sion? Sed uidetur Deus deorum in Sion, Non ergo de Sion eas uocat, quas

Esai. 67.

ad uidendum Deum uocat. At forte non ad uisionem Dei, sed ad uidendum Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Ideoq; nil obstat, si filias Sion egredi iubeat de Sion. Sed nunquid non homo ille natus est in Sion? Ergo si de Sion euocantur, non tamen uocantur nisi ad Sion: de Sion superiori ad inferiorè Sion. Nec enim dignum aut consentaneum uidetur, ut filiae Sion egrediantur de ea, praesertim ad uidendum ipsum cuius habitatio in Sion, ut qui natus est in ea. Memini disertum & eruditum quendam uirum, cum super hoc disputaret loco, dixisse: Malè locatae uidentur quæ iubentur egredi. Satis comode pro tempore dixit, ad audientium quod proposuerat utilitatè deflectens. Mihi tamen nimis bene locatae uidentur, ad quas praesentis uerbi hortatus intenditur. Vbi quaeris. In reclinatorio aureo, de quo praecessit sermo hesternus. Delectabilis ille locus est, & uberior ad latitiam, quam humana queat affectio capere. Delectatiois nimietas seipsam exhaurit & ebibit animum uoluptas exundans. Vicibus alternatur hoc gaudium, nec potest esse continuum, quod est nimium. Bona tamen uices ubi non disceditur à sponso. Non datur in carne commoranti hereditate possidere reclinatorium aureum. Ideo iubentur egredi filiae Sion. Sed quomodo dicat, Ne longius abeat. Egredimini, inquit, & uidete regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Nò uult eas à Christo discedere, siue mente excedant, siue sobriae fiant. Bona sobrietas simplicitas fidei, quam intuentium possit aspectus ferre, & qua possit foueri. Felix, qui hoc gradu cum descendit, excipitur: & cum ascendit, incipit. Ascenditibus enim hic speculationis locus primus occurrit. Bona enim speculationis æmulatio, sed scientia necessaria est. Reclinatorium ad illud aureum succederis & succingeris, locum uerè speculatorium. Studium probo, sed expecta ut componam tibi gressum, & gradum ponam. Specula est, & specula uerè sublimis, specula omnis terrenæ exaltationis supergressa nebulas. Inassuetus quid illuc saltum paras? Manibus (sicut scriptum est) nitere, ut affuecas morari in aede regis Salomonis. Interim repte, donec rapiaris. Non enim saltus, sed ascensiones, inquit Psalmus, disposuit in corde suo. Erit autem quando ascensio in saltum, magis uerò in assumptione conuertetur. Quæ sunt autem istæ ascensiones nisi quædam mentis purgationes? Ideo in ualle lachrymarum, quoniam delicta quæ plorantur purgantur. Felix qui satis lauit lectulum cordis, qui sufficienter plorauit, cuius completa est tristitia, cuius ad cor consolationes inspiratio loquitur diuina, & de conualle plorationis euocat, cuius à furore iudicis non turbatur oculus, ut uidere ualeat regem Salomonem tranquillo aspectu in die latitiæ cordis eius, Egredimini filiae

Cant. 5.

Prov. 14.

Psal. 67.

Cant. 5.

Sion, & uidete regem Salomonem. Illi enim habentur digni haclata uisione, qui se quadam poenitentiae lege cõcluserint, & disciplinae coarctauerint custodia, quorum reuinit anima cõsolari. Vis nosse quæ bona sit cõclusio? Ortus conclusus, fons signatus. Surge propera amica mea & ueni. Vides iam quomodo illam inuitat, & amicum uocat, quæ seipsam cõcludere nouit? Quod si conclusa estis, nolite egredi, donec Christus uos inuitet. Egredia est Dina, non educta. & egredia est non ut regem Salomonem, sed ut mulieres uideret regionis illius. Quid inuenerit, uos nostis. Vos egredi nolite, nisi quando uos aut spõsus, aut sponsi inuitant sodales. Egredus est Lazarus cum illum Dominus euocaret ad uitam. Egredus est Noe de ea, quæ ipsum inter huius mundi fluctus illæsum arca conclusit, sed ingressus est cum ei reclusit ostia Dominus. Egredus est Ahrahã de terra sua, ut repromissio nis terrã uideret, sed uocatus egreditur. Et uos egredimini filie Sion, inuitate ad scelerioris gratiam uisionis. Cõclusus est, & conclusus miserè, qui beatã ad hanc uisionem egredi nec nititur nec meretur. Sed uis cõclusio, egredis libera. Denique cum fueris, inquit, cõuersus ad Dominum auferetur uelamen (uelamen ignoratiæ & ignobilitatis) Dominus enim spiritus est. Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Vbi maior abundantia spiritus, ubertas uberior. Quod concluditur & inuoluitur, tenuè habet respirandi libertatem. Egredimini ergo filie Sion, ut cum Paulo dicere possitis: Nos autè reuelata facie gloriam Dei speculantes, in eandem imaginem transformamur. Visio Dei, quodã est cum affectu semper accipienda. Et uerè efficax est & uiolenta uisio tua bone Iesu, quæ intuentium in se rapit affectus. Nonne dulcem quãdam desiderij sui passus est uiolentiam Moyses, ut transiret & uideret uisionem illam magnam? Vis accipere quæ sit efficax? Cũ exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Quid uerò cum humiliatus fueris ad terram, nonne omnium ad te trahis animos? Ego bone Iesu, resurrectionis tuæ non expecto gloriam, nec admirationem meam ascendentis in cœlum referuo potentia, sed statim in initio annunciationis uel natiuitatis tuæ uoces angelicæ aures meas percellunt. & rumor nouus stupefacit me, & ad se rapit insueta lux exorta in tenebris. Nuda uisio, & quæ se in affectus condignos non transfert, ignoratiæ & cecitati non connumeratur. Vultis uisionem fructuosam accipere? Viderunt insulae, & timuerunt, & extrema terræ obstupuerunt & accesserunt, ait Esaias. Videtis quos uirtutum fructus Dei uisio pariat? timorem, stuporem, amorem. Viderunt, inquit, & timuerunt, obstupuerunt & accesserunt. Viderunt te ad intelligentiam, timuerunt ad reuerentiam, obstupuerunt ad nouitatem, accesserunt per conformitatem, Visio comprehendit,

Cant. 4.

Cant. 2.

Genes. 34.

Ioan. 11.

Genes. 9.

Genes. 12.

1. Cor. 2.

ibidem.

ibidem.

Ioan. 12.

Esai. 41.

timor comprimit, suspendit stupor, rapit & unit accessio. Illi enim accedunt qui emulatione accenduntur. Videtis animum, timor humiliat, stupor quasi infatuat, amor conglutinat. Cassa uisio est, nec contemplationis digna uocabulo, quæ talibus non est uestita affectibus. An illum uidere distinies, qui de mysterij cognitione nò timet nec stupet nec ardet? Timore sobrius fit animus, stupore absorptus, accessu confertus & confociatus. Huiusmodi uirtutibus cõtemplationis gratia constat, sed stupore magis & amore. Nam stupore & admiratione mens excedit, amore accedit. Nec aestimanda est uirtus cõtemplationis tam ex materia, quam ex modo. Vtraque attendenda sunt & genera rerum contemplandarum, & gradus affectuum. Sed fatius inferiori genere amplius affici, quàm in superiore minus. Visio hæc abscondita est à sapientibus & prudentibus, & reuelata est paruulis. Ideo dicit: Extrema terræ obstupuerunt & accesserunt. Quod humiles capere sufficiunt, id magis solet afficere, & quandam sui admirationem & amorem importare. Cum exaltatus, inquit, fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Omnia quæ inde sunt bone Iesu quãdam habent alligandi efficaciam, & cogitantes sollicitant in affectum, sed ad omnia non possumus omnes attingere. Sublimia solis sublimibus sunt, humilia omnibus. Quæ maior humilitas quàm exaltari in cruce? Etiam de hoc ait: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Efficax ad trahendum humilitas ista. Quidni? Quis nò ad simplicem cogitatum huius rei stupore et extasi repleat? Cuius non affectum fides hæc exhauriat & infatuat, & reddat insufficientem? Facilis ad cõtemplandum locus, sed fecundus ad gratiam. Simplicitas fidei huius minus habet intelligentiæ, satis magnæ & admirationis & amoris incrementum habens. Accessibilis locus, sed excessus dulcissimos pariens. Nolite hunc cõtemplationis locum dedignari. Non est difficilis ad recogitandum, & est diues ad gloriam. Mihi, inquit Paulus, absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Et quid multis audire? Crux ipsa corona est gloriæ, diadema regni. Denique in cruce triumphauit, expolians principatus & potestates, & mundi principem eiecit foras. Gloriosa uisio triumphus ipsius. Egredimini filie Sion, & uidete regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua. Videte carnem quam humano sumpsit ex genere triumphantem in ligno. Et felix caro quam sibi Christus nò quasi carcerem, sed quasi coronam assumpsit: quæ fuit ornamento, non oneri. Nos omnes in carne quasi in domibus carcerum absconditi sumus, compediti & seruientes legi peccati. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia, inquit, Dei per Iesum Christum, Deus enim mittens filium suum in similitudine

Matth. 11.

Ioan. 12.

Gal. 6.

Cant. 5.

rudinē carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne. Veritas carnis in Christo, peccati pondus non sentiens, nobis omnibus de peccato uictoricē palmā aduexit. Bene quasi diadema accipitur corpus immaculatū, corpus triumphi, corpus honoris et glorię, corpus cuius cruore peccati deletur chirographū, iustitię & salutis lignatur cōscriptio, nuptialia sunt instrumenta cōfecta. Deniq; hic dies desponsationis, quando ueteres repudiatis ritus noua ecclesię sacramenta instituit, quādo in perpetui matrimonij signū & copulę nuptialis, de latere eius sanguinis et aque mīxtura profluxit. Hodie synagoge dedit libellum repudiij, & a priore odiosa ad posteriore dilectam transiuit. A ueteri transiuit ad nouam, quam sibi ipse exhibuit gloriosam non habētem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Nouitas signum est quod ruga caret. Explicuit Christus literę rugas, & quod inerat nouitatis elicit. Quid uultis uos Sion & synagoge filię rugas contrahere, quas Christus explicuit? Nouis superuenientibus, quid ueteribus adhuc gloriamini? Egre dimini filię Sion de cauernis literę, de angusta & ignobili intelligentia, Egre dimini & uidete regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua, Corona nobis est incarnatio, quam uos putatis contumeliā. Et uidete iam quomodo benedixit coronę anni benignitatis suę, quomodo boni eius repleti sunt ubertate. Videte coronam, uidete & copiam. Coronam uictorię, uirtutum copiam. Unde hoc, nisi quia granum frumenti cadens in terram mortuum fuit? Deniq; hęc est uictoria, quę uincit mundum, fides nostra. Et ipsa credētium multitudo corona est & ornamentū Christo. Eris, inquit, corona glorię in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Nunquid hoc dictum uobis usurpatis, an non per uos nomen Dei blasphematur? Egre dimini filię Sion, & uidete q̄ gloriosus sit Deus in sanctis suis: si forte uisio hęc ad emulationem uos deducat, & de solitudine uestra ad ecclesię frequentia transire faciat. Et si deserta fuisti, sed non uocaberis, inquit, ultra derelicta: & terra tua nō uocabitur amplius desolata. Sed iam desistamus ad eos qui foris sunt sermonem proferre. Ipsi potius uidere delectemur quomodo iam pinguescunt speciosa deserti, quomodo credentium corona Christus in ecclesia cingit. Quę est spes nostra, & corona glorię? nōne uos ante Deum? Si Paulus hoc dicit, quomodo non magis Christus? Uiuo ego, dicit Dominus quia his omnibus uelut ornamento uestieris. Aduertisti quomodo credētium agmina ornamentum esse Christi in ecclesia diffiniat. Quare non & corona sunt? Sed corona habet quādam insignem & illustrē prę ceteris ornamentis dignitatem: quia cetera cum sint corporis, ista est capitū. Et temporis ratio ad eius quidam

1. Phc. 5.

Psal. 64.

1. Ioan. 5.

Idem.

1. Thess. 2.

Esa. 49.

tionem aliquid affert. Solennibus tantum uisus eius est accommodatus ferijs. Iam erectam uideo alacritatem uestram: iam ad uos huius uerbi interpretationem deslectis. Iam uestrum in coronę prerogatiua intelligitis priuilegiū, qui purioris estis uitę & prolesione astricti, & exercitio instructi, & indefessi studio, & ocio festiui. Iure diadematis censentur nomine, quos iam non tam pugna sollicitat, q̄ triumphus lætificat: quibus non est colluctatio aduersus carnē & sanguinem, qui serpentis iam caput non obseruant, sed Christi exornant. Vos estis corona Christi & gaudiū: & ideo sicut cœpistis, sic stare charissimi, sic stare in Dño, imō sic capite Dominū. Sublimis locus est, nihil illuc uilioris afferre materię. Videte uocationem uestram, uidete quem estis in usum assumpti. Nihil sceni, nihil ligni, nihil stipularum in Domini uelitis diademate texere. Nihil deniq; quod ignem mereat uel uereatur. Spinę complexę igne comburantur. Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris eos qui spineam capiti regis nostri imponere coronam. Tale diadema non honoris, sed horrorem adducit. Horret Christus magis asperitatem morum, linguę stimulos, quā aculeos spinarum, in his presertim qui in silentij uocati sunt simplicitatem, in charitatis negotium, & ocij quietem, in humilitatis scholam, in subiectionis uotum, & uinculum unitatis. Sed non est bonum uinculum quando sibi mutuo cōfœderantur, & in aliorum obtrectationem dexteras conferunt, ludæorū more dicentes: Tollamus iustum, quia inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris. Vos autem æmulamini pacis bonum in bono semper. Deniq; species coronę quoddam unitatis presertim indicium. Non sola coronę est estimanda materies, sed & forma pulchrę intelligentię rationes eius administrat. Ea enim est coronę species, quod & in orbem cohæret, & in altum se erigit. Vis habere cohærentiam quandam communem & id ipsum. Credentium, inquit, erat cor unum, & anima una. Quis huius unitatis finis? Propter spem utiq; quę proposita est in cœlestibus. Iam ergo habes cohærentiam in unitate, erectionem in spe. Et Apostolus: Galeam, inquit, salutis assumite. Et bene de galea introducta est mentio, eo quod habeat quandā cum corona uictiuiam. Nam utraq; capitis est, sed altera munimētum, altera ornamentum. Ideo nihil impedit spem utranq; referri: spe enim salui facti sumus. Ista nunc de forma perstricta sufficiant. De materia quid quæratis? Ipsi enim scitis quod fragilem & obscuram materiā dedignatur locus sublimis. Aurum uult & lapides preciosos. Posuisti enim in capite eius coronam de lapide precioſo. Aureas in Apocalypsi coronas legis. Precioſa materies, siue solum sit aurum, siue quædam auri gemmarumq; mīxtura. Sed nescio quid maioris gratię

1. Cor. 1.

Psal. 36.

Sap. 3.

A. 4.

Ephes. 6.

Rom. 8.

Psal. 20.

Apoc. 4.

ris gratię significare uidetur quod auri mentio ne sublata, de lapide, inquit, precioſo posuisti in capite eius coronam. Et adhuc excellentiorem uobis demonstrat materiā. Apparuit signum magnum in celo, mulier amicta sole, & in capite eius corona stellarum duodecim. Apostolorum tibi & numero & specie chorus monstratur. Qui enim ad sapientiam erudiunt multos, quasi stellę splendent ad perpetuas æternitates. Hęc corona fratrum stetit in circuitu Iesu, sicut scriptum est. Et in Apocalypsi diademata multa in capite sponsi, secundum diuersitatem gratiarum & graduum, sed illud præcipuum, quo coronatus est in die desponsationis suę: in die quo sibi in discipulis desponsauit ecclesiā. Desponsauit eam in fide, desponsauit eam dando in cordibus eorum arram & pignus & primitię spiritus. Et desponsatio dicitur participatio spiritus, quando adhaerens Deo, iam non duo, sed unus spiritus est. Deniq; & ipse est homo qui reliquit patrem & matrem, & adhesit uxori suę, & facti sunt duo in carne una. O beatum commercium, facta es cum spōso in carne una, & ipsa cum spōso in uno spiritu. Quomodo oportuerat de tali te gaudere cōiugio fidelis anima? quomodo lætari, & diem festū agere? Induere induere uestimentis glorię tuę ciuitas sancta, sponsa agni, gaude & lætare Sion adiūcta Christo. Quomodo tu non gaudebis, cum gaudeat ipse? Gaudebit spōsus, inquit, super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus, sed quāto gaudio? In die, inquit, desponsationis eius, & in die lætitię cordis eius. Non leuem dedit intelligi lætitię motum, quem esse cordis expressit, lætitiā dico: delicia sunt. Delicia, inquit, meę esse cum filijs hominum. Quā carē tibi Iesu bone, constant illę lætitię. Non gratis eas possides, quas carnis passione cōparasti. Ideo cordis tantū hęc dicit lætitiā. Iniuria est sponsi, si ipse lætatur, & tu non ex corde applaudis, non gratularis, non gaudebis. Vel fastidij uel despectionis instar est cum gaudeat non gaudere, & hoc in desponsationis die. Affectum tuum cuius alliciat species, si non eius qui speciosus est forma præ filijs hominum? Gaudens gaude in Domino, & exultet anima tua in sponſo tuo, in Deo tuo: qui si Deus non esset, & homo purus esset, quantas tamen haberet in se amoris illecebras hominibus, tot gratiarū abundans muneribus? Nam si a radice cōceptionis eius recedere cœperis, totus tibi stellatus uidebitur iuxta conditionē humanam tam singularitate q̄ excellentiā uirtutum: homo innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus: ut interim sileam quod excellentior cœlis factus est, infirmitatibus nostris potens compatī, tentatus per omnia pro similitudine absq; peccato. Diffusa est gratia in labijs eius, misericordia in uisceribus, uirtus in manibus, conuersatione singularis, sermone cōmunis, prudentia

Psal. 20.

Apoc. 12.

Dan. 12.

Apoc. 19.

1. Cor. 6.

Ephes. 5.

Esa. 52.

Ibid. 62.

Cant. 3.

Proh. 8.

Heb. 4.

in respōsis, uita in uerbis. Quid ergo quod conceptus est ex fide, natus ex uirgine, non cōsumptus est in morte, & assumptus in gloria? Reticeo nunc credentium numerum, & merita populorum, quos misso spiritu sibi in fide & charitate fociauit. O uerē magnū pietatis sacramentum Christus, incitamentum amoris, qui manifestatus & infestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, apparuit angelis, prædicatus est gentibus, creditus est mundo, assumptus est in gloria. Quis det mihi istas discurrere & recurrere frequenter per lineas, & per singulos uirtutū & operū gradus dicere, Domine quis similis tui? Quis mihi det ut scribatur sermones isti in corde meo, ut exarentur stylo, & quasi in silice scribantur, ut non deleantur? Bonus stylus digitus tuus Domine, digitus quo scribebas in terra arcana uerba, quorum uirtutum calumniātes ferre non poterant. Inclina te ipsum Deus meus, et incide in corde meo legis tuę tabulas. Lapideū est cor meum, sed durum lapidis nature obliuiscitur, ad digiti tui impressionem facile cedens, ubi tu incipis. Sed iam multa diximus pro eo quod oportebat spōsam lætari & gaudere in die desponsationis suę, & in die lætitię cordis sui dilecti. Magna in hac die lætitię ratio, & quę cordis & affectus humani fines excedat. Nec est huc peregrina inducenda lætitiā, sed diei illi sufficit lætitiā sua. Dulcis es Domine, & directus est ad nos spiritus tuus, spiritus suauis. Humanas tibi animas per fidem et amorē quodam sponsi associas affectu, & de conuersione lætariis, Durū cor quod sibi lætitię huius materiā subducit, occasionem attenuat, imminuit rationes. O me impudētem & ingratum, si non ego talem diligam, tam absolutum a corruptione, et tanta circa me astrictum comparsione, necessitate non obnoxium, & pietate obnoxium. Diligam te dulcis Domine, etsi non pro me, pro te tamen: ut tuo satisfaciā desiderio, deliciarum tibi causas subministrē, argumenta lætitię, in die desponsationis, & in die lætitię cordis tui.

Sermo XXI.

ET uos audeo confidenter ad uisionis huius inuitare lætitiā filię cœlestis Sion, Hierusalem quę in cœlis est. Vos uerę & plenę filię Sion, quę semper intuemini faciē patris. Vos, inquam, multorū milium angelorum frequentia, uos inuito & uoco. Egre dimini & uidete, egredimini de recondito illo sinu intimę uisionis, de secreto lucis inaccessibilis. Nouum uobis terra nostra præstat spectaculum. Nouum enim facit Dominus super terram. Ab æternis ad terrena uos prouoco. Mira hęc inuitatio: sed nescio quo pacto aeterna illa, quę in seipſis semper & noua & miranda sunt, in eo quod factum est in terra nouum, noua magis & mirabilia refulgēt. O beata hęc in terris nouitas temporalis, quę antiquā illam & eternā nouitatem

1. Tim. 3.

Psal. 34.

Ioan. 8.

Hier. 31.

angelicis in aspectibus amplius innouauit. No-
uum faciet Dominus super terram, femina cir-
cundabit uirum, Quem uirum? Ecce, inquit, uir
oriens nomē illi, Oriens splendor lucis aeternae,
femineo, sed uirgineo circumdat utero, & car-
ne uestitur. Hoc est illud nouum, quod ipsa sui
nouitate nimia credulitate obstrueret, si non ef-
set in auditis prius signis fides elicitata. Denique in-
ter tot et prophetarum & prodigiorum manifesta
testimonia, ad nouitatem istam adeo quorundam
sensus obstupuit, ut dum nouitati fidē abrogāt,
signis euidentissimis non accōmodet credulita-
tem. Sed quid uos ad egrediendum inuito, qui
iplos etiā ubiq; prouenitis & instruitis Aposto-
los? Vbiq; seduli estis & admiratores & annun-
ciatores nouitatis istius. Angelus cōcipiendum
nunciat Mariā: natum pastoribus angelus nun-
ciat, imō & ipsi angelis, non tantū pastoribus
angelus nunciāse uidetur. Vnus prādicat, alij
applaudunt. Facta est, inquit, cum angelo mul-
titudine celestis exercitus laudantū & dicentium:
Gloria in altissimis Deo, Vnus annūciat, quod
alij xquē nouerāt: & tamen quasi nouum & re-
cens audiunt, quod illis ignotum esse non pote-
rat. O beata hęc nouitas, quā angelico gaudiū
prāstat auditui, & (ut sic dicā) delectat illos ab
alio audire & quasi discere, quod eos ab initio
ipsa ueritas edocuit. O humilis & indefessa de-
uotio, & ad Deum, & ad inuicē. Est hic aliquid
quod nos utinā obseruemus, imō & seruemus.
Quid illud? Ut angelico exemplo humilē & at-
tentū prābeamus auditū alieno sermōni, etiā
in illis quā non ignoramus. Non tamē alienus
est, qui de caelo est: nisi nos a Deo alienos repu-
tauerimus. Et si alienus est, auctoritatem illi tri-
buit diuina materia. Nota fastidire: aut curiosi-
tatis est, aut contumaciā signum. Angelici spīri-
tus, quibus a principio innotuit sacramentū in-
carnationis, non abstinent ab admiratione in
nouitatis huius exhibitione: & antiqua cog-
nitio non modō uisione noua, sed nouo gaudet
& laetatur auditu. In temporum fine egressus est
Christus, ideo egrediuntur & ipsi. Et egressus
eius a diebus eternitatis. Sed in temporum fine
de utero eius egressus est, quē circumdedit eum,
femina. Ideo egrediuntur celestis filia Sion,
admiraturē in completionē quod semper admi-
ratae sunt in expectatione, Angelus in annun-
ciatione, angelus in natiuitate, angelus in bap-
tismate, angelus apparuit orantī, testis est resur-
genti, astat ascēdenti. Quē uehemētes putas ama-
tores sunt tam seduli annūciatores, & indefessi
admiratores? Per omnes huius sacramenti gra-
dus circueunt & immolant hostiam admiratio-
nis, hostiam uociferationis cātant, & psalmum
dicunt Domino. Et omnis hęc ueneratio ex-
trinsecus exhibita est, absq; ea quā intrinsecus
latet. Et si nouum fecit Dominus super terram,
caelos tamē nouitatis huius odore repleuit. For-

mina circumdabit uirum, quomodo circumdat
corona caput. Caput enim ecclesie Christus. Ep. 4.
Gloriosus planē in illo splendore gloriae, pater-
nae figura substātia: sed superaddito nostrae quo-
dam uelut fuco naturae, & colore inducto, dum
sublucet, plus placet. Nec illis tantum qui secus
ferre nō poterant, sed in his etiā quibus purē
se splendor ille refundit. Hęc autem dico quod
dignatio hęc ipsa qua uoluit incarnari, quen-
dam uidetur attulisse decorē dignitati maiesta-
tis. Quomodo enim non plus placebit humilia-
ta sublimitas, exinanita immēlitas, & diuinitas
incarnata? Ista uarietate quid pulchrius? Varie-
tatem dico: cōtrarietas uidetur, eo quod ad con-
templandum pulchrior, quod hęc sese cōtraria
non impugnant, sed cōgruunt sibi. Mirabilis in
se diuina simplicitas, sed (ut sic dicā) multo hęc
cōpositio mirabilior, quia nouior. Nō possum
mixturę huius arte fati mirari, & puto nec an-
geli. Et quidem illis mirādī ratio maior, quibus
diuine naturę mera simplicitas sincerius inno-
scit, illa in cōparabiliter mera est, & ideo mixtu-
ram hanc mirabiliorem reddit. Quānam hęc
mixtura, cum sua cuiq; naturae constet integri-
tas? Nam nec alterutra in alteram transit, nec ex
utriq; quasi tertia & noua quaedam consistit.
Nouum tamen est quod in una persona conue-
niunt. Contemplatio utraq; quaedam uelut cel-
la uinaria, in illam introducti sunt angelici spī-
ritus cellam nectaream maiestatis aeternae, imō
a conditionis suę initio positi. Iam nunc in tem-
porum fine hęc nostra in terris cella mustū no-
uum eructat. Opromptuaria plena, promptua-
ria exundantia & eructuantia ex hoc in illud. P. 141.
Egredimini filie de cella uini meri ad hoc mustū
quod miscuit sapientia in cratere nouo. O calix P. 142.
inebrians quē prāclarus es, & ideo claritate ine-
brians. Liquor aeternus nouo huic infusus calici
maiore cum charitate hauritur, quāuis cum cla-
ritate tēperata, idcirco & amor esse debet intem-
peratus. quis enim se ab amādo tēperet, quādo
nostrae se capacitati cōtēperauit immensa ma-
iestas? O calix non hominum tantum, sed & an-
gelorū mentes inebrians. & in se a cōtēplatio-
ne merae diuinitatis mixtura hac noua conuer-
tens. Egredimini filia Sion de copia illo uini
meri ad hunc calicē temperatū. Egredimini &
gustate quē suauis est Dominus. Ibi suauitatis di-
uinae simplex natura prospicitur: hic suauitatis
eius usus & indicia proponuntur. Ibi in se uidet:
hic in effectu suo, hoc ultimo in genere. utriq;
mirabile est, & nescio quid magis mirer in per-
sona naturarū: cōpositionem, an cōpositionis
causam. Quid iā in unitate diuinae essentię tres
esse miramur personas? Plures iam ex integro
in una persona naturas mirare. Quid nō hic ad
cōtēplandum suauitatem quod quem non afficiat?
Denique ad admirationis cumulum causa ac-
cedit, Causa, nec consequentia rationis, nec sal-
uatio-

uationis efficacia caret, nec gratia cōpansionis.
Vis audire consequentiam? Sicut in Adam om-
nes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuifi-
cabitur. Et idem: Sicut per unius inobedien-
tiam peccatores constituti sunt multi, ita & per
unius obedientiam iusti cōstituentur multi. Quid
consequentia? Magna cōsequentia, sed ex par-
te iustitiae efficacia maior. Denique & si abunda-
uit delictū, superabundauit & gratia. Vbi deli-
ctum, ibi seductio & fallacia intercessit: & ideo
non omni ex parte uoluntariū uidetur. In gra-
tia uerō nihil non ex proposito, nihil non ad li-
bitum. Quomodo ergo non efficaciora sunt uo-
luntaria bona, quā uelut aliqua ex parte coa-
cta mala? Et uerē efficax gratia & artificiosa.
Nescio quid magis mirer, artificium coactionis,
an efficaciam saluationis. Vtrūq; in beneficio gra-
tum est, & uolūtas & euetus. Adde & tertium,
modū ipsum & rationē. Nihil uoluntate hac as-
fectuosius. Quē dilectio maior, quē ut ponat quis
animam suam pro amicis suis? Ad hoc fecit pro
inimicis: & inimici erāt in seipsis & amici: quia
ante mundi constitutionem dilecti. Quid ope-
ris huius euentu uerius? Larga effusio spīritus
super omnē carnē, satis manifestet. Effusio san-
guinis Christi, spīritualē nobis effusionem im-
petrauit. Quos lauit sanguine suo, quomodo
non perfunderet spīritu sancto suo? Ideo prius
mundauit, ut essent super quos altius postea spī-
ritus inundaret. Ad ordinē quid consequentius?
Coarctator in huius materiae consideratione, &
quid potissimū ad cōtēplandū ē tribus eligam
ignoro: pietatem, an prudentiā, an prouentū.
Certant hęc inter se in cōtēplatione nostra,
& cum in alteram partem intenditur, & in alte-
ram trahitur. Blandiuntur hęc mihi, & affectio-
ne diuersa permulcent. Inardesco, stupeo, gau-
deo. Gaudeo pro utilitate, ad prudentiā stupeo,
inardesco propter impēsū mihi pietatis amo-
rem. Quid ista dispertior? Confunduntur hęc
inter se, & in uno quoq; genere permiscetur
frequenter. Nam & modus & commoditas, &
affectio, siue malis sic dicere, prudentia, prouen-
tus & pietas: hęc, inquam, tria siue simul siue
sigillatim considerata, animum ad se meum &
trahunt citius, & tenent diutius, & quandam in
admirationē & exultationē cōuertunt. Matris
ecclesie fides talium uarietate uirtutū eius dia-
dema contexit. Hunc sibi numerum, hoc pon-
dus, hunc mensurā assignant. In ordinis ratio-
ne & consequentia numerus deprehenditur, &
concordiā modus. In pondere pietatis affectus
uehemētiōr. Et uerē uehemens pondus gratiā,
de caelis ad terram maiestatem immensam de-
ducens. Immenitas hęc omnem incomparabi-
liter excedens creaturam, ad mensuram se con-
traxit, mensuram pertingēdi usq; ad nos. Non
enim quasi non condescendens ad nos super-
extendit seipsam, sed in mensura nobis distillat

A dona spiritus. Mensuram interpretor in effectu
uirtutū munera. Ad mensuram enim dat nobis
Deus spiritum. In mensura contra mensuram,
In mensura gratiā, contra mensuram iniustitiā.
Nam sicut abundauit delictū, abundauit & gra-
tia. An non hęc mensura contra mensurā? Ceterū
& supra. Superabundauit enim & gratia. Nun-
quid tantum super mensurā delicti? Non utiq;
tantum super mensuram delicti, sed etiam super
mensuram gratiā. Et e contrario & supra men-
suram iniustitiā abundat gratia, & supra men-
surā gratiā: sed non contra abundat gratia. Vbi
enim una abundat, necesse est & altera supra-
bundet, & detur abundantius abundanter ha-
benti. Mensura hęc mensura bona, & conferta,
& coagitata, & superfluēs, Superfluitas uide-
tur, quando non tantum necessaria suppetunt,
sed & exuberant uoluptuosa. In donis spiritus
quaedam expediunt, quaedam decent, quaedam
delectant, sanant, exornāt, exhilarant. Quomodo
non superfluūt quā sic ex crescūt? Sed hęc
sufficiunt de numero & mensura & pondere dia-
dematis, quod Salomonī regi mater eius cōpo-
suit. Quoddā enim quasi fertum gloriā cōfert,
dum coaptat quodā nobis assumpsit, & quod
nobis exhibuit. Videtis quibus hoc diadema
dotibus gratiarum cōstet, sed quid de gratiis ad
diadema? Dabit (inquit in puerijs) capiti tuo
augmēta gratiarū. Pater dat, & mater coronat.
Ipsa coronat, quia credit; quia ipse circūdat, ipsa
coronat. Mater ecclesia seipsa te lesu bone exor-
nat, seipsa te uestit: seipsa te calceat & coronat.
In perfectione calceamentū est: in perfectione
corona. Mira mutatio, ubi ex cusso puluere si quis
adhæserat, de calceamento corona efficit. In die
desponsationis & lætitiæ. Vide ordinē. Vnus
dicitur desponsationis & coronationis dies. Si i-
stud scis, beatus es si sequaris. Cōuertis ordinē,
si uis prius desponsari quē coronari: si prius uis ad
iucunditatē & quietē deuinciri Christo, quē cum
Christo uincere. Anticipatio quidem beata, sed
nō ordinata, si ante triumphū thalamum tibi op-
tas collocari: si ante laborē præsumis lætitiā.
Vnus est his tribus constitutus dies: diadematis,
desponsationi, & lætitię cordis. Et quid est cor Sa-
lomonis nostri? Vos, inquit, estis corpus Christi,
& mēbra de mēbro. Fœlix planē quodcumq;
membrum capitis huius: sed qui cor est eius, de
p̄cipuis est. Et uide si nō cor eius, qui quodam
in uentre secretorū Dei foueatur, in uitali affe-
ctionū calore, in medio meditationū. De corde
enim cogitationes, non operationes exeūt. Iu-
re ergo cor est, qui in medio spīritualitū locatus
est cogitationum, in pinguedine gratiarum, in
quodam uentre ueritatis, in utero sapientiæ,
cuius in typo Salomon ponitur. Et quidem u-
na eademq; uel ecclesia uel anima, et corona est
& cor, & sponsa. Corona in capite, sponsa de
latere, cor in uentre, Corona in summo, sponsa
in pro-

in proximo, cor in intimo. Quid hic non optime collocatur? Quid non festiue? Egre dimini hinc nostrae filiae Sion, & uidere, ut & uos transeatis in affectu cordis huius, in sponse gratiam, in diadematis specie. Nolite nomine casto gloriari. Estote quod esse dicimini, speculationis filiae. Vnus ipse attestetur nomini, Festus enim est desponsationis iste dies, & Dei susceptione dignus, & ab hoc ad festiuorem, qui nuptiarum est dies, pertingitur: in quo non datur libellus repudij, non intercedit diuortium, non abit uir uia longissima, ne breuissima quidem; sed est semper in domo sua spousus Christus Iesus. Qui uiuit & regnat cum Deo patre & spiritu sancto per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XXXII.

Non uere ne suis intumescat laudibus, & humilitatis iacturam faciat, cuius ipse sibi pulchritudinem cum expressione tanta sponsus commendat. Frequenter ex multo placendi desiderio subest metus displicendi: & propensior deuotio, conscientiae securitatem imminuit & furatur. Quid ergo mirum si sponsus applaudit illi de pulchritudine, affectum que blanda allocutione demulcet, quem metus inuenerat? Quia nam enim ratione deformitatem non uereatur suam hominis anima quaelibet, quae nostri Salomonis in matrimonium asciscitur? Audiuit illum in diademate suo, in die desponsationis & laetitiae cordis, in illa abyssu gloriae solito festiuorem: poterat que iure uereri repulsam, si deformitatis & abiectionis suae respectaret ad causam. Oportuit itaque ut securior reddita, resumeret animum, & infusa alacritatis mentis faciem uiuido quodam colore perfunderet. Nam totius uitae & operum pulchro uultui plurimum adijcit mentis hilaritas. Propterea in hunc modum amicam sponsus alloquitur, Quam pulchra es amica mea, Similia ferè dicta sunt supra in praecedentibus, ubi sic legitur: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Idem penè uidetur: Ecce tu pulchra es, & quae pulchra es. Vtrobique pulchritudo praedicatur ipsius, & iterata commendatio confirmationem declarat. Sed quantum ipse aduertere possum, aliquanta hic innuitur distinctio. Nam ubi dicitur: Ecce tu pulchra, agit tantum de pulchritudine: hic uero de nimietate pulchritudinis. quam pulchra es amica mea, quae pulchra. Ibi simplex attestatio quasi subito deprehensae pulchritudinis: hic autem admiratio nimietatis. Ibi attestatur quae pulchra: hic oblectatur quod tam pulchra. Hic enim maiore pronunciat cum potere affectuque mirantis, & prolationis modus motu oblectatae mentis declarat: quae pulchra es amica mea, quam pulchra. Et quidem in processu cantici profectiora ad sponsam dici oportuit. Haec à nobis de similitum distinctione uerborum. Nam quae super pulchritudine sponsae interpretanda fuerant,

Can. 4.

Ibidem.

A copiose & accurate suis explicata sunt locis. Et quae uir (utrum eruditior, an eloquentior nescio) suis disputa uir in hominibus: nec minimo (ut sic dicam) digito decuit à nobis ad discutiendum attingi. Hoc uero non negligenter attendendum quod post generalem commendationem pulchritudinis particulatim amicae depictur, loco primo ab oculis orditur, prudenter quidem: quoniam si simplex oculus fuerit, totum corpus lucidum erit. Et ideo columbarum comparat oculis, ut iuxta euangelij doctrinam, suam amicam simplicem doceat sicut columbam, Denique uniuersum corpus operationis, simplex illustrat oculus intentionis, & facit ut coram Deo luceant opera, quae per se coram hominibus poterant lucere. Nam quando foris bonum lucet opus, sed operis bonitatem non intendit animus, quasi corpore claro oculus caecatur. Opera quidem ipsa aliquoties in genere suo bona sunt, & alijs comoda: sed operum bonitas in actore non refunditur, qui simplicem oculum in ipsis non habet. Ideo tenebrosa sunt, quod intentionis sinceræ lumine carent. Bonus itaque simplex oculus, non habens ullam partem tenebrarum, conuersationis corpus totum serenans. Aut totus enim tenebrosus est oculus, aut totus lucidus, aut habens aliquam partem tenebrarum admixtam. Totus tenebrosus est, cum operi malo propter malum intendit. Totus lucidus, cum operi bono non nisi propter bonum intendit. Cum uero in opere bono non tantum in ipso bonum, sed etiam in alio aliquo fine intentio dirigit, uel cum in opere non bono quod inesse credebatur bonum, errando diligitur: aliqua ex parte oculus caligat, & non est mera simplicitate purus. Quid cum opus bonum praetenditur, & non ipsum bonum, sed aliud totum intenditur: Oculus ne iste tenebrosus dicitur ex toto, an ex parte caligans? Mihi quidem magis tenebrosus ex toto uidetur. Nam et si lux deputetur in opere, nulla tamen agnoscitur in intentione. Quomodo autem intentio bona, quae bonum non optat: aut quomodo simplex quae sub boni uelamine seipsam occultat? In oculis uero sponsae utraque commendatur, & simplicitas, et spiritualitas: ideo columbarum dicitur. Et bene in amica sua primo lucem commendat, ut sibi demostret similem, qui & ipse dicitur lux mundi, & in quo tenebrae non sunt ullae. In sex dierum conditione lux omnium prima creata dicitur, & in describenda pulchritudine sponsae, lucis in primis inducta deceter est mentio, Oculi tui columbarum. Quid te amicam esse praesumis, quae nescis oculos habere columbae? Opera quantumcunque fuerint bona, si impurus est animus, de pulchritudine frustra tibi applaudis. Quomodo amica es, quae pulchra non es? Sed quomodo non es inimica, quae malignaris sancto? Malignas in sancto, quae malignatur in bono, siue in suo, siue in alieno. In tuo malignaris bono, cum bonum ipsum non conspicias. In alieno cum de

Mat. 4.

1. Cor. 1.

cum de bono male suspicaris, Et praua intentio, & peruersa interpretatio: utraque malignatio est, utraque fellea, utraque falsa, nihil habens cum columbarum natura comune. Oculi columbarum sunt qui nec falli uolunt, nec fallere norunt. Ne scis quod sponsus tuus ueritas est? Quomodo dicit tibi: Columba mea, amica mea, quae simplicitate non gaudes? Amica est ueritati simplicitas: ideo cum simplicibus, sermocinatio eius. Denique simplicitati amicae applaudit dicens: Oculi tui columbarum. Bona enim est oculata simplicitas ita simulationem excludens, ut non caliget in ueritate. Rara haec hodie in terris auit: & si qua est eius usquam frequentia, occulta fatis, & latens in foraminibus petre, in cauerna maceris, & de super riuos aquarum. Quomodo autem obscuratus est aut occultatus est oculus columbinus? Quis est qui seculi calliditates non seclatur, qui illis se uti non gaudeat, qui non amet habere, aut saltem nominari in se non uelit? Quis est qui non uerecundetur oculos colubinos, gloriatur se habere miluinos? Si Christi amicae dicit uelis, quid tibi cum prudentia carnis, quae inimica est Deo? An istas inimicitias euacuare conaris, ut utraque carnis & spiritus prudentias condas in te ipsa? Modicum fermentum totam massam corrumpit, Quid ergo fiet ubi multum est fermentum, massa modica? Quae societas legi cupiditatis, & legi charitatis? Non debet illa huic esse coniuncta: quia nescit esse subiecta. Prudentia enim carnis legi Dei, aut repugnat & inimica est: aut omnino perit, & nulla est: aut resistit, aut ex toto desinit. Potest periri, ut penitus non sit: non potest premi ut ei contemperata sit. Tuum ergo & os & cor huiusmodi exercitatum optas habere prudentia, quae legi Dei non potest uel associari uel subijci. Prudentia spiritus uita est & pax. Vitalis est enim prudentia spiritus, usum habens uitae quae nunc est & futura. Prudentia uero carnis in presenti tantum exercet uita, nullum in ea, quae sequitur habitura locum. Cupiditatis enim apud inferos nec opus nec usus est, sed excruciatio. Ista pax est, illa litigium. Et bene pax, cui hoc est euacuari, quod paci non uacare. Talem prudentiam ad sponsam pulchritudinem Christus commemorat. Talis in oculis columbarum depingit, quae simplicitatem & spiritualitatem redoleat, eo quod in colubae figura spiritus sanctus intelligi solet. Non solet esse uacua talis simplicitas, multum enim subest latentis gratiae. Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Magnum nescio quid illud est, & uere magnum, quod manifestum uel dici non debuit, uel dici non potuit, nec aliquo ut gratiae caetera simili figurari, sed in suspitione & coniectura sola relinquitur ijs qui similia forte patiuntur. Absque eo, inquit, quod intrinsecus latet, quasi non sint intrinsecus aliae gratiae & dona spiritus. Et quomodo omnis gloria filiae regis abintus? Denique & intrinsecus ipsi oculi co-

Rom. 8.

1. Cor. 5.

Rom. 8.

Can. 1.

lumarum, ubi simplicitas fidei corda purificat, & illuminatos reddit oculos cordis: ubi non modo oculus, sed totus absconditus homo cordis dicitur. Sed licet abintus omnis sit gloria, est tamen gloria gloriae respectu interior: & sicut in ipso homine exteriori, sic & in illo interiori alia alijs magis sunt intima, & latentia penitus, soli tantum nota dilecto, fortasse & aliqua etiam ipsi sunt sponse ignota, nec collatorum diuinitus ad plenum habet notitiam munerum. Quid enim si occultatur sublimitas, dum seruetur humilitas? Secretum tuum tibi Iesu bone, secretum tuum tibi, & in absconditis sponsae solus deliciaris. Cur non uel ad modicum illud nescio quid latens nobis comunicas, & occultam, qua delectaris, figuras pulchritudinem? Plus nos ad querendum allucis, dum illud latere intrinsecus dicit: & curiositatem nostram amplius irritas, tantum silentio mysterium premens. Plus nos dum taces trahis. Quam magna multitudo dulcedinis huius, quam abscondendam indicas dum non explicas. Quicquid illud est, latet intrinsecus: sed de latebris istis suauissimus odor aspirat. Nescio enim quo pacto dum illud admirabiliter dulce esse conicio, admirabiliter dulce esse iam sentio: iam illud pensat affectus, ad quod non penetrat intelligentia. Conditum est hoc penes sponsam, & signatum in thesauris ipsius. soli fas est dilecto istos ingredi, & gloriae latentis arcana reuolueret. Hoc autem dico quod non facile est uirtutem cuiusque ex indicijs discernere. Frequenter enim exiguus extantibus signis, eximia sunt quae latent intus secreta. Ideoque manifestas debemus sic uirtutes laudare, ut hac in singulis adiectione utamur, absque eo quod intrinsecus latet. Denique ipsam hanc (de qua nobis est sermo) commendat in sponsa columbinam inspiciente simplicitatem, quam gratifica, quae est in seipsa suauis & placens: maiores tamen in se reconditos habet thesauros, & dulci est (ut sic dicam) medullata secreto. Queritis quid sit illud? Dixi iam, & si adhuc uultis audire, ignorare me fateor. Possent pia hanc uobis commedare simplicitatem, & ad eius uos aemulationem hortari, quae tam inexplicabile & dulce mysterium continet, fortasse & confert. Id autem ipsum si fuero conatus euoluere, forsitan ad aliquid occultum & latens pertingam uel experientia uel coniectura. Sed nunquid illud erit cuius tam inuoluta meminit sponsus in laude dilectae? Quamlibet potuero occultum eruere, aliquid adhuc latebit intrinsecus. Altis illud latet in tenebris: nec nostro subiacet uel stylo uel studio. Venerabor ipsum silentium tanti mysterij. Nam quantum non est datum discernere nosse quid sit, eo quod siletur: relictum est credere quod aliquid singulariter dulce & sponso gratum sit. Non potest inuestigari quale sit, sed potest aestimari quam magnum sit, uel eo ipso quod uerbum tam arcanum dici non licuit. Ut

tamen

tamen aliquid dixisse uidear, & non ex toto siluisse, (ad hoc enim instatis) accipite quod mihi uidetur in hac parte uere dici posse, utrum accommodate ad praesens capitulum, uos uideritis. Virtutes ipsae suapte natura intus in animo locatae sunt, sed usus quarundam in exterioribus uiget, quaedam uero stram in interioribus exercent potentiam. Et illa quidem carnales declinat illecebras, ista uero spiritualium deliciarum latebras amplexatur. Illa uel sollicitantes occasionem refugit, uel insolentes affectiones compescit: & quanuis interim necessario, molesto tamen exercitio laborat. Ista tali delectatur materia, quae non iucunditate magis, quam honestate praecellat. Illa simplici intuitu & oculo columbino exteriores dum percurrit species, uel odit uel despicit: ista curiosiore prospectu caelestes perlustrat species, & prospectis amplius inardescit. Possumus talem quandam distinctionem formare, ut dicamus alias exteriores esse, alias interiores, alias intimas. Alias enim se a carnalibus retrahunt, alias spiritualibus intendunt, alias quasdam iam tenent primitias. Prima se a mundi illecebra, quam contemnunt, compescunt: media se ad id quod spiritualiter concupiscunt adhuc componunt: ultima, immo intima optatis auidè iam utuntur. Deus bone, quantum lucis & deliciarum in illis est latebris: quantus excessus in recessibus illis? Utinam tales me concludant latebrae, ut illud de psalmo dicere possim: Nox haec illuminatio mea in delicijs meis. Ecce nunc aliquid latens attingi in hoc ultimo gradu, & forte uel hoc est uel aliquid simile quod sponsum signauit. Volo decetero deferre mysterijs; nec enim fas est audaci sermone orationum arcana nudare, & minus sanctis manibus lingua conuolutas delicate sancti sanctorum reuoluere species, & reconditum manna contrectare quod aurea & urna continet, & arca recludit. Et ipsum manna nomen aliquid ostendit arcanum, & de quo magis possit quaeri, quid hoc est: quam dici quid sit hoc. Et cui melius, quam manna latens illud comparauerim? Dulcis quidem & caelestis est manna cibus, sed uidetis quam secretae reconditus in urna, in arca, in sanctis sanctorum, ut curiosus & minus idoneus ab huiusmodi aspectus arceatur; oculus ille qui columbinus esse non nouit, quem non dirigit pia credulitas, & intentio pura. Rogamus autem uos fratres, amplectimini sanctam simplicitatem, quietem mentis, meditationes puras, liberas orationes: quoniam in talibus ualis, & (ut ita dicam) in arca sanctae meditationis, & interiori orationis urna, diuina nobis est locata refectio, & portio gloriae, de qua legitur: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Curius plenitudo uitam nobis aeternam conferat per Iesum Christum: cui est honor & gloria per omnia secula seculorum, Amen.

Psal. 138.

Psal. 10.

Sermo XXIII.

Ecclēsiā (ut bene nostis) haec blandimenta, & spiritualibus eius oculis, praecedenti disputatum est sermone. Sed quia tales sunt, nunquid rari sunt? Vide totum corpus eius quomodo plenum sit oculis ante & retro. Oculi eius prophetae, oculi eius apostoli, qui uel futura praedicunt uel iam facta praedicant. Oculi eius sunt utrumque interpretes & doctores populorum: quorum officio spiritualia animae uel comoda uel scādala & cernimus & discernimus. Sed nescio si omnes qui oculi habent officium, teneant & usum. Duces caeci, nec tantum caecorum: sed quod indignius est, & uidentium, nonne uidentur oculi habere & locum & speciem, sed uirtute carere? Utinam uel id sufficeret, & uirtute prouidendi bona carerent, essentque ad communes utilitates caeci, dum non ad priuatas arguti commoditates. Nunc autem & caeci sunt & callidi: hebetes ad ecclesiae lucra, ad propria acuti. Sed quomodo oculus est columbae, qui columbae non inseruit, columbae non uidet, columbae non prouidet: qui columbam non ducit, sed magis abducit ecclesiam, & quantum in ipso est, prauis praecipitat exemplis. De talibus Apostolus loquitur: Omnes quae sua sunt quaerunt, non quae Iesu Christi. Tales occupant locum, & peruertunt usum, cum e diuerso sint alij, qui oculi non habent officium ex promotione, sed usurpant ex praesumptione. Et quidem frequens haec turba. Quem dabis nunc ex numero discipulorum, qui praetatorum opera penes se, uelut quodam locatus in tribunali, non carpat, non corrigat, non castiget? Isti non iam sunt oculi membrorum, sed quidam oculi oculorum, quomodo si pennae & plumae in corpore columbae, cum ipsa uelint oculorum dirigere lumina. Nolo locum hunc nimis urgere, ne uos fratres exagitare uidear. Estote uestra contenti mensura. Nihil omnino in corpore columbae officio uacat, nihil carere honore: & ea quae abscondita sunt, abundantior em habent honorem. Denique & capillis spondae, situs est honos. Si enim in oculis praetati, in capillis qui sunt intelligendi, nisi discipuli: Et boni discipuli, qui se capillorum more tractabiles & flexibiles exhibent ad omnem nutum magistrum, sicut ad motum uenti: qui graciles, & spiritualibus extenuati disciplinis, penes sine corpore sunt, & penitus sine carne ad omnem insensibiles iniuriam, ut nec rudentis instrumenti sentiant laesionem, in hoc tantum passionis sustinentes molestias, si a capite cui inhererunt contingat euelli. Reliquo enim emortuo corpore, uitalem sibi tantum sensum retentant: ubi capiti, de quo oriuntur, iungunt. Qui ipsi uicini cerebro ubi sapientiae dicunt recessus, quasi ad intima ipsius arcana nituntur intrare, quibus hoc eradicari & quasi inde euelli uideat, ad exteriores qualibet occasione curas uocari.

uocari. Nam qui inde sine sensu doloris effluunt, quomodo ibi aut nati aut radicati credentur? Denique quod non decidant capilli sponte, sed assurgant, audi quid sequitur: Capilli tui sicut grex caprarum, quae ascendunt de monte Galaad. Quasi grex caprarum, eo quod in sublimibus passu et positi, & tendentes semper ad alta ut caprae: altum tamen nil sapiunt, sed carnalis concij sunt infirmitatis. Elatio namque ipsa descendit, ascendit humilitas. Ideo quasi caprae, quod semper & alta petant, & ad infirma sua respiciunt. Et bene de monte Galaad ascendunt: sed tamen non nisi in monte Galaad, qui testimonij aceruus interpretatur. Et quis ille nisi Christus, super quem omnia prophetarum coacervata sunt testimonia, cui prophetae, cui Ioannes, cui pater, cui opera ipsa testimonium reddunt? Hic mons ecclesiae caput est. Noli de hoc monte defluere, si capillus es. Quid nobis separationem minaris, & uelut auulsum iri a reliquorum grege capillorum? Nunquid casus tuus ecclesiae saluationem adducet? Nescit illa decaluari. Nam & capilli eius omnes numerati sunt. Ad synagogam illa in terminatio facta est in Propheta: Erit pro crispanti crine caluitium. Crispi sunt ecclesiae crines, ad suum recurrentes caput, circa illud ambitu amico reuoluti, in ipsa capitis se creta conantes intrare. Ideo capilli eius non decidunt, sed ascendunt de monte Galaad, operum Christi maiora sibi semper ad imitandum exempla cumulantes. Utinam fidei quam habeo in Christo, omnia opera mea attestentur, et iugi profectu congesta aceruus mihi ascensionis constituent. Quam paucos ego mihi testimonij huius contuli lapides. Vereor equidem ne in contrarium multos congesserim. Quid enim? Nonne tibi uidentur non pro fide, sed magis contra fidem testimonia congestisse, qui sic uiuunt, ut alterius uideantur fidei, quam Christianae? Denique tales, quam multos uidemus, de quibus iure dici possit: Isti non sic conuersantur, ut qui Christi redemptos se sanguine credant, qui aliam sperant uitam, qui futurum uereantur iudicium, qui tandem euangelicae praeccepta diuinitus data fateantur. Talia utinam penes me testimonia pauca reperiantur, mallet nulla, ne modicum fermentum aceruum fidelium operum totum denigret. Et fratres mei (ut modicum de communi gloriatur, qui de priuato non possum) si totius uitae uestrae respexeritis ordinem, & regularis obseruatione cursum, non erit exitus, quae boni testimonij coadificatis aceruus. Nam si a nocturnis uigilijs, quas impigro uelut primitias quasdam praebatis affectu, & effunditis a principio uigiliarum, sicut aqua cor uestrum ante conspectum Dei: si, inquam, a capite singulos per gradus conuersationis diurnae feriatim uelitis incedere, quid sibi reperiet quod disciplinam non sonet, quod non concinat fidei

uestrae, quod non uel corpus atterat, uel mentem erigat, uel dirigat erectam? Inter psallendum quanta est disciplina in corpore, & quam maior quorundam in mente, dum ne ad modicum, uel certe tantum ad modicum a sensu uerborum illam sinunt abire. Nam ibi, id est, in ipsis, quae cantantur, uerbis, aut ligaram tenent, aut ad cognata relaxant, ad peregrina nequaquam. Quod si contingat (fugax est enim mens humana) quanta statim castigant censura, & more huius uisuras a se repositum? Sed ne ipsa communij horarum interualla nocturna uacant. Deus bone, hora illa noctis, quam sine nocte est, quam illa illuminatio in delicijs? Orationes illae priuatum sunt, sed priuata non petunt. Submissior quidem uox, sed mens intensior, & preces tacitae multum habent acuminis. Denique frequenter uocem eripit oratio uehemens: & uerbis nec eget, nec uititur, quae puro et pleno fertur affectu. Amor in auribus Domini solus obstrepens, corporalium strepitus dedignatur uerborum, quae sicut inchoanti excitatione sunt, sic impedimenta solent esse perfecte oranti. Quid deinde? Ipsi horis matutinis quasi de recentibus orationibus instaurant, frequentant confessiones, & uerecunda, sed manifesta reuelatione exiguos purgant excessus. Non tamen exiguum deputant, si a Christo uel tenui memoria titubant. Hostis callidi, si quid fuerit improbitate suggestum, sibi imputant iniqui in hac parte questimatores, dum proprium arbitrantur casum, quod aliena sunt fraudis casu conatu tantum prouocati. Quid quotidianus manuum labor, quo corpus & fati atteritur, & tenuiter pascitur? Labores manuum suarum non soli manducant, sed de insufficienti partiuntur egenis, ut & illis sit tribulatio, dum modo alijs abundet. Interualis quibusdam leuant labores, sed fessio corpore feruet affectus. Illic tacitae lachrymae uertim uoluntur, prodeunt gemitus, erumpunt suspiria, ut qui iuxta sedent, si forte ex se frigidi sunt, uicinis possint scintillis accendi. Quid denique non de crastino cogitant, nec de hodiernis quidem, omnem curam proficientes in ipsum qui eis praestit: non praemium, sed quarentes regnum Dei. Quid (quod penes praeterieram) in capitulo singulis diebus examinandi abbatis astant iudicio, quasi ad Christi praesentati tribunal? Ibi quisque in primis accusator est sui, accusandi se locum alijs praeripere festinans. Quid ipsum continuum silentium, & quaedam compassiois grauitas, nonne totam conuersationem uenustat, & quadam sanctitatis pulchra uestit facie. Ipse somnus quoque sanctitatis testimonium reddidit, nec in aceruo testimoniorum est tantorum sine confessione. Nam reliquiae cogitationum confitentur Christo, ubi somno corpus obruitur. Quomodo enim dormientis poterunt non uersari ante oculos totius diurnae conuersationis.

Psal. 139.

nis imagines depictæ, & in animo uigilare? Nonne tibi magnus hic uidetur testimoniij aceruus erigi, nisi quod non aceruatim, & sine ordine fiunt ista, sed serie certa, & suis singula sunt distincta temporibus? Nonne hæc testimonia credibilia facta sunt nimis, eo quod domū tuam talis decet sanctitudo Domine? Utinam cordis mei radices super istum densentur aceruum. Nescit sterilis esse tantus bonæ conuersationis cumulus. Locus est altus, & uber, qualē Prophe-
Psal. 92. ta commemorat: Vineæ facta est dilecto in cornu in loco uberi. Et magnum planē fertilis soli testimoniū fructuum proventus uberior: sicut e contrario loci ubertas, arboris qualitatē redarguit de infructuositate sua. An non arbor mala, quæ terrā bonam occupans, fructus condignos non parit, sed nec ullos bonæ spei parturit flores?
Luc. 13. Forsitan & ficulneam illam sterilem, quam Dominus iussit succidi, fertiles de uicino uineæ condemnabant. Periniquum est in sancta conuersatione plantatum, nil sanctum moliri, & excusationes prætendentem cognatis exemplis conuinci, & inde descensiones disponere in corde suo, unde alij ascendunt. Sufficiat tibi qui talis es, descensus tuus. Quid honorum aceruum operum, quem alij alacritate ascendunt, detrudere moliris, & regulares obseruantias immutare, quarum numerum & rigorem cauſaris?
Prout. 3. Noli prohibere eos qui benefaciunt, si potes, & ipse ascende. Audi de quanto & quali aceruo sancti ascenderunt. Sancti ludibria & uerba experti, in super & uincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiat, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus & in speluncis, & in cauernis terræ, qui omnes testimonio fidei probati sunt. Vides quāto sit eorum fides probata scrutinio, quibus testimonijs examinata? Quid à nobis tale uel expetitur, uel expectatur? Et nostra hæc inferiori genere testimonia credibilia satis, eo quidē credibilia, quod non ea necessitas imposuit, sed supposuit se uoluntas. Voluntas ergo uoluntas sit, & primæ libertatis iure nitatur, liberam se ad persistendum exhibeat, non æstimet ad recedendum. Agnoscat necessitatis debitum, sed non sentiat iugum. In bono libera sit, & ad bonum nihilominus libera. In illo quod iam tenet, & ad illud quo tendere debet: sed ad ea quæ retrō sunt, nullam sibi licentiam permissam existimans. De quanto aceruo testimoniij Paulus ascenderit,
Rom. 8. tandem audite: Ipse quidem spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Quantus uno in hoc testimonio aceruus? Sed fors nunquid nō perhibuit testimonium? Deo, inquit, attestante signis & prodigijs, & uarijs uirtutibus, & spiritus sancti distributionibus, Et tamen tanto constitutus in aceruo uir-

tutum, & attestantium gratiarum: Nondum, inquit, me arbitror comprehendisse: unum quidem quæ retrō sunt oblitus, ad anteriora extendor. Et nos ergo tantam habentes impositam nubem testimoniorum, deponentes omne pondus, & circumstantes nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera Dei sedet. Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis uestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis. Illorum enim testimonia, prærogatiua quadam dicuntur testimonia, id est, martyria, qui pro fide Christi sanguinem fuderunt. Videte primum ipsum martyrem Stephanum, de quanto lapidum aceruo ascenderit ad Christum, quem & omnes sequuntur animæ iustæ. Quasi grex, inquit, caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Gestabant thesaurum fidei in uasis fictilibus, sed sublimitas erat uirtutis Dei. Ideo quasi ascendentes dicuntur, quod eos immania tormenta nō tam fregerunt quā firmauerūt, ad reddendum testimonium uirtute magna. Quid hic eis animi est, qui nec unam & eam leuem, & amicam præpositorum increpationem sustinent, sed ad unum austerius uerbum totus liqueſcit boni propositi, quæ sibi firmauerant, rigor? Istorum tot suffulta admuniculis testimonia uix stare possunt, illorum tot repressa tormentis uberius eruperunt. An non quantus numerus suppliciorum, tantus & aceruus testimoniorum? Etsi morte affecti tota die, & æstimati sicut oues occisionis, in omnibus tamen superauerunt, & uelut superascenderunt de Galaad, de aceruo martyrij. Non enim de conseruanda corporali uita certamen inierunt sancti, sed de uita fidei, ex qua iustus uiuit. Ideo quæ in omnibus superauerunt, quibus salua causa consistit. Quomodo enim non superant, cum aut persistendo in cōfessione redditi sunt æternitati, aut persuadendo persecutores informauerunt ueritati. Denique etsi æstimati sunt sicut oues occisionis, quibusdam tamen innocuis dentibus ab infidelitatis radice hostes præciderunt suos, ut inter ecclesiæ uitalia recondere uiscera. An non hoc sibi uult quod subnectitur: Dentes, inquit, tui, quasi grex detonsarum? Aduertis quales oues istæ sint, quæ possunt quidem detonderi: sed dentes earum non possunt conteri. Occidi possunt, & flecti nequeunt. Imò ipsi persecutores infregunt suos, & in uinculis doctrinæ sermonibus emollitos, quasi dentibus manſos, in fidelium traiecerunt unitatem. Petro dictum est: Macta & manduca. Et Moyſi dentes non sunt moti. Dentes enim eorum arma & sagittæ. Arma spiritalia

ritualia potentia Domini ad debellandas mutationes. An non quidam ecclesiæ dentes, de quibus dicit Apostolus: Intret infidelis, aut idiota, dijudicatur ab omnibus, conuincitur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt, & sic cadens in faciem, adorabit Deum, pronuncians quia uerè in nobis sit Deus. Nolite, fratres, istorum uereri morsus dentium: non sunt canini, sed ouini. De tonſarum enim grege conferuntur. In canibus non dilaceratio, sed latratus commendatur. Canes muti (dicit Esaias) non ualentes latrare: canes impudentissimi, nescientes saturitatem. Ac si quibusdam exprobet, quod in altero se canum officio exuant, in altero se canes exhibeant, latrare non ualentes, & non desinentes lacerare. Tales sunt, qui inuicem mordent, & comedunt, & consumuntur ab inuicem. Utinam hucusque sufficiat, ut inuicem mordeant, & comedant, nec tentent ipsos detonsarum lacerare dentes. Ipsi doctores ecclesiæ, & præpositi, non ne tibi uidentur dentes quidam, qui redargutionis beneuolæ, uelut morsibus subiectos, conuincunt, dijudicant, manifestant, & ad meliorem emollitum statum? Quod si tu prædurus es, & emolliri non potes, quid remordere paras? An non remordes, qui uel in occulto detrahis, uel palam contradicis? Quid dentem contra dentem paras, dentem improbum contra dentem pium? Mordere potes, sed consumere non potes. Dentes enim sunt, & durifunt, & firmi, & detrahentes non metuunt, memores se cum Propheta inter scorpiones & incredulos commorari, & sicut oues missos inter lupos, ut ipsos lupos in oues rationabili tolerantia & exhortatione commutent. Et bene detonsarum dicitur, quod illorum operum non sint morsus fugiendi, qui honorum exempla sicut uellera quædam subiectis ministrant. Non tamen usus dentium in alienis tantum remordendis & conuincendis erroribus æstimatur. Est & potior quidam eorum usus, si qui idonei sunt solidum coelestis edulij mandere panem, & sublimioris doctrinæ secretos dijudicare & differere intellectus, quibus nō iam lacte opus est, sed solido cibo, ipsumque quodammodo attenuare & infirmare possunt, & quodam temperamento dispensationis uel sobrium reddere, qui ad solidum per se insufficientes erant, sed tantummodo lactis participes. Quodam enim solidioris instrumenti ad mandandum utuntur ministerio, qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali: imò etiam boni & boni, non tantum iudicantes inter noctem & diem, sed omnem iudicantes diem. Et iurè de lauacro ascende-

re dicit, ut mundādo cordi studiosos probet, eo quod mundis corde, diuina sit repromissa cognitio. Vides quomodo lotos & irreprehensibiles esse oportet eos, qui aliorum excessus debent remordere & corrumpere? Quomodo lotos & mundos corde, qui diuini sermonis dispensare debent alimoniam, & arcanos secretioris uerbi discutere sensus, sapientiae intima rimari, & ruminare in sancta? Dentes tui quasi grex detonsarum. Quare ergo quasi grex? Vtique quod sese non impugnent, & aduersentur sibi, sed in simplicitate & unitate sensus sui concinunt et concordant ecclesiæ dentes. Quali grex detonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. Veterem enim deponentes hominem, & onere superuacuo leuati ac loti, alacrius ad superiora conscendunt. Siquidem ipsi pilii ueteres oneri iam esse incipiunt cum primo noua uel lera germinant, cum hyems transijt, cum imber abiit & recessit. Ideo que si ueteri & superuacuo leuium & inaniam rerum uellere te inuoluit adhuc necessarium ducis, nondum tibi hyemalia congelatæ mentis frigora transierunt. Bene enim detonsi, & de lauacro ascendant, quasi nihil ueteris uel sarcinæ uel fordis habentes. Attendis quod non tibi sufficit detonderi, non sufficit exonerari, non sufficit lotum & nouum fieri, nisi statim ascendas, & spiritu incedas, qui renouaris in spiritu. Si spiritu, inquit, uiuimus, spiritu & ambulemus. Tu igitur, si ascendere disponis, ascende semper de lauacro, semper nouus & mundus. Laua per singulas noctes lectum tuum lachrymis. Aut si te peccatum nō quasi nox inuoluit, sed sicut nubes præteruolat: tu tamen lauare per singulas noctes, etiam leuium uestigia delictorum lachrymis dele. Hic enim in conualle lachrymarum locus est lauacri. Quid est quod fordes congestas, & peccati purgamenta, futuri referuas lauacro seculi? Quid scis, si non erit illic constatorium magis quàm lauacrum? Nam quæ hic facile poterant abluī, ibi non tam misericorditer quàm in spiritu iudicij & ardoris purgantur. Et felix qui de seculo non quasi de cœno, sed quasi de lauacro ascendit, non habens necesse ut aliquid in se lauet, sed est mundus totus. Ille planē dignus habetur dealbatis dentibus, id est, animæ sensibus panem angelorum manducare: non iam panem doloris, sed panem qui lactificat cor hominis. Illū utique panem, quem significauit Propheta, dicens: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sic enim illa nos gloria dum apparet, pascit: reficit dum reuelatur. Huius siquidem gloriæ reuelatio plena, quid est, nisi sapientia uera? Quæ nos ad seipsam edendum inuitans, non alias à

nobis manditur, nisi cum illam meditatur, uelut uitales purae mentis delicias, & indeficientem refectionem. Hic ergo purgatos & exercitatos animi sensus habeamus, non iam ad discretionem boni & mali, sed tantum ad perceptionem tanti boni. Ac stitemus hic crebro, quod ibi continue agemus: praecipue frequenter, in quo indefinenter occupandi erimus. Summum nobis hic negotium sit, quod solum ibi erit. Contemplatio namque sapientiae, aeterna relectio est. Nihil omnino spiritualibus animae dentibus dulcius ruminatur, quam ille panis uiuus qui patris ait: Haec est uita aeterna, ut cognoscant te uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum, qui uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo XXIII.

Avditis praecedenti commendatos sermone sponsae dentes. Iure quidem, quod non exigua sit pulchritudinis ratio in dentibus posita, si candidi sint, si aequaliter conferti. Nec tantum aptitudo, sed & utilitas in dentibus placet. Quid enim? Ioannes in Apocalypsi inuoluti, quod sibi ab angelo porrectum est, quomodo comederet uolumen sine idoneis ad talem cibum dentibus? Durus uidebatur cibus liber integer, & ideo dentibus opus erat, qui illum comminuerent integrum, & emollirent durum, ut leuius deglutiri posset. Et bonus plane dens, intelligentia exercitata, intelligentia spiritualis, quae omnia diiudicat, omnia discutit, omnia ruminat & scrutatur, etiam profunda Dei: quae etiam ipsam inuoluti libri medullam mandit, & intima sapientiae comedit uiscera. Stultus (sicut scriptum est) complicat manus suas, & comedit uiscera sua. Cibus iste cruentus, cibus carnalis est, cibus qui perit, imò qui perimit. Quam dulcius & utilius uiscera sapientiae comeduntur, & sacri uerbi arcana? Non potest cruentis attingi dentibus, sed lotis & candidis, quia candor est ipsa lucis aeternae. & ipsius sponsae dentes lacte candidiores dicuntur: propterea tales in sponsa commendat, qui suis sint similes. Dentes tui sicut grex detonarum, quae ascenderunt de lauacro. Non modo lotos, sed liberos oportet mentis sensus habere, si quis illos ad diuini uerbi scrutinium parat. Omnes gemellis foetibus, & sterilis non est in eis. Sterilitas reputatur, si uel uno fueris foetu contentus. Si potuisti ad sacratum aliquem in scripturis intellectum pertingere, unum iam peperisti foetum. Bonus profectus, & ingens, sed insufficientis sacratu sensui, si affectus non respondeat. Sterilis est intelligentia, quam non coeua & germana comitatur deuotio. Vbi que tibi in scri-

pturis spargitur quasi semen quoddam, unde gemellum hunc possis foetum concipere. Non tantum subtilia, sed & suauia ibi sunt omnia. Et praecipuum Domini lucidum est, & ignitum eloquium. Sterile est in te uerbum Dei, ex qua parte horum alterutrum non operatur. Si per intelligentiam uides, sed gelido adhuc riges affectu: nonne sterilis & inefficax reputatur in te uerbi Dei uirtus ignea? Denique est ad ignem spectat ut illuminet, multo amplius ut succendat. *Verum Esai. 49.* inquit Dominus, quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum, sed faciet, & prosperabitur in his ad quae missi illud. Ad quae? Habes in Euangelio: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut succendatur? Semen est uerbum Dei, & in eo (sicut apud Iob legis) & lux & aestus spargitur super terram. Sed nescio quo pacto lux amplius germinauit, & dilexerunt homines magis lucem quam feruorem, nisi quod ipsi magis sibi de luce placent, qui id ipsum quod lucet, non amplectuntur. An non tibi uidetur perdidisse, aut dedidicisse naturam ignis, non descendens? Cum audis aliquem quasi gloriantem, & dicentem: Non me illae scripturae sacrae sermo aedificat, quid aliud uidetur tibi dicere, quam: Perdidit in me efficaciam uerbum ignitum, non me succendit, non inflamat, non exercet in me uim genitalem? Sterilitatem suam imputat uerbo, quod quantum in se est, crescit & fructificat. Quam gloriosa, frater, iactantia, quod non te sermo diuinus aedificat, qui ista loqueris? Forsitan euerfa & euulsa nondum sunt uetera, ideo noua superaedificari non ualent, non germinare, non gigni. Felix, in quo amoris mundani desiccatus est humor, & uigor deficit, in eo facile igniti uerbi uis operatur. *Prophet. 1.* Verbum Dei, & lucet, & ardet. Neutra in uirtute priuetur, sed geminum de isto semine concipe foetum. Sterilis reputatur uterus, qui istis foetibus non grauidatur. In Christo Iesu, neque circuncilio aliquid ualet, neque praeputium, sed fides quae per dilectionem operatur. Bonus plane foetus dilectio: quia charitas in fructibus spiritus connumeratur. Denique uelut gemelli foetus gemina charitas. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Illud primum, istud secundum: utrumque maximum, quia istud simile illi. Boni & sufficientes isti foetus gemelli, quia in his tota lex pender, & prophetarum. Denique & finis praecipui charitas, quae etiam alibi uinculum perfectionis dicitur.

dicitur. Et congrue de coccineo uinculo sequitur, de quo in laude labiorum sponsae assumpta est similitudo. Sicut uicia coccinea labia tua. Ea enim labia ligant & rutilant, quae de tali uentris fructu loquuntur. Concepta in corde charitas, quasi ignis flammigerans coccineo colore labia inficit, per quae erumpit. Calor de excelso missus in corde, germanum labijs praestat colorem. Quid enim aliud sibi uult quod coccinea dicuntur, nisi quod in hoc flammea demonstrantur, eo quod coccus igneo rubet colore? Labia haec non iam altaris carbonibus purgari indigent, & exteriori igne aduri. Ipsa enim de interiori flamma iam flammea sunt: & conceptum uisceribus ignem de excelso alijs seminant. Salutarem utique disseminant scientiam: legem igneam, quam Dominus uenit in terram mittere. Bene coccinea labia, quae hunc ignem non solum in terram, sed & in caelum mittunt. Denique & ipsum Dominum caeli succedunt. Ideo coccinea commendat labia, quod illi coccinea sunt, quod illi calentia uident, quod illa flamma sentit & inmutua amplius succedunt charitatem. Mira res: ignis ipse est, & nostris tamen inardescit scintillis. Quidni? Et gladius est uerbum Dei, & tamen uulneratur. Vulnerasti cor meum foror mea sponsa, uulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Ita & ignis est, tamen inflamat. Vulneratur oculo, labio inflamat, etiam & ligatur, ideo uittae comparatur. Sed charitas uulnus est, charitas uitta est, charitas coccus est. Vides quam acuta, quam tenax, quam ignea est charitas. Talibus in orando utere labijs, tenaci uelut uitta uinculo memoriae cordi tuo dilectum astringe, agglutina, succende illum: succenso affectu quam dulcescit, dicat & alludat tibi. Ignitum eloquium tuum uehementer, & sponfus tuus diligit illud. Osculare me osculo oris tui, quia pulchra sunt labia tua sicut uitta coccinea. Osculandi siquidem desiderium labiorum innuat commendatio. Labia tua suis desiderat imprimi, ut fiat os unum, & labium unum, & post impressionem dicat tibi: Hoc nunc os ex ore meo, & labium de labio meo. Diffusa est gratia in labijs eius: in tua se refundit, & de cocco suo tua sunt effecta coccinea. Bona impressio, quae tantam exprimit gratiam in labijs sponsae. Memineris tamen non me nunc labia significare carnalia, sed spiritualia, sed interiora, sed illa de quibus Apostolus loquitur: Cantantes & psallentes in cordibus uestris Domino. Si sponsa es, in hoc unum debent esse constricta, debent esse succensa labia tua, ut dilecto tuo supplicent, ut confabulentur cum illo, ut illi canant, & dicas cum Propheta: Exultabunt labia mea cum

cantauero tibi. In tam sancta confabulatione nil sit in labijs tuis fluidum, & quasi uitta sunt: nil frigidum, & habes illa coccinea. Quis mihi det Iesu bone, talia habere labia in conferendis tecum sermonibus, tam prompta, tam exacta, tam succensa: succensa & exultantia, ut tantum tibi cantent, & de te cantent? Talia sint utinam labia mea, quae subtili quodam ductu & succenso affectu indurptae meditationis, funiculi coccinei specimen expriment. Huiusmodi labium in sponsa Christus commendat, non tantum in oratione, sed etiam in exhortatione, ut potens sit exhortari in doctrina sana. Quae enim se labia in eius aliquo astringunt: iure quidem salutarem diffundunt & disseminant scientiam. Si dulci & feruida utantur oratione, ut audientium corda excitent: coccinea sunt, quia inflammantur. Si uero simul exhortentur & doceant, & ea doceant quae sanam deceant doctrinam, quae regults concinant fidei: iam quasi uitta sunt, & non solum salutarem, sed etiam indissolubilem disseminant scientiam. Quid enim tam sibi cohaerens, tam tenax, tam insolubile contextum nodo, quam ratio fidei? Talia Paulus discipulum informabat, dicens: Attende exhortationi & doctrinae. Sed & in sermone communi, ubi fidei non tractantur mysteria, etiam uitta coccinea labia tua conferuntur, si fuerit sermo tuus subtili mensura distinctus, & discretus, & parcus, & grato uerecundiae rubore coloratus: si crucis Christi eo frequenter, quo libenter mentione usurpet. O beata haec labia, Christi & osculo & alloquio uere digna, labia tam sincera, & tam succensa. In fide sincera, & in amore succensa. Succensio ista de intimis & de summis est, nil habens de infimis. Nam est succensio quaedam de inferius erupens. Iacobus ait: Lingua modicum membrum inflamat rotam natiuitatis nostrae, inflammata & ipsa a gehenna. Quomodo potest bene inflammare lingua tam pessime inflammata? Vitiatae natiuitatis mobilis corruptela per se nimis rotatur ad malum, & uolubilitate propria fertur in praecipuum. Et quid necesse est inflammare rotam hanc, quae firmari non potest, sed per se fertur in malum? Denique diligenter appositum est cor hominis in malum ab adolescentia sua. A prima natiuitate impulsus nescit cursum inflectere, & tu illam lingua praua impellis amplius & inflamas? Lingua praua iracundiae & indignationis occasiones requirit, iniurias uel falsas simulat, uel ueras exaggerat, quas debuerat dissimulare: ad offensam officia etiam interpretatur, & uenenati sermonis scintillas adhibet ad commouendum cor suum. Quid lingua nequam cordi tuo talem adhibes flammam? Sufficiat

illi flamma sua, sufficiat illi concupiscentiæ ardor carnalis, & leuitatis calor innata, quibus cor tuum ac si uolubilis rota impellitur. Hanc tibi flammam natiuitas prima ingenuit, sed renascendi gratia refringit. Noli ignem igni adhibere, & concupiscentiæ addere malitiam. Ignem huic quem euomis, hauris de gehenna. Inde incipit, & illò rapit. Lingua, inquit, inflammata à gehenna. Lingua hæc mala cocinea est, sed uitta non est. Non enim ligat, sed dissipat. Male succendit, quia succidit unita, quia dissidij uerba scintillat, & flamma talis de inferis est. Nam flamma quæ defursum est, pudica est, pacifica est, bonis consentiens, & bonos faciens. Verbum enim dulce & multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Quasi flammam flamma consumit, inferiorem superior, infernalem coelestis: dum sapiens & suauis uerbum uincit malignum, & dulce durum emoluit. & ideo dicit: Sicut uitta cocinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Non enim decent sponfam nisi uerba dulcia, uerba amoris, uerba quæ delicati funiculi uice fungantur, uerba quæ sponsum irretiant, & trahant uinculis charitatis. Fœlix anima, quæ huius nouit dulcium uerborum ne ceterè retia, quibus Iesum illaqueet, alliget uerbum patris, animi affectibus uel affatibus Christum includat, amatorio detineat sermone & delectet, ut eius eloquium dulce sit ei, qui habet uerba uitæ æternæ, & est uerbum æternum, quod cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XXV.

Quam suauis sunt putas, sponsæ genæ, quæ mandis possunt, quæ salubris fructus obtinent gratiam. Et reuera etiam corporales genas alicuius ita grata uideas uenustate refertas, ut ipsa exterior facies intuentium animos reficere possit, & de interiori, quam innuit, cibare gratia. Venustas uultus mentem interpretatur, & internos affectus facies loquitur. Vides quam consequenter post candidos dentes, & cocinea labia genarum inducitur mentio. Genæ satis germanæ sunt labijs, & ipsa tacentibus quodam uisibili uerbo mentis arcana demonstrant. Genæ ipsæ uocis usum habent, & oris aut suppleant officium, aut amplius exornant. Quantum uis fuerit dulcis & feruidus sermo, omnem eius gratiam procax uultus exasperat, & leuitate sua eloquij grauitatem imminuit. Ideo de genis sequit quod earum modesta maturitas cocineis labijs accumulet gratiam. Denique quandam earum maturitatem tacite uidetur innuere, quas fructus comparauit. In fructibus enim semper grata maturitas. Et in præcedentibus genas eius descripsit ut turturis, eo quod nihil

lasciurum, nihil leue, nihil petulans in eius appareat uultu, sed desideriorum æstus genas dulci grauitate desiciat. Affectus anxij uultum lasciuire non sinunt, & amatorie meditationes omnem à genis leuitatem ablegant. Turtur siquidem auis solitaria est, auis gemebunda. Talem uult Paulus uirginem esse, ut sollicita sit quomodo placeat Deo, quæ dicere solet: Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum, quædo ueniam & apparebo ante faciem Domini: An non tibi uidetur uox hæc esse gementis? Gemitus tuus dulcis, quem genuit amor. Quomodo non graues & maturæ genæ quas gemebundus informat affectus? Gemitus istius non tantum gemitus, sed refectionis gratiam tenent. Cibabis, inquit, nos pane lachrymarum. Et in præsentis malo punico sponsi genas assimilat, eo quod sollicitus & amatorius effectus cognata quadam maturitate & uultum uestiat, & cibet intuentes. Relucens enim in facie mentis gratia, uidentes quasi reficit, & suam in alios transfundit passionem. Non possum non dulciter moueri dum talem penes me uultum depingo; & amatorie genæ in me similem gignunt affectum dum recogitantur, quanto magis dum uidentur? Nam expressior uisio quam cogitatus. Pulchræ omnino genæ in quibus tanta uenustas eminet, quas grata commendat humilitas: nil in se altum habentes, nil rigidum, sed quæ sunt ad modestæ humilitatis compositionem quodam disciplinæ exercitio infractæ. Sicut fragmen, inquit, mali punici, sic genæ tuæ. An non tibi quasi fractas habuisse genas uidetur ille qui eas dedit percutientibus, dedit uellentibus, & non auertit à conspuentibus? Bona quidem hæc fractio, per quam interior cepit uirtus eminare, & quæ intra carnis corticem concludebatur erumpere gratia. Quasi contracta uidetur tanta dignitas ad passionis inaniens seipsam iniurias: sed per hæc fragmenta salutis se nobis ubertas effudit. Et tu si adimpleas ea quæ defunt passionum Christi in carne tua, si portes stigmata Christi Iesu in corpore tuo: iam tibi dicit Christus, quia sicut fragmen mali punici, sic genæ tuæ, si contractæ sunt, & quasi crucifixæ genæ tuæ, si quadam edomitæ & ex culta disciplina, nonne tibi uidentur uelut fragmina cuiusdam boni fructus? Et in consequentibus ad sponsum dicitur: Quia genæ eius sicut areolæ aromatum, eo quod exaratae sunt & cultæ & compositæ aromatis conuendit. Sic & hic sponsæ genas, sicut fragmen mali punici esse, dicit. Et bona contractio per quam non mors ingreditur, sed spiritalis fructus specimen elucet. Bonæ ergo genæ, quæ per humilitatem ita contractæ sunt, ut fructus interim non perdant, sed magis prodant gratiam.

tiam. Denique & ipsa mala punica gratiam modesti uultus uerecundiam, corticis rubei colore designant. Optimum planè in Christi sponsa decoramentum uerecundia. Verecundia quasi aurora quædam, omnium actuum colorat principia, et uirgineo uirtutes reliquas uenustat pudore. Verecundia bona sua non petulanter iactat, sed parè eloquitur, contenta tenuiter innuisse, & cum urget necessitas, Iesu bone, quanta ubique uerecundia in sermone tuis, quam proprijs parcus in laudibus, quas poteras sufficienter loqui, tam sine humilitatis iactura, quam sine damno ueritatis. Et cum propria exprimeretur, tamen nomen suppressit. Poterat plenius loqui, sed ipse ad sponsæ exemplum modesti pudoris colorem assumpsit. Non hanc modò prædico uerecundiam quæ corporali rubore solet ora suffundere, sed eam quæ totius conuersationis uenustat faciem. Nam sicut corporis, ita & conuersationis genæ sunt quædam, in quibus nihil est eo colore gratius, si operum omnium habitus humilitatem redoleat, si plus occultet in corde, quam ostendat in facie. Denique & hic dicit: Sicut fragmen mali punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis. Bonæ genæ, quæ sicut nihil habent simularum, ita multum habent occultatum: quæ sicut nihil fingunt, sic nec totum effundunt: quæ minus prætendunt in specie, quam tenent in uirtute. Possunt hæc ad interiores animæ genas referri, quæ in conscientia facie sunt, ubi non homo, sed Deus uidet. Habet cuiusque conscientia quandam propriam faciem. Eius genæ uerecundo humilitatis rubent colore, si penes se opera non iactet, non magnificet merita: non illa eximia putet, sed tam exigua pudeat. Quis enim gloriabitur castum se habere cor? Si accepit, quomodo gloriabitur quasi non acceperit? Et tamen ipsa quæ accepit dona, quis intelligit? Nam si delicia non intelligit, quanto minus dona? Dona defursum sunt, descendunt à patre luminum. Quæ uerò Dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus Dei. Ideo si cui Deus per spiritum suum reuelat, non tam ipse nouit, quam spiritus Dei in illo. Nos, inquit Paulus, accepimus spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Nunquid omnia? Aut si omnia scire potuit, nunquid omnino? Ne unum quidem (ut arbitror) ex integro: & si in flagello, non potuit intelligere donum. Utiliter ipsa sibi conscientia absconditur in parte, & ipse proficiendi amor nimis, incrementa sui profectus ignorat. Denique non ipsa uirtutum uelut pomorum integritas, sed tantum fragmina in genis sponsæ eminare dicuntur: quia quod in genis est, in euidenti est. Et si nouit quis ueram in se uirtutis alicuius gratiam, nunquid constantiam,

nunquid perseuerantiam? Non est, inquit, occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto. Et si mihi occultum est, non tamen tibi. Spiritus enim tuus omnia scrutatur, etiam occulta mea. Utinam talia in me occulta multa habeam cognita tibi Iesu bone, & cognita in thesauris tuis. Periculosa repositio istorum in mea scientia, ideo tuæ magis tutò illa committo. Sed non ego tam illa committo tibi, quam tu non committis mihi. Penes te adhuc tutius foues quod fecisti in occulto. Nec sponsæ perfectio tanta sinitur ipsi patere, & prodire in genas. Sic, inquit, genæ tuæ absque occultis tuis. Sunt quædam occulta tempore congruo producenda in lucem, & in facie collocanda. Interim latent in semine, tempore suo plenam acceptura speciem. Nunc igitur sponsa es, sed nondum apparet quid eris. Quis putas similis mei cum apparero? Et nunc similitudinem tenes in parte, quia ex parte cognoscis. Reuelata facie iam gloriam meam specularis, sed tamen adhuc transformaris à claritate in claritatem. Dum transformaris, nondum integrè tenes. Transformari profectus est, non esse perfectum. Perfectum autem tuum nondum tui, sed iam oculi mei uident: penes me iam es qualis futura es. Iam in libro descripta es uita, & in manibus depinxi te. Facies tua coram me semper, coram me fulget, quæ in te nunc est obscurata. Iam drachmam imaginis meæ in te inueni, sed adhuc quadam squaleret rubigine, & occultatur species eius. Iam fides tuus rubet in genis, & uitæ colorem infundit, sed adhuc fidei res est in occulto. Ideo sicut fragmen mali punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis. Grata satis fidei facies, sed de occultis tuis mihi commendabilior apparet. Patientia uirtus in euidenti, & quasi in genis tuis satis iam placet, sed ego de posteriore te magis estimo gloria. Et reuera fratres, non sunt condigne non dico passionis, sed & ipsa patientia huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Cuius iam quædam in nobis iacta sunt semina, quæ occulta operatione seipsa ad maturitatem perducunt, & ad perfecti fructus substantiam. Substantia hæc per quædam seminalem gratiam nunc occultatur in nobis. Substantia mea, inquit, in inferioribus terræ. Vides ubi occultatam eam dicit. In inferioribus terræ. Fœliciter cum eo agitur quod non in infimis. Ego quædam terræ superiora accipio, quædam inferiora, quædam infima. Superiora sunt ipsa corporis humani natura. Inferiora ipsius naturæ corruptela. Infima quædam, iniquitas & culpa de corruptela procedens, & ipsam magis corrumpens. Ideo non dicit substantiam suam in infimis, quod nullum habeat spiritualis gratia (quæ summa Prophetæ substantia) cum iniquitate

commercium. Sed in inferioribus terræ sub-
stantia mea, eo quod medicinaliter gratia spi-
ritus in infirmitate carnis sit occultata, & qua-
si fermentum abscondita sanans & operans,
donec absorbeatur mortalitas à uita. Nam nõ
debet massa fermentum corrumpere, sed ma-
gis à fermento in similem conuerti saporem.
Sed & alibi idem dicit: Substantia mea apud
te est. Ergo & in inferioribus terræ eius sub-
stantia est, & apud Dominum. Distantibus
est in locis abscondita, in superioribus cœli, &
in inferioribus terræ: in aternitate, & in infir-
mitate. Ibi per prudentiam, hic per inoperan-
tem gratiã. Et bona gratia quæ sic uirtutũ pro-
fectus operat, ut quendã perfectionis saporem
nobis uicissim aspiet, & eructet abscondita ab
origine mundi, abscondita mudo, abscondita in
Deo, ubi uita nostra abscondita est cum Chris-
sto. Et uerè magna multitudo dulcedinis tuæ
Domine, quã abscondisti, sed timentibus, te, non
amantibus. Ideo nec sponsæ fortè hæc furtiua
dulcedo. Illa ipsa occulta sunt sponsæ, de qui-
bus dicit: Ita genæ tuæ absque occultis tuis.
Ideo non propter illam tantum hæc uox facta
est, sed propter circumstantes, magis uerò pro-
pter longè stantes, & propter resistentes: pro-
pter illos qui se timide retrahunt à sancta con-
uersatione, & propter illos qui inuidè detra-
hunt. Quorum alij uitam secretam, uitam san-
ctorum, uacuum putant & sine honore. Alij
quidem etsi non uacuum, tamen super filios
excursum cum summo horrore. Nam exi-
tum sine honore suspicari non audent. Alij ua-
nam, alij amaram religionem putant. Illi non
uenerantur, & isti uerentur accedere: ideo de
occultis sponsæ curauit tenuiter innuere, qua-
si ex obliquo illos tangēs, & istos trahens, dum
sic latenter de intimis eius admonuit delicijs.
Sic, inquit, genæ tuæ absque occultis tuis. Ac
si dicat: Si cognouissent & alij quibus abscon-
ditis adimpletus est uenter ò sponsa, quã fa-
cile omnia detrimentum facerent ut illa lucra-
rentur: quã libenter & bona perderent, &
mala perferrent, ut absconditè dulcedinis par-
ticipes efficerentur. Nunc autem abscondita
est ab oculis eorum, quæ sanctis animabus in
oculto per uices alludit. Grata tamen uicissi-
tudo quæ multorum molestias mitigat tempo-
rum. Nec exiles deliciæ, quæ in futura tempo-
ra abundant. Quid egestatem in illa ueremi-
ni: Deliciæ in occultis eius, & abundantes de-
liciæ. Abundantia enim in turribus tuis ò spon-
sa. Denique sicut turris Dauid collum tuum.
etsi latent deliciæ, sed uirtus eminet. Quomo-
do non eminens turri collata? Sed differamus
hunc in crastinum sermonem, dicturi de hac
turre quod ipse Dauid dederit author eius &
tutor Iesus Christus, qui uiuit & regnat per
omnia secula seculorum. Amen.

Sermo XXVI.

Iam fortia ad sponsam & de sponsa loquitur
(nam delicata in superioribus) ubi sic ait: Col-
lum tuum sicut monilia, & simile quid habes
in psalmo: Dominus decorè induit, induit for-
titudinè. Bona hæc indumenta, quorũ unum
ornas, alterũ armat. Primum illud posuit quod
magis propriũ sponsæ uidet. Nunc se ad eius
quandã fortitudinè conuertit. Virtus fortitudi-
nis tãto in sponsa preciosior, quãto rarior. Ra-
ra planè. Mulier enim fortem quis inueniet?
Etsi potest, tu tamẽ Iesu bone, nõ tam inuenis
quæ talis sit, quæ præuenis ut sit. Non se ipsam
hec turris ædificat, sed ipse sine quo in uanum
laborant ædificantes. Et uide quã fortem
uelit intelligi, quã turri Dauid assimilat. Si-
cut turris, inquit, Dauid collum tuum. Noli in
hoc collo inflexibilitatem & duritiam accipe-
pere. Hec enim non possunt ad laudem re-
flecti, sed ad maledictionis sententiam prouo-
cant. Maledictus, inquit, furor eorum, quia
pertinax: & obstinatio, quia dura. Nerus,
inquit, ferreus ceruix tua. Ad condemnatio-
nem intorta sunt ista, non ad commendatio-
nem prolata. Rigida peruicacitas solet liber-
tatem mentiri, quam in his uerbis accipio.
Sicut turris Dauid collum tuum. Libera pla-
nè ceruix, & seruulis conditionis ignara, tam
erecta, tam munita ut turris Dauid. Non pu-
to quod aliquod abiectionis seruitutis iugo col-
lum istud atteratur. Graue iugum super filios
Adam à die natiuitatis eorum. Sed hæc iam
uidetur de filiabus Adam. Iam ueterè natiui-
tatem regenerationis nouitate mutauit: carna-
lem nesciens Adam, ex quo transiuit ad Chris-
stum: ex quo secundo adhæsit, unus spiritus
effectus cum illo. Ideo libera, quoniam ubi
spiritus Domini, ibi libertas, qua nos Christus
liberauit: libertas data, non innata. Nam à na-
tuitate eorum graue iugum super filios Adã.
Verè graue, quod mulierem illam euangeli-
cam annis decem & octo incuruauerat, ne si-
neret sursum respicere. Multum dissimilem
ab ista, quæ ceruicem in turris modum sustulit
in cœlum. Graue planè iugum quod totũ hu-
manũ genus in hac inclinata muliere excute-
re non poterat nec deponere: nõ delinebat ab
onere, et iniquitatè addere super iniquitatem,
& infirmitatè super infirmitatè & utramq; su-
per alteram: foecunda satis, sed infelici nimis
fructificatione. Vis audire apponentè iugum
super iugum? Audi qualis se excusatione unius
de inuitatis ab euangelica subduxerit coena.
Iuga bouum emi quinque. Ostolida anima, ani-
ma tam inualida ceruice & attrito collo, unum
illud portas, quod tibi corrupta imposuit nati-
uitas et plura cõparas. Nõ indiges emere quod
gratis innascit, Alia adijcis emere, & ab hoc
quo opprimeris, collum eximere non potes.

Iuga

Iuga, inquis, bouum emi quinque, & unum hoc
tam graue, tam generale gratis excutere non
potes. Nec tibi tamen precium suppetit, unde
te redimas. Nescis quã graui iugo teneris?
Nisi sanguine Christi auferri non ualet. Abun-
das ut plura emas, non abundas ut ab isto te re-
dimas? O miseræ diuitiæ tuæ, satis es locu-
ples, non ut mitiges, sed ut multiplices uincu-
la colli tui, & compedes aggraues. Sufficiat il-
lud iugum graue, quo opprimeris. Iugum hoc,
si nescis, quãdam est delinquendi necessitas,
& impossibilitas resurgendi. Iugum hoc diffi-
cultas est ad bonum, & aueritas ad malum. Iu-
gum hoc & iniquitas est, qua reus teneris ad
supplicium, & infirmitas qua pronus in uitium
traheris. Originalia tibi sunt ista, & de propa-
ginis uitio, & tu adhuc uoluntaria accumulas
onera? Curiositate quinque sensuum dum ex-
teriores intendis in species, interioris concupi-
scentiæ flammam prouocas, quæ nisi sanguine
Christi extinguï non potest. Concupiscentia
cum sola est, satis inardescit: exterior uerò ma-
teria si accedit, insanit. Geminum incommo-
dum, naturæ corruptio, & curiositas quãdam
exterius eius irritamenta explorans. Dupli-
catum incommodum, proprius impetus, & ho-
stilis impulsus. Duplicatum incommodum,
flamma concupiscentiæ, & flatus incontentis.
Iuga bouum, inquit, emi quinque. Bene utique
bouum, quod brutas mentes curiositatis atterat
labor. Iugum si opas, non habes necessè com-
parare. Tolle super te iugum Christi, iugum
gratuitum, iugum gratum: gratum, non gra-
ue. Iugum enim, inquit, meum, suauis est, &
onus meum leue. Iugum hoc non est iugum
bouum, quia iugum rationale est: iugum non
quod laborem infligat, sed requiem comparet.
Et uide quomodo iugum hoc leue dicat. Nam
illud superius graue, quod est super filios Adam
à die natiuitatis usque ad diem mortis eorum.
Cuius putas mortis? Vtique eius, de qua ha-
bes: Mortui estis, & uita uestra abscondita est
cum Christo in Deo. Bona hæc mors, quæ ue-
terem sepelit natiuitatem, nouam inducit.
Mors bona, quæ seruitutem absorbet, generat
libertatem. Nam huius natiuitatis liberi sunt
filij. Bonus hic exitus uitæ, ut ueterem exuen-
tes Adam, simul graue iugum abiciamus.
Hic uitæ carnalis exitus, captiuitatis nostræ iu-
gum dirumpit, ultra grauari non potest, sed
computrescit à facie olei, ex quo cepimus no-
mine aliò uocari, & inuocatum est super nos
nomen secundi Adam, cuius ut oleum effusum
nomen eius. Vis audire utrumque iugum hoc
graue, & dirumpi, & putrescere? Qui propi-
tatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat om-
nes infirmitates tuas. Iniquitas tota & semel di-
mittitur. Diruptum est iugum, infirmitas adhuc

sanatur, iugum computrescit. Denique quod
computrescit, lentè deficit, non desinit semel.
Propositum uoluntatis præcidi quidem potest,
& quasi dirumpi: sed inueterata passio non tam
deciditur, quã deducitur. Et quando ope-
randæ salutis impossibilitas auferitur per gra-
tiam, tunc quasi dirumpitur captiuitatis iugũ.

Sed quæ residet adhuc boni difficultas: dum
paulatim sanatur, eius uidetur iugum compu-
trescere. Computrescet, inquit: ut quamuis non
semel totum, tamen quandoque putredine con-
ficiendum donet intelligi. Quod computre-
scit, utique corrumpitur. Quomodo non li-
ber, cuius iugum uel semel dirumpitur, uel sen-
sim corrumpitur? Et iugum & uinculum cor-
ruptum, utrunque usu suo priuatum uidetur.
Nam nec grauius premit, nec tenaciter strin-
git. Fœlix planè, cuius computruerunt uincu-
la, ut nulli sint usui: cuius computruerunt &
corrupte sunt catenæ à facie diei. Sed dices, De
collo sponsæ sermonem institueras, quid nunc
circa iugum immoraris? Quid de iugo ad col-
lum? Vtinam nihil. Nunc autem contritio ma-
gna. Iugum enim ad quid, nisi ad collum? Sed
non ad collum sponsæ, quia iam soluta uincula
colli eius: iam nescit seruitutis iugo contineri.

Sicut turris, inquit Dauid, sic collũ tuum. Exu-
berantissima per hoc monstratur libertas, & de-
pressionis ab omni libera: non tamen nuda, sed
quæ habeat aliquid fortitudinis admixtum. In
turre non solum erectio, sed munimentũ forti-
tudo attenditur à facie inimici. Restituta est qui-
dem libertas, sed securitas tibi nondum permit-
titur. Captiuitatis contritus est laqueus, hostis
aliunde quærere innectere: ius perdidit, non de-
posuit recuperandi spem, non peruicaciam in-
festandi. Liber effectus es, libertatis tuendæ de
cætero tibi incumbit negocium. Collum am-
plexibus sponsæ deditum, noli ne in modico
quidem degeneri exponere iugo. Denique re-
uertenti filio, pater obuius procidit super col-
lum eius. Pia sarcina, & iugum dulce: quod
tamen sustinere nec sentire meruit, donec pri-
mò in se reuersus, seruilem conditionem diru-
pit, sic regressus ad patrem. Erecta est ceruix
tua: esto fortis sicut turris Dauid, ut dicere pos-
sis: Fortitudinem meam ad te custodiam. Ipse
enim Dauid, ipse Salomon, Christus scilicet
Dei uirtus, & Dei sapientia. Eius turris es, si
non infimè, non infirmè sentias circa ipsum.

Sed si sublimitas uirtutis Dei non ex te ip-
sa quasi turris est: non turris Dauid, sed ma-
gis aduersus Dauid, qui inflatus sensu carnis
suæ extollit se aduersus scientiam Dei. Subli-
me hoc collum, sed superborum & sublimi-
um colla sapientia calcet, humilium exaltat.
Humilitas ipsa sumptus necessarios submini-
strat ad ædificationem euangelicæ turris.

Nec

Nec uerendum est ne sponsa sumptus desint, quos abundanter de sponsi potest arca mutuari. *Matth. 12.* Discite, inquit, a me, quia mitis sum, & humilis corde. Nondum intelligis, qua ratione sumptus humilitas praestet in aedificationem turris? Qui se, inquit, humiliat, exaltabitur. Et bene de humilitate in praecedenti latenter est suggestum capitulo, ubi sponsa oculta commemorat, eo quod humilitatis pulchra sit species, meritorum laudes occultare. Si ibi de humilitate, conuenienter de sublimitate isthic annectit, Non potest abscondi diu turris in humilitate fundata. Sicut turris Dauid collum tuum. Vide priuilegium sponsae. *1. Pet. 2.* Apostolus Petrus hortatur nos coaedificari in domos spirituales; hic uero non tantum in domum, sed etiam in turrim aedificatur. Paulus in habitaculum Dei coaedificari nos optat; sed sponsa hoc non contenta, etiam propugnacula adiungit, ut sublimis & securior sit habitatio. Fortis & haec una de illis turribus est, de quibus dicitur: Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis. Omnino conuenit, ut in turre non desit libertas. Dura, quia duplicata necessitas, ubi foris obsidio, fames intrinsecus. Quid proficit clausos & munitos esse aditus omnes, si intus saeuus hostis fames cuncta contristat? Mala fames fastidium. Clausae sunt ianuae exteriores, muniti aditus; sed per fenestram tuorum fenestras mors ingreditur, nec experientia indisciplinatorum sensum de exteriori materia mali incentiua admittit. *Esai. 33.* Si proiecis auaritiam ex calumnia, si obturas aures ne audias sanguinem, si claudas oculos ne uideas malum, iam clausus es, iam habitas in excelsis, & munimenta saxorum sublimitas tua. Nunquid satis est? Quid prodest tam munita sublimitas, si quae intus sunt, famis & fastidii uastat crudeliter egestas? Quid prodest dura saxorum, & inaccessa sublimitas, si non ibi panis est, si non aquae fideles sunt? Bona quidem protectio, si tamen non desit refectio. Bona sunt munimenta saxorum, si tamen talia sint de quorum possit duritia & mel & oleum elici. Et quidem ipsa obseruantiarum duritia, & petra disciplinae, frequenter largos effundit riuos olei, & mentis faucibus dulcedinem deuotionis ministrat ordinis quidam lapideus rigor. Denique sic habes: Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis, o Hierusalem: sed abundantia diligentibus te. Alioquin, qui non amat, etsi intus sit, esurit tamen. Quomodo autem egestas erit in hac spiritali turre, in turre Dauid, in collo sponsae, in quo iugum commercio spiritus uitalis trahitur & refunditur: in quo uerbi sacri commeatu assiduus est, & uocalis spiritus discit? Quomodo fames in collo, per quod abundantia firmitatis eructatur, &

uerbum bonum de cordis ubertate? Collum quoddam uidetur commercium, & quoddam glutinum, & cordis cum ore, & corporis cum capite, utriusque ad alterum. In collo uinculum est, & uia. Quod aliud erit uinculum, nisi charitas, per quam capiti corpus cohaeret Christo ecclesia? Quae alia uia spiritus, nisi charitas? Haec excellentior est uia, imo haec est spiritus uadens & rediens, & ad suam recurrens originem, unde nascitur illo reuertens. Ab hac lex pendet, & propheta. Ideo mille clypei pendunt ex ea. Omnis enim sermo Domini ignitus clypeus est, & propugnacula ipsa ad sermonem referuntur. In sequentibus dicit: Si murus est, aedificemus super eum propugnacula argentea. Propugnacula de ipsa solent esse turris materia, & quasi de eodem cum ipsa corpore. Et uide quomodo charitas consubstantialia, & sibi concorporalia propugnacula gestat. Vide quomodo innata sit charitati sollicitudo quaedam, prudentia quaedam, & peruisil cautio, ad declinandas uel depellendas infestationes, & machinas hostiles. Habent propugnacula aliquid clausum, habent & apertum aliquid. Per istud infidias explorat, per illud assultus declinat. Illic prouidens, isthic se protegens. Talibus est charitas cum propugnaculis aedificata: quia talis est ei tam fortis, tam prudens sollicitudo innata, ipsa magnum est sibi firmamentum quoddam. Denique fortis est ut turris dilectio. Ipsa nouit tentamenti occasiones, & cum opus est fugere, & ubi fugienda non est copia fortiter ferre: & cum ipsa in se aliquid firmamenti habere uideatur, aliena tamen adimenta non refugit propugnaculis munita. Assumit & clypeos conuersationis. Bonus clypeus conuersationis ordo, & lex ab hominibus tradita. Haec etsi non est charitati necessaria, non tamen reputatur superuacua, nec onerosa quidem. Spiritus est charitas, nec indiget lege: nec tamen legem dedignatur, sed legi uim unitorum ea protecta, non oppressa. Bonus etiam clypeus, sacri meditatio uerbi. Omnis enim sermo Domini ignitus clypeus est. Non est contenta charitas spiritalibus quas ipsa gignit, meditationibus: & cum ipsa Domini lex sit, in ipsis tamen legis sermonibus meditatur, inde sibi testimonia assumit, inde se tuetur, & multiplici protegit clypeo. Et cum magnum habeat intus testimonium spiritus, ab ipsis tamen literis sacris patrocinia sibi decerpit. Et bona protectio, quam charitatis experientia suggerit, uel sermonis sacri peritia tradit. Paulus in epistola sua quaedam charitatis tibi propugnacula depingit: Charitas, inquit, patiens est, benigna est: percurrere totum illum de charitate locum, nonne tibi tot propugnacula uidentur exurgere, quot gratias distinctas enumerat? Non

Non amulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambiciosa, non quarit quae sua sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati, &c. usque non excidit. Vides quot propugnaculis turris consistat? Nunquid non ista concorporalia charitati uidentur, & uelut de fundamento eius exurgere? Et tamen istos affectus, quos charitas quasi naturaliter gignit, doctrina dirigit, disciplina regit, erigit exercitatio, & bonum originale, quantum ad charitatem. Ordo hic ab expertis praescriptus, uel fouet ne deficiat, uel promouet ut crescat: ideo charitas interna inspiratione non contenta, sermonis sacri undique sibi uelut clypeos institutiones memoriter appendit. Ipsum inspice sponsum, qui mediator & sequester quidam est inter homines & Deum, quasi collum medium inter corpus & caput, turris fortitudinis a facie inimici. Ipsum (inquam) inspice, qui proprijs abundabat, quomodo assumpsit scripturae clypeos, & uelut ad autoritatem se contulit, scuto unitatis fraudulentas interpretis, maligni propulsans infidias. Tu quoque si fueris mediator quidam, & sequester inter homines & Deum, & uelut collum, corpus & caput coniungens, mille clypei in te pendeant, omnimodi clypei diuini sermonis. Sacra tibi praesto sit autoritas, & ad omne bonum patrocinetur negotium, non tantum ut tibi sufficiat, sed ut reliquis abundet. Esto paratus ad reddendam rationem omni poscenti de ea quae in te est fide & spe. Quasi poscere uidentur fidei tuae rationem, qui fidei contraria persuadere conatur, & ipsam infringere. Bonus ergo a collo tuo scutum pendet, si fueris scuto fidei munitus, scuto ueritatis, scuto bonae uoluntatis, sacri scuto sermonis. Omnes hos in scripturis clypeos legis. Sed & si fueris in sublime per charitatem erectus uelut turris, si per contemplationis gratiam quasi collum reliquum corpus excedens, accedas ad caput Domini, & abscondaris in abscondito faciei Domini, in secretario sponsi, in thalamo ueritatis: nonne tibi uidentur delicato protectus clypeo? & nescio si quod scutum ad protegendum efficacius sit quam talis amplexus dilecti. Igneus est; & ideo omnia tela nequissimi ignea extinguit, & ignis ignem consumit. Si fidei scutum illa extinguit, quomodo non magis ueritatis bono protegatur clypeo, qui absconditur in calore eius? Est enim ueritatis seruida meditatio, & suggestiones inimici male ignitas ante extinguit, quam ad mentem pertingant. Inter sponsi amplexus & charitatis interna negocia, non uacat sponsae peregrina relata suscipere. Bene talis clypeus a collo sponsae dependet, eo quod tam succenti amplexus gratiam experitur sola dilectio: sola tales nouit excessus, & mentem faciens adherere Deo, unum ad horam cum illo spiritum efficit. Beatum planè collum, in quo sermo Domini igneus moratur, a

quo uelut scutum gratis dependet amplexibus patris uerbum, ueritas & uirtus. An non tibi delicate protectus uidetur, qui talibus coronatur & circumdatur undique scutis ante & retrò? Fidelis paxillus, in quo tot diuersa ualorum genera pendunt. Bene haec a collo charitatis pendet, quod ipsa sit unctio quae nos docet de omnibus, & omnia suggerit, quod in ipsa omnes gratiae conferuntur, et referuntur ad ipsam, ut ex ipsius pensantur & penduntur mensura. Mille clypei pendunt ex ea, armatura omnis fortium. Armatura planè quam Paulus ad Ephesios narrat: Omnis armatura fortium, id est amantium. Fortis est enim, ut mors dilectio. Quid ergo? Tamen ibi sunt arma fortium, non infantium uerba. Si excedit quasi turris quaedam, charitas non descendit. Siue mente excedimus Deo, siue sobrijs simus uobis, charitas Christi urget nos. Audistis excedentem: uultis sobriam & condescendentem accipere sponsam? Vbera, inquit, tua, sicut duo hinnuli capreae gemelli. Bona turris sponsa, quae se per conuersationis disciplinam undique claudit, & per scripturarum doctrinam sibi clypeos copiose appendit, & per contemplationis excessum in sublime assurgit. Ipsius etiam continentia fortis, & doctrina fidelis, & excessus coelestis, cum et eius sublimitas condescendere didicit, & doctrinae copia ad sobrietatem deduci, & rigor liquefcere in quandam rationabilis lactis dulcedinem, et arma fortium in infirmorum uerba conuerti. Ubique illam urget charitas Christi, sursum ad illum rapiens, deorsum propter illum trahens, sed non tenens diutius, dum ad suas subinde delicias in excessum recurrit. Ideo dicit: Vbera tua sicut hinnuli gemelli, quod semper circumspicit montes pascuae suae, quod ad pascuae locum illam conuertat & rapiat nota refectio, quod ad sponsi lilia leui saltu subito relabatur, unde delicate refecta coelestium succis herbarum distenta ubera ad paruulos iterato reportet. Sed quae de uberibus istis dicenda sunt, non possunt aures fatigare, forsitan & hora fugiens portare modo, & potum lactis ab uberibus istis exprimere, uerius ocium, & horam liberiolem orantibus uobis cum Dominus dederit, oris nostri officium non denegabo, ipso in eius praeconia praestante copiam, qui praestat affectum, Christo Iesu, qui cum Deo patre & spiritu sancto uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo XXVII.

Videtur fratres, quomodo nec ubera sponsae laude priuantur. Et quidem uberum usurpatio frequens tum in alijs locis, tum in istis praecipue Canticis. Vino ubera praefert, botro confert, assimilat turri. Et quod nunc in praesenti est: Duo (inquit) ubera tua sicut duo hinnuli capreae gemelli, qui pascuntur in lilijs. Videtur quam multiplex uberum commendatio. Si mater

Si mater est, maternum pectus uberibus carere non decet. Vbera nouerat Paulus habere cum diceret: Facti sumus paruuli in medio uestrum, quomodo si nutrix toueat filios suos. An non tibi uidetur factus quasi hinnulus, qui factus est quasi paruulus? Vnde fouebat filios quasi nutrix, si non habebat ubera? Quasi duo hinnuli capreae duo filij ecclesiae, alter de circuncisione, alter de gentibus. Vide quomodo Paulus utriusque ubera coaptat. Factus sum (inquit) Iudaeis quasi Iudaeus; his autem qui sine lege erant, quasi sine lege essem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifaciam. An non ubera hinnulis istis coaptauerat, omnia factus omnibus? Omnibus omnia factus est non simulantis actu, sed compatiens affectu, & habitu coaptantis. Denique utriusque se conformabat, nunc se cum illis a licitis cohibens, nunc ad licita descendens, utrumque ubique declinans scandalum, ubi fidei non oblittebat iniuria. Omnibus omnia factus est, nec Iudaeis ritum in iniuriis licitum tollens, nec ad eorum irritationem gentiles compellens. Omnibus omnia factus est, pro audientium capacitate & praecipiens moralia, & differens mystica. In hac duplici materia uelut duo ubera porrigit doctrinae planioris, lactea ubera paruulis temperans. Interna compassio ubera quidem habet, sed coaptio foris ubera exhibet. Illa miseretur, sed ista medetur. Quid enim mihi prodest, si tantum compateris, & infirmitati, & quasi infantiae meae contemperare te commode nescis? Quid mihi prodest, si compatiens affectu causam in te meam transfers, si curam quam debes non affers? Vtraque necessaria est, & compassio, & quaedam disciplina & doctrinae compositio. Compassio affectum conformat, compositio te ad lactandum paruulos utiliter incuruat. Neutro in genere sancti doctores auditoribus defunt, facti sicut illi, & pietatis affectu, & conformationis usu. Vtinam istud attendant, qui facturi sunt in conuentu fratrum sermonem. Student magis alta quam apta dicere, facientes apud infirmas intelligentias miraculum sui, non ipsorum salutem operantes. Erubescunt humilia & plana docere, ne sola haec scilicet uideantur. Erubescunt ubera habere, nudare mammam, lactare paruulos. Quid istud est? Ideo ne confedisti in medio cathedrae tenens, ut scientiam iactes, an ut teneram subditorum lactes infantiam? Subtilia texis: artem qui audiunt, mirantur, eloquentiam laudant. Bene quidem, tamen si gratiam sentiunt, si te disputante audientium moueatur affectus, intellectus instruat. Alioquin quid ad praesens negocium peregrina quaedam adducere, quae auscultantes non capiunt? Magna eloquentiae laus est, causam quam susceperis apte exequi, ad eius commodum cuncta referre, suscepto inseruire negotio. Nusquam euidentius eloquentiae tuae signum dabis, quam si

humilem materiam exequaris ornate, & sermonis temperamento attollas, quae per se iacere uidebantur, & uelut contemptibiles sententias commendabiliores efficias. Nec tam debes attendere, quae te dicere deceant hominem literatum, quam quae deceant audire quos instruis. Quid enim inde consequuntur, si ambulat in magnis & in mirabilibus, non dico super te, sed super eos qui assident? Noli altum alte sapere, sed condescende humilibus. Sublimia loquens, sed non in tempore, quid aliud affectare uideris, nisi ut tibi soli taceant homines, & dicatur de te quod dictum est de Salvatore, quia nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur? Ascendisti cathedram, ut alios edifices, non te ipsum infles: ut impleas, non exinanias te ipsum, nisi forte eo modo quo se Saluator exinanauit, formam serui accipiens, ut nos carnis suae lacte nutriet in salutem. Bonus imitator magistri Paulus ubera non occultat, sed habere se iactat. Tanquam paruulis (inquit) in Christo, lac uobis potum dedi, non escam. Et item: Nihil me arbitror scire inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Ipse nouit cui mensam parat, & quibus ubera porrigat. Ideo ubera eius sicut hinnuli, quia doctrinae suae ubera emollita sunt, qualia paruuli in Christo capere possunt. Audisti iam quid sunt isti hinnuli, & quare duo. Vis nosse quare gemelli? Quia in fide non est distinctio Iudaei & Graeci. Vacant tibi priuilegia meritorum, & regeneratio nullis distinguit, quae cunctos aequaliter absoluit. Omnes enim egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Fides utrosque populos aequae nobilitat, sed Iudeus aliter reputat. In communi clementia iura sibi priuata deposcit. Quid mirum, si uult esse primus, quando uoluit esse solus? Unigenitus esse non potest, affectat uel primogenitus. Vide quanta obiecta sint Petro in Actibus apostolorum, quod ad homines praeputium habentes introisset, quod illos suscepisset ad fidei mysteria. Vide quantum in epistola ad Romanos Paulus defudet aduersum Iudaeos, quod in gratia sibi fidei priuilegia uendicarent quaedam, & quos una fides coniunxit, distinguerent gradibus. Ibi affectabant esse in gratia soli hic summum, nolentes habere compares, quos non poterant non habere participes. Gentes autem fecit Deus cum Israel concorporales, & participes testamentorum, & in nullo discreuit, fide mundans corda earum. Ideo dicuntur gemelli, quia fides nullis gradibus separat, quos aequae regenerat. Alioquin qui nesciunt esse gemelli, effecti sunt nulli: & in conuiuio locum occupantes primum, iam nec habet nouissimum. Quae ratio non inter illos tantum ueritur, sed se dilatat ad omnes, ut nemo alij in gratia, quocumque in gradu fuerit, aut participium, aut parilitatem inuideat. Quis enim merita praetendat,

tendat, ubi in munere sola est gratia. Non debent uetera praedudicare, ubi noua facta sunt omnia. Et in hinnulis regenerationis nouitas imitatur, sicut in gemellis in regeneratione parilitas. Qui bene capreae dicuntur, id est ecclesiae filij, propterea quod sicut capreae acute cernant. Acuta sunt enim ecclesiae lumina, contemplantis non quae uidentur, sed quae non uidentur. Vbera tua sicut duo hinnuli capreae gemelli, qui pascuntur in lilijs, si tamen liliorum sentiant gratiam: si spissis lilia redolent ut lilia, & non in suauem odorem refundant. Bonus & gratus est odor lilij: sed tamen ipsum lilium alijs redolet lilium, alijs ablinthium. Lilium conuallium, lilium singulare Christus: lilia erant ipsi imitatores eius. Audi quid liliorum unum loquitur: Christi bonus odor fumus: alijs odor mortis in mortem: alijs uita ad uitam. Vides quomodo singulare lilium illud, in quo honorum omnium pleuitudo olebat, tristem tamen uidebatur quibusdam odorem spirare. Isti sunt qui ponunt dulce in amarum, & lucem in tenebras. Sed ille uere lilia pascitur, qui liliorum odore potitur. Lilia sunt exempla castitatis, quae non solum moderna & praesentia, sed praeterita & longae postea optime redolet. Lilia sunt etiam sacri sermones, in quibus aeternae uitae olfactimus gaudia, & odorum atrahimus spiritum. Quam multis fratres estis huiusmodi uallati lilijs. Etsi omnes ecclesiae filij, uos copiosius: quorum naribus, singulis ferere momentis nunc prophetarum, nunc apostolorum, nunc euangelistarum spirant casta eloquia tanquam lilia, & uerba & uita eorum grato fragrant odore. Quae enim lilia suauius redolent, quae poterant illorum aequae fragrantia? Qualem tibi refundit odorem Maria, quale Ioanes, quale Petrus, quale alij euangelici uiri: quale denique ipse Iesus, qui singulariter et in se redolet, & in reliquis omnibus, solus ipse sentit? Quicquid suauiter fragrat in ipsis, eius uerba nouum mundo spargunt odorem: cum mysteria reuelant trinitatis, cum redemptionis gratiam, cum copiam uirtutum, cum gloriam resurrectionis, cum aeternae uitae statum exponunt. Verba uita aeterna habes, Petrus ait: Et ad quem uisum? Et nos idem dicamus dulci eius odore perfusi. In te Iesu bone, patris deitas olet, qui est in te: In te gratia spiritus, qui unxit te. In te matris uirginitas, in te propriae carnis integritas, in te nostri medela languoris. Omnia haec nobis olent in te, & ad quem alium uel amore, uel memoria ibimus? Iniuria est planctuum liliorum, si aliquis peregrinus odor se illis immisceat, qui suauitatem illorum contristet, animique affatus naribus ipsum corrumpat, & conuertat ad seculum, & post coeni foetorem currere faciat. Iniuria est, si tibi suauiter fragrant uita, quam uirtutum lilia. Fastidiosus est uere, qui lacte & in lilijs pasci non delectat. Non est enim omne lac paruulorum, Nonne tibi quasi lac uidetur om-

nis doctrina, omnis affectus pius, animo illa-plius dulciter? Quicquid facile & dulciter fugitur, lac uidetur. Tali lacte abundabant ubera sponsae, & ideo dicuntur sicut hinnuli, quod sit in illis recens, & quasi semper noua & renascens consolatio uerbi, & doctrinae alacris copia. Vbera haec uetustatis nil habent, ideo meliora sunt uino, sed similia musto. Vbera, inquit, tua boni, non habentia scilicet austeritatem uini, sed musti nouam dulcedinem. Vbera alia pascunt, ista inebriant. Bene ergo ubera sicut hinnuli: quia nulla uetustate infracta. Magnum sponsae pectoris ornamentum, si ubera integra habeat, non laxa, non fractas mammam in huius Aegypti seculi. Ideo dicit: Vbera mea turris. Inexpugnabilia ubera haec, & lactis ubertate tumentia excreuerunt modum. Bona ergo ubera tam distenta, ubera pietatis, ubera gemina, eo quod pietas consolationem habeat uita, quae nunc est, & futurae. Gaudete (inquit) gaudio magno, ut potemini a lacte, & satiemini ab uberibus consolationis eius. Et cum auulsi fueritis a lacte, epulemini ab introitu gloriae eius. Videtis, quo lactis usus adducat. Ut epulemini (inquit) ab introitu gloriae. An non tibi uidentur ubera sponsae epulari ab introitu gloriae, quae sicut hinnuli pascunt in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur umbrae. Quam dulciter surgunt ubera quae sic pascuntur, ubera de caelo plena, quia caelestibus refecti in lilijs. Ipsa liliorum fragrantia pascit. Odor eorum tibi gratiam tenet. Odor enim quidam fructus est. Ego (inquit) quasi uitis fructificauit suauitatem odoris. Vide quomodo sapientia odorem suum in fructibus reputat. Spiritus iste cibus est, nil habens corpulentiae, nec dente tactus, nec labore mansus, sed haustus spiritu, ipsis statim uberibus influens, & ubera distendens. Vnde etenim fragrantia dicuntur uigentis optimis, nisi quod in ipsis de uicinis haustus lilijs spiritus redolet, donec aspiret dies, & inclinentur umbrae? Dulce quidem inter lilia expectare auroram surgentem: & forte uicinus est dies istis lilijs, & inter lilia eius frequenter aurora quaedam & uapor hauritur, & ipse sponsum in lilijs pascitur: qui ipse & lilium est conuallium, & lumen diei. Dulce est ergo conpascendo cum ipso, postulare ipsum, praestolari inter lilia, donec diei lumen aspiret. Tempus illud declarat, de quo dicitur: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Tunc uerus & aeternus aspirabit dies, cum aenigmatum in quibus adhuc uidemus umbrae inclinabuntur. Plures hic umbrae sunt, umbra fallaciae, umbra refrigerij, umbra figurae. In prima serpens dormit, in secunda sponsum quiescit, in tertia sponsum delitescit. De prima dicitur: In umbra dormit. De secunda: In umbra eius, quae desideraueram, sedi. De tertia: Quia sapientia in mysterio absconditur. Omnes istae reclinantur umbrae, cum aspirauerit dies, umbra fraudis, umbra

dis, umbra fidei, umbra mysterij. Tunc erit umbra nulla, quia ueritas nuda. Tunc ergo reclinantur quæ modò sunt exaltatæ, Vultis nosse quæ al
Psal. 79. Operuit montes umbra eius. Magnus mons
1. Cor. 13. Paulus, opertum tamen hac umbra se dicit, tantum in speculo & anigmate uidens. Magnus mons, & tamen facile raptus in tertium cœlum. Felix raptus, et multo felicior illo, quo mons ille euangelicus ad apostolorum imperium in mare mititur. Raptus est, quia sapientia Dei immutauit sensum illius. Ideo raptus in tertium cœlum, in cœlum intelligentiæ puræ, unde umbræ anigmarum procul abiecta sunt. Inferiores sunt umbræ & reclinatæ quodammodo eius respectu, qui in cœlum rapit. Raptus in cœlum est, raptus & in paradysum. Serenitatis locus est cœlum, paradysus uoluptatū. Pulchrè in utroque rapit, eo quod semiple na sit contēplatio quæ alterutro caret. Denique in quodam paradiso deliciarū & uoluptatū locata uiderur, quæ pascit inter lilia donec aspiret dies,
Psal. 138. Antequam aspiret dies, nox est. Sed nox ista nescio quid uideatur habere diei. Nox (inquit) illuminatio mea in delicijs meis. Illuminationis eternum uicē tenent ex parte deliciae. Pulcherrimus contēplationis locus est, ubi simplex consideratio fidei cœlestes & suauolentes aspergit affectus, & eterni luminis gratiam spirat. Non sunt iste deliciae, quas beatus Iob commemorans de sapientia dicit, quia non inuenitur in terra suauiter uiuentium. Quædam sapientiæ portio est in istis delicijs. Quomodo non sapientiæ portio est, ubi est ipsa ueritas nondum intellecta, sed iam credita dulciter sapit. Ipsæ spirituales deliciae experientia sui satis edocent, & quantum expetendum sit quod de ipsis restat, & quantum respuendum, quicquid illis obstat. Tria hic obseruanda occurrunt: tempus, opus, & locus. Tempus, id est nox, tempus quietis & uacationis est: opus refectio nis est, quia pascitur: locus delectationis est, eo quod inter lilia. Iurè distenta ad paruulos reportat ubera, qui sic pascitur, qui in meditationibus pascitur fidei, liberrimè, uberrimè, uoluptuose. Putas, quod Salomon in omni gloria sua uestitus est sicut sponsa quæ inter lilia pascitur? Quomodo non gloriose uestita, uallata lilijs? Nam etsi umbra obscurat speciem, sentit tamen odorem, sentit uestimentorum fragrantiam: & in his sapientiæ quasi famam odoratur donec aspiret dies, & inclinatur umbræ: id est, donec aspiret dies, & sempiternus dies. Quandiu dies et nox uices alternant, non uidentur umbræ reclinatæ ex toto, donec statum habent. Vbi uerò reclinatæ sunt? Apud patrem utique luminis, apud quem non est uicissitudinis obumbratio. Omnis uicissitudo obumbrationis instar habet, & dum alij aliud succedit, quodammodo abscondit et obumbrat quod præcedit. Hoc ergo est quod dicit, Donec aspiret dies, & inclinatur umbræ: id est, donec aspiret dies, & plenus sempiternus

meridies, qui umbras omnes adnihilat. Qui pascuntur (inquit) in lilijs donec aspiret dies, & inclinatur umbræ, hoc est qui sapientiæ oblectantur & pascunt odore, donec ipse lucis æternæ candor illucescat. Vtrumque comendat in lilijs, candor & odor. Et odor quidem quid aliud nisi gratia fidei, & candor nihil gloria speciei? In nocte odor sentit, sed candor non cernit, donec aspiret dies: quia candor ipse est dies, non habens ullam partem umbrarum. Ille cum aspirauerit dies, iam non erunt ubera necessaria. Omnes enim erunt docibiles ipsius Dei. Interim ergo sponsa ubera sunt sicut duo hinnuli qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies de die, Christus Iesus.

Sermo XXVIII.

Vbera (inquit) tua sicut hinnuli capræ gemelli. Videtis quanta gratia sponsæ paruula est, & quasi iuuenula, & ubera habet. Quid enim nisi iuuenula notat, dum hinnulis comparat? Ergo & mater est, & paruula, alios pascens, & pasci non indigens. Et si quis sit Paulo similis, nondum tamen euacuauit quæ sunt paruuli, in carne comorans. Et si alij abundat, nondum tamen se arbitratur comprehendisse. In speculo uidet, in anigmate uidet: ideo sicut paruulus, sicut hinnulus in umbra pascitur, donec aspiret dies. In umbra, sed inter lilia pascitur. In felix planè, qui quidem inter lilia positus, inter lilia sanctæ congregationis, ubi uariæ undique uirtutes redolent, nihil tamen suauis, nihil liliorum simile nouit odorare. Bonus planè & sponsæ priuilegio gaudens, cui ipsa intrinsecus uirtutū nascuntur lilia, qui inter lilia pascitur, inter lilia reficitur, lilia esurit. Beati enim qui esuriunt & sitiunt lilia iustitiæ, lilia castitatis, omnium lilia gratiarum. Si esurire beatum, multo magis inter lilia pasci. Et ipsa uirtutum esuries pascit, & delectat auuiditas. Odor cibatur, sed nondum satiatur. Satiatur cum apparuerit gloria tua. Denique ipsarum uirtutum (ut sic dicam) gloria latet adhuc. Totum quod inde audis, in odore est. Occultat forma, sed famam audimus. Tenuis quidem fama in fumo, subtilis in odore cibatus, dulcis, sed tenuis. Et nos iam saturati fumus, iam diuites facti, solo uirtutum odore contenti. Nescio tamè, si uel odore haurimus, quos perfectionis non trahit auuiditas. Suauis quidem liliorum odor, sed æmulata in specie gratia. Suauis quidem liliorum odor, sed suauitas tenuis, si odor tantum. Denique qui pascuntur, inquit, in lilijs, id est inter lilia, non ipsis lilijs, sentientes uiciniam, non fluentes substantia. Exiguus uirtutum usus exprimit in odore, non copiosa, non solida & quasi corpulenta refectio. Non enim omnimodis reficitur qui pascitur, ideo non dicit qui reficiunt, sed qui pascuntur in lilijs donec aspiret dies. Deliciosa tamen expectatio lucis inter lilia, & uide, qualibus sponsa pascatur in lilijs. In lilijs non caducis, in lilijs non marcescentibus, in lilijs denique quadam

incorrupti-

incorruptibilitate myrrhatis. Nam myrrha in corruptione demonstrat. Iure post lilia de myrrha subtextitur, ut spose lilia quadam incorruptionis perpetuitate comendet. Vadam, inquit, mihi ad montem myrrhæ. Quid est bone Iesu quod sponsa tua, dilecta tua, alibi expectat, tu alio uadis? Illa pascitur & expectat in lilijs, & tu uadis ad montem myrrhæ? Quare non magis ad lilia uadis, ubi sponsa moratur donec aspiret dies? An forte lilia hæc non sunt aliena, nec longè posita à monte myrrhæ, sed magis oriuntur in illo? Ita quid est, nisi lætius nascuntur lilia, quæ in monte myrrhæ, nisi magis ille sæ feruantur. In monte myrrhæ nec corruptioni, nec corruptibilitati locus ullus relinquitur. Ibi in monte myrrhæ, ubi carnis uniuersi mortificant affectibus, ibi lilia castimonie, lilia gratiarum & pure nascuntur, & perpetuo florent. Ergo in lilijs, & in monte myrrhæ sponsam satis delicatè locatā aduertis. Nam alteri sibi sermo præfens expressit, alteri tu ipse potes per interpretationem exprimere. Quo nam em modo alio se iturū diceret, quæ ubi dilectā esse cognouit? Sicut enim illa auide expectat, sic ille ardentè properat. Vadam (inquit) mihi, Quid ergo spose non uadis? An ideo sibi ipsi uadis, quod ad illam uadis? Vadam ergo (inquit) mihi, Mihi uadam, non solum illi uadam. Non illa sola de meo capit aduentu lætitiā, sed & mihi nihilominus alacritatè refundit. Mihi dulce, mihi iucundum est quod ad illam uado. Iam uadā mihi. Mihi sic ire proficit, non delectabiliter afficit, ideo uadam mihi. Iam mihi de monte myrrhæ suauis aspirat fragrantia, ideo uadā odore illectus. Vadam mihi, quia deliciae meæ cum spose morari. Ita ne Iesu bone, de sponsæ colloquio oblectamenta tibi captas, ideo tibi uadis, nec uelut fastidiosus amator declinas cum excluderis, sed stas ad ostium: Stas & pulsas, & quandā repulsæ passus iniuriam, stas tamen & pulsas, tamen ut aperiat. Asperge sponsa, asperge cubile tuum myrrha & aloe. Christus in odore currit unguentorum tuorum. Asperge cubile tuum myrrha, quam Paulus commemorat. Mortui (inquit) estis, & uita uestra absconsa est cum Christo. Tali myrrha asperge & irriga profundè cubile tuum, uel potius esto mons myrrhæ. Vberior enim gratia ubi myrrha nascitur, quæ ubi aspergitur. In hoc monte colloca cubile tibi, imò dilecto in quadam myrrhæ copia, ubi hæc species aromatica magis oritur, quæ aduehitur. In multis scripture locis usus myrrhæ ad mysteria sumitur. Cum myrrha Magi ad Christum ueniunt. Venit & Nicodemus ferens mixturam myrrhæ, quasi libras centū. Magna hæc copia. Sed quid ad collationem montis? Ferens, inquit, id est, secum ferens, non ex se proferens: portās, non pascens. Bona utraq; & que offertur, & quæ oritur, sed ista potior. Denique illa ad Christum aduehitur, ad hanc ipse uadis. Vadit enim sibi ad montem myrrhæ. Bene mons

myrrhæ, qui mortem circumfert seipso, non in parte: nec quasi resperfam, sed uberè & continuam & eminentem: nec ad horam & quasi ueterascens, sed magis renascentem. Bene mons myrrhæ, qui Christi in se mortificatione & incorruptibilitatem quandā, & resurrectionis futuræ imaginem non tam gestat, quæ germinat. Nunquid tibi mons myrrhæ uideri potest, in quo futuræ incorruptibilitatis nil magnificū, nil eminens, nil nisi ad horam apparet? Beatus planè mons, qui huius myrrhæ germine undique uestitur, non respergitur per partes, nil in se nudum, nil habens sterile, sed totū hæc cœlesti fecundū specie. Quomodo non beatus, qui Christum ad se trahit in sui odore aromatis? Bonus odor non tam leprosi domū replens, sed etiā cœli palatium, thalamum sponsi. Bonus odor planè sponsi Christo, inter ipsas deitatis gratias delicias. Denique super tãtas delicias, deliciae tamè eius esse in monte myrrhæ: ideo dicit: Vadam, inquit, mihi ad montem myrrhæ. O beatū montem ad quem uadis Iesu bone, ad quem uenis, quem perambulas, quem inhabitas, et inhabitas in finem: quem solus inhabitas, & hoc usque ad terminum loci. Veni Iesu, incipe hunc montem possidere. Nullus tibi questionem moueat, nullus dicat: Nunquid habitabis in hoc monte tu solus? Mons uber, mons pinguis, mons abundans, mons affluens unguentis: hæc unguenta exinaniri non possunt. Magna enim unguenti moles in monte myrrhæ. Non deficient unguenta de hoc monte: ideo qui uadis ad montem myrrhæ, unguentis non indigebit, nec odoramentis quidè, qui uadis ad colles Libani. Non enim deficient thura de Libano. Nam & Libanum dicitur thus intelligi. Veni Iesu bone ad colles ut fluant thura à facie tua. O quātus incensum fumus ascendit de collibus istis cū tuo, imò cum te fuerint igne succensi. Magnam habet in collibus thuris ignis tuus materiam pabuli, & magnum incensum fomitem. Non cito consumuntur hæc thura. Incensum huius fumus non facile euanescit. Tanta thuris moles, tanta copia collis thuris non potest pugillo concludi, non comprehenditur thuribulo, uasculo non capitur, mensurā nescit, quia nescit intermittere. Bene ergo collis thuris, qui sine intermissione orat, & quod satius est sine remissione. Qui in oratione nil habet remissum, nil exile, sed uelut cuiusdam fornacis magnæ fumus pinguescit, sic pinguescentiū uorum & desiderij exuberantis agit uolumina. Veni ergo Iesu bone, ad colles thuris: copiosum orationis incensum fumigant montes, quos tangis. Quid simile fratres, habet orationes nostras: quæ cito thura nostra inanescunt, & quodam modo uix succenduntur, & statim extinguuntur. Vt quid istud? Vt quæ quoniam exiguā nobis incensum congelesimus materiā. Ego spiritus angelicos, & si qui inter homines illorum æmuli sunt, quosdā uelut colles thuris interpretor, quorum

KKk 2 oratio

oratio quasi incensum dirigitur semper in conspectu Dei: qui deuotionis suauissimos uapores gignunt: celestium glomerat nubes affectuum. Beatus utique sacerdos, qui thura tanta offert, quem suauis nebula uapor operit & inuoluit. In Apoc. 5. Apocalypsi legis phialas plenas odoramentorum, orationes sanctorum. Et que conuentio collibus thuris ad phialas: quae enim phiala capiat collem thuris? Bona phiala plena odoramentorum. Apoc. 6. Sed ecce plusquam phiala hic. Ascendit, inquit, fumus aromatum in conspectu Domini de manu angelii. Sed que manus integro colli sufficiat: Que (inquam) manus, nisi tua Iesu bone manus, qui motes ponderas, & terram palmo concludis, qui libras montes in pondere, & colles in statera: in manu tua Domine omnes fines istorum collium, et si fas est dicere, in sinu tuo. Denique in sinu tuo sanctorum oratio conuertitur, in conspectu tuo intrat, ibi conuersa, ibi conuertitur: illi in te, & tu in illis. Propterea uada mihi (inquis) ad colles thuris, Veni ergo Domine, ueni & noli tardare, ueni & transilias colles istos. Quid & si ad te transilium colles thuris? Mobiles sunt motes myrrhae, et colles thuris ubi ipse aduenis. Quomodo non mobiles, qui liquefunt, qui fluunt, qui fumigant, qui ascendunt sicut fumus aromatum in conspectu Domini de manu tua? Vade ergo tibi ad colles thuris, ubi incensa multa sunt, ubi incensa cuncta sunt: nam in colle thuris nil sine incenso. Incensa haec data tibi sunt, ideo ueni ut adoleas ea in conspectu tuo. Vada mihi ad motem myrrhae, & ad collem thuris. Veni de Libano, ueni, iam exclusum est cur uadat: ut quid enim, nisi ut uocet ut intret ut dicat ueni: Ecce quod bonum & quod iucundum habitare in collibus, istis, ad quos uerbum Dei uadit, quos reuisit. De quibus sponsa uocat, et uocat ad coronam. Veni, inquit, de Libano, ueni coronaberis. Libanus candorem sonat. Quidni candidus de niue celestis? Non enim deficiet (sicut scribit) nix de Libano. Nix illa quae descendit de coelo, quae infundit terram & inebriat, & germinare facit. Beati motes super quos nix ista cadit & colles quos operit. Sic (inquit Dominus) erit uerbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum. Videtur ne tibi uacuum reuertitur uerbum, quod uadit ad motes myrrhae, & colles thuris, quod cadit super hos motes, et colles operit? Nescit uacuum reuertitur, ideo uocat, & dicit: Veni de Libano ueni. An mysterio uacare putas quod post motes myrrhae & colles thuris commemorat Libanum? Quae res animum sic reddit mundum & candidum quomodo orationis usus? Primum quidem myrrha mortificat, deinde thus purificat. Nec enim pura poterit emanare oratio, si non omnis prauus primò fuerit odor repressus, & exhalatio carnalis. In myrrha unguento mens fringit, ut ad quandam in omni modum unitatem se coarctet: per thus incensum dirigitur & dilatatur & se diffundit, & caelestes replet regiones ex odore

Cam. 4.
Hier. 18.
Esa. 55.
† alias exaltatio.

unguenti incensi. Illic se liberae ueritatis aurae immiscet & confundit: & que primò ad se anima ipsa contracta est, ibi rarefcit & attenuat & delicit, suspensa & suspiciens in excelsis. Oratio, utriusque & myrrhae & thuris mysterium explet. Orantis effectum in primis colligit & stringit in seipsum, deinceps diffundit & transfundit in Deum. Quid myrrhae similis, ubi tanta in diuina unionem transfusio? Quid incenso similis, ubi tanta diuini cuiusdam sensus diffusio? Iure tota pulchra uocat & sine macula, quae orationis ardor incanduit, quae colorauit & candidam reddidit candorem lucis aeternae. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Tota pulchra es, quia tota pulchra es hac hora maxime, hora orationis, hora incensae. Tota pulchra es amica mea, tota pulchra es: quia tota amica es, & solo amoris cadens affectu. Tota pulchra es, & sine macula peregrini nil habens coloris admixtum. Veni de Libano, quia plene lota. Veni de Libano, ex toto illustrata. Veni de Libano, carens culpa. Veni de Libano & cadens gratia: ueni coronaberis. Felix omnino quod de Libano candentis affectus, de colle thuris, de orationis interit copia uocat ad coronam. Felix, inquam, anima quae hora incensae ascendit ad patrem, quae sine interuallo de Libano ad coronam uocat, coronam glorie quam reddet illi in hora transitus iudex iustus et dulcis sponsum Iesus Christus cum Deo patre per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XXXIX.

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: ueni de Libano, ueni de Libano: ueni, coronaberis. Quis mihi dabit istud trium (ut sic dicam) dierum iter conficere? Quis, inquam, dabit mihi hanc uiam indefesso incessu percurrere? Via ista, uia pulchra, & semita pacifica sunt, uenire de Libano ad Libanum, de Libano ad regnum. Nam sponsa ad coronam uocata, inuitata uidetur ad regnandi consortium. Dulcis est hic uia terminus, sed nihilominus dulcis est transitus. Quidni dulcis, qui nescit a Libano deflectere? Non haec est uia lata, non haec est uia laica, nec potest per eam transire pollutus. Non est currens nec uolens, sed miseris Dei. Miserentis cur dico: dixissem melius desiderantis. An non aestuatis desiderij uota designat uocatio trina? Vehementis affectus argumentum est quod tertio uocat. Percurre animo praecedentia cantici huius: nusquam reperies uel tam crebro uocata, uel tam expresse commendatam pulchritudinem sponsae. Ter uocat, & totam pulchram dicit. Denique in praecedentibus, sic habes: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Et iterum alibi: O quam pulchra es amica mea, quam pulchra es. Hoc autem terro in loco totam pulchram diffinit. Illis in locis uel demonstrat quod pulchra est, uel mirat quod tam pulchra est: non tamē diffinit determinat quod ipsa sit ex integro pulchra, sicut in praesenti. Tota pulchra es amica mea. Quomodo non tota

Cam. 4.
Cam. 4.
Cam. 4.
Rom. 9.
Esa. 41.

non tota pulchra pulchritudini, & toti pulchritudini collaterata ex toto? Quomodo non tota pulchra, in quam lucis aeternae candor immensus emanat? Bene tota pulchra & superpulchra, in quam uberi illapsu sese transfudit omnis pulchritudo Domini. Exaltata est quidem super sidera, species tamen pulchritudinis eius in sponsa. Species (inquit) eius in nubibus caeli. Quam diu sponsa nubes caeli est, nubes lucida & leuis, & quasi ad solem accedens, & ipsum suscipiens, tandiu in ea solis splendor reuertet, & pulchritudinis eius species manet. Planè tunc nubes est sponsa, quando spiritualis obtinet affectionis leuitatem & lucem intelligentiam. Quandiu spiritualis anima per orationis & contemplationis usum in supernis suspendit sicut lucida nubes & leuis tota interim pulchra est, quia tota amica est: & macula carens, quia in feruida charitatis uersa est color: hora ista gloriosam sibi sponsam exhibet, non habentem maculam uel rugam, mundans illum non tam in sanguine, quam in lumine suo. Quomodo non tota pulchra, in qua tam expressa diuina pulchritudinis species apparet? Quam mihi dabis animam, quam audeas ex toto pulchram diffinire, nisi in hac hora tantum, quando per amoris aestum horis imbuitur induitur specie sponsi? Alijs quidem horis sine macula deputatur, dum culpa non imputatur. Hoc autem momento quod sine macula dicitur, non est indulgentiae, sed dilectionis, sed desiderij, sed deuotionis. Quis enim dabit ueniam locus, ubi uota charitatis tantum exaestuatur? Amor indulgentiam non eget, totum enim gratiosum est, ubi solus est. Denique uide nunc quomodo et offensa excluditur, & gratia commendatur, & sola gratia. Tota, inquit, pulchra es amica mea, & macula non est in te. Blandimenta huiusmodi non uident indulgentiam, sed diligentiam, sed amantiam, sed admirantiam. Oblectatus pulchritudine, optat praesentiam. Veni de Libano, ueni de Libano: ueni, coronaberis. Inuitatio crebra prodit affectum, uota manifestat. Alij trine uocationis scrutent sacramenta, & gradus assignent: mihi quidem sufficit diuinae maiestatis humanam aduersus animam affectum mirari. Istud sufficit, sed ipse succubo. Utinam mihi nihil incubat negotij, nisi suspensio semper stupore mirari impensam gratiam, ita tamē ut admirationi huic uota iungantur & germana sit charitas. Affectus enim affectum meret, & abyssus abyssum similem prouocat in uoce perfluentium cataractarum. Bone quidem cataractae sunt quae tuum, bone Iesu, distillant affectum, infundunt amorem. Amor mutus non est, usum habet uocis. Quod enim continet omnia, scientiam habet uocis. De spiritu scriptum est hoc, & bene nostis quanta sit affinitas (si non potius identitas) charitatis ad spiritum. Illa continet omnia, quia plenitudo legis est charitas. Spiritus loquitur mysteria, & amatoria planè loquitur. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro, utique &

blandimentum loqui potest. Sonus eius sensus amoris est, & desiderij uota instar habet uocis. Experimentum gratiae ipsum est utique quod loquitur, quod inuitat, quod dicit: Veni de Libano. Ter uocat, fortasse idcirco quod funiculus triplex difficilè rupitur. Tenax enim funiculus, amor. Amor affectuose trahit, cui est idipsum alloqui quod est allicere. Nihil amoris tenacius uinculo, nil trahentius. Audi quomodo lex diuina triplicem huius ostendit nexum funiculi. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omni mente tua. ac si dicat: Diliges Dominum Deum tuum cordis propolito, animae affectu uitali, integro & rationabili quodam mentis arbitrio: ut amoris in te & propositum sit, & ipsum propensum sit, & perspicax sit. Bona siquidem cordis in Deum interior pia. Sed quod si pigra sit, si emertua, si nihil habes in se uitale, nil animatum? Bona ergo interior pura, quam uiuida reddidit & uelut animata seruida & dulcis affectio. Affectum hunc qui est ac si quaedam animi boni propositi infestat, informat meditatio. Si discretus est & renouet, si crebra est funiculo, si tripliciter nexo, ad meritum repositae coronae: quid uberius? Ad experimentum quid expressius? An non tibi uides inuitare, & quasi tripliciter dicere: Veni haec trina dilectio? Denique quasi inuitat dum confert & audaciam pro merito, & audaciam pro experimento. Veni, inquit, de Libano, ueni, coronaberis. In Apocalypsi quasi de Libano uenientes sic legis: Hi qui amici sunt stolis albis, qui sunt, & unde uenerunt? Hi sunt qui uenerunt de magna tribulatione, & lauerunt stolas suas. & candidas eas fecerunt in sanguine agni. Utique & credendi fide, & conuersandi forma, qui in tribulatione sua sequuntur hunc agnum non aperientem os suum, cum ad occisionem duceret, & coram tonde se obmutescere. Qui non sunt tristes neque turbulenti donec eiciant ad uictoriam iudicium, & certamen ad coronam. Non enim coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Et quia de certamine corona, ideo forsitan dilectam sic inuitat ad coronam, ut exprimat causam. At enim: Coronaberis de capite Sarmana & Saïr: de uertice Hermon, de montibus pardorum, de cubilibus leonum. Nescio enim quid asperum, quid ferum, quid fraudulendum in his nominibus uel naturis datur intelligi. Ideoque de his coronari dicitur, dum haec triumphata coronae ministrant materiam. Ille quidem per tribulationis tolerantiam coronatur, qui mitis, qui mansuetus, qui uelut agnus de tribulatione magna uenit: qui in charitate uenit candidatus non consumptus, quem nulla impatientiae & murmuris macula denigrat. Hi sunt qui de Libano ueniunt, & coronantur de capite Sarmana & Saïr, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Per haec enim coronantur qui per haec tentamentorum genera probantur. Nunquid non colligunt isti de spinis tuas, &

Math. 22.
Cam. 4.
Apo. 7.
Esa. 55.
1. Tim. 2.
Cam. 4.
† In Biblijs legitur, de capite Ananias, de uertice Seir.

2. Cor. 4.

de tribulis ficus? Quod in presenti est (inquit Apostolus) momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeterni gloriae pondus operatur in nobis. Passiones ergo huius temporis cooperantur quidem etiam non comparantur ad futuram gloriae coronam, quae reseruetur nobis. Cumulata plane materies praemiorum inter totius puritatis merita passionibus varijs atteritur. Pulcherrimus coronae nexus quando puritas vitae, & humilis pressuraru tolerancia sibi cohaerent. Magnu quidem est pressurarum pondus, ideo forsitan montiu est expressum nominibus. Ingens moles, sed fides superferunt, nesciens opprimi. Capita & montiu istorum coculcat, & percutit ipsum caput de domo impij. Iure ergo caput ipsum triumphans coronat de capite, quia & tentationu initium coterit, & tribulationu uehementiae non cedit. In omni re quasi caput est quod uel primu est uel maximum. Sic ergo caput hic accipe, quali reru, quae his motibus figurantur, uel principiu uel cumulu donet intelligi. De capite Sarmana coronat de uertice Hermo & Sanir (alias Seir) quae inuiciarum cumulu quenda exuperat, & tribulationum mole extollente se aduersus humile scientiam Christi. Sed moles ista tato uidetur minus ponderis habere, quato totu est momentaneum quod tumet. Deniq; & si mos est, tam scriptum legis quia mons cadens defluit, et saxu transfert de loco suo. Et uide quomodo defluerunt, quomodo translati sunt montes isti. Translati sunt, quia translatae sunt. Quasi traslatos & triumphatos iudicat illos Apostolus, quib. loquitur: Et haec aliquando quide, inquit, fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis hac ablutione & emundatione quae fit per uerbu fidei. Pardus deposuit uarietates suas, totus immaculatus effectus, totus unius coloris, id est unius fidei & moris. Velut pardus quida uidetur homo heretici dogmatis uarietate resperfus, sed nihilominus pardo similis est homo dissimilis sibi, homo uariu & incostans, & subinde mutas consilia. quasi em (ut ita dica) uult & no uult pardus. Trahe ista ad couersione gentiu, et mox intelliges quomodo p unitate fidei & spei, unu induisse colore uidetur. q couerli sunt ad Dnm, nec modo uarietate, sed & feritate exuisse leonum. Non in cubilibus, in qua, & impudicitijs, sed in cubilib. & in ortis aromatū comorari, in lectulis no ferinis, in lectulis non foedis, sed floridis. Floridus em lectulus spoli & spoliae. Non uidef spolia de Libano libes egredi, & de iudaea trahere ad getes. Abscedit em inuita quae toties uocatur, no uult deferere Libanu, ut trahat ad montem Sarmana, ad uerticem Sanir (alias Seir) & Hermo. Sed trahit suo motes hos steriles, montes barbaros couertit ipsa in Libanum. Sed iam montiu istoru nomina intueri, Sarmana populū uanū intelligit uel coagustas, Seir uel Sanir

Job 14.

1. Cor. 6.

hispidus, Hermon anathema. Quid uanuis illo populo, quoru ipsi doctores euauerunt in cogitationibus, suis, & dicentes se sapientes esse, stulti facti sunt. Quid angustius illis q desperates semet ipsos tradiderunt immunditiae? Angustu em cor, quod sine uotoi u intra temporalis iucunditatis metas cotrahit, nesciens spe ad eterna dilatare. Quid magis hispidu & magis incopositu illis, de quibus Apostolus dicit: Sine affectu, sine foedere, in malitia & inuidia agentes? Nonne isti uelut Seir reputadi sunt? Nam Hermo accipiuntur qui sunt alienati a sensu Christi, promissionis spem no habentes, non ciues sanctoru, non domestici Dei, sed omnino sine Deo in hoc mundo. Et haec quide getes fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Dni nostri Iesu: ideo de uobis spolia coronatur, quae de uestra immutatione gloriatur. Bona enim mutatio, ubi Seir conuertitur in Libanu. Et Libanus quide, ille prior Libanus iudaicus couersus iam in Seir uidetur & Hermon: ideo ueni de Libano, & ueni & uide pro Libano illo exiguo & breui quatu tibi exurgat Libani. Leua in circuitu oculos, & uide, omnes mundi istius motes tibi sunt in Libanu couertendi. Molestu plane gentis tuae detrimeta & desolatione uidere, sed molestiam hanc tam lucrosa comutatio compensat, ut unius damna redimat prouetus uberior. Noli ergo moram necere, sed ueni, ut de gentium fide & couersatione coroneris. Vis omnes hos montes non in iudaea & getibus, sed in ecclesia tantu intelligere? Non erit dissonus intellectus, si interpretatione in hac parte uelis deflectere. Inuenies hic Libanum, & Sarmana, & Seir, & Hermon. Inuenies hic & montes pardorum, et leonu cubilia. Vtinam in hoc Libano nostro, in hoc sacro monachoru conuentu, quem & professio & couersio uenustat & candidat: in hoc, in qua, Libano, utina detur cernere caput Sarmana, no uertice Seir & Hermo. Cum uideris in coetu & in cogerie sanctoru quenq; effrenatem seipsum, inflatu sensu carnali, iactantia uanum, intus & foris tumidu & turbidu, ociositatis anxiu uanitate (ocium enim aedia parit talem) cum talem uideris, quid aliud q caput Sarmana cum Libano cernis? Nil ocio uanuis, nil anxius aedia, nil tumore turbatus. Nam & Sarmana populum uanu uel turbidum sonat: ideo de Sarmana uenitur ad Seir, ad hispidu & pilosum. Vbi enim aedia, ibi tumor: ubi turbatio, ibi nil lene, nihil compositum, nihil ordinatum, sed totu horridu: & qui talis est, sine foedere est, sine affectione, minuti sensus & alienati, imo anathematizati, quod Hermon significat. No hic domesticus Dei, non ciues, non aduena quide & hospes, propter quod nulla ad Deum gratia, deuotio nulla declinat. Non diuertit ad illum sponsus, ut uel in transitu uisitet, & sicut hospes ad commorandu. Commorantur autem

in co

Cent. 4.

ibidem

in eo pardi, daemones quidem uarij & uersipelles, & leones cubant ibi. Non circueunt ut transuolent, sed securi possident. & cubilia collocant. Sed qui tales sunt, desperandi non sunt. Etenim multi istiusmodi in sponsi praedestinantur ornatu: ideo dicit: Veni coronaberis de capite Sarmana, & de uertice Seir. Veni (inquit) de Libano, ueni. Vide si non morose egreditur de Libano, quae totiens uocatur: mora tamen haec non est contumaciae, sed cautela. Quis enim a contemplationis candore, a quietis interne & puritatis sereno libens discedit? Cui non erit molestum, uel ad momentu de loco deliciaru secedere: Forsitan inspirata in discipulis lucra blauiuntur. Optanda quide lucra, sed metuendus est lapsus. Suspecta mihi sunt lucra, quoru incertus est prouentus, uicinu propriae periculū salutis, certum interne suauitatis damnu. Quid mirum si moretur uenire, cum & molestum sit de Libano discedere, & metuendum sit ad montes illos barbaros & bestiales accedere? Et forsitan sponsa mora festinationem nostram suggillat & arguit, qui nimis prompti, & parum prouidi, uires nostras minus pensantes, festinamus ingredi in labores praelationis, in solitudinu molestias, & materiam lapsus: nec expectantes uel semel uocari, ultrò nobis ipsi honorem sumimus, uocationem uel praeuenientes, uel arte procurantes. Non debet esse tanti muneris improvida praesumptio, sed nec pertinax metus. Deniq; praesumendu est ubi uberes ubet, ubi sponsus uocat, & prouentus uberes pollicet, sicut in hoc loco, Veni (inquit) coronaberis de capite Sarmana, de uertice Seir & Hermon, de cubilibus leonum, de motibus pardoru. Cum in subiectis mutatur morum barbaries, cum de cubilibus & impudicitijs ad florida & honesta transferuntur cubilia, & in ortos aromatū, ad cubilia in quibus no est fremitus, sed fletus, ad cubilia in quibus copunctio est cordis, non pugna cogitationum. Sed cum aufertur maculose uarietatis uel lamē, & nuda succedit simplicitas, moribus ministerio suo in melius comutatis, coronari sponsa satis apte accipitur. Bene quidem de talibus coronatur, cum iam uertuntur in ornatu, quorum antea mores horrebat. Cum ordine quodam charitatis sibi haerent in unum, qui ferinis prius affectibus dissidebat. Grata plane sponsa est haec unitatis cohaerentia: ideo forsitan sequitur, & uulneratu se dicit in uno oculoru, in uno crine colli eius scilicet spoliae. Capituli huius ratio in aliud differenda est tempus. Hoc autē in fine admonuisse sufficiat, si quem alieni cura profectus ad gradu altiore sollicitat, non dissuadeo, nec suadeo plane. Vnum autē hortor, quisquis es, amulare & cunctatione & candorem sponsae, quae non est contenta semel uocari nec digna penitus, nisi de quodam pura & dealbatae conficta Libano. Non enim nisi de Libano dile-

ctam uocat ad coronā spoliū eius, qui est Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Sermo XXX.

Cor durum, & male durum, in quo uerba ista uulnera non generant. Stupidu plane est cor quod uerboru istorum uirtute non persentit, quod non stupet ad dignatione tantam. Quid dignatione dico: etiam plus est: & quantum esset si uel dignatio esset? Magna enim res, & omni admiratione digna, si uel dignatur tanta maiestas humanam infirmitate sororis & sponsae impartiri uocabulo. Nunc autē no tam dignatio est q; deuotio. Vultis autē deuoti & propensi affectus argumentu audire? Vulnerasti (inquit) cor meū soror mea spolia, uulnerasti cor meum. Cordis uulnus uehementiam designat amoris. O uere dulce cor, quod nostris mouetur affectibus ad rependendam uicissitudinem dilectionis. Et necessitudo haec, & uicissitudo: necessitudo in sororis & spoliae nomine, uicissitudo designatur in uulnere. Magna necessitudo sororis, sponsae maior: illa cognationis, ista dilectionis. Ibi significatur, quia de uno sunt: hic quia unū. Soror est, quia diuinae cofors naturae, sponsa uero, quia in singularitatem assumpta personae. Expressa plane necessitudinis haec uocabula sunt, quae uel uerum uel gratia sonant. Quantum amare optet quae tantis affinitatibus foederatam Christo se nouit, quantum cunq; amat, non amat, sed redamat. Ipse enim prior dilexit nos. Amor ad illu noster quantum cunq; propensius fuerit, non impendit, sed rependitur: debitus est non gratuitus: aequari ei qui ita impetus est amori no potest. Et quonam modo mereri potest: quomodo obligare potest qui ne plene quide soluere sufficit? No potes spolia amatori tuo uicissitudinem plenam rependere. Ipse tamē no definit suppendere. Quod impedit tibi, nondū plene solutu est, & tamē obligatu se putat. Quicquid illi repedis amoris, no accipit quasi debitū, sed quasi gratuitū. Quasi prouocatu ad dilectione se persentit, dum cor suu uulneratu fatetur. Quid est hoc miraculi fratres? Nonne beatam hanc reputatis animam, quae ipsum cor Domini nostri Iesu Christi pijs affectibus transigit & penetrat? Acutus & efficax & uere uiolentus affectus ille est, qui tuum Iesu bone, meretur & mouet affectum. Magna & uiolenta est uis charitatis, ipsum affectum Dei attingens & penetrans, & uelut sagitta iecur eius transfigens. Quid mirum, si regnum caelorum uim patitur? Ipse Dominus uiolenti amoris uulnus sustinet. Sed uide quibus iaculis uulneretur. Vulnerasti, inquit, cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Ne parcas sponsa talibus sponsum telis appetere. Aspectibus pijs quasi spiculis urtere. Noli in hoc negocio remissius agere, noli contenta esse dilectum uulnerare semel, sed concede ipsum uulnere super uulnus. Foelix es, si

Cent. 4.

1. Ioan. 4.

Matt. 11.

Cent. 4.

KKk 4 sagittae

Luce 8.

fagittæ tuæ infixæ sunt illi, & amores tui militet in Christo, si oculus tuus defixus indefesse sit in illo. Bonum vulnus, de quo uirtus egreditur. Teri- git mulier sabbatam, & uirtutem de se sensit Christus exire. Quanto magis cum cor eius non leuiter tangitur, sed uulneratur, gratiam de se emanare sentit. Vulnus istud non est sine sensu: ideo pari aspectus in illi specula uibra: reputa illum quasi signum positum ad tales fagittas. Tales fauorabiliter excipit, quia tales iacit. Respexit Petrum, & cor eius percussit & compunxit ad penitentiam. Vulnerati cordis lachrymæ dant signa. Denique clementi respectu cor illud uulnerat, quod ad aliquam uirtutis mouet affectum. Talia in me utinam multiplicet uulnera à planta pedis usque ad uerticem, ut non sit in me sanitas. Mala enim sanitas ubi uulnera uacant que Christi pius infligit aspectus. Aspectus aspectum prouocat, ideo tuo illum tenta uulnerare prospectu. Oculi tui semper ad Dominum, ut amoris tui nutibus capiatur, illaqueatur crinibus. Non tam dicit in oculis & crinibus, quasi in pluribus, sed quasi in uno. Vulnerasti inquit, cor meum foror mea sponsa, uulnerasti cor meum in uno oculo tuorum, & in uno crine colli tui. Si plures habes oculos, omnes alios claudes, ut hoc uno utaris, quo solo dilectum intueri soles, & quo solo uales. Qui dicitur intueri uolunt, alterum oculo claudunt, alterum intendunt, & eum ipsum quo cernunt stringunt ut stricto efficacius contemplantur acumine. Oculus tuus unus est, si purus est: unus est, si ad plura non est; unus est, si quodammodo simplicatus & strictus & directus in unum est, non fissus, non diffusus, non sparsus in multa. Oculus tuus unus est, si intendis & intueris semper in unum, & in illum unum. Denique si amoris oculus est, unus est. Vnam, inquit, peti à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum, ut uideam uoluntatem Domini. Oculus iste unus est, unum petens, & unum prospiciens. Et in uno crine colli tui. Non oportet ut crines fluitent, ut sine lege euagetur, & sparsi & errantes oculorum effundantur luminibus. Non decet ut strictus sit oculus, & crinis laxus. Oculus enim offenditur cum crinis effunditur. Si intentio in oculo intelligitur, quid in crine ubi cogitatus designatur? Vis unum habere utrumque & crinem & lumen, & intentionem & meditationem: Cuius est in lege Domini uoluntas eius, & in ea meditabitur die ac nocte: iste etiam in uoluntate uniformi unum possidet oculo, & crinem unum in meditatione. Alioquin si uniformis & simplex intentio in Deum tibi non fuerit, si cogitationes tuæ sine disciplina tuaruerint, intentum retundunt oculo, et simplicem intentionis diuerberant aciem, & cor dissipant peregrinæ & indiscipline mentis uolutiones. Intentioni pure cogitatus respondeat: unus sit,

Cant. 4.

Psal. 26.

sicut & illa uniformis est. Bonus enim crinis qui fissus non est, non incultus, sed collectus in unum, & collo inherens. Collo utique illi de quo dicitur: Collum tuum sicut turris, de qua mille clypei dependent. Collum hoc sacra scripturam intellige, per quam ad nos diuine nuncia uoluntatis uerba profluunt. Bene ergo crines colli, cogitatus assiduus in lege Dei, ideo colli dicitur, quia omnis cogitatus tuus, omnis sensus tuus et intellectus tuus sacro non debet præiudicare sermone, sed ex eius præscripto pendere, & prodire ab ipso. Quod diuisi & quasi lacerati sunt crines tui, & nihil in se compositionis habentes, collo licet inherereant: non tamen placent spolio, nec eius cor uulnerant, non mouent affectum, nec gratiam merentur. Vtrumque exigit, ut coniuncti sint, & collo inherereant, & obtineant in se tam ordinem quam auctoritatem. Quid enim proficis si meditationes tuæ in lege Dei sint, & ipse in seipso sine lege sint? Sine lege sunt, quæ sine ordine sunt, & passim feruntur. In uno, inquit, crine colli tui. In collo, sacri sermonis auctoritas intelligitur, quæ cogitationes informat. Ordo autem in unitate. Bonus enim ordo ubi colligitur in idipsum, et feruntur in unum, & in unum illud quod non auferuntur. Vel ideo dicit, In uno crine colli tui, ut liberam et reuelatam significet sponsæ faciem. Crines enim pro uelamine habentur. Vult ergo in sponsa exuta & reuelatam faciem ad speculanda gloriam Dei, ad intendendum sine offensione oculo contemplationis. ideo commendat crines compositos, & reductos à uultu ad collum. Quid hoc in una singulariter intelligimus anima? Deriuemus hunc sensum ad ecclesiæ statum. Gratus est enim quod ecclesiæ commune est. Denique nihil sponso gratius cõmunitate, imò unitate credenti, & compage ecclesiæ. Multa bona in sponsa cumulauit preconium, quibus se delectat ostendit, sed nunquam sic expressit congaudentis affectum sicut hic, ubi & luminis & crinis commemorata est unitas. Quomodo non maximum erit eius gaudium ubi maximum conseruatur mandatum? Mandatum, inquit, nouum do uobis, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Oculi ecclesiæ, doctores sunt, quos qui tangit, tangit pupillam oculi Domini. Crines uero, plebs credenti. In utroque est sponso grata unitas. In hoc, inquit, cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Cõsensu duorum uel trium preces impetrabiles facit, quanto magis totius ecclesiæ in Christo consensus? Quomodo non impetrat unitas, quæ ipsum cor Domini penetrat? Vulnerasti, inquit, cor meum foror mea sponsa, uulnerasti cor meum in uno oculo tuorum, & in uno crine colli tui. Quid enim in toto muliebri ornatu plus allicit & afficit amatis affectum quam crines compositi? Sed quid conamur laudibus cumulare crines sponsæ ambizioso com-

Cant. 4.

Ioan. 14.

ibidem.

Matt. 11.

Cant. 4.

ptos &

2. Tim. 2.

Psal. 2.

2. Tim. 2.

ptos & collectos ornatur. Magis subest plangendi copia quam applaudendi. His diebus cernimus diuulos miseræ & laceros sponsæ crines, & inter se pugnare ecclesiæ plebes pro ecclesia. Cernis hoc & tu Iesu bone, & nihil te mouet ista diuulio, non te sponsæ tuæ uulnus tam graue uulnerat? Si unitas ad gratulationem cor tuum uulnerat, dissiidui ad cõpationem uulnerare te debet. Mouet te unitatis & uniformitatis dispositio: moueat te eorum, quæ unita fuerint, dissipatio. Diuisi sunt crines tui, et disparati ab inuicem, imò & contra inuicem. Vtrique à sponsæ collo pendere se iactant, & de proprietate gloriæ, à se diuellere tentant. Nouit Dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini: geminū hoc habens signaculū, ut Paulus loquitur. Immobiles manet sponsa ipsius inter impias manus undique conuellentium illam & lacerantium. Reges terre & principes conueniunt in unum aduersus Christum Dominum, & aduersus sponsam eius. Sed sponsa sponsum nouit, ut non sequatur alienum, sed ipsum. Non ignorat se ipsam, non ignorat cuius sponsa sit: ideo non uult egredi, nec abire post greges sodalium. Et si sodales fuerunt, iam quid non sunt. Exierunt à nobis, sed non sunt ex nobis. Quomodo sodales sunt qui amici non sunt? Amicus enim sponsi stat & audit & gaudio gaudet propter uocem eius. Iste uero non audit, nec gaudet ad uocem sponsi, sed magis ad uocem imperatoris Romani. Nisi (quod uerius fatemur) non tam gaudent quam timent ad rugitum eius. Sed nouit Dominus qui sunt eius, non qui sunt Imperatoris. Ideo moueri non possunt ad fremitum leonis, quia immobili diuinae notitiæ continentur signaculo. Bonum enim signaculū notitia Dei. Notitia que secundum propositum est, secundum quod uocati sunt sancti. Firmum est signaculū hoc notitiæ eius, quia nihil ei deperit. Non tantum non deperit ei nihil: sed ipsa saluandos parit, ipsa prædestinat, ipsa signat quos suos esse uelit. Geminū signaculum, diuinū propositum, & humanū studium: diuina prouidentia, & humana diligentia. Nam de diligentia subdit Apostolus: Et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. Vi de duas huius signaculi partes: unā diuinā tantum gratiæ, alterā & libertatis & gratiæ nostræ. Illam propositi, hanc adiutorij. Secunda hæc pars libertatis nostræ infirmū arbitriū dirigit. Nam prima prædestinando disponit. In prima qui sunt eius Dominus præuidendo nouit: in secunda nobis innotescit. Illa causa, hæc est illius effectus. Illud signaculū immobile est, hac probabile. Illud signaculum est, istud signaculi signum. Illa radix est, hic fructus: & à fructibus istis cognosces eos, qui nominant nomen Domini. Nā ipse in beneplacito suo nouit qui sunt eius, & ponit eos ut fructum hunc plurimum afferant, ideo dicit: Discedat ab iniquitate omnis qui non

minat nomen Domini: qui eius esse se dicit, non discedat ab unitate. Nec discedere potest quisquam illorum quos diuina formauit & firmauit notitia. Denique & capillus de capite ecclesiæ non peribit. Capilli enim eius omnes numerati sunt, omnes signati signaculo præcedentis notitiæ. Sine penitentia est ista notitia. Ideo firmū stat fundamentum. Domini habes signaculū, diuinū propositi adiutorij, & arbitrii nostri conatum. Isto qui ligant crines signaculo, non poterit eos quisquam rapere de capite sponsæ. In manu tua Domine, omnes crines sponsæ, & non rapiet eos quisquam de manu tua. Tene Iesu bone, quos tenes. & recolige quos nosti, & qui tuum se nouit, qui dicit, Domini ego sum: qui nominat nomen Domini, discedat ab iniquitate, accedat ad unitatem ecclesiæ, ad unitatem capitis & corporis, id est sit crinis colli, et crinis unus. Nihil sic sponsi cor uulnerat, nihil promouet affectum, & animū penetrat, quomodo unitas sponsæ, & ea ipsa inter diripientium seruata & quali solidata conatus. Episcopi religiosi proprias deserunt sedes, de ciuitate in ciuitatem fugiunt à facie persecutis. Deo deuoti & clerici & monachi tribulationibus, & contumelijs affecti, rapinam honorum suorum cum gaudio sustinent, cognoscentes se meliorem habere & manentem substantiam in unitate supernæ & ecclesiasticæ charitatis. Si enim omnem substantiam suam dederit homo pro charitate, quasi nihil despiciet eam. Quidam equidem libertatem ecclesiasticam communionis muneribus redimunt. Bona redemptio, sed uenditio turpis. Quid uedis quod ipse condemnas? Si schismaticos reputas qui à te separati sunt, non debueras precio inductus erroris sui illis permisisse licentiam. Si schisma reputas, cur libertatem eius muneribus ueditas? Si autem ecclesiasticam unitatem apud nos ueritas est, quid illam diuellere tentas? Si Petri sedem successione iure tenes, cur non Petri sententias uendas in eos, qui schismaticos arbitraris? Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem. Nunc uero dicit: Pecunia tua salua mihi sit, anima uero eat in perditionem. Quomodo enim non perditio hæc, ubi ab unitate corporis separatio est? Nec mihi, inquit, nec tibi sit, sed diuidatur. Ita & tu pecunias tollis, cum animas non potes. Tolle quod tollis, munera tolle tibi, animas ecclesiæ relinque. Nā & ipsa nisi animas non querit. Corporalia autem apud te bona spargant, ne bona animarum dispergant tecum. Qui enim non colligit cum ecclesia, dispergit. Signanter satis ait: Qui non colligit mecum, dispergit. Collectio namque unitatis rationem continet, sicut dispersio innuit separationem. Ecclesia cum sponso dicere nouit: Qui non est mecum, contra me est. Nihil medium relinquens, aut colligis cum illa, aut certe dispergis: aut cum illa es, aut contra illam. Tu autem dicere (ut aiunt) soles: Si non uis dispergere mecum, saltem non colligas cum illis. Si non es mecum

Cant. 8.

Act. 8.

1. Reg. 3.

Matt. 12.

es mecum, saltem non sis contra me. Sufficit si nec noster sis, nec aduersariorū. Sed non ita noster Iesus, qui ait: Noster es, an aduersariorū? mediū nil relinquens. Nunquid Iesu bone, non est refina in Galaad: Quare ergo non est sanata Domine, cōtritiō sponſe tue, uulnus & liuor & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo? Potasti Domine satis dilectā tuam uino cōpunctionis, quando oleo fouebis, oleo sancto tuo? Oleum autē peccatoris nō impingauit eam. Nam & q ex aduerso sunt, oleū habere iactant. Quid enim nisi oleum uenditant dum blandiuntur, dum pollicētur honores, dum munera proponūt? Oleum istud non sanat, sed magis scindit. Ideo sicut uinum eorum, ita & oleum eorum. Aequa lance pensanda sunt uerba & uerba eorum. Renuit consolari anima mea ab uberibus cōsolationis eorū. Ipsi enim sicut lamia nudauerunt māmās: lactauerūt enim catulos suos, nō ecclesie filios. Ecclesia enim māmās suas habet: idcirco in laudibus suis sequitur statim: Quā pulchræ sunt māmæ tuæ soror mea sponſa. Reuoca Domine Iesu filios tuos qui aberrant, ad lactis huius dulcedinē, ut ex ore lactētium perficias laudē, cum destruxeris inimicū & ultorem: ideo festina & eijce ad uictoriam iudiciū, ut habitent in unum qui inuocant nomen tuum, quoniā in hac unitate mandas benedictionē & uitam per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo XXXI.

Leniter sunt a nobis perstringēda nunc ubera sponſæ, quæ superius non uno in loco studiōsius pressa sunt, & nescio an ex toto expressa. Fortasse modō tacta, nouum aliquid nobis effundant. Quis non auidē & cum spe bona ad ubera currat, quæ sic sponſus laudare curauit? Hæc ubera sunt quorum nos Petrus quasi modō genitos infantes lac concupiscere hortatur. Et commēdatio præsens nōne uim quandam inuitationis uidetur obtinere? Quā pulchræ sunt, inquit, māmæ tuæ soror mea sponſa. Non est simpliciter & sine expressione laus tāta profusa, sed ipse pronūciationis modus admirationem & oblectationem proferentis demonstrat. Quæ tamē est huius ordinis ratio? Cur post oculum & crinem statim ad mammas sermonē deflectit? aut cur in illis unitas cōmendatur, in his commendatur pluralitas? Mihi quidem in capitulo superiori mentis quidam & cogitationum excessus ad Deum uidetur innuī, sobrietas uerō & temperantia ad paruulos in isto: ibi unum necessarium est, hic sollicitudo & sermo doctrinæ partiendus in plura. Ibi intemperantia feruidi amoris collecta in unum & cōstricta, & penetrans ipsum dilecti pectus sauciat, hic temperata doctrina, & sermo sobrius, lacteo quodam potu paruulos satiat. Vides quomodo nihil medium relinquit in laude sponſæ, sed cum Paulo

aut mente excedit Deo, aut cōdescendit nobis. Charitas enim, inquit, urget nos. Ad qd urget nos? Nūquid ad excessum? Non utiq; ad excessum, sed utiq; ad cōdescensum. Res illa est uoti, hæc obsequij. Illic intēperantis affectus sumus, hic contēperātis. Bonus ordo planē haurire ibi, & hic exhauriri. Primō ibi infundī, postea hic infundere; inebriari ibi, & hic inebriare. Bona uicissitudo talis, si tamē modō talis. Ordinatio ne tua Domine hæc uicissitudo perseverat, uicissitudo contēplationis & cōsolationis. An nō beatus cui omnia uite momēta in hoc decurrūt, ut uel Christo uulnera charitatis infigat, uel pietatis ubera porrigat subditis? Ego siquādo (si tamē aliquando) inebriatus ab ubertate domus tuæ Domine, distenta ubera inde reportare uideor, tot uarijs & tam molestis exiccant negotijs incurritibus, ut mox arētia reddantur, quæ prius eruditionis & gratiarū ubertim lacte rorabant. Felix quidē qui sancti interpellatione aliqua talia in se cōtinuat studia, ut uel ipsum (ac si ita dicam) sapiētis cor et secretariū penetret, aut ubera inde referat uoluptatis illius ubertate referta. Sponſa planē est quæ nouit huiusmodi uariare uices. Ideo in laude ipsius post cōtemplationis excessum, de cōsolationis & doctrinæ uberibus sermo statim cōtexitur. Quā pulchræ sunt māmæ tuæ: purus oculus, & pulchræ māmæ. Ille sponſo, & filijs spōsi. I. I. ideo unus dicitur, hic plures: quia uaria debet esse uberum tēperatura, pro sugentiū qualitate diuersa. Vide quomodo Paulus Iudæis factus est Iudæus, & ijs qui sine lege erant, quasi & ipse sine lege esset, infirmus infirmis. Nonne uelut tot applicat discipulis ubera, q in se tot transformatur genera? Quid aliud in motus est tēperatura tam multiplici, nisi ut leniter et lactis more teneris auditorum eius doctrina influeret animis? Tot uidetur abūdere māmīs, quot modis arte ingenio sa capacitati se infirmorum coaptabat. Factus sum, inquit, in medio uestri tanq; paruulus in medio paruulorū, quomodo si nutrix foueat filios. Et si uultis, duas uobis māmās maternę pietatis assignabo, imō idem ipse Paulus assignat, cum dicit: quia pietas ad omnia utilis est, consolationē habēs uite, quæ nunc est, & futurę. His uberibus geminis erga subditos abūdere debet qui doctoris & patris in ecclesia locū occupat, his muniri māmīs a dextris & a sinistris, ut q ei cōmissi sunt potētur a lacte & satientur ab uberibus consolationis eius. Harum alterā reputa sinistram, alteram dexteram. Sinistram in temporalibus subsidijs, dexteram in spirituali consolatione. Qui miseretur in hilaritate, qui trahit in simplicitate, qui iuxta apostolorum principem gregi commissio prouidet non coactē, sed spōtanē, mammam hic sinistram exhibet: & ecclesie promittitur in prophetia Esaię quod regū mamilla lactabit. Mamilla, inquit, & non mamillis,

mamillis, eo quod regum est temporalibus precipuē bonis ecclesiam fouere: hæc enim sinistra eius est, in qua sunt diuitiæ & gloria. De dextera quidem mamilla sic nos Paulus informat. Cōsolamini, inquit, pusillanimes, & cōsolamini eum qui huiusmodi est, ne abūdantiore tristitia absorbeat. Item: Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et (ut ita dicam) sunt qui sinistrā tantum mammā ex officio habent, sicut ijs, quos supra diximus, reges & principes. Et sunt quibus ex officij sui iure pendet dexterā maximē præbere mamillā, sicut sacerdotibus Domini & doctores, quorū labia custodiunt scientiā, & lex Domini requirenda est ab eis. Hi enim magis a subditis plebibus carnalia metunt, quibus spiritualia seminant. Qui uerō possessionib. cūctis renūciant, qui rebus temporalibus ualedicūt, se suaq; omnia monasterio tradētes & ex toto in ius abbatis transeunt, nullam sui sibi curam relinquentes decætero, tales utiq; gemino cōsolationis lactandi sunt ubere. Ideo neutro hoc carere debēt, qui talibus præfunt, ne mutilū & uelut truncatū uideant pectus gestare, una deformiter mamilla contentum. Qui uerō utroq; destituuntur, locum hunc in ecclesia & sibi damnose tenent, & quantū ad alios piculose, ne fortē lingua lactātis adhæreat palato, dum arētia sunt ubera matris. Peregrina est planē hæc laus ab illis in præsentia facta ad spōsam. Quā pulchræ sunt māmæ tuæ soror mea sponſa. Simulq; aduerte quod non omnes pulchræ sunt māmæ. Non est enim speciosa laus in ore peccatoris. Fili, inquit, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Vide quomodo quorundam ubera nō modō non uult speciosa haberi, sed uult suspecta. Idcirco ista cōmendat, ut bene noris ad quæ te debeas tutō conferre. Quā pulchræ sunt māmæ tuæ: meliora sunt ubera tua uino. Duo sunt quæ ponit in laude uberum istorum: pulchritudinem & uirtutem. Alterum conuenit amanti, alterum lactanti. Quid enim lactantis refert si pulchra sunt ubera, dum modo sunt ubera, & redundantia lacte salubri? Pulchritudinem ergo pro se commemorat, & lactis gratiam pro suis. Et si non ipse melius sapiens, pulchritudinē ad conuersationis uenustatē refert; ad doctrinā & eruditionem, quod refert in commendatione mammarū. Dulcius sugi, ubi uita uenustat sermonis uirtutem. Et si spirituale aliquid uis, & expressum de pulchritudine earū audire, ad mulierū te studia mitto, quæ corporei decoris & cultus & operam gerunt, & assecutæ sunt artem. Quid enim magis affectāt in ornatum pectoris, quam ne māmæ superexcrecant, & deformiter fluitent, & pectoris ipsius occupēt spatia? Ideo ex crescentes & fluitantes, fascijs pectoralib. stringūt, naturæ uitio arte medentes. Pulchra sunt enim ubera, quæ paululū supereminēt, & tumēt modico: nec elata

nimis, nec tamen æquata carni reliquæ quasi repressā, sed nō depressā: leniter restricta, nō fluitantia licenter. Hoc quidē exemplo qui uerba bona, uerba spiritualia debet proferre, mulierū imitetur & studia & industriam. Castigato utaq; sermone uerborū, non fluitent ubera, non sine lege ferātur, non pectus & quoddā secretarium mentis magis occupent q; ornent, non habeant plus materiæ q; gratiæ, non plus carnis quam lactis. Purus & prudens sit sermo pro tempore. Accedat huc pietas, & pulchritudinis numeros teneat. Non habeat plus oris q; pectoris, ne lactis fluxum patiat. Ex pectore debent ubera prodire, et inherere illi, nō ipsum cōuertī in illa. Ex abundantia cordis os loquatur, ex illa non totū effundat. Restrīgēda sunt ubera, ne nimis exuberent. Videas aliquos dum uerba consolatoria plus æquo sectantur, in uana deuolūt: & dum auditores longo pertesos silentio, & quasi quadam subtristes acedia exhilarare uolunt, petulantis lasciuia linguæ post utilia profluunt ad scurrilia, & modico frumētō multum zizaniorum aut præseminant aut superfemināt: loquūt placentiā, & doctrinæ panem in risum faciunt (sicut scriptum est) sed paulo post risum sine pane, sine pane uerbi salutaris. Non est adulterandum uerbū Dei, nec admixtione corrūpendum peregrina. Suis sit contentū uberibus, uberibus utriusq; Testamenti. Hæc tibi memoriter in pectore hæreant, hæc tibi consolatorium & quasi lacteum sermonē ministrēt, ista suggerāt quod alij sugant. De pectore tuo erūpant radicitus, ut nō sint affectata quæ dicis, sed de puro et precordiali prolata affectu, iuxta illud: Si uis me flere, plorandum est primō tibi ipsi. Compassionis & gratulationis affectus intus nascat tibi, sed per scripturæ sacræ uerba, ac si ubera quædam ad educationem audiētium profluat. Pudicē quidem, ut in reserua, & petulantia absit, & serenitas adsit. Ad pulchritudinem enim mammarum accedit si se paululum attollant, et tumeant modicē, tantum ut habeant authoritatis quantum fat est, austeritatis nihil. Ideo & uino meliora dicuntur ubera. Sic enim in laude eorum statim sequitur: Meliora sunt ubera tua uino. Uerba gratiæ, ubera consolationis, austeritatis & duritiæ, uino meliora sunt ac efficaciora, & accommodata magis ad commutandū tristes et exasperatos affectus, ad consulendum imbecilles & teneros. Facilius mouent, & fouent suauius. Verbum enim dulce, & mitigat inimicos, & amicos multiplicat. Dulce euangeliij uerbum, durum legis. Et uide quomodo uerbum dulce effera gentium corda conuertit, & quasi inundationē, inquit, maris quasi lac sugent. De Apostolis hoc dictum est sub typo Zabulon & Isachar. Hodie si quis amarus & turbidus fluit, non desperes. Adhibe ubera, in ista lac, fortē & ipse

Psal. 67. ipse cras lacteus fluet. Quis scit si non modica stilla totam massam conuertat: Dabit enim Dominus uerbum euangelizantibus uirtute multa. Sterilis & infirma est seueritas legis, & sine gratia precipit, & sine uenia punit, utroque ubere caret, inde uel praesignatione uel praefiguratione haec continet, sed in actu non exhibet. Memen-
Ibidem. to non legis, sed euangelij ministrum te esse, ministrum Iesu, qui in passione acetum, & in cena uini ueteris reprobauit acorem. Nouatianus non habet mammam ueniae, nec Pelagius gratia. Ille naturae inueteratae & corruptae bona praedicat, & ad iustitiam sufficere dicit: hic diuinae naturae bonitatem tollit, dum poenitentiam negat. Ille (ut sic dicam) reuocat poenitentes: hic non suscipit poenitentes. Vetustatem ille propinat: hic austeritatem. Non habet eius doctrinae gratiae lacteam nouitatem, nec huiusmodi dulcedinem. Parasti, inquit, Psalmita, in dulcedine tua pauperi Deus. Pelagius diues est, non eger hac dulcedine: innascitur ei, non paratur. Pelagius dicit, Non indigeo: & Nouatianus, Non indulgeo. Alter praedurus est, alter praediues: Para Domine, para in dulcedine tua pauperi tuo Deus. Tu para, tu para, & non nisi in dulcedine tua. Magna multitudo dulcedinis, quae de uerberibus tuis Domine fugitur. Quotiens post opus graues excessus ad ista accelsi, presis instantius: & quantam lactis expressi copiam, tu Domine nosti. Vbi abundauit delictum, abundauit & gratia. Sufficiebat mihi, ut diuitiae computarentur, si uel mererer ueniam: & ecce abundauit & gratia. Mammam presis unam, & utraque influxit ubertim. Ideo sponsa tua gratiae lacte potata, & satiata ab uerberibus consolationis, didicit & ipsa ubera magis praebere quam uinum. Meliora enim sunt ubera eius uino. Vinum uetustate accescit: ubera totum nouum, dulce totum effundunt. Denique & timor foras mittit, & charitas nunquam excidit. Hoc est mandatum nouum eius, semper recens dulcedo. Non potest amor esse, & dulcis non esse. Meliora ergo sunt ubera tua uino. Vinum non malum, sed ubera meliora. Meliora quidem sunt, mixturam tamen non refugiunt uini. Nam in sequentibus aliquanto post dicit: *Cam. 5.* Bibi uinum cum lacte meo. Melius tamen si bibat lac solus, & sine uino: quia in uino terror est, in uerberibus compassiois & gratiae lene blandimentum. Nam uinum licet in bonum ualeat & soleat accipi: hic tamen ex collatione uerberum aliquid durum & forte significare uidetur. Meliora sunt ubera eius uino: quia melior est dulcis et fraterna compassio, quam indignantis animi durus & immitis affectus. Quasi non habentes ubera Paulus notat, quos sine affectione uocat. *Rom. 1.* Non potest in humano pectore uerberibus carere pietatis sponsa sponso suo adhaerens. Ipsi enim mons uber, mons in caseatus, mons coagulatus, mons pinguis, Quomodo de tanta lactis copia

nil sponsa capiat, cui beneplacitum est in hoc monte habitare? Esti in hoc monte sine intermissione habitare nondum possumus, recurramus frequenter, ascendamus, inebriemur uerberibus. Sic enim scriptura habet: Vera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. Videte ad quem sensum uerbum interpretationem deflectat, ad ebrietatem & oblectationem amoris. Quid necesse est diutius in quarenda uerberum ratione morari? magis uero quaramus ipsis inebriari. Meliora enim sunt ubera uino, quia melior est misericordia super uitas, melior est amoris affectio quam afflictio carnis, & lacteus potus spiritualis nouitatis, compunctionis uino. Ibi enim ostenduntur & gustantur dura, dum uetus homo repellitur & destruitur: hic in nouitate uitae, diuini fauoris lactea capimus blandimenta, nec fugae, sed refugij significationem. Bonum quidem uinum, sed ubera dulciora. Bona compunctio, sed melior unctio. Odor enim unguentorum tuorum super omnia aromata. Iam studia uestra ad audiendum redintegrita uideo. Auiditatem uestram excitauit odor unguentorum sponse. Indiscreta quadam odore uisus hodie uerberibus superaddi: date inducias usque mane, hodie sufficiat ubera, crastino accedemus ad unguenta, eo uotis nostris praestante effectu, qui uerberum & unguentorum sponse suae & commendator est & dator, Iesu Christo, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo XXXI.

EXiguum est mihi olei & unguenti fratres, & uos hodie uasa afferitis tanta, tam uacua. Nec ducatis ad iniuriam, quod uacua uasa uestra dico. Ego non inania per hoc, sed magis capacia uolo intelligi, eo quod uacua & idonea sint uobis ad capiendum ingenia. Quis ista implere sufficiat? Attenditis ad unguenta sponse quanta sit illi aromatum copia, quasi non & instrumenti habenda sit ratio, per quod ad uos manare debent? Copiosa quidem materia, sed nihilominus attendite quid minister queat. Fiat quod uultis, non causabor inopia, ne uos me non obseruatae sponsonis incusetis. Instillabo modicum quod habeo olei uasibus ingentibus, atque utinam alii quis Helisaeus iubeat, cuius uirtus nostro pro uetum bonum conatum tribuat, Quid ergo? Nonne hic multi alsident Helisaei, multi prophetae, aut certe filij prophetarum? & hi omnes iubent: & si merita inferius essent, numerus ipse magni unius alicuius poterat uicem supplere. Instillabo ergo aliquid de reliquijs unguentorum. Nam ipsa in capite libri copiose & sufficienter effusa meministis, & forte sex illorum nondum est exinanita. Nunquid & ego modo sum exhaustus, rus illam? Ne speretis id a me, nec enim praesumo. Fertis apud sponsam est unguentorum apotheca. Non est quod dicatis: Exhausti, exinanite

Dicit. 37. nite usque ad fundamentum in ea. Utinam contingat mihi in hac fece intingi in oleo, sicut scriptum est de Aler. Fratres, si non meremur in olei dolium, in unguentorum copiam, cum euangelista Ioanne immergi, si non meremur tam uerberem unctioem, nunquid desperabimus uel intinctionem, nunquid saltem odorem? Nam & odor hic tantum commendatus est: & odor, inquit, unguentorum tuorum super omnia aromata. Vera profunt ut crescas, unguenta ne deficias. Meliora sunt ubera tua uino, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Et ut hodiernum capitulum cum hesterno copulemus, dicamus ubera tenerorum esse, unguenta fortium. Vera profunt ut crescas, unguenta ne deficias. Meliora sunt, inquit, ubera tua uino. Conferamus inter se ista tria, uina, ubera, unguenta. In uino ueteris hominis defectio, in uerberum noui refectionio, in unguentis quaedam delectatio. Vno carnalis sensus inebriat, & sopitur, & obruitur, ubere nouus nutritur, unguentis adulus delicitur. In primo homo uetus conficitur, in secundo nouus efficitur, in tertio iam appropinquas ad perfectionem ineffabili laetitia afficitur. An non ordo bonus ut de refectione ad delectationem accedas, post lactis primitias ad unguentorum delectationem: Et a principio cantici huius utraque ista unguenta & ubera, & commemorata & copulata sunt in praeconijs sponsae. Nec exigua horum gratia, quae totiens replicat in laudem dilectae, non contentus commemorasse semel. Nonne delectatum putas laudibus istis, quas tanto affectu, tam frequenter receserit? Est & quod ad te trahas de tanta sedulitate iteratae laudationis: inuitationem tuam puta hanc iterationem: curre et tu in odore unguentorum istorum, imo cura magis ut haec in te unguenta redoleant, ut & tu audire dignus sis, quia odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Nec tantum semel hoc audias, sed iterato has tibi laudationes os dilecti loquatur. Recetia in te sint & quasi noua semper unguenta, non arescant, non exsiccantur, non exinaniantur. Oleum exinanitum nomen dilecti, sed uide ut exinaniat usque in te, non exinaniantur a te. *Cam. 4.* Bonum est si cum sponsa inchoes ab unguentis: sed non bonum ut consummeris in unguentis. *Gal. 3.* Alioquin tibi dicit Paulus: Cum spiritu ceperis, nunc carne consummaris. Bene ungeris, si spiritu ungeris. Ideo sic ungere, ut caro in te immutetur propter oleum. Oleum non immutetur aut in uas propter carnem. Oleum imo & unguentum non de capite tuo discedat, sed exuberet & descendat usque ad pedes: quia utraque in Christo Iesu non tam uncta quam perfusa sunt unguento. Intret oleum interiora tua, ipsi imbiba affectibus, ut carnalitas omnis in te mutetur propter oleum. Erit enim quando & caro immutabitur propter oleum. *Psal. 44.* Vinctus est & perfusus oleo laetitiae praeconijs suis. Ideo solus ante resurrectionis tem-

pus dicere potuit: Caro mea immutata est propter oleum. Iure anticipauit communis horam immutationis caro immunis a carnalitate. O hora optabilis, o dulce unguentum, quando & per quod caro dissoluta ascendet in incorruptionem. Nam ante illud fletum quod nisi descendat in corruptionem? Vidistis hesterno die, fratres, aspexistis lachrymabilibus oculis carnem miseram commutatam, carnem descendente de corruptibilitate in incorruptionem. Et quidem satis lente & cum mora descendente, nec posse penitus corrumpi. Videbatur uelle corpus quod occupauerat haereditate possidere ipsa corruptio: & ne delineret putrescere, non sinebat perputrui. Cohibebat uires quasi nollet substantiam celeriter consumere, ut diutius inficere posset. Nam cum fuerit caro redacta in puluerem, quid habet ultra corruptela quod faciat? Omnis caro fornum, & omnis gloria eius quasi flos foeni. Exsiccatum est foenum, & cecidit flos. His uerbis Propheta uelocitatem defectiois expressit, qua facile caro florida, & uitali pubescens calore, & roseo colore pulchra, sed de terra succisa uiuentium, exsiccatum quidem subito, sed non computrescit tam cito. Ergo foeni collatione celeritatem subitae commutationis ostendit, non lentae & putridae corruptionis expressit horrorem. Videres in illo cadauere ossa quae tecta fuerant, quaedam denudata, quaedam quidem adhuc non tam tecta quam polluta, & inuoluta putredine. Grasa sabatur in carne misera longa corruptio, & attingens a fine usque ad finem fortiter, miserabiliter dissipabat omnia. Poteram & ego dicere, Dissipabat omnia carnis eius, eo quod dissipatio uirtuti diuinae dispositionis seruiebat. Misera commutatio, sed pulchra ratio qua Deo placuit ut carnis gloria non nisi per putredinem deducatur in puluerem. Sauiat mors, seuiat & grassetur ipsa corruptio in carnem humanam, depopuletur eam quantum potest, deducat eam primo in saniam, deinde in cinerem. Nam hucusque potest & non amplius quam in puluere deducere, scilicet carnis gloriam. Non ad nihilum consumere ualet carnis substantiam, nec penitus consumere, nec perpetuo possidere. Donec ateratur coelum, non confurget, sed tamen tunc confurget. Tunc enim effundet Dominus de spiritu suo super omnem carnem: tunc caro sanctorum erit immutata propter oleum, eo quod spiritus Domini unxerit eam. Omnes enim resurgemus, sed non omnes immutabimur. O quanta uirtus unguenti illius, a cuius facie corruptionis tam uetustae iugum computrescit, & caro quae consumpta fuit a supplicijs, reuertetur ad dies adolescentiae suae, adolescentiae quae non discedat alia aetate succedente. Efficax omnino unguentum per quod tam inueterata sanabitur contritio, & tam annoxa sanies in sanitatem incorruptibilem conuertet. Ecclesiae proprium est hoc unguentum, ideo Christiani

LLI dicuntur

dicuntur filij eius a sponso suo Christo, id est un-
cto. Et iam accipimus hoc unguentum in bap-
timate. Sed sicut ibi operatum est ad sanctificatio-
nem, ita & in fine temporum operabitur ad glorio-
sam illam immutationem, quando caro immutata
erit propter oleum. Quis scit si non interim morbus
sintatur deservire, ut ex uolentia morbi uirtus de-
claretur remedij? Bene ergo unguenti huius o-
dor commendatur, eo quod gratiam eis ac si de
longe adhuc odoramus. Quod aliud dabis anti-
dotum tam efficax ad mitigandum omnem men-
tis que potest accidere desolationem, quam quod
fidissima spes est resurrectionis futuræ, & felici-
cis illius commutationis? Non habet doctrina
gentilium resurrectionis credulitatem, & Iude-
orum traditio non tenet qualitatem. Illi non cre-
dunt, isti minus plene; sed parum pure de spiritu
ali resurrectionis gloria, & angelica similitudi-
ne sentiunt. Gentiles unguenti huius odorem non
trahunt. Iudæi quidem non ipsum & proprium,
sed nescio quem alium & adulterinum pro eo.
Apud solam ecclesiam unguenti illius odor &
integer & proprius existit. Ideo odor unguento-
rum eius super omnia aromata. Bona unguen-
ta impassibilitas & patientia. Per illam caro re-
suscitata lædi non poterit: per istam mens pia inter
prouocationes & iniurias illæsa consistit. Per istam
quieto & incuncto iure carnis nostræ ter-
ram hereditate possidemus: per hanc uero ipsam
animam. In patientia, inquit, uestra possidebitis
animas uestras. Ipsa patientia quid aliud est, nisi
si uelut quidam futuræ impassibilitatis odor? Illic
mala nulla inferuntur: hic uero patientiæ bene-
ficio, ac si unguento quodam mitigatorio, e-
tiam que illata sunt non sentiunt. Efficax et utile
omnino unguentum, quod inter carnis uexationes
animum ab iniuria tuetur, & continet ne fa-
tiscat, ne deficiat, ne labore. Ego utilitatem un-
guenti huius prædico, tu forte uoluptatē queris.
Ne in hoc quidem deero, & adhuc uobis excel-
lentior unctio demonstratio. Omne gaudium
inquit, existimate fratres, cum in tentationes ua-
rias incideritis. An non tibi uidetur excellenti-
ori unguento perfusus, qui nouit in aduersis gau-
dere, quam qui didicit in ipsis non contristari?
Minus enim est quo dolor excludit, quam quo
læticia suadetur. Denique & inimicos non modo
tolerare, sed amare iubetur sponsa Christi. Dili-
gite, inquit, inimicos uestros. Bona ergo eius
unguenta, quæ in tristibus læticiam redolent, &
hominibus dilectionem præstant. Dilectio enim
maior est omnibus sacrificijs & holocaustoma-
tibus. Ideo odor unguentorum tuorum præcellit
omnibus aromatis. Bonum planè orationis a-
roma, bonum incensum. Sed audi quid euange-
lium præferat. Si offers, inquit, munus tuum ante
altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus
habet aliquid aduersum te, dimitte ibi munus
tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri

tu. Aduertis satis quomodo unguentum recon-
ciliationis aromati præfert orationis. Quid est
reconciliatio, nisi iterata animorum disidentium
concordatio? Et de conciliatione & charitate fra-
terna dicit tibi psalmus: Ecce quam bonum &
quam iucundum habitare fratres in unum. Hec
est excellentior uia iuxta Paulum, & alijs maior
charismatibus, quam odor unguentorum cunctis
aromatibus. Unguentum hoc descendit de capi-
te in barbam & oram uestimentum. Christus enim
caput nostrum prius dilexit nos, ut nos diliga-
mus eum. Ideo & sponsa se currere dicit in o-
dore unctiois, id est, in æmulatione dilectionis.
Non dicit unguenti, sed unguentorum: eo quod
gemina sit dilectio. Una qua diligimus ipsum,
quoniam ipse prior dilexit nos. Alia qua diligi-
mus inuicem, sicut & ipse dilexit nos. Vtriusque
dilectionis habemus ab ipso & exemplum & do-
num. Ipse enim dilectionis & uiam monstrat, et
ministrat uirtutem. Ideo scriptum est: In odore
unguentorum eius curremus. Ipsa connectio &
suauitas, & amor patris, et filij, & mutua cõple-
xio per spiritum amborum, non ne grato nos
odore perfundit, & ad similem nos inuocat æmu-
lationem, ut & nos unum simus, sicut & ipsi unum
sunt? Felix quidem qui sequitur & currit in o-
dore charitatis illius, suauitatis illius, dilectionis
illius, unctiois illius. Ipse enim spiritus utroque
quali peruenit, quos tanta amoris dulcedine con-
iungit. Imitemur unctioem istam, curramus in
eius odore. Diuina illius & essentialis unitatis
æmula est, & quasi imago fraternæ charitatis, &
quædam uelut umbra unguenti illius & dulce-
dinis & amoris mutui. Ecce enim quam bonum
& quam iucundum, habitare fratres in unum.
Sicut unguentum in capite quod descendit, & c.
Atque utinam de capite nostro, quod sursum est,
quædam unguenti istius in nos umbra descen-
dat, ut & ipsi audire mereamur, quoniam odor
unguentorum tuorum super omnia aromata.
Percurre animo uirtutes reliquas, usum & ope-
ra singularum recense: nihil in illis tam suauiter
redolet quantum pura de corde charitas. Quem
odorem tibi spirent ieiunia, quem odorem ele-
mosynæ, si in illis charitas non pollet? Castitas
ipsa & tolerantia passionum si non fuerint cha-
ritate condita, quid tibi suauis odoris refundent?
Si tradidero, inquit Paulus, corpus meum ita ut
ardeam, & quasi aroma incensum liquefaciam to-
tus in igne, charitatem autem non habeam, nihil
mihi prodest. Non potest gratis suscipi, quod non
cum gratia offertur. Charitas radix est, quasi ra-
mi uirtutes cæteræ de illa pullulant, & ideo pin-
guedinis illius participes esse debent. Quid pro-
dest ramus in bona oliua, si non in eo sentitur ra-
dicis pinguedo & gratia? Ita quidem nec uirtu-
tes, nec opera uirtutum, si non in eis charitatis
& dilectionis uirtus redolet. Maria cuius etiã
modò tibi nomen de euangelio sonuit, quid in
ea aliud

ea aliud quam dilectio redolet? Dimissa sunt
ei, inquit, peccata multa, quoniam dilexit multum.
Bonus huius unguenti odor, cuius gratia uete-
ris corruptelæ fetorem deleuit omnino, & totam
ecclesiæ domum suauitate grata perfudit. Dum
esset rex in accubitu suo, nardi pyssici alabastrum
confregit, & effudit super caput recumbentis.
Et nardus illa dedit & adhuc dat & in finem se-
culi dabit odorem suum. Bonum in ara peccatoris
sui Christo Domino incendit aroma, ac si un-
guentum exinanitum cor eius liquefactum flam-
ma charitatis. Sepulto Domino, uide quam offi-
ciosa, quam sedulo monumentum frequentat.
Ita redit, uidet angelos, apostolos inuitat, abe-
untibus illis non abiit illa. Ardens est, inquit, cor
meum: desidero uidere Deum meum: quæro et
non inuenio eum. Nonne tibi anxietas ista que
rentis, eximia quoque dilectionis uideat odorem
spirare? Hæc uerba dum eius memoria cantant,
nonne qui cantant & ipsi quoque inflammantur?
Denique & ipse Iesus qui desideratur, unguenti
illius fragrantiam odorat, & quasi currit ad illam
in odore uehementis amoris. Quidni ad cogna-
ta libenter recurat unguenta? Quali in matuti-
no festinat ad illam, & surgens mane prima sab-
bati, primo apparet Mariæ, & ungit eam oleo
lætitiæ præ confortibus suis, dum se iam resur-
rexisset manifestat in gloria. Iam aromata illius
in unguenta conuertit, & desideria eius in dile-
ctionem commutat. Aroma mihi uideretur offer-
re, qui orat & optat. Tunc autem unguento per-
funditur, cum eius quem amat, potitur copia:
cum presentia delectatur. Bonum quidem ora-
re & desiderare Dominum, sed amare & habere
& frui, melius. Et (ut ita dicam) cum non ha-
bes, bonum est mendicare, sed melius mandu-
care. Si potes absentem amare, quanto magis cum
ades, cum copiam sui indulget, cum experien-
tia dulcis alimenta ministrat amoris? Tunc enim
& spiritalis & profusus ungitur anima, cum
illi qui unctus est spiritu & uirtute, arctius iun-
gitur. Tunc præcipue dilecto placet, tunc suauis
redolet, cum tota fuerit in ipsum transfusa, cum
adhærens illi uni, oris fragrat unguento, unguen-
to illo quod de sponso redundat in sponsam. Iu-
cundè omnino & suauiter redolet cohabitatio
ista in unum, sicut unguentum in capite quod de-
scendit, & c. Ideo odor unguentorum eius sur-
per omnia aromata. Et si unguenta etiam ipsi
spõsæ alia sint: nulla talia sunt, quale illud, quod
descendit in ipsam, hora hac maxime qua dile-
cto coheret, quando inter eius ubera moratur.
quando cubat in secretario cordis. Denique quan-
do rex est in accubitu suo, tunc nardus sponsæ
spargit odorem suum, odorem bonum super om-
nia aromata, odorem sponsæ, magis uero odorem
sponsæ. Ipse est enim dilectæ sue unguentum,
ipse est odor: nam ipse in dilectam sua complacet
sibi, ipse redolet, Atque utinam unguentum hoc

de capite nostro non discedat, & odoris eius fu-
mus ascendat de cordibus nostris in secula se-
culorum. Amen.

Sermo XXXIII.

Les ista Dominica resurrectionis annua
celebritate solennis, de unguentis repetito
tractatu me compellit instaurare sermonem. Ve-
niunt hodie mulieres cum aromatibus, uenit &
Nicodemus ferens mixturam myrrhæ & aloes
quasi libras centum: Maria Magdalena ipsa pre-
uenit ungere corpus Iesu in sepulturam. Vide-
tis quanta mysteria celebrantur in unguentis.
Magna mysteria, & quis ad ista idoneus? Quis
digne unguentorum assignabit distinctionem,
proprietas exponet? Disputatio hæc experi-
entis est, non coniectantis. Non est enim facile
cuiquam de unguentis tractare, nisi quem ipsa
docuerit unctio. Hodie unctus est Dominus o-
leo lætitiæ præ confortibus suis, non tamen sine
confortibus suis. Quomodo enim confortis est
qui non congratulatur, non congaudet, qui de
surgente non confurgit in nouam læticiam? Op-
portuna quidem occasio de unguentis uobiscum
differere, sed multo magis opportuna unguentis
redolere. Vos exigitis a me sermonem, & ego a
uobis unguentorum odorem depono. Qua ra-
tione cum sanctis mulieribus Domini Iesu fre-
quentatis monumentum, si nullum spirituale de-
fertis, ad illud unguentum? Caro Dominus hodie
gloriosè est immutata propter oleum. Nonne
condignum uidetur ut corda nostra immutentur
& conuertantur in oleum spirituale, in oleum
exultationis & lætitiæ? Institueram de unguentis
sermonem, & ecce disputatio nostra hæsit in o-
leo. Et quid oleo cum unguentis? Multum quidem,
& si non per omnem modum idem est, accedit
tamen ex parte aliqua & assimilatur eis. Oleum
enim quamuis non fragrat, mitigat tamen: non
bene olet, sed bene ungeris ex eo. Hic autem non
tam unctioem quam odorem commendat in
unguentis sponsæ. Et odor, inquit, unguentorum
tuorum super omnia aromata. Non omnis ani-
ma odoriferis abundat unguentis, sicut & mu-
lier illa in Regum libro loquitur ad Prophetam:
Non est in domo mea nisi paululum olei quo tri-
gar. Non habet hæc mulier unguenta odorife-
ris speciebus composita, sed oleum ad unctioem
simplex et exiguum. Maria Magdalene non legis,
sed euangelica mulier unguentum defert nardi
spicati preciosi: nec exiguum, sed libram inte-
gram. Et ipse Simon redarguit a Domino quod
nec oleo quidem caput eius perunxerit, cum il-
la caput eius perfudit unguento. Vides quomo-
do unguenta oleo præferuntur, & odorifera un-
guenta? Nam præter hoc quod unctiois habet
effectum, quodam odoris spiritualis beneficio præ-
rogat. Unctio quidem parior est, sed fragrantia
se diffundit in plures. Etiam qui solus ungitur,
non solus odorat. Virtus est communis, in om-
nes se

nes se spargit. Ergo unctio tibi, odor & alijs & tibi. Bene ungitur et bene redolet qui diligit bona coram Deo, & prouidet bona coram hominibus. Philipp. 4. Gaudete, inquit Paulus, in Domino semper, & iterum dico gaudete: modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Gaudete ad unguenta modestiae. Notitia referto ad odorem. Audi quomodo 2. Cor. 2. ipse Paulus odorem ad notitiam trahit. Et odorem, inquit, notitiae suae per nos manifestat in omni loco. Bonum ergo unguentum, & bonus odor spiritualis in Domino exultatio: & modesta exhibitio, latitatio & notitia. Bene ungitur, cui Dominus in conscientiae interioris gaudio placet, qui delectatur in ipso: & bene olet qui cum Paul. 1. Cor. 10. lo omnibus, per omnia placet: & non placet nisi in Domino: in cuius modesto habitu, discreto opere, sermone docto, interioris alacritatis et gratiae fragrant unguenta. Bene ungitur qui gloriatur in Domino: & bene olet, per quem Dominus glorificatur coram hominibus. Et ipsi qui redolent, odor suus suauiter fragrat, si non gloriae se ipsum commendari, sed per se Dominum. Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Vultis ut inter unguenta & aromata differentia uobis assignetur? Ipse ergo sermo cantici distinguere uideatur, non reprobans aromata, sed unguenta proponens. Quantum ergo in consimilibus & coniunctis rebus inuenire distantia possum, unguenta uideri possunt dona gratiarum quae in spiritu sancto conferuntur: aromata uero ipsa officia, quae deuote referuntur. In operibus & in officiis honestatis quaedam naturalis species grata est, in unguentis gratia spiritus. Dominum Iesum unctum spiritu & uirtute, ita & sponsum eius in hoc deicitur assimilari, ut & ipsa spiritus et uirtute ungas. Bona quidem sunt aromata uirtutum, & per se redolet uidentur, sed cumulatior gratia fragrant cum de unctione spiritus suauitatis aspergunt odore. Opera ipsa & uirtutes cum his quae foris sunt communia nobis esse possunt, unguenta non possunt. Denique et si per sese pulchra sunt, plus placent cum procedunt de spiritu. Quomodo uidentes opera bona glorificant Deum, nisi quia intelligant quod ipsum opus bonum & a Deo uenit, & ad ipsum uadit? Si qua sane in me bona sunt, gratiora mihi quidem inde sunt cum deputant gratia Christi: cum eius in me unctio commendat: cum spiritus redolet, magis quam cum naturalis arbitrii praedicta facultas, aut fructus industriae. Denique sine unctione spiritus, & natura liberata destituit & uirtus ueritate, & opus merito. Nam sine gratia spiritus & fide Christi, & uoluntatis conatus effectu caret, & uirtus quae uideatur succata est, et opus aeternae mercedis non acquiritur fructum. Ideo odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Etenim qualiacumque aromata fuerint non mere suauitatis spargunt odorem, nisi cum in eis spiritualis gratia redolet & reddunt unguenta. Vultis ut aliquod uobis unguentum pro-

ponam, cuius odor super omnia ecclesiasticorum donorum excellat aromata? Quis odor in ecclesia suauiter fragrat odore misericordiae & remissionis? Quamtu currerunt in odore unguentum istius, & per hoc Christo comparati & adglutinati sunt? Bene redolet quod ueteris corruptelae & peccati ab antiquo inolitum sub momento delet foetorem. Mulier illa quae erat in ciuitate Maria nomine, Luc. 7. quae foetida erat quando accessit ad pedes Iesu in domo Simonis leprosi: Quamtu ipsi foetebat Simonis, qui praesentiae eius non sustinuit horrorem portare, quae foetida, inquit, accessit ad Iesum: & ecce iam in toto mundo & poenitentiae & dilectionis & gratiae, quam reportauit, spargitur odor. Non est fera gratia Christi, in ipso conuiuio, quo mulier haec Domini pedes rigauit, terxit & perunxit, et lota & extersa & peruncta est, & ipsius Domini testimonio pharisaeo praefertur. Non est enim parca clementia Christi, nec pigra quidem: plus respondit, & sub hora respondit. Quid mirum, si poenitentia occurrit indulgentia, ubi ad patientiam poenitentia adducit? Mulier illa deprehensa in adulterio, & relicta in medio, uide quomodo clementiam Iesu redolet, quae moechiae culpa prius foetebat. Reuolue euangelium, ubique Iesum inuenies, & citum & copiosum ad ueniam. Denique et si quadrivianus mortuus est, & publicati criminis fama iam foetet: ubi Iesus euocat, & educit de tumultu prauae consuetudinis, ubi Iesus soluit, & remissionis infundit unguentum: statim a facie eius fugit omnis foetor antiquae putredinis. Quis enim retractabit quod non imputat Dominus? Quis tenebit errata quae ipse remittit? Non potest male olere, quod ipse abolet. Domine, inquit Martha, quadrivianus est, & iam foetet. Erras Martha, Iesus non tam fugit foetida, quam solet ipsum foetorem fugare. Exemplum dedit ecclesiae suae, ut quemadmodum ipse fecit nobis, ita & nos inuicem faciamus: haec illi reliquit unguenta. Quamtu desperantes semet ipsos tradidissent in munditia & avaritia, omniumque uirtutum precipites se dedissent in gurgitem, si non medicaminis huius retraherentur odore? Tribularer, inquit, si nescirem misericordias Domini, misericordias in capite, & misericordias in corpore eius, quod est ecclesia. Nam & ipsa accepit a Domino, quod & filijs tradidit: ipsa, inquam, accepit misericordiam in munere, ipsa etiam in mandato, ut sit ministra miserationum. Bonum quidem misericordiam ministrare, sed melius misereri. Misericordiam, quam debes ex loco, ex animo solue. Exprime in te Christi affectum, cuius officium & uicem suscepisti. Minister es eius qui diues est in misericordia. Noli in alieno praedurus inueniri. Ergo conseruis tuis unguenti huius mensuram in tempore. Si in alieno infideles estis, quod uestrum est, quis dabit uobis? Affectus tuus sit misericordiae: nam Domini est effectus uenia. Qui Iesum conscientiam gestat, tectum uulnus sub pedore

ore: tunc se tibi committet, si penes te unguenti huius odorem praesentierit. Si sciretis quid est, Misericordiam uolo & non sacrificium, nunquam commiseris innocentes. Non sicut Domine, non sic, non modo non innocentes: sed ne nocentes quidem condemas, sed emendas eos. Emendabit, inquit, me iustus in misericordia, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Distinguit hic Psalmista inter oleum & oleum: inter oleum adulationis, & oleum miserationis. Illud demulcet & sauciatur, istud demulcet & sanat. An non tibi super omnia aromata bene redolet unguentum per quod uniuersa delicta tam facile delentur? Filius ille iunior in se reuersus, unguenti huius uberem copiam odoratus est in patre de regione longinqua: & inter greges porcorum patris eius coepit fragrare demencia: ideo attractus est, & currere coepit ad patrem in odore unguentorum eius. Vide facilem, uide profluam Domini Iesu gratiam: cum poenitente filio gaudere eum oportet et epulari. Manet in domo Zachariae, publicanum indisciplinatum asciscit, & cum Lazaro post tumultum instaurat conuiuium. Quibus propitiatur, impropere ne scit: dimidia uti non nouit clementia: familiaritatis in gratia suscipit quibus, indulget. Bonum ergo misericordiae unguentum, quod peccata remittit, praue nit merita, comitatur, accumulatur, super omnia fragrat aromata, eo quod omnis ecclesia sanctorum plus misericordia quam meritis nititur. Denique remissionis unguentum ultimum sacramentum. Unguentum hoc et peccatoribus & iustis commune et comodum est, nam sunt alia quaedam specialia sanctorum, & solis ipsis accommodata. Sunt enim unguenta quae sanant: sunt unguenta, quae fouent: sunt unguenta quae sanctificant, sunt quae delectant. Et prima quidem aegritudinem depellunt, secunda tam sanis conferunt, alacritate tertia sanctificant in opus ministerij, sicut regium, & sacerdotale unguentum, quarta non iam in opus sunt, sed in oculum non in administrationem, sed in amorem, sed in gloriam, sed in delicias, sed in usum sponsum & sponsam. Bonum est comorari in unguentis: sed quoniam alibi satis disputatum est super unguentorum distinctionem, unguendi modos nunc breuiter distinguamus. Alij tanguntur, alij asperguntur, alij inunguntur, alij perfunduntur. Relege pentateuchum, euangelium reuolue, & diuersitates istas unguendi, quas corporaliter & exterius factas aduertis, ad mores deflecte. Non ego nunc de natura unguentorum, sed de mensura ago unguendi: & alij quidem semel, alij saepius, alij semper unguenta frequerant. Bona quidem copia, si assit & gratia. Neutra deesse uidetur in unguentis sponsam, nec suauitas, nec ubertas, quorum odor omnia aromata superat. Ad ecclesiam generaliter haec laude deriuauimus, ad specialia aliquam in ecclesia personam declinamus sermonem, quae singulari quodam modo amoris & familiaritatis beneficio sponsam debeat nomine ceteri, in qua non modo necessitatis, sed

dignitatis & uoluptatis ubertim unguenta aspirant. Non hanc crediderim ego sacro unguine uel tactam in parte, uel resperfam per partes, sed resperfam & perunctam abundantius in sponsi delicias. Copiose penes hunc sponsum aromatum cellae eructantes ex hac in illam, sicut regales oportet habere diuitias. Sed credibile est excellentioribus reginam unguentis redolere. Nihil tamen nobis de uirtute unguentorum exprimitur, praeterquam quod solus odor commendatur in ipsis. Non eloquitur quid efficiat unctio, delicias solas memorasse contentus, & eas delicias quae spiritualiter magis charitate accedunt. Unctio solo tactu sentitur, cum fuerit carni resperfa. Odor uero tactu diffugiens, tantum spiritu sentiri se patitur. Et unguenti quidem liquor sensum in interiora liquatur: odor uero cum omni facilitate superiora petit, cerebro illabit: sensum sed dum occupat, recreat. Multo ergo subtilior & sublimior, multo magis unguentorum est odor quam liquor. Et in blandimento sponsae magis delicata & magis accommodata spiritualibus oblectamentis, & seculitiae minus habentia oportuit commemorari. Aliae unguentis & oleo indigent, ut motus carnis aut mitigent aut immutent. Haec autem iam non in carne, sed in spiritu (ut Domini sponsam decet) spiritualibus, abundantat delictis. Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Et si solus odor commemoratur, forte non solus operatur: operatur & unctio. Qui sunt Christi, ait Apostolus, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Ubi unctio est, non uidetur crucifixio necessaria. Illa mortificat, & haec immutat. Et quidem crucifixio doloris sensum habet, unctio lenitatem. Suauis unctio est & efficax, tamen quae sine laesione oleo exultationis & laetitiae a corruptione carnem illaeram conseruat, corruptionem aufert, & cruciatum non importat. Domini Iesu passionem unguenta praue nitunt, unguenta subsecuntur: ut discas & tu carnis tuae (si quis est) cruciatum, unguentorum exuberantium perfusione lenire. Bis unctus est, ut crucis non sentiret iniuriam, & resurrectionis suae nouitatem consequeretur, & ut quasi per hoc sacramentum spiritualis unctio gratiam commendaret. Bonum ergo unguentum cuius (ut sic dicam) liquor carnem immutat, & odor spiritum recreat. Et ut summam hanc recapitulemus, unctio est mentis exhilaratio & exultatio, odor est ipsa oratio. Unctio spiritualis laetitia, odor quaedam eorum quae animo gestantur, exterior per famam notitia: unctio interna delectatio, odor quaedam de gaudiorum experientia desiderium suauiter profluens. Ideo odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Omne enim orationis incensum & desiderij uehementiam excedit, desiderium illud quod de caelestium blandimento gaudiorum gignitur, & concupiscentiam, quae de spiritu unctio quasi suauissimus quidam odor ubertim exhalatur. Bonum hoc desiderium quod

uim habet orationis, & nō habet afflictōis molestiam. Sponsa hęc, cui priuilegiū hoc unguētī & odoris deferatur. Quid mirū, si præcellentiū redolet, quę specialius ungitur; quid mirū si auidius optat, quę gestat suauius? Aequū enim est, ut amplius oret, quę arctius hæret. Adhærens spōso, unū cum illo effectus est spiritus. Idcirco non nisi spiritus redolet in ea, qui unxit eam, & orat pro ea affectib. inenarrabilibus. Propterea odor unguentorū eius super omnia aromata.

Apo. 5. Et in Apocalypsi legis phialas plenas odoramentorum, quę sunt orationes sanctorū. Aromata (sicut Exodus docet) geminos in usus distribuuntur, id est charismatis & thymiamatis. Nonnetibi uidentur etiā nunc in laudib. sponsę hęc utraq; coniungi. Vnguenta eius, & unguenta sunt, & odorifera ualde. Odor enim eorū super omnia aromata. Vnguentū (ut dictum est) donorum perceptio: odor de perceptiōe actio gratiarum, desiderii æternorū, & quidā inter sublimia bona sensus humilis. Oratio em̄ humiliantis se, ipsa nubes penetrat. Vides q̄modo ascendit odoramentū humilis orationis? Ascēdit pharisæus ille in templū ut oraret, sed orationis eius odor nesciuit ascendere. Bona gratiarum sibi diuinitus collata secū reputat, & quasi unguenta recenset. Non sum, inquit, sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adulteri. Audi præ quibus unctum se gloriatur, gloria eius in confusione aliorū uidetur. Nō magna gloria, magna tamē ipsi uidetur. Ipsi redolet, non tamen super aromata, sed super sulphura ceterorū. Audisti quibus præferatur, audi nunc quid in se gratiæ præferant unguenta, in quibus pharisæus gloriatur.

Ibidem. Ieiuno bis in sabbato, decimas de omnium quę possideo: & si quem defraudauī, reddo quadruplum. Bona hęc legis elemēta redolent, non euangelicā doctrinā. Nō ieiunat per omne tempus, non renunciat omnib. quę possidet, ut nō habeat unde possit uel primitias uel decimas dare. Defraudata reddit in quadruplū, non se patitur defraudari, non quod reliquam est exponit partem auferenti, nō acceptas se habere dicit iniurias. Pharisæe inter infirma opera supra modum tumes. Pharisæe nō rogas, sed propē astanti publicano iniurias irrogas. Tu de teipso perhibes testimoniū, exiguū est testimoniū tuum. Duo quædā in oratione tua nō tam redolent quę foent, tumor & tepor. Tumor est in eo quę publicano impropere. Tepor quidē, quia omnino nihil rogas. Quomodo enim nō tepebit oratio, elatiōis uento & inanitate satiata? Pharisæe non oras, sed effers teipsum. Tu de teipso perhibes testimoniū, & testimoniū tuum nō est uerū. De operatione tua exiguum est, de prælatione non uerum. Audi enim testimoniū ueritatis. Amen amen, inquit, dico uobis, descēdit hic iustificatus ab illo in domū suam. Non enim qui seipsum cōmendat, ille probatus est, sed quem

A Deus cōmendat. Ideo felix anima, ad quam ab ipsa ueritate tam excellens cōmendatio profertur: Odor unguentorū tuorū super omnia aromata. Magnum exhibitū est publicano testimonium, huic autē cui laudes istę canuntur, multo maius. Descēdit ille iustificatus a pharisæo, hoc est, ab homine elato, ab homine iniusto, in domum suam; huic autē sponsę unguentorū odor omnia excedit aromata. Ingens præconiū, sed ipsa nō ab homine testimoniū accepit, sed ab illo qui corda scrutatur, qui per fidem & dilectionē in corde ipsius & inhabitat & operat. Non se cōmendat, non improbat alios. Fauus enim distillās labia eius. Capitulum hoc ordine sequitur, sed hodie tractari nō potest. Crastina disputatio auditui uestro & auditati dabit gaudiū & lætitiā in Dño Iesu. Quod ipse præstare dignes, qui uiuit & regnat per omnia secula seculorū, Amē.

Sermo XXXI III.

F Fauus distillans labia tua sponfa, mel & lac sub lingua tua, & odor uestimentorum tuorum sicut odor thuris. Vehementer dulcia sunt quę nūc dicta sunt ad sponfam. Sed quæritis quomodo superioribus ista conueniant? Semel uos cōmonuisse sufficiat, necessitate continuationis liberam esse legem commendationis. Non tenet seriem, sed utitur uaga licentia. Vbi laudum ratio uertitur, non potest ordo qui dem exigi: sed nec debet respici, si assignari queat. Post unguentorū laudes statim labiorū gratia profertur in mediū. Quid enim si non de unguenti uirtute hæc in labijs diffusa est gratia? Euangelii reuolue, & aliquid tale de sponso ipso dici inuenies. Spiritus, inquit, Domini super me, eo quod unxerit me: euangelizare pauperibus misit me. Oportuit ergo & sponfam in hoc assimilari sponso, ut & ipsa in opus euangelij unctiōe spiritus ungeretur. Spiritus enim ad officium ungit & ad efficaciam. Vtrumq; ab illo est, & ministerij gradus, & gratia ministrandi. Sine gratia gradus inutilis, & sine gradu presumptionis usus est gratię. Quomodo prædicabunt nisi mittantur, aut quomodo mittentur nisi ungantur? sicut scriptum est: Spiritus Domini unxit me: euangelizare pauperibus misit me. Spiritus ordinat in officium, spiritus & os aperit, & format in usum. Idcirco in laudibus sponsę prius agit de unguentis sponsę, deinde de dulcedine labiorū eius: quia & si dulcia loquitur, non ipsa est quę loquitur, sed spiritus sponsi qui loquitur in ea. Deniq; audi quid ipse sponsus Iesus primitiæ pollicet spōsę, id est apostolis, quia primitias spiritus acceperūt: Ego, inquit, dabo uobis os & sapientiam, cui nō poterūt resistere omnes aduersarij uestri. Magna quidē uirtus sermonis diuini et aduersantes reuincere potest, & nō aduersantes allicere. Et hoc ipsum est de præconijs eius: quod nūc in disputatione ferē, ad blādimentum plus spectat, quàm ad redargutionis effectum.

Fauus

3. Cor. 10.

Luc. 11.

F Fauus distillans labia tua. Familiare quidem est illi, & quasi innatum dulcia loqui. Si quando autē increpat durē peregrinū illud ab ea, & delonge ascitum, & non insitū: nec sic est affecta, sed magis coacta. Cum dulcia loquitur, de proprijs loquitur: cum uerò dura, non habet hæc oris eius qualitas, sed prauitas audientium. Ergo de proprio & de familiari laudat sponfam, cum dicit: Fauus distillans labia tua. Sed quia de continuatione aliquanta iam audistis, uultis & de continentia cōmendationis eius differam. Tria quędam laus ista cōplectitur, dulcedinem, plenitudinem, paritatem. Dulcedo consideratur in genere, plenitudo in copia, paritas in effusione. Quid effusionem dico? Distillatio magis est quę effusio. Fauus distillans labia tua. Quid necesse est in assignandis singulis immorari? Ipsi enim scitis, quia fauus non nisi dulcedinem effundit, nec nisi de pleno effundit. Et de plenitudine quidē ipsa, non totam ipsam. Ideo fauus non effundens, sed distillās labia tua. Est ergo in labijs sponsę, & dulcedo sola, & dulcedo plena, & dulcedo sobria. Plenē quidē possidet, sed nō plenē effundit, sed put auditorū capacitas exigit. Vultis etiā ipsius spōsę de labijs suis habere testimonium? Quam dulcia, inquit, faucibus meis eloquia tua, super mel & fauē ori meo. Dulcia quidem sunt labia sponsę. Eloquia enim Domini distillant ab eis. Eloquiorū Domini est ista dulcedo. Non enim de suo loquit, sed quasi sermones Domini. Idcirco diffusa est gratia in labijs eius. Accipite iam ex parte qualia mella sacrificia distillat eloquiū, & unicuique sicut Deus diuisit uali, cui insillet, mensurā. Remittit, permittit, promittit, premitit. Delicta remittit, infirma permittit, æterna promittit, & ipsorū primitias quasdā præmittit. Sapientiam loquitur inter perfectos, sapientiam quidem nō huius mundi, sed Dei: sapientiam in mysterio absconditā, & inter minus spiritualiter sapientes nil arbitrat se scire nisi Christū Iesum, & hunc crucifixum. Cohortatur ad perfectionē, non cogit, sed magis consolatur pusillanimes, suscipit infirmos: & si in quietos corripit, correctio iam dulcedinem sapit maternam: peccanti cōpatitur, conuerso indulget, nec indulgentiarū numerum, & quasi terminū quem non transgreditur, præfigit, cui præcipitur septuagies septies in die delicta totiens confitentī donare. Vide quę magna multitudo dulcedinis in labijs sponsę, quæ quotiens ipse perfluus in malum, totiens si conuertaris ipsa tibi distillat in bonum, & præbendæ uentiæ uiscibus nō exhaurit. Deniq; instar angelorum Dei, nō insultat, sed exultat super peccatore poenitentiam agente. Bonum ergo est labijs eius auditum præbere. Nam & Dominus precibus eius aurē accommodat, sic quę tuum prouocat & inuitat affectum, ut prodat & fuit. Loquere sponsa quod loqueris, quia audit cū desiderio dilectus tuus siue

Esalm. 118.

Luc. 4.

Esalm. 61.

Rom. 10.

Luc. 4.

Esalm. 61.

Luc. 11.

A disputantem de se, si te colloquentem sibi. Sed cum ipsi spōso sponsa loquitur, tunc loquitur in loquela dulcioris labij, & lingua altera. Tunc cordis labia ueræ melle delectationis stillant diuinæ, imò nō tam distillant quę fluunt, quoniā hora illa in melleas affectiones anima tota cōuertitur. Beata uicissitudo, quando de corde spōsę quædā fluente mellis emanant in dilectū, & ab ipso redundant in sponsum. Ad locū enim unde exeunt hæc mellis flumina reuertetur ut iterum fluant. Boni faui in labijs sponsi & sponsę eructantes ex hoc in illud, & inuicē rorantes amoris dulcedinē. Ille desuper irrorat gratiā, illa deorsum actionē gratiarū. Ipse Iesus in anima dilectæ roris huius mel & stillas genuit. Dulces omnino stillæ roris, affectiones illæ diuini amoris, quædo spōsa liquefacta tota distillat a facie eius, quem diligit, a facie Dei. Ideo quasi fauus distillans labia eius, eo quę uehementer dulcis est sic affectæ mentis succensio, sed uelox succensio, propter illū dulcē excessum mētis raptū, & propter citam interruptionē. Fauus distillans labia tua. Purgata omnino hæc ego crediderim labia, de quib. ipse Iesus dulcedinē melleā haurire reputat. Esaię labia forpice & carbone de altari tacta purgant. Misit, inquit, alius, manū suam Dominus, & tetigit os meū. Quæ spōsa est, nō carbonem, nō digitū optat, sed oris contactū. Osculetur me, inquit, osculo oris sui: labia labijs debentur. Nec em̄ de sponse labijs exprimeretur dulcedines, si nō labijs imprimeretur dilecti. Quid autē nisi osculi suauitate, quod de labijs spōsę rapit, se delectatū gaudet cū dicit: Fauus distillans labia tua? Propter utrumq; & propter osculū charitatis, & propter oraculū ueritatis. Fauus, inquit, distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua. Istud iam proprie ad eloquiū gratiā respicit. Nam labiorū usus & iam ad osculū est: linguæ uerò ad eloquiū tantum. Non tantū dulcedo in lingua sonat, sed mel et lac sub lingua tua. Simulata dulcedo est, quæ tantū sonat in lingua, & nō sentit sub ipsa. Exigua est, quæ tota est in labijs & in lingua, & nō pars eius maior sub lingua. Nō est dulcedo tantū in eius lingua, nec tota est in lingua, sed sicut ipse qui nouit testatur: mel & lac sub lingua tua. Ideo eructat uerbū bonū: uerbū tam melleū quę lacteū, propter deitatis maiestatem, & propter incarnationis mysterium. Lingua et labia ac si quidā argenteus canalis sunt, per quem de cordis fonte rituli lactis & mellis erumpunt. Vtrumq; dulce, sed distincta dulcedo. Lac paruulorum est, ut Paulus loquitur, et idem inter perfectos dulcem & diuinam & quasi melleam sapientiam docet. Alij mel tantum habent sub lingua, alij tantū lac, & non mel. Mel autem & lac utrumq; pariter sub lingua sunt spōsę. Nec mel fluit, sed magis distillat. Nec enim passim & intemperanter profundit sublimes illos & reconditos sensus secretorum cœlestium, deitatis

Eccl. 1.

Esai. 6.

Hier. 2.

Cant. 1.

Cant. 4.

Ibidem.

2. Cor. 2.

1. Cor. 2.

arcana, nec lactis potum sine delectu propinat: **A** Mel, inquit, & lac sub lingua tua. Non enim sermo est uel interna dulcedine uacuum, uel interne dulcedini coequatus. In promptu est illi dulcia loqui, sub cuius lingua mel & lac. Beata lingua, quæ uelut fauus distillat, & uelut ubera quædam paruulorum lacte distendit, quæ mel distillat, et lac fluit. Omnis clamor, & amaritudo, & blasphemia longè ab istis proscribitur labijs, sicut Apostolus suadet, hortatus hæc iuxta psalmum: Sub lingua eius labor & dolor. Sed mel & lac, inquit, sub lingua tua. Fauus distillat labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, non tamè mel & lac sub lingua eius; non in intimis eius, non in ultimis eius, sed nouissima eius amara sicut absinthium, & acuta ut gladius biceps. De muliere uerò fortitudo & decor in Proverbijs inquit: Fortitudo & decor indumentum eius, et ridebit in die nouissimo. Spiritalem illi, & uerè beatum risum iam nunc parturit os eius, et quasi dulcedo eius sub lingua latitat. Ebullient autem quæ nunc sub sunt, mel & lac, in plenâ latitiâ in die nouissimo. Tunc nulla ex parte quasi sub lingua preme silentio, sed pressum diu prorumpet gaudium, & implebitur os eius risu. Os, inquit, mulieris, cuius fortitudo & decor indumentum eius. Vide quomodo non oportet nudam inueniri, quæ promissa sibi expectat gaudia reddi. Quis scit, si non hæc ipsa sunt indumenta, de quib, in hoc eodem cantici loco subsequitur: Quia odor unguentorum tuorum sicut odor thuris. Operui, inquit, psalmista, in ieiunio animam meam. Item: Humiliabo in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur. Bona uestis ieiunium, in cuius sinu quodam secreto oratio commoratur. Vestis est quæ sinum habet. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Habes hic utrumque, si aduertas: & in ieiunio indumentum fortitudinis, & in oratione odorem thuris. Oratio, inquit, mea, in sinu meo conuertetur. Cur uerò ait in sinu? An forte delectum orationis tepidæ & infractæ dedit intelligi, in ipso primo euanescentis processu, ideoque dicitur in sinu suo conuerti, ibidem scilicet occidens, ubi exhauritur? Sed quomodo conuertitur & redit, quæ perit? Magis quidè in sinu conuerti uidetur, quæ celerem precis reportat effectum, et si nondum plenè, ex parte tamen humilis & deuotæ petitionis fructu potitur. Habet enim dulcedinè multam uehemens & deuota oratio, & dum dirigitur in conspectu Domini quasi incensum, suauè ipsa odoris sui sensum haurit. An non bonum indumentum, cum uapor huius nebulæ ipsam offerentis operit & uestit animam? Bonum planè. Sed nos sicut coepimus, uestimentorum interpretationes secundum exteriores actus exequamur. Opera enim bona & priorem deformitatem operiunt, ne ad noxam imputentur: & decorem quendam & uenustatè conferunt, ut ad gratiam reputentur. Bona enim uestimenta,

bona sunt opera, & simul ornant & orant. Et ornent, manifestum quidem est: sed non omnium ornatus redolet thura, non orationis specimen tenet. Denique cuiusque opera & patientia, & publica, ostentatione & inanem iactantiam redolent: non supplicationis instantiam, non sollicitudinem placendi Domino, non impetranda uota gratiæ. Quomodo enim aptabitur odor uestimentorum tuorum sicut odor thuris? Qui uerò omnia agit ut ei placeat, cui se probauit Deo, ut eius mereatur fauorem, utique odor uestimentorum eius sicut odor thuris. Et quidè thura nisi Deo soli, nec offerri solent, nec debent: ideo odor uestimentorum eius sicut odor thuris, cum quicquid siue palam, siue clam agit, ad impetrationem placationis refert diuinæ. Idem uidetur esse oleum in uasis, & in uestimentis odorè; sed odorè thuris. Quid aliud quæ gaudia illa spiritualia & æternâ delectatione Deum exorat, qui omnem aliam abiurat & horret? Sitiuit, inquit, psalmus, in te anima mea, quæ multipliciter tibi caro mea? Vides in uerbis quomodo et ipsum carnis uestimentum quasi orationis habet uicem, dum Deo sitire dicitur. Caro uoluntarijs afflictis discipulis, nonne Deum ad propitiationem flectere nititur? Ipsa eius propter Deum supplicia, quædam ad eum supplicationes sunt. Eleemosyna pauperi misericorditer impensa exorat, Carnis propriæ delectatio discretè repressa, cur non & ipsa orationis habet effectum? Voluntatis repressio, quædam est uotorum expressio, & desiderij delectationem alia suspirantis. Orationis feruidæ effectus in sinu cordis uertitur & conuertitur. Thura in exterioris abstinentiæ uestimento suauiter fragrant. Et bonum omnino uestimentum, quando anima, non tam carne uestitur, quæ carnalium ieiunio quodam, & temperantia uoluptatium. Bonum omnino uestimentum continentia uirginalis, suauem redolet, & uelut thuris odorè uel illi quem diligit, uel sibi quæ diligit. Quicquid cum delectatione offertur, non potest eius delectatione non perfusus ipsa quæ offert. Omnis enim hæc dulcedo quæ prædicatur in ea, sentitur & ab ipsa. Ab ipsa manat, & in ipsa manet. In labijs fauus, sub lingua mel, & in uestimentis eius redolentia thuris. Proxima sunt ipsi uniuersa hæc, quorum tam gratus est sensus, & perfusio dulcis. Erunt, inquit, David, ut complacent eloquia oris mei, et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Habetis hic utraq; hæc: & ne quid desit ad cumulum gratiæ, sub uestimentorum uocabulo operum qualitas tertio loco profertur in mediū. In labijs stillant eloquia, sub lingua meditationes melleæ fluunt: uestimentorum ornatus thuris spirat odorem. Quid illi censet deesse ad gloriam, in qua hæc tria complacent, os, animus, opus? Hoc numero omnia comprehensa sunt, sed ordine conuersa sunt. Ab operibus enim inchoandum est, non ab eloquio. Cornelij centurionis primò opera **Aff. 10.** & orationes

& orationes exaudite sunt: fide corda mundata sunt, deinde super ipsum, & super suos spiritus cecidit. Et erant loquentes linguis ipsi apostoli, post ascensionem Domini unanimes perliterunt in oratione: completis promissionis diebus repleti sunt spiritu: postea profecti prædicauerunt ubique. Primò in oratione profusi sunt, deinde spiritu infusi sunt: & sic quam susceperant alijs gratiam ipsi profundunt. Primò expectatione & desiderio conuersi sunt ad Deum, secundò ad ipsos facta est Dei conuersio. Tertio ipsi conuersi confirmantur, & confirmant fratres suos. Sed siue sanctitate uitæ, siue uisitationem diuinam, siue uerbi ministerium in apostolis attendas, omnia hæc uestimentorum uicè tenent, his omnibus operi sunt, & ornati sunt. Quid in illis relictum est nudum, aut uetustate pristina sordens, quin tam festiuo & uerbi & uirtutis cultu resplendat? Eximius itaque cultus in illis, sed nec copia minor. Quid nam hæc uestimenta redolent? qualis est odor eorum? nunquid non sicut thuris? Cum domini pecuniam conseruis erogant, non inde penes se quicquid uel furtim residere passi sunt: nihil inde fraudulenter sibi decerpentes: etiam à laudis munere manū excutiunt, omnia referendo ad gloriam Dei. Quasi cœli decoro uestiti sunt lumine, sed cœli enarrant gloriam, non suam, sed gloriam Dei. Ipse tibi Paulus subtilia & indissolubilia quædam uestimenta uerbis suis cõtextit, & pro capacitate tua luminis & intelligentiæ coaptat amictum, non tamen in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctrina spiritus. Ideo uestimenta quibus uel ipse tegitur, uel quæ tibi contextit, non nisi thuris habent odorè. Nam affectata uerborum lasciuia & cultus, inanis & leuis gloriæ redolere uidetur affectum. Et qui non leporem eloquij, sed lubricas & fallaces disputationes subtilioris sectantur materiæ, dum se nimis propter inanem fauorè extenuant, aliquotiens intexunt blasphemias. Non ergo odor uestimentorum eiusmodi sicut odor thuris. Nullum in uestimentis sponse excipere uidetur, dum in definitè pronunciat: Odor uestimentorum tuorum sicut odor thuris. O me felicem, si uel unum uel alterum in me uestimentum, integrum reddat thuris odorem, nec aliqua admixtione peregrina corruptum. Nam ad hanc mensuram ut omnia eius indumenta uelut thura redolent, neminem accessisse puto, qui necdum in sponсарum fortem meruit ascisci à Domino Iesu sponсарum sponso.

Sermo XXXV.

Cant. 4. **O**rtus conclusus es, soror mea sponsa: ortus conclusus, fons signatus. Primò ex uerbis suis laudatoris huius affectum pensare oblectatus uidetur, qui non est contentus laudasse semel. Et quantum esset si uel simpliciter & sine repetitione eius quam alloquitur, eloqueretur præconia, nunc autem et exquisitis ad illam utitur blandimentis,

& congratulando ipsa cõgeminat. Quidni quæ in matrimonij delegit gratiam, non eius dotibus eximij aggaudebit? Non poterat in tam diuicis necessitudinis iura nisi digna eligi, nec iam electa tepidè diligi. Nunquid non æquum est, ut & ipsa in talibus ei placere studeat, qui sic ipsam probauit? Ipse probat, ipse talem parat, ipse plantat sibi paradysum uoluptatis, ipse qui talè eam parat, ipse cõparat paradysum deliciarum. Ecce, inquit, Gen. 27. Isaac, odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Hæc autem non agro cõfertur, sed orto: ubi spiritualis uidet plantatio florum, & aromatum cultus uberior. In hunc ortum Iesu bone libenter descendis ad areolas aromatum: cum cubes in eo ut colas, & custodias illum. Ortus, inquit, conclusus, soror mea sponsa, ortus conclusus. Per ortum internas fratres, intelligite delicias: per conclusionem, disciplinam custodiæ. Quem dabitis orto simile, nisi cuius anima spiritualibus sic affectibus redolet, sicut aromaticis floribus ortus: quæ iucundum penetral, quæ suauis recessus in pectore sponsæ, in pectore tam florifero ut orto cõparetur. Nulla in eo radix amaritudinis sursum germinans, per quam orti huius impediatur delicia. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, non inuenietur in eo. Denique ipse plantauit hunc ortum uoluptatis, ut solus operetur & custodiat illum. Gemino quidè operatur modo, plantans & purgans. Plantat, ut sit omne ei semen uerum: purgat uerò, ut fructum plus afferat. Et plantatur ut semen uerum sit, & purgatur ut semiplenum non sit. Quid proderit plantatio facta ad ueritatè, si purgatio desit ad ubertatem? Nihil confert cultura diligens disciplinæ, si custodia desit. Neutro destituitur qui assimilatur orto, & orto concluso. Ortus conclusus soror mea sponsa. Male ortum, in quo positus erat, custodiuit Adam contra lubricum fraudulenti serpentis ingressum. Iucundus quidè ille corporalium paradysus lignorum, sed ego multo meliorè in eius animum plantatum intelligo. Nihil obfuisse in illum corporalem irrupisse, si non irrupisset in istum. Admissus est coluber, & statim eius persensit uenena. Qui enim dissipat sepem, mordebit eum coluber. Bona custodia sepem, quæ culta ab incultis separat, & seruat illæsa. Circunda ergo hanc orto tuo sepem, ne si fuerit ablata sepem, destructa maceria, in direptione & conculcationem fias. Non erat ille reclusus hosti, eiecit & exuli inde quæ grauiter est interclusus? Cum diffinitate regreditur unde incauta facilitate prolapsus est. In sudore uultus pane uestitur suo, qui in paradiso de uitæ ligno ad libitum poma carpebat. Hic uestitur pane suo, ibi uitæ fructibus. In paradiso produxit Dominus omnem lignum pulchrum uisui, & ad uescendum suauem. Laborat in terra eiecit Adam, non Dominus: sed ipsa terra spinas & tribulos germinat operanti. Paradysus gratis dat fructus suos: terra laboranti

Psal. 72. laboranti nec suos. Commutatio misera, sed tu Domine perdis (& iuste) omnes qui fornicantur abs te. Iure perditur, qui tam charas necessitudines perdit fornicando: nec ultra mere hanc blandimenta audire, ut uocetur foror, ut sponsa, ut ortus, & ortus conclusus, qui neminem nisi dilectum admittit. Porta paradisi tui semper clausa sit, soli principi pateat. Non deiciatur in securi, & ascia ianua eius. Vnus sit aditus, & his commissus Cherubim. Nihil admittatur non examinatum prius gladio flammeo, nihil quod uerbum Dei reprobet, quod non approbet charitas, quod non ad perfectionem & plenitudinem legis accedat. Plenitudo ergo scientiae Cherubim, & plenitudo legis charitas: in qua omnia concludunt mandata. Hec sit tibi custodia flammea, ut quicquid irrumperet indignum tentauerit, sub momento & non lente consumat. Nunquid non comode dilectioni est assignata conclusio, quae sponsae semper constringit affectus, & concludit in id ipsum, ad interiora semper conuertens, ubi deliciae eius sint esse cum filio Dei? Bonus dilectio murus: sed habet hic murus antemurale. Dilectio quasi murus est antemurale regularis districtio. Illa cogitationes sanctas, et affectus dulces includit: haec occasiones delinquentium repellit et excludit. Haec opportunitatem uacationis ad amoris praestant officia, illa perfruit. Ille murus gratus est: hic necessarius. Ille te coelestes inter delicias claudit, iste proscindit mundanas. Si tibi uotiuum est cor tuum uelut ortum deliciarum praestare Christo, non aegre feras hoc antemurale, si concludaris. Delicias perdere uult quas habet (si tamen habet) quae de munitione submurmurat. Ortus nescit esse, qui non uult esse conclusus. Ortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuae paradisi malorum puniceorum, cum pomorum fructibus. In tribus huius orti laudes absoluit, conclusus, & irriguus, & aromaticus. Primum securitatem confert, secundum fertilitatem, tertium & ad germina, quae producit, respicit, & ad gratiam. Nonne nobis gratus ortus iste uidetur tam integer, tam uber, tam utilis? Nec tantum utilis est, sed aromaticus, & abundans deliciae. Quis nostrum has ad se laudes audeat attrahere? Quis haec sibi dici blandimenta praesumat? Atque utinam sicut irrigationem & germinationem optamus aromatum, sic conclusi signati non detrectemus. Non enim immisiones illas aromatum producit, nisi ortus conclusus, & fontis signati, fluentis irriguus. Signetur ergo fons tuus, ut non effusione prodiga totus exsicceat, signetur ut ad irrigandum tibi sufficiat. In plateis tuis aquas tuas diuide, habeto eas solus, ut non sint alieni participes tui. In plateis, inquam, sed in tuis aquas diuide, ut uirtutum aromata tibi acerescant, ac si iuxta aquam in plateis. Quomodo non erit fons signatus, qui de fonte illo uitae profluit quem signauit Deus pater? Qui, inquit, biberit de aqua hac, quam ego do: fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. In fonte hoc, quem signatum uocat, signatam quandam, & spirituale, & propriam, & a seculari seiunctam doctrinam intellige, aut doctrinam, aut certe deuotionem priuilegio dulcedinis signatam, & quasi singularem copiose fluentem & iugiter. Hec est quae omnia uirtutum laeta reddit genimina. Haec est fortis operum exhilaratio, ac si quaedam irrigatio oisium. Gaudium enim cordis exhilarat haec singularis & insignis deuotio in Deum, quasi fons signatus & proprius, segregatusque in hoc ministerium, ut cor sponsoe, ac si ortum quendam irriget in sponsae delicias. Signetur ergo ut non fiat iuxta quod scriptum est: Fons tuus turbatus pede, & uena corrupta. Alioquin nescit tuus dilectus de puro fonte potare. Signatum est, inquit, super nos lumen uultus tui Domine, dedisti laetitiam in corde meo. Laetitiam ad irrigationem deslece. Denique in stillicidijs fontis ortus laetabitur germinans. Nonne recolis de Genesi, quod fons ascendeat & irrigabat totam faciem terrae? Adhuc terra dedit fructus suos, nondum nouit spinas & tribulos. Quis dabit ortu lo meo hanc aquam, & areolis meis hunc fontem signatum? Quis dabit ut tota ortuli mei facies irrigua sit laetitiae & lucis riuulis, nihil in eo aut sterile sit, aut quaedam in deuotione triste? Vicina sterilitati uidetur operatio tristis, & spiritualis gaudij carere irrigatione. Denique & si quid nascitur, quasi radix ascendet de terra sitienti. Quasi radix: hoc est, aut parum, aut nihil plus habes in radice. Ideo fontis inducitur mentio, ut germina laeta credas erumpere in orto irriguo. Est equidem ortus, cuius aquae fortuitae sunt, & quasi deforis ascitae, non perennes, non propriae. Bonus autem ortus, cuius fons in ipso nascitur. Fons signatus & proprius. Fons, inquit, & fons signatus: id est iugiter intus erumpens. & non ualens corrumpi. Fons, quia ubertim fluit. Signatus, quia nequaquam pereffluit. Aut ideo dicitur fons signatus: quia & si alij alij fontes sunt, forori & sponsae specialis est fons, & proprius, & quaedam praerogatiua signatus. Bonus omnino fons sapientiae, sed adhuc sub signaculo nobis emanat, dulciter sapit, sed nondum dilucide scitur. Signatus est, & clausus sub figuris. In Apocalypsi liber ostenditur in manu sedentis super thronum, signaculis septem signatus. Vtriusque ratio & fontis & libri ad sapientiae spectat intellectum, sed uterque signatus est figuris, & aenigmatibus, in uolutus. Signatus est, quibusdam enim nobis intimatur indicijs, & occultatur in ipsis: & sicut in Apocalypsi libri signati legis apertiones, ita & hic signati fontis emissiones. Emissiones, inquit, tuae, paradisi malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Fons iste signatus quidem est, sed exsiccatus non est: cuius tam gratiosae sunt emissiones. Signatus est fons sapientiae, sed ab emissionibus eius cognoscetis eam. Erat, inquit, fons patris domus David

Cant. 4.

1041.4.

David in ablutione peccatoris & menstruatae. Ille patet, hic signatur. Ille abluit, hic alit. Ille lauat, hic rigat. Ille purgat delicta, hic producit delicias. Ille communis multorum, hic specialis est sponsae. Ibi emissiones sunt, hic emissiones. In psalmo pro octaua uide quomodo primo lectum lauat, deinde rigat. Non enim est satis a foeditate lauari, nisi & fecunditas feceretur. Emissiones tuae paradisi malorum puniceorum. Ita Iesu bone, ita est. Emissiones istae, immisiones sunt tuae, immisiones per angelos bonos. Non posset tales emittere delicias, nisi tu intrinsecus delectationes aquae uitae immisisses. Signatum est super nos lumen uultus tui Domine, dedisti laetitiam in corde meo. Signatum est super nos, quod desuper nobis impressum est. Cui diuini luminis imago desuper imprimi, intus in corde laetitiae spiritualis ubertas exprimitur. Ideo gloriose emissiones filiae regis abintus sunt. Emissiones tuae paradisi. Non sunt exiguae deliciarum intrinsecus copiae, de quibus integer paradisi emittitur. Vtrumque habes, & paradisi conclusum, & paradisi emissum. Ille est in puritatis affectibus, hic in actibus pietatis. Ille intus est, hic de illo procedit, & probat illum. Vtrumque delectabilis est, & conscientia, & conuersatio sponsae. Omnia enim proponit utiliter, & disponit suauiter. Ideo quasi paradisi quaedam cernas in eius habitu & opere exteriori, dum honestas placet in singulis, & series in collatis, & suauitas in dispositis. Modeste et in tranquillitate omnia agit, ut uirginalis in ea uerecundiae non uideatur ferentia. Denique & paradisi dotes enumeraturus incipit a uerecundia in eius designationem propter colorem similem punice mala proponens. Emissiones tuae paradisi malorum puniceorum. Potest & in malis puniceis martyrum intelligi patientia, eo quod proprio sint sanguine rubricati. Et bona pudicitiae comes patientia quae in laude sapientiae sibi connectuntur, sicut scribitur: Sapientia quae desursum est, primo quidem pudica est, deinde pacifica. Pudicitia modeste se & pro dignitate temperat: patientia alienam immodestiam aequanimitate portat. Illa proprios motus informat, haec alienos impetus infringit. Illa decor est, haec fortitudo, ideo dicitur: Fortitudo & decor indumentum eius. Primum, inquit, pudica est, deinde pacifica, & post aliquam subiumgit: Plena operibus bonis. Bonum est enim persecutionem pati, sed propter iustitiae fructus. Ideo emissiones eius malorum puniceorum sunt, sed cum pomorum fructibus. Bona quidem pudicitia, sed si ociosa non est, non affectata, non ficta, sed fructum afferens in patientia. Illa disponit suauiter, ista protegit fortiter. Illa modesta, haec longanimis. Ideoque his duabus nunc annectuntur, quasi consummatio & finis operum fructus pomorum. Transendum iam erat ad arborum aromaticarum disputationem, ad delicates species, ad emis-

Prouer. 15.

Psal. 4.

Psal. 64.

Apoc. 1.

Cant. 4.

David in ablutione peccatoris & menstruatae. A fiones cypri cum nardo: nisi mala punicea odore nos adhuc traheret, & festinantem ad alia retinerent sermonem. Nos malorum puniceorum parabola respicit, qui regulares celebramus conuentus, qui sub uno continemur ordine quasi grana sub cortice. Atque utinam haec grana imitemur, similiter in cohaerentia cordis unanimes, sicut in conclusione quadam ordinis. Penes indi secreta facie huius sibi mali grana cohaerent, numeri singularitate magis distant quam specie: dicamus & nos abinuenim numero distere, non animo. Non rixantur inuicem, non contra corticem murmurant, non tentant illum perumpere, patienter se sinunt eius quasi alio concludi, ut quoddammodo dicere illud uideantur: Ecce quae bonum & quae iucundum, habitare fratres in unum. An non fratres, in hoc ordine nostro, ac si in cortice punice passionis Christi per imitationem color rutilat? Denique uelut quaedam huius mali grana sunt, qui sibi natuum dicunt sub disciplinae corio contineri, qui non tam premi se censent, quam protegi. Ablit amor proprietatis, ablit amor priuatae potestatis, & huius te mali granum exhibes. Discant alij nostro inuitati exemplo quae bonum sit, & quae iucundum, habitare in quodam orto communionis, & sub munimine corticis. Charitas uniat, & cortex munit. Quot uidetis ordinata collegia, tot intelligite uelut quaedam mala punicea, quae de fonte fluxere baptismatis. Denique credentium (ut legimus) erat cor unum, & anima una, Ex illis quasi granis tantarum congregationum ordinatae & unanimiter uiuentium mala punicea prodierunt. Illos primos credentium conuentus non adstringebat adhuc institutio ordinis, sed instinctus amoris. Non modo ducebant utile, non modo bonum, sed etiam iucundum habitare in unum: sicut uentum quod descendit in barbam, barbam Aaron: in oram uestimenti ab ipso capite Christo Iesu, qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Psal. 4.

1043.

Prou. 11.

1043.

Emisiones tuae paradisi malorum puniceorum cum pomorum fructibus, t cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinamomum cum uniuersis lignis Libani, myrrha & aloecum omnibus primis unguentis. A cypri incipiendum est: nam ibi terminauimus. Septem hic annumerant arbores aromaticae, quae dicuntur emitti de fonte signato. Et quidem uerba haec uidentur uerba libri signati. Ita est, signata sunt, & obserata. Quid nobis Iesu bone, sponsae tuae laudes proponis: si non quid uirtutis intus continet, ipse depromis? Tu tenes clauem huius orti conclusi, tu signasti, tu resigna, tu solue: tu, inquam, solue septem ista signacula. Nemo nouit quae sunt illa intima sponsae, illa abscondita tua, quibus adimpletus est uenter tuus. Nemo nouit illa nisi tu, & cui uolueris ipse reuelare. Utinam & nos simus, qui facie reuelata gloriam sponsae, quae abintus est, speculari possimus.

Psal. 132.

1044.

Cant. 4.

† Aliis cypri, aliis camphora.

Sermo XXXVI.

possimus. Magna gloria eius in mysterio tam numeri quam nominum istorum. Et quidem hic quantum donante Domino quimus inipicere, septenarij sacramentum, aut spiritualitatem, aut uniuersalitatem indicat gratiarum. Id enim trequens & usitatum est in sacris literis, ut septenarius numerus interpretetur dona illa, quae perfecta sunt, & quae desursum sunt. Diuisiones gratiarum sunt, & diuisiones ministracionum sunt, & diuisiones operationum sunt: idem autem spiritus diuidens singulis prout uult. Alias alijs diuidit, sed in sponsa quasi colligit & confert uniuersa. Non particulatim diuiduntur illi, quasi diuisa sint in illa. Alijs etiam diuidit et donat, illi non tam diuidit, quam totum donat: nisi in hoc eum diuidere illi inteligas quod selectum & prerogatiue confert illi, uel in eodem genere gratiarum amplius, uel specialiter in alio. Polliet alias arbores aromaticas enumerasse, sed sufficit septem, propter eam, quam diximus, uel spiritualitatis uel uniuersalitatis significantiam. Nunc arborum istarum nomina, & naturas in discursiones aduicamus. Et sub umbra istarum immorari iucundum uidetur, & fructus earum dulcis erit gutturi nostro. Vmbra, figuram ipsam intelligo: fructum, ueritatem earum. Quomodo non dulcis sensum fructus, quando ipsa uerborum grata sunt folia? Et scitis quantam auditui nostro dat affectionem tam dulcium frequentia uocabulorum. Poterant ad permouendum affectum ista sufficere. Sufficit quidem affectui simplicitas ista: nam intellectui sufficere nequit. Mos gerendus est ipsi, qui pasci uult sensuum ueritate. Dulciter auditur haec dulcium inculcatio uerborum. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinamomum, myrrha & aloe. Ablit autem ut non multo dulcius intelligantur. Magnae sunt corporales in arboribus enumeratis deliciae, sed quanto maiores spirituales sunt quae figurantur in istis: Emissiones, inquit tuae, paradisi malorum puniceorum sunt: sunt etiam cypri cum nardo. Bonus enim ordo, post labores patientiae, post uerecundiam pudoris ad unguenta proficisci, & unguenta regalia. Nam & de cypri semine regale confici solet unguentum: & quia in malis puniceis regum larem interpretati sumus unanimitate, consequenter his uerbis & unguentis regis excellentem quandam sublimitatem intellige. Qui se, inquit, humiliat exaltabit. In patientia et in unanimitate, quod nisi humilitas? Humilitas nec contra iniurias tumet, nec supra confortes se tendit. In malis uero puniceis humilitas, in cyprio sublimitas. In illis labor, in his deliciae. Cypri (ut ait) semen decoqui oleo solet, ut unguentum exprimat ex eo. Alij seminant in lachrymis, sed sponsa in oleo. Semina nostra, opera nostra sunt. Haec si habent hilaritatem, quasi in oleo decoquuntur. Non satis est oleo intingi, nisi sint cocta & confecta in oleo, & quasi in ipsum oleum conuersa, Quod

1. Cor. 12.

Cant. 4.

Ibidem.

Luc. 14. 18.

in oleo calente decoquitur, olei ipsius imbuitur natura. Coquuntur & conficiuntur semen cypri & oleum in unam unguenti qualitatem. Mira quidem confectio laboris et laetitiae, eo mirabilior quod in labore non labor, sed laetitiae sola sentit. Opus enim exultationis in oleo decoctum, in eius transit naturam. Opus ipsum (ut sic dicam) obiuiscitur opus se esse, dum amoris pinguedine totum inficitur. Sed ipsa interior exultatio de opere capit augmentum: sic enim et oleo semen confert, & oleum semini, quando cum exultatione operatur sponsa, & de ipso opere magis exultat. Unguentum hoc regium est. Iesus ipse libenter ex hoc ungitur. Hilarum enim datorem diligit Deus. Et si unxit eum pater Deus spiritu & uirtute: & si unctus est oleo laetitiae praefortibus suis: uult tamen a confortibus suis ungi, & deuotionis nostrae optat unguentum. Quis dabit mihi tantam olei copiam, in qua omnes operum meorum fructus decoqui possint, & cor meum totum confringat? Euangelista Iohannes sub typo uitae contemplatiuae, sub sponsae figura, in plenum oleo feruente dolium descendit. Quis dabit mihi tantam abundantiam olei & olei feruentis, ut totus immergar & conficiar? Quis dabit mihi tantam abundantiam olei & seminis cypri, ut unguentariae confectio sufficiat? Non omne semine haec olei decoctio recipit, non omnem uult fructum. Denique non omne opus contemplationis immisceri laetitiae potest. Opera exterioris sollicitudinis, & usus contemplationis confici simul non possunt, nec in unam coagulari qualitatem. Quos ergo fructus haec confectio recipit? Illos plane quos Apostolus enumerat: Fructus autem spiritus gaudium, pax, patientia, longanimitas, fides, mansuetudo, modestia, continentia, castitas. Hi fructus cum oleo contemplationis conueniunt, & quasi in unam coeunt naturam. Sed illud semen huic confectio maxime conuenit, de quo legitur: Semen est uerbum Dei. Denique & semen cypri cum manna similitudinem quandam habet, in quo uerbum Dei figuratum accipimus. Vtrumque enim & manna & cypri semen album est, & simile semini coriandri. Lex enim Domini immaculata est. Haec non uult aqua secularis discuti sapientiae, non eius assertionibus firmari, sed oleo spiritus, ut spiritualis sensus, ut unctio spiritus exprimat ex ea. Huius meditatio & contemplationis laetitiae facillime commiscetur, cum sibi coniungitur uerbi studium, et gratiae oleum in contemplatione: & dum illud per istam decoquitur, facillime ex hac affectione spiritualis exprimitur intelligentia, & unctio quae docet de omnibus. Et uide quia non ait simpliciter, cypri: sed cypri cum nardo. Nardo se Dominus fatef praefortum in sepulchrum. Quid ergo in nardo, nisi mentis quietem intelligis? Ideo cum cyprio iungitur, eo quod omnis contemplationis

2. Cor.

Galat. 1.

Luc. 8.

Psal. 18.

us

usis quiete mentis indigeat. Cypri, inquit, cum nardo, nardus & crocus. Bona connexio. Crocus enim flos quasi aurei coloris ad sapientiae rutilum refertur colorem. Ergo in cyprio intelligitur uestigatio: in nardo, uacatio: in croco uisio sapientiae. Iure nardus ponitur in medio, utriusque necessaria, id est, uestigationi & uisioni. Nam nec inuestigari sine uacatione mentis ueritas potest, nec uideri cum inuenta fuerit. Accipe ergo in cyprio studium, in nardo otium, in croco utriusque fructum. Noli de caetero sponsa, noli dicere quia susca sum, noli amplius te decoloratam uocare. Iam enim sponsi ipsius testimonio croceo colore respicendes, quae crocum immittis. Bene croceo nitet colore, quem non infuscant fatuitas, quem non tedium & deficientis animi moribundus pallor inficit, sed sapientiae fulgidus & rutilus charitatis color exhilarat. Si uelimus haec ad Christi personam reflectere, congrua plane interpretatio sequitur. Quis magis oleo decoctus est gratiae? Ipse in manna intelligitur, ipse seminis cypri speciem tenet, ipse passionis cruce praefortus sacramenta salutis & unguenta gratiae profudit: ipse in cyprio patitur, et in nardo sepelitur, & de corde terrae refurgit in croco. Quasi nouus flos & rutilus, quando per resurrectionem eius caro resloruit. Et fortasse in fistula ascendit ad coelum. Haec enim arbor in altum excrescit, & sponsa eius quasi compatitur in cyprio: consepelitur in nardo, & in croco coeferguit. Quid ergo consequens est, nisi ut coascendat in fistula? Si enim consurrexerit sponso, quae sursum sunt quaerere debet, quae sursum sunt sapere, ubi sponsus eius est in dextera Dei sedens. Fistula & cinamomum. Fistula exurgit in altum, cinamomum parum quidem exurgit a terra. In fistula altum cernit, sed in cinamomo altum non sapit. Illa ascendit, illud condescendit. Fistula est quando sponsa excedit Deo: cinamomum quando temperans est nobis. Eri se coemperat, totum tamen est spirituale quod profert. Cinamomum enim cum frangit, uisibile spiramentum emittit. Quando frangitur, nisi cum aperitur, cum exponitur? Sic enim Iesus cum accepit panem, fregit & dedit. Tunc ergo doctor temperans seipsum quasi frangit, cum se coeperit aperire, uel audiri: cum euiscerare illa, quae intus de supernis latent secreta: cum memoriam abundantiae suauitatis eructat. Hoc est quod cinamomum fractum uisibile dicitur spiramentum emittere. Quare spiramentum, et quare uisibile? Spiramentum, quia spiritualia sunt, quae dicit: uisibile, quia manifeste docet. Qui enim in sublimibus, ad ludicra & uanas fabulationes prolabitur, non condescendit, sed cadit. Fractum quidem loquitur, sed spiramentum suauem non emittit. Quasi fistula, quae crescit in aquis, ita orationum lachrymas exurgit in altum. Pulchra ascensio, Sed uide ut descensus cinamomo sit si-

Col. 3.

Cant. 4.

Mar. 14.

milis. Cum te ab ascensu illo, & excessu aliqua rationabilis causa reuocat & restringit, esto uelut cinamomum. Colloquia tua, conuersatio communis gratia spirat. Et si de uoluntate tua, & proposito aliquotiens reflecteris, ad senioris arbitrium reflexa, & quasi fracta sit uoluntas, non murmur resonet, non querimonia: esto cinamomum conuictum, uisibile spiramentum emittens, eo quod uirtus humilitatis in infirmitate uexationis, & uelut fractionis proficit & probatur. Et spiramentum & uisibile dicitur. Spiramentum, quia tranquillitas seruat in corde: uisibile, quia relucet in facie. His annectit & omnia ligna Libani. Erude quod nulla nisi Libani ligna ponit, nec aliqua quae sunt Libani praefort mittit. Cum omnibus, inquit, lignis Libani. Libana Libani & imputribilitatem habent, quia cedrina sunt: & puritatem, eo quod sunt Libani. Sola ecclesiae ligna sunt, quae habent mysterium fidei in conscientia pura, & quandam quasi imputribilitatem continentiae: sola eius ligna & puritatem & perpetuitatem habent. Bonum plane lignum uir ecclesiasticus, in quo concurrunt & obuiant sibi fortitudo disciplinae, & decor fidei. Fortitudo et decor indumentum eius. Erumpunt his diebus ligna quaedam, quae non plantauit pater coelestis, ligna quae non sunt plantata in Libano nostro. Fortitudinem praefortunt operis, iniuriarum insensibilitatem, parsimoniam tolerantiam. Cedrina uidetur, sed Libani non sunt, quia immunda est eorum mens & conscientia. Infidelibus enim nihil est mundum. Fortitudo quidem quae ostentatur & uitescit in conuersatione, in confessione putrescit. Quod ibi quasi fulget, hic foetet. In opere quidem uidetur pietas, in interrogatione infidelitas putret. Fortitudo lapidis, fortitudo eorum, & caro aenea est: scilicet non degenerant a patre suo, de quo in Job scribitur: Induratum est cor eius quasi lapis, strigitur tanquam malleatoris incus. Male fortes sunt non pro fide, sed contra fidem. Non enim emolluit omnipotens cor eorum, non emolluit, non emundauit, nec fide candidum fecit: ideo non sunt Libani ligna. Omne quod non est ex fide, peccatum est: quomodo non magis quod est contra fidem? Non sunt ligna Libani, quae fidei non irrigat puritas. Steriles sunt uirtutes, quae non foecundantur per fidem: sed ipsa fides sine uirtutibus mortua est. Candorem eius nulla incontinentiae foedat putredo. In ecclesiasticis lignis utraque obuiant sibi: forma fidei, & operis fortitudo. Talis cedrus nostro plantatur in Libano. Hic est & alibi non est puritas fidei, & perpetua & quasi incorrupta perseverantia uirtutis. Hic enim emittit myrrha & aloe cum omnibus primis unguentis. Haec species ea etiam quae per se corruptibilia sunt, a corruptione illa seruari noscuntur. Quid enim haec post ligna Libani unguenta produceret, si nihil in eis esset distictum? Nam

Cant. 4.

Pro. 31.

ad Tit. 1.

Iob 41.

Rom. 14.

MMm Nam

Nam etsi uideatur similia, distinctionem tamen recipiunt. Illa enim, id est, Libani ligna in corruptibilitatem in se habent: ista, id est, myrrha & aloë, non habentibus exhibent. Illa imputribilia sunt, ista imputribilitatem cōferunt. Bonum ergo lignum, & uerè plantatum in paradiso Domini, in monte illo egregio, in monte Libano, quod & ipsum se cōtinet, ne per illicita defluat, & sermonis sui myrrha à tali fluxu alios reddit immunes: cuius corpus quasi cedrinum est, & à labijs myrrha distillat. Myrrha, inquam, & aloë cum omnibus primis unguētis. Possumus quidem & hæc ad quatuor cardinales uirtutes interpretando desistere, si intelligamus in cedro fortitudinem, in Libano fidem, quæ ipsam prudentiam informat: in myrrha temperantiã, continentiam & iustitiam: in aloë puritatem. Nam huius arboris gummi dicitur stomachũ purgare. Per myrrham ergo exteriora cōstricta sunt, per aloë interiora in hypocritis ficta non sunt. Habes iam in his hæc quatuor expressa. Primò constantiam, ne ad tempus credas, & in tempore tentationis recedas. Denic̃ prudentiam, ut sit rationabile obsequiũ tuum. Sic myrrha mortificandã carnis sequetur, cum habueris zelum, secundũ scientiã. Quarto loco aloë, cum ipsum cor offertur et adoletur, ut simul sit & in myrrha mortificatio carnis, & in aloë emundatio conscientie ab operibus mortuis, ad seruiendũ Deo uiuenti: ne simus seruientes ad oculũ, nec quasi hominibus placentes, sed magis Deo. Nōne beata uerè sponsa, cui tot blandimenta dicunt? Multum immisum est ei, qui tot emittit munerum grato dilecto. Nam in his omnibus ipse gloriatur, & spōsã suã applaudit muneribus lesus Christus: qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XXXVII.

Fons ortorum, puteus aquarum uiuentium quæ fluunt impetu de Libano. In capituli principio istius fons dicta est sponsa, & nunc in fine fontis eã impartit uocabulo dilectus suus. Ab ubertate inchoat, & in senectã uberi multiplicatur, origini finis responderet. Multæ sunt emissiones eius, sed ipsa emissionibus nō exhauritur. Non arefcit mora, non exiccatur emanatione. In initio huius capituli dicitur fons signatus, hic innuitur non exiccatus. Ibi quales sint emissiones eius, hic q̃ sunt indefessæ docetur. Copiosi ex hoc fonte riuuli gratiarum emanant, & semper tamen fons manet. Ab eo in quo inchoat nō se cohibet: ideo hic & ibi fons dicitur. Sed & iam uide quo in loco eius aquæ fluunt: ubi nisi in ortis? Fons enim est ortorum, & delicatè fluit, q̃ non ab ortis egreditur, qui non lauat, sed rigat. Cuius in hoc omnis usus est, non ut auferat fecunditatem, sed ut fecunditatem afferat. Bonus quidem fontis usus mūdare, sed melior fecundare. Ille abluat inquinamenta: iste

quasi ablutione quadam, gratiarum comportat augmenta. Ille germina lota reddit, hic læta. Ille patens est in ablutionem peccatoris et mēstruat: hic signatus delicijs sponsæ: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Ideo non nisi fons ortorum dicitur fons deliciarum. Denic̃ q̃ uariis & multiplex est cœlestium deliciarum modus, tantus uidetur & numerus ortorum. In alio rubent rosę, in alio cudent lilia, coloremq̃ flores uiolæ purpureum reddunt. Tot orti sunt quot uirtutum plantationes simul collectæ: ubi tantum flos unus est, quis ibi ortũ esse diffiniat? Sic nec una castitatis plantatio, nec una iustitiæ, orti potest integritatem explere. Salomon qui delicatus & tenellus dictus est, ipse sibi fecit ortos & pomœria, conseruit ea cuncti generis arboribus. Non arbore conserui, inquit, sed arboribus: nec unius generis, sed cūcti generis. Extruxi, inquit, mihi piscinas aquarum, ut irrigarem syluam lignorum germinantium. Diues quidem in delicijs, qui non rara ligna, & quæ præ paucitate numerari & scribi possent, sed integram possedit syluam lignorum germinantium. In orto quippe sapietiæ nihil sterile, nil non germinans. Sic & sponsa plures habet ortos, & cuncti generis uirtutum copiose uirgultis est cōstita. Et in sequentibus sponsæ sponsus applaudit, dicens: Quæ habitas in ortis, amici auscultat te. Fac me audire uocẽ tuam. Iure omnino. Quid enim nisi dulce auscultare illi, quæ in ortis moratur, & de ortis loquitur? Nō auditur foris uox eius, nec extra ortum: ideo amicus est qui in ortis commoratur cum ea. Nec tam in ortis est, q̃ ortus ipse. Ipsa ortus, & ipse fons, huius ortos doctrinæ suæ fluentis irrigans. Felix spōsa quæ non habet nisi ortos irrigare. An non in hoc frequenti conuentu tot orti, quot animi? propter unanimitatem ortus unus: propter differentes gratias orti plures. Vnã in his ortis nulla radix amaritudinis sursum germinet, nullum sit lignum inutile, nullum quod ortum sponsæ dedecet, nullus sit hic ortus olerum, quia olera herbarum citò decidēt. Qui enim, inquit, infirmus est, olus manducet. Vos autem oleribus non indigetis quasi infirmi. Quod enim infirmum est in uobis, fortius est secularibus. Illorũ infirmitas quiescit in licitis, ad perfecta uestra laborat. Illorum infirmitas est uti concessis: uestra quidem citra perfectũ subsistere. Quid est in uobis esse infirmum, nisi non esse perfectum? Quid est in uobis esse infirmum, nisi summum non apprehendere? Et quid fortè nisi ut apprehēdatis contendere? Ideo infirmum nostrum fortius est secularibus, & (ut sic dicam) melior est infirmitas monachi, q̃ secularis benefaciens. Opera quæ penes nos putantur infirma, quanti crederentur si ab ipsis fieri uiderentur? Perfectorum solidus est: quot tamen in nobis imperfecti sunt, esum olerũ dedignant. Quæ secularibus licent infirmis,

infirmis, nostris nec exhibetur, nec ipsi exigūt. Apud nos perfecta professio, quamuis infirma expletio. Perfectæ plantationes, sed incrementa infirma. Irrigandæ sunt ut crescant, sed spiritualibus aquis. Paulus bene nouit quibus, aquis quælibet ortum irriget. Coniugatis, copulæ maritalis usum dispensat: cōsolatur pusillanimes, suscipit infirmos, carnalibus potũ lac præbet, sapientiam loquitur spiritualibus qui dijudicant omnia: sapientiam autem non huius seculi, sed quæ ex Deo est, sapientiam absconditam in mysterio. Et si quis alius loquitur decorem domus Domini, locum habitationis gloriæ eius thalami delicias, gaudium quo gaudet sponsus super sponsam, et quo uicissim ipse gaudens gaudet in Domino: planè hic ortum olerum irrigare talibus debet aquis. Animalis enim homo nō percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Et omnino quisquis spiritualia uel agenda præcipit, uel intelligenda proponit, nōne tibi uidetur aromaticis in ortis quasi fons purus manare? Et bene purus, cui non est necesse inter auditorum perfectionem, qui in ortis auscultant, nisi de spiritualis uitæ puritate disputare, & quasi paradisi incolis de paradisi propinare fluentis. Iuxta hunc sensum: ortum, auditores intellige: fontẽ, doctores. Sed si fons sunt, quomodo puteus? Nostis em̃ quantum inter se distent hi noti fontes & putei. Puteus infodit, fons gratis fluit. In illo aquæ recondita sunt, in isto quasi proposita, & seipsas offerentes ultrò. Magna est in istis differentia, nec possunt utraq̃ in alterutris inueniri. Non potest uel fons putei uel puteus fontis propria & domestica uendicare sibi, uterq̃ naturæ suæ contineatur limitibus. Corporalia & terrena angusta sunt, spiritualia abundant diuitiæ. Ad spiritualia si referamus ista, in eodem erit inuenire fontem & puteum, & alterutra ab inuicem propria communicari. Cōmunicemus ergo hæc si uultis inuicẽ propria, et in eodẽ assignemus utraq̃. Accipiamus in fonte sufficientiã doctrinæ, in puteo secretum. In illo abundantiam, in isto alta mysteria. Et quidem bonus doctor qui quasi de quodam alto puteo, ita de abdito sapientiæ thesauro copiose profert noua et uetera, puteus est: quia quæ Dei sunt, nemo nouit nisi spiritus Dei. Spiritus enim omnia scrutatur, etiã profunda Dei, & quasi fons quidã producit in medium, & uirtutum ortos irriguos reddit. Habetis ergo in puteo occultationem, in fonte copiam. Profusionem in fonte, & sensuum profunditatẽ in puteo. Puteus altus est, sed non indiget hauritorio. Fons est, & gratis fluit. Qui sitit, ueniat & bibat de aquis sponsæ, de aquis Bersabee, ut no uis ex ea Salomon nascat. Et Bersabee puteus septimus interpretatur: id est, puteus quietis, puteus sapientiæ. Nam sapientia in spirituali catalogo munerum ascendenti sursum septima occurrat. Sicut & puteus sapientiæ, ita & fons sa-

pieniæ legitur. Et fortè in his duobus geminus eius modus exprimitur. Vnus qui fit per inuestigationem, alter qui fit per inspirationẽ. Fontis aquæ ultrò prorumpunt. In puteo uerò terre perrumpitur moles, & soliditas penetratur, ut ad aquã uiuam pertingas. Vtraq̃ alteri necessaria est, & industria gratiæ, & gratia industrię, & uicariam opem sibi communicant. Inuanum enim laborat, qui puteum fodit, si non ipse fons uitæ gratis affluat. Sed & tibi gratis foderis puteum, & receptaculum aquarum præparaueris, si fuerit neglectus puteus tuus. Et si tu squalcas, non descendent in illum aquæ uiuę, non fluent impetu de Libano. Aquæ quæ descendunt de Libano, nesciunt colligi nisi in puteum candidum. Et aquæ quæ cum impetu fluunt, uolunt puteũ habere capacẽ. Altum & capacẽ efficiet cordis tui puteũ, si curas terrenas egeras, si locũ efficias in animo tuo latitiæ spirituali, si os tuũ aperias ut attrahas spiritum, & fluant in uentrem tuum flumina aquæ uiuæ. Ad hoc opus præparata sunt foramina tua in die natiuitatis tuæ, sicut scriptum est de principe Tyri. Capacitas intelligentiæ naturalis, qua in die creationis præceteris animantibus priuilegiatus es, ingentis receptaculi uicem tenet ad comprehendendas continendasq̃ aquas uisionis & uitæ. Legimus enim uiuentis & uidentis puteum. Qui si post peccatum uitis, uel innatis, uel superadditis obstrusus uidetur, aperiat illum fides, spes in altum instanter diffodiat, dilatat amor. Ocium & exoccupatio coherere situ turpi non sinat. Siquis dem feriatas mentes ab anxijis curis uolunt habere festiua gaudia, & uacationem sibi uedicat uisio Dei. An non tibi quidam puteus altus uidetur ille, in quo reconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & sciētię Dei? An Mariam quasi puteum aquæ purissimæ inficiaberis, quæ conferuabat omnia uerba de Christo, cōferens in corde suo? Esto & tu talis puteus pro modulo tuo, puteus altus & amplus. Isaac post calumniæ puteum, post puteum inimicitarum, post hos, inquam, duos puteos relictos, duos puteos effodit: puteum latitudinis, & puteum satietatis. In illo cepit non rixari cum uitis, in isto cepit fructũ deliciarum uirtutis. Noluit cum Philistæis puteũ habere communem, qui interpretantur potione ne cadētes. Puteos inimicitarum, & calumniæ reliquit Philistæis. Corruunt planè, qui bibunt de erroris & schismatis puteo. Tales puteos fodiunt authores, bibunt auditores. Sic confodit Arrius, sic Donatus. Alter fidei calumniã induxit, alter fraternitatis copulam in partes di-duxit. Ille trinitatis æqualitatem hæretica diffinitione distinxit gradibus: iste ecclesiæ unitatẽ suã præsumptione distraxit partibus. Dathan & Abyron puteos calumnię foderunt aduersus Moysen & Aaron, & inciderunt in foueam ipsi, quam fecerunt: quos terra uiuos absorbuic: po-

tionem quam ipsi foderunt, precipitati sunt, nomen Philistarum interpretantes euentu. Bonus autem puteus, de cuius aquis qui biberit, exaltabit caput, non portione cadet. Quasi foueam fodit, qui terreni sensus acumine scripturæ soliditatem penetrat, & uiolenter scindit ortulū ecclēsiæ quoddam incognitum dogma producēs & obscura mysteria: sed & qui subtili scrutinio & dolosa machinatione fraternæ charitatis solida perforat, & discordiæ uenā aperit: qui se conspirationum claudit & signat in puteo, non acquiescens egredi, sed magis ac magis ingrediēs interiora schismatis, & eius effodiens abyssum. Philistarum est hic puteus, nihil tibi sit cōmune cum illo. Senlim primò, & secretò crescunt, & de terrenæ & brutæ mentis erumpunt uisceribus, donec postea cum impetu fluant, sed non fluunt de Libano. Non hæc aquæ fideles sunt, non aquæ uiuæ. Non potest sibi cōstare discordia, non potest inter parientes schisma perpetua pax seruari. Ipsum schisma infidum est sibi, nequit sibi coherere diutius, quod charitatis perentat dissoluere glutinum. Si quis te ad hos puteos inuitauerit, dirumpe, si potes, puteos Philistarum, & aquas pestilentes exicca: relinque Philistæis puteos suos, puteos inimicitiarum. Sectare puteos celestium deliciarum, puteos aquarum fidelium, & aquarum uiuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Esto flos orti, & orti conclusi, ut non diripiaris: & uidebis quomodo tibi diripet Dominus fontes & torrentes. Conuersare in orto, si forte & ipse conuertaris in puteum, & de uentre tuo flumina fluant aquæ uiuæ. Quænam sunt aquæ uiuæ, nisi aquæ non deficientes? Et quidē bene haustus aquarū æstum desiderij sine defectu refrigerant, seculi oblectamenta uniuersaliter falsam præferunt refrigerij speciem, & secularem concupiscentiam sedant ad horam, sed quasi sub ipso ortu statim arefcunt, nec fluunt uena perenni, quasi torrens raptim transeunt, & non est inuenire in hoc torrente aquas uiuas. Alio quodā Isaac fodit in torrente, & aquas uiuas inuenit. Est enim torrēs, qui suauis uidetur, sed salutaris non est: nec sempiternus quidem, sicut secularis ille, quem prædiximus, fluxus uoluptatis. Est & torrens salutaris quidem, sed sempiternus: si tamen effoderis in eo, aquas uiuas reperies. Habemus, inquit Petrus, firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, tanq̄ lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec illucescat dies, & lucifer oriatur in cordibus uestris. Non extinguetur in nocte ista lucerna. Interim enim usus eius necessarius est. Sed cum dies æternus eluxerit, prophetica lucerna cessabit doctrinæ, & literarij sermonis exiccabitur torrens. Siue enim prophetia euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur, futuræ manifestationis respectu turbidus (ut sic dicam) in modum tor-

Genes. 26.

2. Pet. 1.

1. Cor. 13.

rentis fluit sacre scripturæ, instruens nos per speculum & in ænigmate. Illius autem, quæ est facie ad faciem uisionis, ueræ puræ sunt & perenes aquæ. Non deerūt ille tibi, non tu illis. Cum mortalitatis trāsierit torrēs, transibit cum mortalitate mysteria nubila, & sine uelamine serena ueritas propter quam hic torrentem effoderas, hilariter erumpet. Istic locus est speculo, illic directæ speculationi. Solet tamē aliquo modo hæc speculatio locum alienum peruadere, & in loco peregrinationis se uiantibus hilariter ostendēs, inuitat ad patriam. Verē quidem festiuus, sed furtiuus adhuc istius æterni & luminis radius, & fluminis riuus. Non emicat, non emergit nisi in ortis, & in ortis aromaticis. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, q̄ similis es puteo? Non potes exhauriri. Aquas uiuas effundis, & aquas salubres & uberes. Quis dabit ortulo meo has aquas, & cordi meo hunc puteum deliciarum? Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Fac me Libanum, asperge me & mūdabor: laua me, & super niuem dealabor. Emunda me à delictis maximo, & erunt ut complacent eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Fac me Libanū, ut has tibi semper aquas effundam. Erūt, inquit, ut complacent. Quid est, complacent, nisi ut utraq̄ placeant, & utriq̄ placeant? Cui utriq̄, nisi mihi & tibi? Quæ utraq̄, nisi eloquia laudis, & meditatio cordis? Aquæ istæ uiuentes sunt, quia semper complacent, semper fluunt: sed non fluunt nisi de Libano: nec lentē quidem, sed cum impetu. Magnus impetus uiolenti sensus amoris, & dulces tamen, non difficiles aditus impetus habet. Magnus impetus eius, quia usq̄ ad effectū pertingit efficaciter, & exhaurit suauiter. Magnus impetus eius, cuius uehementiæ resistere nil potest. Cum impetu, inquit, de Libano. Expressit causam redundantia, nomine Libani. Munditia locus est redundantis lætitiæ, & aquas sapientiæ salutaris effundit, de candido prorumpit, & candidius reddit. Congere in unum, et quasi in aceruum accumula delicias istas. Vide & considera puteum, Libanum, impetum, aquas uiuas. Deprehendes in his (si animo aduertas) aquas istas & serenas esse, & secretas, & uehementes, & non deficientes. Puteus secretum designat, serenitatem Libanus. In impetu omnis alius exhauritur affectus, aquæ uiuæ nesciunt exhauriri. Bonus etiā Libanus fides, eo quod fide corda mudentur. Ab hoc Libano serenæ intelligentiæ aquæ uiuæ fluunt: quia nisi credideritis, non intelligetis. Intellectus autem bonus, cuius contemplatio manet in seculum seculi. Hic est uerē uiuens. Nam uita æterna hæc est, ut cognoscamus unum uerum Deum, & quem ipse misit Iesum Christum. Et ipse Christus noster est Libanus, delectationes uiuas fundēs cum impetu in sinum

Psal. 18.

Psal. 50.

Psal. 11.

Astor. 15.

1041. 17.

sinum dilectæ. Ipse Libanus, & ipse riuus: siquidem ipse est candor lucis æternæ, & emanatio sincerissima. Delectabilis planē puteus affectus est sponsæ, in quem æterni candoris radij, ac si quidam de Libano riuuli & colliguntur & effunduntur, ut flores & ortos irrigent spōsi. Bonus ergo Libanus, in quem nihil inquinatū incurrit: & magnus impetus, qui nullo compesci obice potest. Deniq̄ illi aque cū impetu fluunt, quæ nec persecutio nec nuditas nec gladius separare potest à charitate Dei. Tot credentibus populis obiecti sunt obices scādalorum, tot oppositæ moles tormentorum, & tamen semper fluunt aquæ de Libano. Aquæ enim populi sunt. Magni obices, sed maior impetus. Si coneris compescere, plus increfcit, & perumpit obstantia. Repulsus exurgit in cumulum, & impedimento lucra conquirens, se diffundit uberius. Puto amori etiam ipsi obices cooperant in bonum, & incrementa capit uexata uirtus in iniurijs. Nonne mel silite ista possunt percutere conscientias eorum quorum amor in certis locis & horis fluit, qui quidē ad tempus diligunt, & in tēpore tribulationis recedunt? Quid dico tribulationis? Etiā exiguæ & dubiæ tentationis nunq̄ molem, sed obicē pasci, facile cōpescunt, & re flexo proposito impetu irreuocabili ad secularia ruunt. Si in clamaueris iuxta Prophetā: Stare, stare, non est qui reuertat. Nulla illos persuasio reuocat, nec persecutio pia magistri, non infelicitas, quæ frequēter & serē semper est in uis eorū. Fluunt & ruunt & corrunt, ut bibant in uia de torrēte uoluptatis, quæ non exaltabit, sed conqualfabit in terra capita eorū. Beati quidem immaculati in uia, qui ambulant in lege charitatis, qui ambulant in impetu ubicunq̄ fuerit impetus spiritus, & non reuertuntur, nec aliquo se parantur obstaculo à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro, qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Natum 2.

Sermo XXXVIII.

Affectiones dulces & sanctæ, sunt sponsæ aromata. Nam ipsa est ortus. Austro flante ista fluunt in delicias spōsi, sed aquilonis hæc iterum inclementia sistit. Frigidus est enim uentus aquilo, & ad flatum eius aromata congelantur. Quandū Domine aduersitatis aquilo regiones nostras premet: quamdiu in cumber ortulis nostris: quamdiu Iesu bone, constringet aromata nostra rigor aquilonis? Parce Domine, parce ab aquilone sponsæ tuæ. Diu est quod urget, quod premit, quod incubat spiritus hic durus & uehemens. Cumulata nos undiq̄ premit aduersitas. Dic ei Domine ut surgat, ut cedat, ut sinat locum esse respirandi infortunij. Pauper sterilis est, & graues undiq̄ parturit casus. Res infirmæ facile læduntur, & infelicitatis abyssus aliam inuocat in uoce cataractarum tuarum. Occultē aduersum nos uocas aduersa: &

Psal. 41.

quomodo si dicas aquiloni, insurge, preme, posside: Fumus, inquit Esaias, ab aquilone ueniet. Nobis autem non tam fumus q̄ flamma iam imminet ollæ succensæ à facie aquilonis. Ab aquilone frigus, & ab aquilone flamma. Ita est Domine. In duritia manus tuæ aduersaris mihi, misericordiæ tuæ uenas refringis, ideo exæstuat animus meus, & in meditatione mea exardescet ignis. Grauis iste anxia solitudinis ignis est, & calore eius aromata non fluunt, sed magis si qua sinis fluere, siccantur fluentia, præsertim ubi magis magisq̄ aduersitatum aperire se uideretur occasio. Domine, dolor meus in conspectu tuo est, & gemitus meus à te non est absconditus. Solitudinis meæ ratio nota est tibi, sed mœroris magis dicere debueram: solitudo enim in mœrorem iam coepit rota transire. Vbi consilij non fulget occasio, ubi bonæ spei se uel umbra non offert, ibi non solitudinis, sed mœroris sunt partes. Multi gemitus mei, & cor meū mœrens, Paruuli petunt panem, & non est qui frangat eis. Deest enim qui frangat. Non dico de uerbi pane, sed hoc quotidiano corporis alimento. Non potest tamen celestis illius panis pinguedine repleri anima mea: dum quotidiani huius panis inopia maciem quandā mœroris inducit. A uoce gemitus istius oblitus sum comedere panem illum celestem. Durus aquilo exterior aduersitas, sed multo durior mentis anxietas. Altera fratres, uos urget: me premit utraq̄. Ego communi attritione laboro in uobis, & domestica quadam præ uobis, quia pro uobis. Hinc infortunij casus, hinc forenses insurgunt calumniæ. Alij submurmurant, & alij insultant: & quod non est humanæ industriæ pro uidere ne contingat, improperant cum acciderit. Quidam irritant, quidam irridēt, aduersam fortunam ad fatuitatem trahentes. Successus bonos quibus exuberant, sibi imputant, & quasi prouidentia aut meriti credunt, non muneris esse diuini. Abundant, inquit Iob, tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cū ipse omnia dederit in manus ipsorū. Quidā & prædones & prouocatores sunt: qui q̄d Dei est, ipsi tollunt, dum sibi tribuunt, & diuinę donum gratiæ ad propriam inflectūt effectum industriæ. Quid impensa desuper uobis beneficia improperatis nobis? An quia clementiæ diuinæ circa nos oculus bonus est, ideo uidetur erga nos nequam esse? Cur uos diuina beneficia paratior reddunt ad derogandum, q̄ ad erogandum? Vides Domine quot ex partibus aquilonis nos flabra molestant, undiq̄ perflant incommoda murmura, probra. Inter huius dolores distractus & constrictus animus, austri leuia nescit flabra recipere. Exurge Domine, non præualeat aquilo, satis est quod iam diu insurrexit, quod incubuit, dic ut surgat, ut discedat, ut cedat austro. Succensa iam pridem est olla à facie aquilonis,

Esa. 14.

Psal. 37.

Thre. 1.

Ibid. 4.

Iob 12.

Hier. 1. sed tu Domine austrum emitte, qui faciat me-
dium fornacis huius quasi uentū roris flantem.
Non audeo continuos austrū flatus rogare, suffi-
cit si modò interpolatione eius aquilonis mali-
Iob. 6. gnitas temperetur. Extendis (sicut in Iob legi-
mus) aquilonem super uacuum, nō super ortum.
Non est uacuum ortulus sponse, in quo superius
annumerata plantantur tot aromaticæ species.
Et quomodo quibunt meditationis aromata le-
ta profluere, ubi à mœrore libera non sunt stu-
dia, ubi cōtristat aduersitas, aquilo stringit: Est
Domine zelotes, æmulare sponsam, dic aquilo-
ni ut surgat, & cum austro dimidiet tēpora sua.
Sic quidem fiet secundum multitudinem dolo-
rum meorum in corde meo, si cōsolationes tuæ
lætificent animam meam. Videtis fratres, qua-
liter aquilo ad mēsuram sui austrum parturiat:
& fortè ubi abundauit aquilo, superabundabit
& auster. Auster em̄ & prosperè flabit, & quas
intulit aquilo compēfabit iniurias. Ergo surgat
aquilo, sciat, quantumlibet fremat, dummodo
occasionem & quasi uim præster flatibus austrū.
Nōne tibi uidetur graues pertulisse aquilonis
flatus, quos in epistola ad Hebræos Paulus allo-
Hebr. 10. quitur: Magnum, inquit, certam en sustinuis-
tis passionum, & in altero quidē opprobrijs & tri-
bulationibus spectaculum facti, in altero socij ta-
liter conuersantium effecti: nam & uinctis, in-
quis, compasti estis. Sed inter tāta aquilonis fla-
bra nullas sibi uices uendicauit auster: imò pla-
ibidem. nē. Deniq; audi quod sequitur: Et rapinam, in-
quit, bonorum uestrorum cum gaudio suscepis-
tis, cognoscentes uos habere meliorem & ma-
nentem substantiam. Quid cum apostoli irent
Acto. 17. gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni
habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati:
nōne tibi uidetur contra aquilonis graues im-
petus leniter ipsis auster spirasse? Considera tri-
stia illa sabbata sepulturæ Dominicæ. Nōne
uelut ad aquilonis flatum, apostolorum corda
infidelitate & timiditate quadam dirigerunt?
Resurgēte Domino coepit auster lenis ortū eius
perflare. Totis his deniq; quadraginta dieb. in
multis argumentis Dominicæ resurrectionis &
ueritatis fides, & ueritatis fiducia sensim incre-
menta sumpserunt. Ipso die pentecostes, quan-
do factus est spiritus uehemēs in cœnaculo ubi
erant apostoli sedentes, soluta est omnis conge-
lata mentis frigiditas, sicut torrens in austro: &
deinceps uerbi uirtutumq; proflux erūt aroma-
ta. Sed nunquid idcirco aquilo durus quiescit?
Nōne multo uehementius persecutorum in-
furrexit procella, & impetus hæreticæ tempesta-
tis? Nunquid non æmulatione quadam tenta-
tionis aquilo, austro se opposuit gratiæ? Quasi
solus ortum perflare conatur quodā rigore duri
spiritus, aromata restringere uolens, ne fluerēt,
sed tanto latius fluxerūt: aduersitatis & prospe-
ritatis alternis motibus nunc prouocata, nunc

A pacata spōsa Christi. Ecclesia eius aromata uir-
tutum proferre non destitit, uel non desinit. In
persecutione uirtus enituit, in pace auctus est
numerus. In illa fortes probantur: in ista fouent
infirmi. Quid ergo primitiuam ecclesiam nunc
memoro, cum adhuc etsi non tam uehemētes,
frequentes tamen aquilonis impetus sustinet or-
tus sponsi? Alternant circa illum uices auster &
aquilo. Grauis impetus hoc tempore ecclesiam
impulit, & quidē ab aquilone. Nam inde est ori-
go schismatis, inde oritur, & ibi moratur, solus
illuc aquilo premit. Dic ei Domine, ut surgat &
discedat, uoca & dic austro: ueni perfla ortum
meū, & fluent aromata illius. Nō dico austrum
foelicitatis & securitatis terrenę: nam hic auster
frequēter aromata stringit & exiccat, sed austrū
uoca gratiæ tuæ. Et si ita necesse est, & aquilonē
in illum sterilem ortū mitte, non obstinationis,
sed uexationis aquilonem, ut ipsa uexatio det
intellectum auditui ad obediendum. Aquilo-
nis rigore flagella ortum tuum, hoc quasi uerbe
re excita torporem eius, ut auditius ad austrū se-
lenia spiramina conferat. Tam paribus q̄ tem-
poribus auster & aquilo, circa ortum nostrū uī-
ces alternant. Sicut enim nunc flat auster, nunc
aquilo: ita hic auster, & illic aquilo. Aliquotiens
autē & simul flant, sed alter foris, & alter intus.
Foris aquilo, & intus auster. Ille furēs, & iste fo-
uens. Fremat aquilo, & tumultue foris, tantum
modo ortos intus nō perfler, intrō nō penetrer:
intimā, quæ est in Christo, nō cōstringat cordis
lætitiā. Quando Domine ex integro gelidus
ille spiritus quiescet, quando erit ut iam non ti-
meatur à facie frigoris eius? Fundata est ciuitas
tua, ortus plantatus in lateribus aquilonis. Hic
uentus in scripturis dexter uocatur. Ideo Iob ta-
Iob 30. lem super eo deponit querelam. Ad dexterā (in-
quit) Oriētis calamitates meæ illico surrexerūt.
Iure uentum illum dextrum uocauit, qui nihil
ei quitiuit sinistrum inferre: quin etiam coronæ
gloriæ uiro iusto comportauit augmentum,
quando uirtus probata enituit, & quando pro-
uocata excreuit. De uicino in ortum tuum im-
pingit: situs est enim in lateribus aquilonis. Effi-
ce illum nobis Domine dextrū, tempera illum
flatibus austrū. Cooperatur enim nobis etiam a-
quilo in bonum tuæ dilectionis, etiam austro af-
flante. Siue iustus siue permissus surgere aquilo
tribulationis, non nos terreat. Modicum enim
& consolationis auster succedet, etsi non inte-
rim intercitat. Vbi enim abundauit afflictio, a-
bundabit & gratia. Sed quid uobis fratres, de
exteriori dīsputo tribulatione? Alius solet uos
aquilo perurgere. Ab hoc uobis Deus aquilo-
ne parcit, alios interponens qui secularis tumul-
tus & tribulationis impulsus frequentes exci-
pian. Exterior uos cura grauis nulla perstrin-
git, quia de iure nulla contingit, nec tamen im-
munes uos linat. Quos exterior cura non ualet,
in terior

interior afficit tædio. Bene cum illis agit in hac
parte quod exterioribus nō patēt, sed nihilomi-
nus aquilonē non effudiūt, dum sibi in interio-
bus non placent. Festiua prius gaudia uertunt
in fastidiū, & hilarem mentis faciē tristitia com-
mutat. Felix, cui non est hæc cōmutatio. Sed q̄
tamē est? quis enim est quē non aliquotiens &
tædiū conficiat, & exulter tristitia? Deniq; ubi
prospero ferebamur nauigio, ibi paulo post ua-
dosa incurrimus: & secūda fluentibus aura, tur-
bo aduersus erupit. Etiā ubi non erat ratio, in-
stat turbatio. Causa non eminet, et ita imminet.
Ira cū homo iræ quā irrationabiliter patitur, &
Ioh. 3. cuius detestatur motum, nescit exortū. Spiritus
hic durus ubi uult spirat: & nescis unde ueniat.
et fortè quod uadat. An magis quod uadat? Nam
sæpe ad malū talis affectio uadit, sed frequenter
euadit ad bonū. Non pergit quod pergit, sed
facit Deus eū de tentatione prouentū. Quādo
uult: ipse inducit aquilonē, quādo uult dicit, A-
quilo surge. Et si interim de eius molestia quere-
ris, scito te tali magisterio & comemorari & cō-
moneri. Cōmemoraris ut aquilonis uicinā at-
tendas, cōmoneris, ut rigorē eius effugas. Non
subest tibi dum in laterib. aquilonis situs es eius
uicinā fugere, sed tamen uiolentiā euadere po-
tes. Dum hic sumus, semper uicinus est, non est
semper uiolētus, sed postq̄ gyrauiumus per aquil-
lonem, sæpe reflectimus per meridiē. Etiā cum
impulsus nō sentis, habe suspectā uicinā eius.
Quādo tamē eius turbines euades nisi lenis au-
ster uocatus adueniat, & sic expandas ad austrū
alas tuas, ut in cœlestē plumefcas uolatū, si tamē
se intermiscere nitit aquilo, & nascentes in no-
uitate pēnas gelido restringere spiritu? Pennas
à uolatu, & aromata restringit à fluxu. Stringit,
inquā, non tollit. Vehemēs enim tædiū & ama-
ritudo cordis uirtutes ipsas exercet, non euertit.
Hic turbo propositū sanctum impellit quidem,
nō tollit. Stringit lætitiā, non tollit cōstantiam.
Tædio afficitur animus, sed non conficit. Trista-
tur, sed oblectatur tristitiæ suæ. Non est minus
fortis sic affecta uirtus, sed minus foelix qui illi
conuitio, cum quo rixatur bellū indicit. Quasi
suum non est fastidiū cum quo foedus non con-
trahit. Molestū patitur, non propitiatur illi. De-
niq; nō ipse animus hoc operat, sed magis aquil-
lo, in cuius lateribus habitat. Ideo detestat illud,
eo quod aduersus uirtutem eius molimina sen-
tit. Qui sentit, ipse scit quāto cum tædio illud bo-
næ conuersationis tædiū tolerat, quomodo fasti-
dit fastidiū illud, quanta cum amaritudine oblu-
ctat amaritudini illi, amaritudini uiolentiæ, quæ
de iugitate exercitiū disciplinæ inuito se inge-
rit. Ad austrū animus ex uoto se uergit, & ecce
aquilo aduersanti & inuito se importunè im-
mergit. Durū est sustinere à facie frigoris huius,
& fugere non subest ad uotū. Laborat a nimis
& disciplinæ tædio, & huius tædiū odio, Mole-

A lesta est utraq; affectio, & nō dulcescere qd ele-
geris, & sentire quod oderis. Molestū utrumq;
& propugnare disciplinā, et propulsare desideria.
Quomodo Iesu bone, tantā tædiū toleras uexa-
tionē dilectæ spōsæ tuæ? Desideria inuita patitur,
& quasi uoluntariā in se sic puniēdo persequit.
Aegerimē tolerat quod nō ad uotū in te q̄ bo-
num eius es, solū deliciarū ualet. Sibi imputat qd
suffert inuita. Stimulator ab aquilone uenit illi,
sed stimulus iste ad preces sponsam instigat.
Hoc stimulo castigata, ad supplicationes se con-
fert, quæ se prius in amplexus parauerat. Mitiga
spōsæ tuæ Iesu bone, à diebus his malis. Nisi em̄
adiures eam, habitabit in aquilone anima eius.
Quis enim cōsurget aduersus aquilonē, nisi tu
Deus q̄ uenis ab austro: Bonū aromā, positum
sanctū & cōscientia pura, sed nō fluit illi q̄ boni
istius delicijs nō fruit. Veni Iesu bone, ueni pfla
ortū tuū, ut fluat aromata eius sicut torrēs in au-
stro. Ipsa est ortus, esto tu auster. Te irrigate erit
anima eius sicut ortus irriguus, & te flante non
deficient eius aromata, qui uiuis & regnas in se-
cula seculorum. Amen.

Sermo XXXIX.

Exple Iesu bone, quod iubes, transfer au-
strum de cœlo, et induc illum in ortū tuum
in animam sponsæ tuæ. Hoc flatu leni solue tæ-
dium, solue tristitiam ab eius affectu. Nam u-
trumq; in uitio est, & propter speciem aquilo-
lonis utrumq; mentem ligat, percutit, & pellit à
puro profluio quodā lætitiæ. Quid timor, nōn
ne & ipse rigore gelido cōstringit affectus? Ab
alienis parce Domine sponsæ tuæ. Quid magis
alienum ab ea, q̄ timor qui non est in charitate,
cum ipsa tota sit in charitate? Ille seruilis est, illa
in libertatē uocata. Vidistis fratres hesternō ui-
rum meticulose incedere, ut institutionis prima
subiret elementa, q̄ morante & q̄ nutante propo-
posito disciplinæ rudimētis se passus est insigni-
ri. Et bene nostis dum adhuc secularis erat, q̄ lar-
gos elemosynarum riuulos manus eius funde-
bant. Quid erat causæ, nisi quod mentē in hac
parte timoris perstrinxerat aquilo? Auster scilicet
illā ex parte afflauit, sed non perflauit, ideo
elemosynarū proptē perfudit aromata. Sed ab
renūciationis preciosissimus ille aromaticusq;
liquor post multos conatus uix tandē ab eius a-
nimo tenuiter exprimi potuit. Planē similis erat
euangelico iuueni, qui apud Dominū de legis
obseruatione gloriatus, euāgelicæ perfectionis
coarctatione proposita tristis abscelsit. Nisi q̄ il-
le tristis abscelsit hic quāuis tristis, accessit tamē.
Videte timoris aquilonē flantem sub lege: ideo
de præcipuis electisq; aromatibus rara fluxe-
runt in ea. Ideo die pentecostes quando spiri-
tus uehemens flauit ab austro, tot hominum mi-
lia, ueritate, uerbo uita spiritualiter produxe-
runt, non eos rei familiaris cura constringerat
de reliquo. Libera quidē ab hoc aquilone satis
MMm 4 duro

duro corda largius profluunt in contemplatio-
ne & charitate Dei. Non accepistis, inquit, spiri-
tum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spi-
ritum adoptionis filiorum, in quo clamamus ab-
ba pater. Ille aquilonis ingratus: ideo illi tanquam
gravi & ponderoso prementibus se dicitur: Surge,
hic tanquam laetus gratusque inuitatur, ut ueniat &
perflet ortulū sponfi. Ille poenā habet, hic pro-
flua gaudia. Ille minax est, hic blandimentis de-
liciosis manās. Rogabo, inquit, patrem meum,
& alium paracletū dabit uobis: hoc est austrum
inuitare, & dicere ut ueniat & perflet ortū suū.
Perfla ortū meum, & fluent aromata eius. Qui-
dam fructus nisi pressi coactique liquorem non
dunt. Fructus autem qui sunt in orto tam
delicate depicto, depressionem non expectant,
cogi nesciunt, sed austro perflante fluunt ultrò.
Intuemini mundi sapientiam, nonne uiolenter
expressa uidetur, & longo elaborata tam ex-
ercitio quam studio? At in nostrae authoribus prophe-
tiae, & uelox & uehemens sapientia prorupit a-
byssus. Vultis uelocitate audire? Cum steteritis
ante reges & praesides, nolite praemeditari, dabi-
tur uobis in illa hora quid loquamini. Vultis ue-
hementiam? Ego (inquit) dabo uobis os & sapien-
tiam, cui non poterunt resistere aduersarii uestri.
Quando haec tam subita & tam serena profue-
rent, nisi hoc austro afflante? Audiuitis iam un-
de uenerunt aromata ueritatis tam proflua & pa-
rata tempore suo. Claritas nonne & ipsa diffusa
est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus
est nobis? Multa sunt aromata quae profluunt per
spiritum, nec nisi per spiritum, gaudium, pax, patientia,
loganimitas, bonitas, benignitas, fides, mansuetu-
do, modestia, continentia, castitas. Haec non modo
prouenerunt, sed etiam profluxerunt. Quod pro-
fluunt, copia designatur: quod ad flatum austrum,
coactio tollitur. Charitas non potest cogi, gratis
fuit, non necessitate, sed arbitrio fertur, austro ta-
men flante. Arbitrii enim quid conferret libertas
si non aspiraret austro gratiae? Nam etsi arbitrium
ubi est semper liberum est, non tamen liberum ad
omnia, id esse damus: nec electionem nec execu-
tionem omnium liberam habet. In eligendo sem-
per est libertas, sed non est semper ad eligendum.
Eligere namque nisi liberum non potest, sed est ali-
quid quod non eligere per se potest. Sui iuris uo-
luntas est: libera est cum adest, sed non est ani-
mus ad omnem, quam oportet adesse uolunta-
tem, liber cum abest. Nec magis sui iuris est quam
integram habeat uoluntatem quam habet, nec quam
habeat uoluntatem bonam. Sed quantum post la-
psum in libertate consistit arbitrii, quod uult ani-
mus, semper liberum uult, sed non est liberum ei
quodlibet etiam quod oportet uelle. Est enim li-
bertas quae sine uoluntate non est, & sine qua non
est uoluntas: & est libertas quaedam quam non
semper comitatur uoluntas. Illa est in uoluntate,
haec est in quadam uolendi facultate, illa est in

A ipsa, haec quasi ad ipsam. Istam possumus, & il-
lam cogimus. Et uisus quaedam est uidendi uir-
tus in oculo, & uisus nihilominus quaedam pas-
sio in uidendo. Sic & in animo dicitur intelli-
ctus & potentia naturalis ad intelligendum, & u-
sus potentiae in arbitrio. Similiter haec occurrit di-
stinctio, ut uno sub nomine & aptitudo intelli-
gatur, & actus. Utrobique arbitrii libertas est, &
ad arbitrandum, & in arbitrando: & cum in malo
est, semper serua est. Illa quidem eo ipso quo infir-
ma tam ad bonum, quam contra malum. Libera est uo-
luntas mala quod uoluntas, sed seruilis eo ipso
quod mala. Omnis enim qui facit peccatum, ser-
uus est peccati, Peccatum enim cum occupat, strin-
git & ligat: captiuat dum cogit. Sed tu Domine
couerte captiuitatem nostram sicut torrens in au-
stro. Emitte spiritum tuum, & renouabis antiqua
libertas: renouabitur, inquam, non recreabitur.
Nam si oblitterata est, ablata tamen non est. Ma-
net quae creata est, sed mouere se nequit ad quod
est data, uiuit tamen & uiget. Nam & in phrene-
ticis non minuitur innata rationalitas, sed in sic
affectus nullus eius motus existeret ualet. Cum
fuerit curata grauis passio, non redditur, sed re-
fufcitatur consopita ratio. Sic & concreata ho-
mini libertas arbitrii, non est penitus uel ex par-
te ablata, sed peccato ligata: eadem est quae facta
est, sed est aliter affecta. Et (ut sic dicam) est liber-
tas conditionis, est libertas dispositionis, est li-
bertas affectionis. Prima naturae est, & ideo sem-
per bona est: sed nisi sanata fuerit, non secunda
erit ad bonum, nec tertia in bono. Prima in na-
turali aptitudine consistit, secunda in habitu be-
ne uel male constitutae mentis, tertia in usu. Ideo
nisi fuerit aptitudo naturalis adiuta per gratiam,
nec habitus nec actus uoluntatis ad uirtutem
spectabit. Inualida est arbitrii libertas: propte-
rea ubi arbitrium succumbit, efflet austro, & sta-
tim aromata fluent. Non habet generosam hanc
libertatem & uerè liberam, quae est ad bonum
& in bono, nisi spiritus liberauerit. Idcirco Do-
mine emitte spiritum tuum, ut conferat & uelle
& posse per gratiam, qui primo possibilitate ad
utrumque contulit, dum naturam hominis condi-
dit. Tres supra enumerauimus libertates. In ter-
tia uelle quidem abest, in secunda subest. In prima
consideratur ad duas reliquas potentia naturalis.
Ergo prima uocetur potentia, secunda potestas,
tertia uoluntas. Non uidetur idem naturalem
potentiam ad aliquid habere, & illud posse. Multa
liquidem ad quae naturaliter potentes sumus,
non statim illa possumus, ubi connata facultas
aut infirmitate praepeditur, aut arte usum desti-
tuatur. Frequenter ad horam oculus uidere non
potest, cum tamen naturali destituitur potentia
uisus, adest habitus, & abest usus. Naturaliter
potens est uidere, sed actualiter non potest. Sic
& naturalis libertas arbitrii manet quidem: sed
impedita peccato: ideo quae non ualet habere
tertiam

tertiam illam libertatem, quae est in bono: nec se-
cundam, quae est ad bonum. Prima manet mutata
quidem, non imminuta: reliquae nec manere di-
cendae sunt. Non enim post peccatum, liberum
nobis relinquitur bonum uelle: ideo nec residua
libertas est, quae consistit in bona uoluntate: sed
per gratiam haec ultima inspiratur, & secunda repa-
ratur, & prima naturaliter creat. Dicitur haec est
de libertate, qua bonum uolumus, quoniam est
ex gratia. Sed est alia libertas nihilominus per
gratiam, qua non modo bene uolumus, sed bo-
num ipsum affectuose. Illa libertas semper in uo-
luntate est, ista non sic. Semper enim liberum uo-
lumus, affectuose non semper. Affectus ad liber-
tatem non spectat arbitrii. Nec tamè planè libe-
ra est bonae uoluntatis libertas, si affectuose non
fuerit: sed cum austro afflauerit, statim affectio-
nes aromaticae fluent. Non premuntur ut expri-
mantur: liberè fluunt. Uoluntatem sanctam frequen-
ter tedium quoddam & tristitia comitant, sed affe-
ctiones dulces cum illis iter non habent. Aromati-
ca sunt odoratu, & tactu pariter gratiae: dulci-
ter sentiuntur, & dulciter recoluntur: dulciter
fluunt, & dulciter profluunt. Sibi fluunt, & alijs
profluunt. Aromatici utriusque sunt intus affectus,
& foris affatus. Ad ista potest aspirare libertas
arbitrii, sed de arbitrii libertate non pendent. Si-
cut affectiones malae contra bonam uoluntatem
saepè sunt: sic bonae affectiones etsi uel ipsa sunt,
ex ea tamè non sunt, libera est sine istis, & quasi
liberalis redditur ex istis. Uoluntatem ipsam li-
beriore efficit, sed eius libertate non fluunt.
Fluunt autem, cum austro perflauerit. O dulcis
austro & uerè optabilis, cuius spiritu hyemalis
rigoris horrida soluitur facies, & iucundè noui-
tatis uerna teperies aridit in ortis, & noua tem-
peries, & autumnalis ubertas. Nam in fluxu a-
romatum, fructuum signatur maturitas. Ecce quod
bonum, & quod iucundum in cubilibus & in ortis
aromatum auram hanc expectare tam dulcem,
renouantem & recreantem fructus spiritus, pro-
fundentem aromata, spargentem odores. Mitte
Domine hunc spiritum nobis, qui post Aquilo-
nis horrorè ortulum nostrum noua facie uestiat,
luctum nostrum uertat in gaudium. Aut si quid
boni significat Aquilo, illum cum Austro simul
inuita. Iungant officia, & partes suas assequatur
uterque. Aquilo stringat, austro resoluat. Stringat
ille lasciuia, hic animum in gaudia proflua laxet.
Ille continentiam praestet, iste conscientiam exhila-
ret. Iste contineat, & ille repleat. Factus sum, in-
quit, sicut uter in pruina, iustificationes tuas non
sum oblitus. Bonus uter sic congelatus & infu-
sus. Foris continentiae pruina, intus repletio iu-
stitiae. Boni utres fiunt, quando exteriora gelido
quodam continentiae spiritu stringunt, & inte-
riora rigant profluis gaudijs. Et ut austrum flatum
ad interiora reflectas, Perfla, inquit. Qui per-
flat, & impenetrabile nihil est illi: spiritus ille

A subtilis est, acutus, & mobilis, perflans, non in-
flans. Scientia inflat, charitas perflat. Charitas
interior est quam scientia, & ad secretiora per-
tingit. Omnia interiora perflat spiritus, qui scri-
tatur etiā profunda Dei. Vbi perflauerit & qua-
si perflauerit ista: ibi scientiarum aromata utiliter
fluunt, meditationes, orationes, suspiria, singula-
rus, lacrymae, ipsa colloquia. Omnia uelut aro-
mata fluunt, quae de charitate ducunt originem.
Omnia quae procedunt de ea, quasi aromatica
sunt, gratia plena. Cara sunt, & copiosa sunt. A-
romatica sunt, & fluētia sunt. Plena sunt quae de
charitate plenitudine procedunt. Plena sunt, &
expressa non sunt, nec torcularis uiolentia pa-
tiuntur eius aromata. Torcular in hoc orto non
legis extructum: nam uicem torcularis obtinet
austro. Afflata quae calcata melius fluunt. Gratuita
enim (ut diximus) sunt, non extorta metu, sed spi-
ritu fusa sunt. Quidam Aquilonem & austrum
ad huius seculi aduersa & prospera trahunt. Et
quidem gemina hac tentatione uexata ecclesia
Dei, bonae semper affectionis & opinionis a-
bundat aromatis. Ideo his tentationibus per-
standum dimittit, eo quod abundare nouit, &
inopiam pati. Locus iste extorsionem latiore
exoptat. Sed torcular hoc tantum quasi leniter
terigisse sufficiat. Sequens sermo ad mutuas in-
uitationes sponfi & sponsae transibit, si gratiam
nobis praestare dignetur Iesus Christus, qui ui-
uit & regnat Deus.

Sermo XL.

Q Vam longè fratres, à conuersatione mea
sunt uerba uotorum istorum. Auiditatem
Dominus nouit, sed ausu destituit. Quidni-
t? Non est ortus mihi, qualem supra Christus de-
pinxit: non poma, quibus auidè uestitur: non
fructus aromatici, non fons irrigans, non altus
puteus aquarum uiuentium: magis autem in
ortum meum ascendit horror spinarum & ue-
prum. Non audeo te bone Iesu in talem or-
tum uocare, nisi forte ut euellas & disperdas &
dissipes primo, & plantes postea, & sic tempore
congruo de plantatione comedes dextra tua.
Foelix anima quae te inuitare digna est ad fru-
ctus iam maturos, ad fructus paratos, & acerbis-
tatis nihil habentes. Atque utinam acerbitas sola
nostris acculetur in fructibus. Utinam immatu-
ri sint, dummodo mali non sint. Frequenter po-
ma quae genere bona sunt, tempore nondum grata
sunt, sed immaturitate sola displicent. Foelix or-
tus, cuius omnes fructus & natura boni sunt, &
tempore congrui. Neutrū deesse nouit pomis
suis sponsa, ad quorum comestionem dilectum
prouocat. Veniat dilectus meus in ortum suum,
ut comedat fructum pomorum suorum. Vide quod
morose & modeste et post multa preconiata facta
sit haec inuitatio. Non enim praesumit haec dile-
ctum inuitare, non litit delicias, donec fatis se
nouit descriptam. Quid enim? Putatis ne Iesum
delecta-

delectabilem illum aduentū presentiae suae illis indulgere, qui praedictis non sunt praediti dotibus, nec laudibus digni? Temerariae praesumptionis puta, si prius quam aptus sis ad contemplationis usum, Iesum inuitas. Tu illū ad delectandum tecum sollicitas, qui forte fordes adhuc delectis? Ortus tuus sentibus horret & sterilefcit, & illic Iesum inuitas: Inuita illū non ut iam delectetur, sed ut deleat quod nō plantauit dextera sua. Inuita illū, ut purget primō, postea plātet. In utroque labor est, sed cum delectatione decerpere ueniet fructus maturos. Veniat, inquit, dilectus meus. Non tantū blandit & applaudit presentē, sed etiā in absentē inardescunt uota ipsius. Falsus amor & simulatorius absentē obliuiscit, presentē blandit. Non sic sponsa, non sic, sed absentem desiderat, presentē latatur. Veniat, inquit, dilectus meus in ortū suum. Ad me quid austru inuitat? Ipse ueniat, & sufficit mihi. Ipse auster est meus, ipse aroma est meū. Ipse auster meus, ipse amor meus. Deus ab austro uenit, & auster uenit cum eo. Denique ipse plenus est gratiae & ueritatis. Bene auster meus qui serenus illustrat, et fauatis illabit. Auster meus est Christus meus, ipse ortū perflat, ipse comedit poma. Veniat dilectus meus in ortū suum, ut comedat fructū pomorum suorū. Putationis tempus iam trāsiit, flores pepererūt fructus quos parturierunt, hyems abiit, recessit uer, aestatem iam inclinātā maturior autumnus impellit. Veniat iam dilectus meus in ortum suum, ut comedat fructus pomorum suorū. Ecce iam uenit plenitudo temporis: ideo ueniat dilectus meus in ortū suum. Poma praematura sunt: ideo comedat fructum pomorum suorū. Ficulneae prima poma desiderat. Cum nondū tēpus esset ficorū, accessit ad ficum secus uiam: uertit folia, & nihil fructus inuenit. Ante tempus comedendi, & ante tempus fructum, accessit ad eam manē esuriens. Noui ego ficulneā matutinos a prima pueritia fructus terentem, fructus primitiarū, fructus gratiae uirginalis. Nec erat haec ficus plātata secus uiam, sed in orto, & in orto cōcluso, in orto quem circumdat disciplinae maceria, & arcuatae custoditē sepes. Foecunda planē ficus & pulcherrima inter alias species: frequēter declinauit ad eam Dominus Iesus, illud forte dicens: Sub umbra eius quē desideraueram sedī, & fructus eius dulcis gutturi meo. Sed utinā fructus quos protulit seruaasset. Utinā improba furis manus non depradata esset eam. Nunc autē optimos fructus tulit, et eos qui renasci nō possunt. Alij succreuerunt in locum eorū, id est pro uirginali cōtinentia, amara poenitentia. Quam dulcius illo natiuo fructu quam hoc subsecutiuo & te & dilectum cibabas? Vae miserae tibi, quando ueniet dilectus tuus, quae tibi mens, quae facies, quis uultus erit? quō te uertes praepudore, quae pudicitiae fructus perdidisti? quō te uertes? Cum accedet, cum uertet

folia tua, & solitos fructus non inueniet, pudebit illum praefusione. Tua recole uerba uoti uirginalis, consecrationis tuae uerba recense, sub his folijs attende, quia iam nō est proprius fructus, fructus integritatis, fructus uirginitatis. Tales consecrati sunt, sed iam ablati sunt. Non bene conueniunt cōsecratio et corruptio. Laesa uirginitas condonari solet, sed redonari non ualet: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, sed ignominiosa facta sunt in te. Cum confusione duplici & rubore de cetero in planctu agnosce partem tuam. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarū, & plorabo lapsam nō uilem de plebe, sed quasi primam in uirginali grege? Quis, inquit, dabit mihi fontē lachrymarū? Nam ipsa quae lapsa est, lachrymis tota pereffluit, per ora irrigua lachrymarū riuū defluunt. Alta suspiria & anxij gemitus produit quod contigua semper culpa confusio supprimit. Vidi miserādam in misera facie, deiectum uultū, fractas genas. Singultus sermones intercedebat, a lapsu cōtinere uoluit, a lachrymis continere nō ualet. Age, quod agis, fructus dignos poenitentiae. Innouet te dolor, mœrore cōiungere, cum Propheta dicit: Nolite incumbere ut consolemini me, amarē flebo. Flebo & ego tecum. Fortē dilectus tuus & ipse collachrymabit tibi, qui Lazarū fleuit. Fortē plus ille flet. Plus dolet qui plus diligit. Miserationes eius multae sunt. ideo inquit Propheta: Nō sumus cōsumpti. Denique nec tu confumeris, quia consiliarius est tibi & consolator, conuertens animam tuam. Quomodo (ut dicam quod intelligi uix potest) non permouebit (impasibiliter tamē) eius affectum luctus tui miserabilis facies, dum ipse qui retrahit mœroris tui seriem, dolore cordis tangor in trāsecus: Si feceris dignos poenitentiae fructus, reuertetur iterum dilectus tuus in ortum suum. Nam poenitentiae poma libenter comedit. Beatius tamē si primae puritatis fructus intactos quis seruet. Bonū est in maturitate praenire, & perseuerare in ea. Ideo sponsa praenit in maturitate, et dicit: Veniat dilectus meus in ortum suum, ut comedat fructum pomorum suorū. Veni in ortum meum soror mea sponsa. Vehemens amator est Dominus Iesus, ad unam inuitationis uocem aduolat libens in ortulum sponsae. Quali praeuolat & praenit in maturitate. Veni inquit: accipiat hoc uerbum imperatui sensus, & apte cohaerebit quod dicit, Veni. Nō est piger, nō parcus retributor, sed incōtinenti sponsam reuocat. Veni in ortū meum soror mea sponsa. Messui myrrham meam cum aromatibus meis. Durus est affectus qui non permouetur per inuitationes & remunerationes istas tam dulces. Quid hac uicissitudine gratius, quid mirabilius est hoc commercium? Dilectus Dei patris, gloria caeli, angelorum deliciae, ad ortulos nostros

nostros inuitari se permittit, & ad suos reuocari non praetermittit. Et qui noster est ortus, uerius dicitur ipsius. Nō enim ait, Veniat dilectus meus in ortum meum: sed, In ortum suum, iure quidem in suum, quoniam ab ipso datum, & ipsi debitum & certē dedit. Veniat dilectus. Veni soror mea sponsa. Magna dulcedo, & apra distinctio. Illa deliderat, & ille imperat. Hec dicit, Veni: hic dicit, Veni. Ego, inquit, sto ad ostium & pulso. Si quis aperuerit mihi, introibo & cenabo cum illo, & ipse mecum. Non habes necesse dō bone Iesu, morari ad ostium sponsae. Ipsa enim te uotis ultrō interpellat. Redde uicem, reuocata illam. Sedisti ad mensam eius, uide quanta sint appolita tibi, sciens quia et tanta oportet te preparare. Tanta, inquam, & sufficit ei. Hoc autem dico, totam se impedit, ut te totū repende. Quomodo totum erit, si illa se totum dat, tu te dimidias? Exiguū tuū, plus est toto illius. Totū eius, portio est quaedam gratiae tuae: ideo & suus tuus est, & tuus suus est ortus. Veni in ortum meum. Ego fratres in orto sponsi copiosum illum & delicatum & gloriose confutum paradysum uirtutum Christi libenter accipio, quas secundum geminam naturam uel ab eterno habuit, uel accepit in tempore. Ergo secundum hunc modum ortum sponsae statum animae uel ecclesiae interpretare, & uirtutum affectuumque dotes quibus dotatur a sponso. In isto cōsiderantur bona corporis, in illo capitis. Pulchra utrobique contemplationis cibatio. Sed quid illa ad istam? Quanto gloria Christi, uel animae uel ecclesiae praecellit uirtutes, tanto delectabilior in hunc ortū ingressus. Ad illū operatio plus spectat, ad istum contemplatio sola. Sponsa & si latatur de illo, laborat cum illo: & in sudore uultus uescitur pomis suis. In istum cū introducta fuerit, nihil reliquum est nisi deliciae tantum. Suum tuetur, & istum intuetur. Nec intronititur in istum nisi de illo, hoc est de actione ad usum speculationis. Aut si contemplationem in illum sponsae ortum admittimus, similis est actioni. Vtiq; de illis ortis ordine commodo uenitur ad hanc myrrham. Non enim nisi in abundantia uirtutum ingreditur in ortum dilecti. Ingredieris, inquit Iob, in abundantia sepulchrum. Melius tamen hic sonat in ortum. In sepulchro innuitur quies & quaedam a curis occultatio: in orto exprimitur intuitus & epulatio. In sepulchro feriamur: in orto fruimur. Sicut ergo in sepulchrum non nisi in abundantia ingredimur (sicut scriptum est) multo minus in ortum. Ideo sponsam de orto in ortum inuitat. Veni in ortum meum soror mea sponsa. Ingredere ingredere sponsa in contemplationem uirtutum dilecti tui, ingredere in delectationes eius, memorare iustitiae eius folius. Ibi Deus Deus tuus docebit te in iucunditate, & deducet te mirabiliter dextera sua. Cibabit te pomis uitae & intellectus, Myrrham

& aromata messui tibi. Messui (inquit) myrrham meam cum aromatibus meis. Immortalitatem enim & incorruptibilitatem messui post mortem. Myrrhae siquidem beneficio corpora mortuorum perdurant illefa. Myrrham, inquit, meam. Bene suam, quam & primus accepit, & solus impartit. Primitiae enim Christus, deinde qui sunt Christi. Per illum resurrectio mortuorum, qui primus resurgens iam non moritur. Bona talis myrrha, & melior quam haec usitata, quae carnem mortuā non sinit putrescere. Nam ista rediuiam non sinit deficere. Erat & myrrha eius praecellens & singularis illa castitas uirginalis, quae nullum titillationis motum surgenstem sentit, nec fomitem habuit: in quo nec motus est talis repressus, nec fomes remissus: praenitens est enim in unctioibus myrrhae, & myrrhae suae. Aliorū eatenus est efficax myrrha, & continētia pertingit, ut seruet a corruptione: hec a corruptibilitate carnem Dominicā custodit intactam. Aliorum myrrha corruptionem carnalis incentiui subsequitur, haec incentiuum praenit omne. Illorum excludit, & huius praeccludit. In Iesu nec causa, nec corruptio: in eius matre etli causa, non tamē corruptio. In alijs omnibus et causa & corruptio. Myrrha nostra motus exurgentes carnalis concupiscentiae reprimit. Myrrha Mariae tales motus nesciuit. Myrrha leuitaliter mouendi nec causam nec originē habuit. De plenitudine eius omnes accepimus, & myrrham de myrrha. Myrrha nostrae castitatis, muneris & inuitationis ipsius est: ideo cū in nobis myrrhā metit, utinam ipse multā myrrham inueniat, quam metat. Myrrham cum aromatibus: id est, abstinentiā malī cum affectibus boni, distinctionem carnis, & deuotionē cordis, siue temperantiā a licitis, ac tolerantiam in iniurijs accipiamus. In myrrha bene utriusque uirtutum aromata sociantur. Haec est enim gratia si benefacientes flagellamur, si ipsi nosmetipsos foris affligentes, eo spiritu suauiter intus afficimur. Multam de martyris Laurentij (cuius festa nūc agimus) agro myrrhā demessuit, aromata multa, confectionis myrrhā, confectionis aromata. Ad ignem enim applicatus Christum cōfessus est, corpus suum tradidit, ita ut arderet, facultates dispersit pauperibus, caro eius cremata est propter Christū, sed cor magis in Christo, ideo de craticula uocatur ad ortum. Et dum in craticula erat, ab orto non aberat. Nunc tantum in orto, non tamen totus in eo. Caro eius adhuc in corruptione tenetur, nondum resoruit. Resoruet autē cum fuerit corpus humilitatis nostrae conforme corpori claritatis Iesu. Tunc metet immortalitatis myrrhā, quam ipse praemessuit, & aromata multimode glorie. Tunc uerē inuitabit, & dicit: Veni in ortum meum soror mea sponsa. Tunc gloriabit plenē cum aromatibus suis se myrrham messuisse. Tunc enim & passionis suae &

1041. 12
17.
sua & prece (quæ in aromatibus signantur) potietur effectu. Cum clamore liquidè ualido & la chrymis preces offerens exauditus est pro sua reuerentia, factus omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Volo, inquit, ut ubi ego sum, illic sit & minister meus. Vbi nisi in orto? Erit hoc in generalis resurrectionis completionē: nihilominus tamen & modò sit per contem plationē. Quasi enim in ortū eius ingredimur, cum affectuose cōdigneq; & desideranter spe culamur quales futuri sumus per ipsum, & qualis iam resurgens factus est ipse pro nobis, & in exemplū nobis. Quid dico resurgens: & ante resurrectionē omnis cōuersatio eius, orti pulcher rimi gratiā præfert: sed quod antè plantauit, postea melluit. In resurrectione maturitatis & mellis fructus percipiet. Quod ergo nos in ortū suū uocat, q; myrrhā & aromata sua se melluissē subnectit, ad contemplandā resurrectionis gloriā hortatur, quæ futura est per ipsum in nobis, uel quæ in ipso præcessit pro nobis. Nonne iucundus & uerè delectabilis progressus introire in ortū Christi, introire in plantationes Domini quodam prospectu de uirtute in uirtutem eius? Prospectu, in quā, non audeo prouectum dicere. Nam ad uirtutū ipsius ueritatē & plenitudinem quis sibi prouectū pollicetur? Iucundus digressus planē, & cōmodus quidē. Nusq; magis humanæ mentis saltus reprimitur humilia rione, nec fames contēplatione satiatur, nec fastidiū excitatur æmulatione. Cōparatio humiliat, imitatio exercet, consideratio delectat. Prima premit, secunda prouocat, tertia pascit. Premit immēlitas, prouocat honestas, pascit ueritas. Deniq; paulo post ipse dilectus, ipse sponsus amicos & charissimos sibi inuitat, ut comedāt & bibant & inebrient: quoq; maior illis innascat aueritas, de suo prius blāditur & proponit conuuiuo. Comedi fauū cum melle meo. Tuū Iesu bone, utrunq; est, & illud mel quod das, & illud quod es. Sed hoc in loco mel illud quod es ipse, nostræ intelligentiæ se prōptius offert. Cur non dicis fauū tuum sicut & mel tuū? Cur hac distinctione nūc uteris? Et fauus tuus est sicut & mel tuum: quāuis manifestè illud exprimas, cum istud sileas. Tua est utraq; natura, sed diuina tua, & quasi naturaliter tua: humana nō est quasi naturaliter tua, sed magis assumpta, & dignatione tibi effecta est naturalis. Comedi fauū cum melle meo. Ante sacre conceptū uirginis quasi mel solū erat, & sine fauo nondū incarnata diuinitas. Postea mel in fauo, Deus in homine: nūc autem fauus in melle, homo deitate uestitus. Et si cognouimus Christū secundum carnē, sed iam nō cognouimus, ait Apostolus. Sicut erat Deus recōditus in carne, sic nunc uice uersa ipsa caro est occultata in Deo. Et si glorificata est caro illa, ut iam spiritalis sit, & infirmitatis nil ha-

Cant. 5.

2. Cor. 5

A bens: tamē est occulta quodammodo, dum magis eum, in eo q; ipse est Deus, attendimus & adoramus. Quodammodo carnis fauus deitatis in melle recondit, dum admirationē nostrā & fidem ad se traxit, & integro manifestata reuerentia maiestatis, iam ergo post resurrectionis gloriā Christus comedit fauū cū melle suo, & sine carnalis infirmitatis iniuria in assumptæ carnis substantia delectatione diuina et sibi soli natuā pfruitur. Comedi fauū cum melle meo. Bibi uinum meum cum lacte meo. Iam dicis tuum esse utrunq; tam lac q; uinū. Tua sunt em utriusq; iura natura, utriusq; propria, nō alterius uitia. Et sicut bibit uinū nouum, ita & lac nouum. Cum lacte, inquit, meo, id est cum lacte nouitatis tue, nō infirmitatis nostræ. Curre spōsa, propera ad tam dulce conuuiū, ubi uinū est spōsi, ubi lac, ubi fauus nō inanis, non uacuuus, sed melle plenus. Mel inuenisti, comede quod sufficit. Nam tu ad totū nō sufficis. Ipse autē Iesus nō comedit ad mensurā, sed totum comedit, qui sufficit ad totum. Tibi dicis: Ne sis scrutator maiestatis, ut non opprimaris à gloria. Ipse scrutat omnia etiā profunda Dei. Nemo nouit patrē nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Ipse totū comedit, ipse cui uult & quantum uult impartit, quasi participiū tibi pollicet huius cibi se refectū gloriano. Si datum fuerit in escā tuam fel, & aceto in siti fueris potatus, memento quia talia passus est Iesus. Gustauit illa in cruce, nō bibit: uelocē amaritudinis transitū signans. Bibit autē usnum cum lacte suo. Non turbat amplius ad monumentum cum Lazaro, non tristat usq; ad mortem, nō sub ipsa morte aceto & felle potat. Vetera transierunt, noua successerunt. Turbatio illa, tristitia, tædium, dispensatorie ad horā suscepta de homine ueteri, in lactis dulcedinē nouā demigrarunt. Bonum uinum quo hausto obliuioni tradunt priores angustias, & non ascendunt super cor, sed nouis & puris & lacteis in carne iam resuscitata potatur affectibus: quādo nulla iam de reliquo iniuria, molestia nulla aut in anima aut in carne, sicut prius, uel assumit uel sustinetur. Vel acetū cum felle mixtum quod degustauit, prælibās non bibēs, in uini & lactis transiuit saporē. Hanc & tu fidelis anima quæ spōsa dignitate perfungeris: hanc, in quā, & tu tibi commutationē futuram confide. Ideo hac in se futura prædicat, ut tibi tu similia discas sperare, tecū enim conuiuari uult, tecū bibere. Non bibam, inquit, de hoc genimine uitis, donec bibā illud nouum in regno meo. Hoc tibi regnū significat, cum ad ortum te uocat, ad ortum deliciarum, ad paradysum uoluptatis, ad fructus maturos, ad fructus iam perceptos à se, & à te percipiēdos. Tunc bibes uinū cum lacte, ut obliuiscaris prioris angustias, & nouæ resurrectionis degustes dulcedinem. Præstante Domino nostro qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo

Sermo XLI.

Cant. 5.

Messui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum cum melle meo, bibi uinum meum cum lacte meo. Veni in ortum meum soror mea sponsa. Putate fratres uocatio nem hanc ad seculi finem referri, quando completis omnibus sacramentis ecclesie, ipsa in uita tur ad regnum, quādo mittet Dominus messores angelos, eo q; regiones albæ tunc erunt ad messem. O foelicia tempora primitiæ ecclesie, q; uber tunc erat ager illius, q; copiosos producebat fructus, quanta in martyribus erat fecunditas myrrhæ, quot apes perfectioris & mysticæ doctrinæ fauos operantes. Putares inter ipsa initia fidei cum uerbis semina mitterentur, messio nis iam esse tempus, & quasi maturas ad falcem regiones albere. Quid moraris Iesu bone, cur sponfam non inuitas in ortū: Nonne iam dicere potes: Quia messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauum cū melle meo, bibi uinum meum cum lacte meo? Vbi nunc martyres in myrrha, ubi doctores in fauo, ubi feruentes spiritu, qui signantur in uino, & simplices in malo, quos lactis dulcedo figurat? An non ager ecclesie tuæ iam tanta gloria nudatus uidetur? Multiplicasti gentem, sed non magnificasti latitiam. Multi credentiū fructus, sed aromata pauca. Præcessit autumnalis ubertas primis illis nascentis ecclesie diebus, nunc hyemalis horror perurget. Præcesserunt ubertatis anni, nunc sterilitatis incumbunt. Post spicas florentes & laticas, steriles, & uredine confectæ exurgunt. Cur non dicis iam bone Iesu: Veni in ortum meum soror mea sponsa? Quid expectas? cur moras necis? An ut post hanc hyemem autumnus redeat. Lætabuntur adhuc coram te, sicut lætantur in messe. Tunc benedices coronę anni benignitatis tue, & campi tui ubertate replebuntur. Pinguescent speciosa feruor nostri (quod nunc uidetur) deserti, & persecutionis feruor nouissimæ maturitatis causa albedinē messibus nostris inducet. Multiplicabuntur in senecta sufficiente, non confectæ, non sterili, sed in senecta uberit: et bene patientes erunt ut annuncient. Patientes propter martyriū, annunciantes propter uerbū. In patientibus myrrhā metes, in annunciantibus, comedes fauum. Tunc electos tuos cōpunctionis uino potabis, consolationis lacte mixto. Si enim non abbreviasset Dñs dies illos, salua esse non posset omnis caro. Metit etiā nunc Dominus, etsi nō quantā tunc myrrhā, tamē multam myrrham afflictionis spontaneæ. Fauum comedit cum melle, & expressa spiritaliū dulcedine sensuū, continētibus figuris nos facit oblectari. Vinū cū lacte bibit, quia sublimes sensus & excedentes contemplationis fidei & morū simplicitatem temperat & indulcat. Zeliferuorē diligit, si tamen affert lactea quædā fomenta paruulorum. Cum fuerint expressa hæc omnia, cum

Ibidem.

Psal. 64.

Psal. 91.

A pertransierint tempora martyriū, cum doctores quasi quidā faui sapientiā continentes in mysterio absconditā ministeriū compleuerint suum, & disputationibus hereticorum presis, melleam doctrinam profuderint: cum numeros suos & dies compleuerint, uel paruuli, qui lacte fouentur, uel feruentes spiritu qui inebriati uino gratiæ obliuiscuntur quæ retro sunt: cum consummata hæc omnia fuerint (non em transibit unus apex, aut unū iota de lege, donec omnia fiant) tunc exultabit omnis ecclesia sanctorum à tam uulci auditu. Veni in ortū meū soror mea sponsa, messui myrrhā meam cum aromatibus meis, comedi fauum cū melle meo, bibi uinum meū cum lacte meo. Messui, comedi, bibi: præteriti sunt temporis hæc uerba, & consummationem completam significant, ac si dicat, Consummatum est. Veni in ortum meū soror mea sponsa. Messui myrrhā meam cum aromatibus meis. In ortum illum ubi propè erumpens nulla urtica litorum gratiam cōtristet, ubi uernantem rosam asperitas spinarū non uiolet, ubi arbor nulla est, cuius sit interdictus accessus. Veni in ortū meū soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis. Audite quia nō metit nisi qd suum est, nisi quod ipse præseminauit. Verè seruus ille malus & piger, qui pigritiæ suæ causam in dominū interpretatione maligna transfudit. Scio quia homo auusterus es, tollens quod nō posuisti, & metens quod nō seminasti. Bene piger in quo dominus non inuenit quod meteret. Et uerè malus, qui diligentiam metentis domini in duritiam peruerso sensu conuertit, infructuose quod acceperat seruās, & iniuriose de bono domino sentiens. Non metit Dominus Iesus, nisi quod seminauit, non metit nisi suum. Quod inimicus homo superfeminat tritico suo, nō metit illud, sed mittet angelos qui colligāt zizania, & faciant fasciculos ad comburendū, qui colligant de regno eius omnia scādala. Ergo prius regnū suū purgat à scandalis, agrum suum à zizanijs, & ortū suū ab inutili germine, ut nō nisi suū metat & colligat. Si modò ueniat Iesus, sonet uox angelī, terribiliter intonet nouissima tuba, prouocatur iudiciū, ignis in conspectu eius exardescat, aduocetur cælum desursum, & terra discerneret suū populū suum, si iam hæc omnia subito uos præoccupent, de meritis uestris quā teneretis sententiam? Vbi uestro essetis collocandi iudicio? Inter sanctos eius qui congregabuntur illic, an inter eos qui congregabunt in congregatione unius fascis in lacū? Inter zizania, an inter aromata? An forte etiā uestriū hæsitat de uobis arbitriū? Quis gloriabitur in agro suo se nihil habere zizaniorū? Foelix in quo parū quid est, & id ipsum nō ex cultū, non fotū, sed furtiuū, & latitans in quadā aromatiū ubertate, & quod statim cum aduertit, auellit homo ab orto suo. Væ mihi Domine ab imperfectione mea, si ho-

NNn mo

mo durus es, si exactor austerus, si tollens quod non posuisti, & metes quod non seminasti. Vae mihi si totum metis quod non seminasti, sine remissione & pietatis respectu. Nam non totum, quod in me seminasti, excreuit. Vtinam myrrhae meae acceptum digneris habere fasciculum, ut in medio uberum tuorum comoret. Vtinam aromatum meorum vapor exiguus & ad modicum parens ad te ascendet. Nam quando tibi offeram integrum fauam mellis, quando tibi offeram meditationem assiduam in lege tua: quando pura & plena intelligentiam spiritualium sacramentorum, quando sapientiam melleam, quam Paulus loquitur inter perfectos: Nam sicut cellulis fauus mellis, ita purissimis figuratur sacramentis coelestis sapientia continetur, ut mutua collatione sacramenti ueritas figurata commendetur, & non parum gratiae trahat ipsa ueritas talibus quasi cellulis expressa. Quando tibi in quodam cordis mei cratere, uini & lactis iam potero temperaturam miscere: Rara est mixtura haec, quae mente excedit Deo. Sobrius esse discat, ut alta sciens consentiat humilibus. Paruulus fiat, qui puriori inebriatur intellectu. Quantus fauus, quam ingens, quam uber ad coeleste his diebus est translatus conuiuium (dominum Rieuallensem dico abbatem) cuius nobis dum locum istum tractamus, nunciatus est transitus. Vide mihi in illo dum sublatum est, ortus noster esse nudatus, & grandem agricolae Deo resignasse fasciculum myrrhae. Nullus talis in aluearibus nostris relictus est fauus, utrumque in illo cernere erat et mellis fauam, & myrrhae fasciculum cum aromatibus bonis. Quis illo uel uita purior, uel doctrina prudentior? Quis magis illo uel agrotus in carne, uel alacer in spiritu? Sermo eius quasi cereus, mellea effluidebat scientiam, carne laeuidus, magis tamen intus in spiritu coelestium amore laeuabat. Myrrhata carne, mente aromatica, crematione continua, indefessis amoris odoriferum incensum offerebat. Corpore desiccato & arido, anima eius sicut adipe & pinguedine replebat: ideo labijs exultationis laudauit Dominum, semper os eius fauus distillans ipsius. Nam totus conuersus in labia, modesto uultu, & totius corporis habitu tranquillo, serenos animi prodebat affectus. Sensu perspicuus erat, sermone non preceptor. Modeste rogabat, reddebat modestius. Molestos sustinens, molestus nulli. A cure intelligens, morose referens, aequanimiter ferens. Memini frequenter illum, cum acceptum de assidentibus aliquis interrupisset sermonem importune, uerba suspendisse, donec alter totum effudisset spiritum suum: & cum importuni sermonis impetuofus defluxisset gurges, eadem qua sustinuerat tranquillitate, suspensum uerbum resumpsit, opportunè loquens, & opportunè silens. Velox ad audiendum, ad loquendum tardus, & tardus ad iram. Quomodo ad iram dicendus est tardus, ad quam magis inuentus est (ut sic dicam) nullus? Bene fauus: quia syncheris undique compositus & coctus cellis, in omni actu, sermone & gestu interne putabat dulces

Psal. 62.

Iacob. 1.

dinis mella sudare. Felix, in quo Iesus integrum fauum quem comedit inuenit: crassum, non exiccatum. Vide naturam faui: quasi galea in capite est, propter formam uasculi cui innascitur. Deinde de superioribus pendet, & de superioribus prodit. Bona (secundum Paulum) galea spei salutis aeternae. A spe quidem supernorum, omnium actuum caput, & totius intentio uitae inchoare debet, & illi cohaerere, ad hanc tendere, & hac se contra omnia tentamenta tueri. Si uideris hominem propter spem supernorum in omni actu etiam aduerso casu repleti gaudio spiritus, qui super mel dulcis est, quid hunc nisi fauam credideris in cunctis cellulis melle redundantem? Quid cum hominem cernis capacem sensu, conuersatione compositum, actuum & uitae aequabili comensuratione coherentem sibi, talibus undique uasculis consertum, uacuis tamen, & spei, quae est reposita in caelis, melleo exhaustis liquore, nunquid aliud tibi quam faui arentis siccitatem depingit? Duplicatum quidem in commodum, si simul fuerit & dissipatum, & dissolutione quadam desiccatus. Aliud tamen est, si seruat speciem, ut mentiat uirtutem: aliud, si integritatis formam, & infundendae fauorem spe bona gratiae refert, ut dono spiritualis dulcedinis receptacula apta non desint & idoneae cellulae melli superno. Non ster autem hic fauus, de quo loquimur, integer erat: & in aeterno liquore exuberans. Plenus erat cellularum, hac illacque distillabat dulcedinem, sermonis diuini assiduus operator fauos componebat. Boni faui, quibus adhuc integris multorum quotidie indulcantur fauces. Molestam non sectabatur subtilitatem, quae plus contentionis quam instructionis ministrat materiam. Circa moralem operosus scientiam, cultissimis illam uerborum cellis committebat. Prudens erat eloqui mystici, quod inter perfectos dispensabat. Lactea in salutem & consolationem paruulorum exuberabat doctrina, cui tamen laetificantis & inebriantis sermonis uinum sepe latenter immiscuit. Ita est. Lac ipsius uini obtinebat uirtutem, simplex eius institutio, & sermo lacteus animi auditoris in quendam inebriantem alienationem mentis excessum furtim arripere consueuit, unde qui potabatur, iure dicere poterat: quia bibi uinum cum lacte. Imò in lacte nouerat ista temperate miscere, & in altero utrumque largiri. Facili ad aedificandum utebatur materia, sed uehementiam inebriantis gratiae sentientes in uerbis, Facilis inerat ei intellectus, sed affectio uehemens. Dolendum quidem, quod tanti uiri subtracta est nobis copia: sed nihilominus glorandum, quod talem de ortulis nostris fasciculum myrrhae ad caelestem illum ortum praemisimus. Illic ornamentum est, qui nobis hic fuerat adiumentum. Et si uacuata uideretur aluearia nostra, & ortus nudatus, multos tamen reliquit manipulos, de quibus potens est Deus per uirtutum incrementa creare fasciculos

1. Thes. 5.

Cant. 5.

uidem.

10th. 15.

Cant. 5.

fasciculos. Quod & in tota operatur ecclesia, donec per successiones continuas omnium graduum dispensatione completa sponsa sua iam perfecta & consummata dicat: Veni in ortum meum soror mea sponsa: melleum myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauam cum melle meo: bibi uinum meum cum lacte meo. Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Quod quidem etiam in generali illa ecclesiae introductione in Domini gaudium, quae post resurrectionem fiet, perfectissimè speratur: quotidie tamen angelicos ciues ad congratulationis conuiuium inuitari credimus, cum sancta qualibet anima (siue qualem supra meminimus, siue inferioris perfectionis & gratiae) in paradisi amenitatem transfertur, in ortos semper uiuentes, in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. Haec recolite fratres, haec recordamini, & effundite in uobis animas uestras. Ignita est haec recordatio, & liquefcere faciet animam tuam, & in delectationes & desideria effundi, cum tu subis in locum tabernaculi admirabilis, in uoce exultationis & confessionis sonus epulantis, & domini inuitantis. Inuitantis est enim uox: Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Amici, inquit, & charissimi. Blanditiarum haec sunt nomina, sed haec blanditiae adulationem non sapiunt, officij & dilectionis sunt plenae. Ipsa non ad blandimenta prolata, inebriandi non carent effectu. Efficacia sunt ad emulcendos eorum quibus sunt affectus. Habent tamen inter se distinctionem, & aliquid amplius gratiae praefert charissimus quam amici uocabulum. Vos (inquit Apostolus Dominus) amici mei estis, si feceritis quae praecipio uobis. Iam non (inquit) dicam uos seruos, sed amicos: quia omnia quaecumque audiui a patre meo, nota feci uobis. Videte & hic quam distantiam. Illic dicuntur amici & hic, sed differenter. Ibi quia faciunt, hic quia sciunt. Ibi non propter ministracionem, sed propter mysterium. Ibi comedunt, & hic bibunt. Vtrinque amici, nondum tamen charissimi. Charissimis in potationem cedit ebrietas, ipsa nominis sui forma superabundantiam quandam latenter insinuat, & significat plenitudinem charitatis. Charissimus est, qui charitate plenissimus est. Charissimus est, qui charitate infusus & imbutus est, cuius medullae & ossa & omnia interiora charitatis liquore rigantur. Nec quia charissimus est inebriatur, etiam inde charissimus est quia inebriatur. Denique quid aliud est inebriari, nisi charitatis perfectissimè delectatione repleti? Aut forte si distinguere uolumus, ut sint charissimi plenissimè diligentes, inebriati perfectissimè delectati. Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Amici sunt qui uel agunt uel audiunt, charissimi qui adherent. Amici agunt pro eo, & audiunt ab eo, charissimi inebriantur eo. Amici sunt, quibus nota fecit quae audiuit a patre.

A Charissimi, quibus plenam ipsius patris infudit notitiam. Ibi multa docentur, hic diligitur unum. In charissimis non est operum uel doctrinae diligentio, sed diffusio sola, & summa amoris diuini uoluptas. Comedite amici, iam non dicitur, Ego dormio, sed saturabuntur: sed, Comedite amici, & inebriamini. Quomodo pauperes, qui inebriantur ab ubertate domus Domini? Quomodo paupertas, ubi ubertas? Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Amici uos & charissimi mihi: amici propter delectationem spiritualem, charissimi propter sponsalem. Inebriamini charissimi. Introduxi uos in cellam uinariam, ut ordinarem in uobis charitatem. Nec est charitas ordinata, nisi cum mens uestra fuerit uehementia charitatis inebriata. Non est ordinata, nisi cum omnibus alijs fuerit affectibus superordinata. Bonus ordo, supereminentia amoris, supereminens amor charissimos efficit. Charissimi sunt, in quibus nihil est uel charitate uacuum, uel alij negotio uacans. Ordo plenus est, cum de charis in charissimorum gradus transitur. Ordo plenus est, cum charitatis cumulo nihil adijci potest. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Omnes ibi amici, & omnes charissimi. Omnes potantur, et omnes inebriantur. Non sic autem in hac conualle lachrymarum, non sic: sed multi amici, pauci charissimi: multi potantur, non inebriantur omnes. Et qui inebriantur, iterum temperantes fiunt. Ad horam mente excedunt, & ad sobrietatem solitam de uo redeunt. Soporantur & excitantur, somnolenti fiunt, & post paululum iterum uigilant. Ideo sequitur: Ego dormio, & cor meum uigilat. Haec tamen uigilia non uidentur dormitioni succedere, sed ipsam comitari. Praestet nobis Dominus Iesus quae super haec sunt dicenda, uigilanter intelligere, & uobis audire. Qui uiuit et regnat Deus, per omnia secula seculorum, amen.

Psal. 131.

Cant. 5.

Sermo XLII.

Ego dormio, & cor meum uigilat. Post haec sternum capitulum, qua rationis consequentia talis responsionis sermo infertur: Tunc erat generalis inuitatio, haec est responsio quasi singularis. Ibi plures inuitantur, hic unus respondet. Ibi dicitur, Inebriamini charissimi: hic quae charissima est, quae sponsa est, dormire se refert. Ego dormio. Quid mirum, si ad communem inuitationem responsum redditur singulariter: Multi charissimi, sed omnium est cor unum, & anima una. Vna est, inquit, columba mea. Amor unit, & amor inebriat. Vides quam iuste sit omnium unica responsio, quos in ecclesia charitatis uehementis liquor infundit: Verè uehementis uirtus amoris, inebrians & abalienans. Vultis audire quomodo charitas abalienet animum, quem inebriat? Ego, inquit, dormio, ac si dicat dilectio: Tu me ad ebrietatem uocas, & ego tota huic muneri uaco. Ego dormio, & cor meum uigilat.

Cant. 6.

lat. Ab alijs dormio & quiesco negocijs: ideo A
cor meum liberius uigilat ad sectandā hanc e-
brietatem, & uinum potandum. Ordo mirabi-
lis. De ebrietate dormitio, & de dormitione ui-
gilat. Ille dicit, Inebriamini: et illa dicit, Ego dor-
mio. Bonus sopor mentis excessus, & alienatio
ab affectibus carnis, & (si id etiam dicitur) a sen-
sibus corporis. Tunc magis uidet et inuigilat a-
mor spiritualis, cum confopitur penitus omnis
passio & affectus animalis. Et dormitio & ine-
briatio utraq; alienationis uicē praefert. Et quid
dam in hoc ipso adiuuicem tenent commune,
quod mentem tam hanc quam illa sibi arripit, &
penes se manere non sinit. Vtraq; statum pristi-
num ipsi animae (ut sic dicam) furatur, & novos
informat affectus. Ego dormio, & cor meum ui-
gilat. Dormiunt alij somnum suum, & delecta-
tione eorum in propria uoluntate quiescit. A talis
bus ego dormio, & uigilat cor meū tibi. Ab in-
crepatione tua Domine dormiunt alij, ego ab
incrapulatione. Dura hec increpatione fatis, quan-
do dissimulando sic hominē permittit desidē,
sicut est magna increpatione desertionis signum.
Ab hac increpatione dormit qui ex dissimula-
tione diuina, somnolentae securitati se tradens,
dissimulantis patientiam nō attendit parturire
impoenitentis repulsum. Patiētis longanimitas
& interim non percuciens in uerecundis menti-
bus uim non habet, & eadem Domini toleran-
tia quae mētes honestas facit sollicitas, duras ipsa
reddidit securas. Ego, inquit, dormio, & cor meū
uigilat. Dormio non increpata, sed incrapulata
a uino ad quod uocas charissimos tibi. Crapula
ebrietatis tuae mundo me tollit, & tibi tradit, so-
porat & excitat, secularium obliuisci me facit,
& tui nō sinit. Ego dormio, dormi mecum, sur-
ta illud quod ipse in Salomone diffinis: Si dor-
mierint duo simul, fouebuntur mutuo, sic fiet ut
ex dilecti praesentia ob uehementiā amoris cor
meum uigilet amplius. Cor meum uigilat, cum
tuus amor in eo amplius uiget. Ego dormio.
Dormio propter amici requiem, propter raptū
inuigilo. In somno dulci quietis meae, sollicitudo
uigilantis te uigilantius somniat. Dulcis somnus,
& dulce somnium nescire alia, solum te scire.
Vacare tibi & te uidere sicut hic datur per som-
nium (ut sic dicam) & umbrā & aenigma. Bona
crapula copia uacationis & uisionis istius. Vi-
sio ista habet aliquid somnii simile, eo quod nō
humano arbitrio & industria fiat, nō ex inuesti-
gatione nostra, sed ex uisitatioe orietis ex alto.
Paulus quasi dormit, cū mundo morit: quasi ui-
gilat, cū uiuit Christo. Dormiat utinā fratres ani-
ma mea dormitatioe ista, et fiant uigiliae meae ta-
lium similes. Utinam iuges sint, non interpolē-
tur. Nunc autem uersa uice ego uigilo, cor meū
dormit, dormit spiritus, caro uigilat: etsi caro
dormit, non tamen statim spiritus uigilat. Indul-
get animo requies, nondum tamen ab illa glo-

riosa ebrietate sorbetur & rapitur. Dormit ten-
tamentis, nondum tamen excitatur illis inebri-
antibus blandimentis: & quamuis frequenter
gustentur, rediuiua tamen nouitate animam,
quam inebriant, excitant. Iure uigiles dicti sunt
qui nunq; uinum illud inebrians digerunt: qui
semper mandent aeternae delectationis uberta-
te. Tales in Danielis libro uigiles legis. Bene ui-
giles, in quibus nihil est quod soporacione indi-
geat, sed totum inuigilat Deo. Bene uigiles, quo-
rum non interpolantur uigiliae. Nullus in eis a-
nimalis affectus sentitur quem deceat confopi-
ri ut expeditiores sint cordis uigiliae. Sunt quae-
dam uigiliae sollicitudinum repletae molestia, de
quibus Petrus: Sobrii estote & uigilate, quia ad-
uersarius uester diabolus tanq; leo rugiens cir-
cuit quarens quem deuoret. Et Paulus, inquit,
uigilate & state in fide. Sed illae uigiliae nihilo-
minus sollicitudine nō carent, quib. ecclesiae ue-
xantur doctores, sicut euangelici illi pastores ui-
gilantes & custodiētes uigiliae noctis super gre-
gem suum. Vigiliae istae quadā torquentur mo-
lestia ob imminētis mali cautelā. Vigiliae spon-
sae dormientis non continent mali cautionem,
sed copiam boni. Praeoccupatae enim menti ue-
hemens amor auuditatis inexplatae uigiliae in-
ducit. Vigiliae quadam sunt uel desiderii opta-
tae praesentiae, uel delectatio indepra. Vigiliae bo-
nae, uigens & non somnolenta deuotio, siue in
copia dilecti praesentis, siue in concupiscentia
absentis. Haec nec uigilat, nec uiget, nisi inquie-
ta, & quantum ad seculi uel studia uel desideria
confopita mente. Ideo dicit: Ego dormio, & cor
meum uigilat. Et in Iob legitur, quod in uisio-
ne nocturna, cum sopor irruit super homines,
& dormiunt in lecto: tunc aperit Deus aures,
tunc loquitur, tunc pulsat. Ideo hic sequitur:
Vox dilecti pulsantis: Aperi mihi. Iure uigi-
lat, nesciens qua hora uenit dilectus eius.
C Quasi continua sunt uigiliae sponsae, & uox di-
lecti. Cor, inquit, meum uigilat, & statim adie-
cit: Vox dilecti pulsantis: Aperi mihi. Cor meū
uigilat, & dilectus meus non dormit. Vox eius
pulsat, & dicit, Aperi mihi. Cor meū uigilat, &
ipse statim aduolat, & auditur uox eius. Vox, in-
quit, dilecti. Haec mihi uox nota est, haec mihi
grata, ad alias obsurdese uoces, ad hanc exper-
gesta sum, statim cum insonuit in auribus, meis
exultauit praegaudio. Multae uoces obstrepere
solent, & falsas insufurrare blanditias, sed non
sicut uox dilecti. Magna, fratres, prudētia spon-
sae, & discretionē spirituum pollens, quae sic di-
stinguere nouit inter uersutias daemonum, &
blanditias ueras dilecti. Vox, inquit, dilecti pul-
santis. Quae talis uox qualis Iesu: Nunquid phi-
losophorū? Nunquid haeticorū? Num legis?
Num prophetarum? Valida uox eius est, stultā
fecit huius mundi sapientiam. Lex & prophete
neminem ad perfectū adduxerūt, uox Iesu con-
summationis

summationis summam complectitur, uox eis
consummationis praepcepta continet, uox eius
mouet affectus. Vox, inquit, pulsantis. Pul-
sat enim & penetrat efficax instar ancipitis gla-
dij, leniter illabit, & blandē persuadet, quod nul-
la potuit alia doctrina obtinere. Non altus ser-
mo, sed alta mysteria. Humilitatem cōscientiae,
morum contemperantiā, obtemperantiā obe-
dientiē, carnis munditiā, cōtemptum mundi,
concupiscentiam aeternorum, diuinitatis notiti-
am, quae nunq; disputatio, quae distractio tantam
aut sermone tradidit, aut inspirando persuasit.
Resurgendi gratiā, impasibilitatē resurgentiū,
aeternitatem uitae, maiestatis reuelationem hac
docente spirare didicimus & suspirare. Notus
in Iudaea Deus, in Israel magnum nomen eius.
Nunquid tantū? Nūquid tam expressum? Nun-
quid tam impressum? Nūquid tam sparsum? In
Israel magnum nomen eius, sed nō catenus ma-
gnum uel euidenti doctrina, uel uehementi de-
uotione, uel numerosa populositate credentiū.
Heb. 1. Olim loquens Deus patribus in prophetis, no-
uissimē diebus istis locutus est nobis in filio. I-
deo uox ualida, uox uirtutis, uox dilecti. Sed Iu-
deorum conualescere nequiuit in auribus: audi-
uit gentilitas, & confessa est, & non negauit di-
cens: Vox dilecti pulsantis. Vtrumq; agnosco
esse dilecti, uocē & pulsantem, uerbum & uirtutē.
Vtroq; mihi gratus dilectus meus, utroq; me de-
mulcet & mouet, uoce & pulsu, et (ut sic dicam)
canticum & psalmum. Bene pulsat, & quasi tympani-
zant, qui uerbi & operis cōcordem mouet sym-
phoniam. Tympanū puta Iesum, accede, tange,
discute, pulsa mores, opera, uerba, uitam. Om-
nes meae chorde extenta & sonora sunt, tactae
melodiam dulcem resultant. Iesus ipse pulsat se-
ipsum. Nemo, inquit, tollit animam meam, sed
ego pono eam, & iterum sumo eam. Potestātē
habeo ponendi eam, & potestātē habeo iterum
sumendi eam. Vide quid tibi sonet ista positio,
sumptio, & utriusq; potestas, quid ipsa pulsandi
causa. Nonne & ipsa maxime ad cor nostrum
pulsat & excitat, ut nos uelut cithara quaedam
efficit, sic sonanti cōsonare nitamur. Vox dile-
cti pulsantis. Bene dilecti, inquit, quasi ex dile-
ctione sola & gratia loquētis & pulsantis. Aperi
mihi: quia caput meum plenum est rore, & cin-
cinni mei guttis noctium. Refrigescet in Iudaea
charitas, iam transmigratio sit iuxta scripturam
ad gentes. Illi missum est uerbum salutis, sed re-
pulsit illud, indignam se iudicans aeternae uitae.
Exclusus sum ab ea, tu aperi mihi: quia caput
meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis
noctium. Caput Christi Deus. De Deo patre
gloriantur Iudaei, eius se iactant habere notitiam,
filium reprobant et blasphemant, tu aperi mihi.
Caput meum plenum est rore. Nō tales desiderat,
nō sitit, sed magis fastidit, ideo plenum est. Plenum
est rore, eo q̄ sensu leues sint, ratiois carētes pon-

dere, non habētes aliquod in assertionē momē-
tum. Ratione leues, obstinatione graues. Qua-
si ros & gutta inefficaces & pertinaces. Et cin-
cinni mei guttis noctium, quae gelidae sunt & te-
nebrose. Nam est quidam ros qui noctis nō est.
Ros tuus (ait Elaias Deo) ros lucis. Et cincinnati
mei guttis noctium. Figuris adhaerunt, scientes
literaturam, nescientes sensum spiritualem. De
unius scientia Dei, de figurali legis obseruatio-
ne Iudaei gloriantur, mysterium insipientes tri-
nitatis, & praefigurationis ueritatē, de superfluis
& emortuis signis se iactant. Molesti sunt mihi,
discipulos meos premunt, qui sunt uelut quod-
dam capitis mei ornamentum & decus, ideo fugio,
aperi mihi. Quidam haetici Christi diuini-
tatem ad quam nec fide uolunt, nec ratione pos-
sunt attingere, conantur extinguere. Subtilia,
confona literarum testimonia, & quae diuina
nituntur autoritate, quasi quosdam cincinnati
capitis (nō coherentibus di-putationū suarum
argutijs, & uelut quibusdam roris instar minu-
tiss) insipienter, corrumpunt, opprimunt. Hi quoq;
notitiam Dei praesumentes & spiritualiū subtili-
tatem sensuum, quasi in ipso Dei capite & capil-
lis superba locatis, rori cōferuntur, & guttis no-
ctium: ut intelligas eos minutos, gelidos, fluidos,
& non coherentes sibi. Sed & si quidē uideris
eos sanam quasi caput ipsum tenere fidem, su-
perficiētis cōmunicare, subtili uigere sensu:
gelida tamen est propter malam conscientiam,
& propter hypocrisim obscura, & propter uelo-
cem transitum fluida. Gaudiū enim hypocrisim
instar puncti, Hunc talē Iesus foris esse iudicat
opprimentem, & quasi grauē sibi refugit. Hu-
iusmodi non tam ambulant, quam uolitant in
magnis & mirabilibus, super se, superba elatione
pendulo uagi in aere. Ambitiosa quidem nego-
ciatione perambulant in tenebris. De religione
lucrum uenantes, spiritualem se simulantē ha-
bere doctrinam, studiū, instar roris eloquium,
in certa & occulta & quasi nocturna nosse my-
steria sapientiae Dei, sanctitatis tenere caput &
culmen, & in ipso Christi haerere uertice, emi-
nendi magis, quam intrandi studium gerunt.
Istos molestē ferens & fugitans Iesus, dicit: A-
peri mihi soror mea. Quae intus es, quae nō uaga-
ris foris, quae nō in sublimibus uolitas, quae non
uis tam eminere foris, q̄ intus te tenere, aperi
mihi. Aperi mihi. Non queris nisi me, tota es
mea. Tota mea, & multiplici iure mea. Quare
multiplici: Audi q̄ multiplici soror mea, proxi-
ma mea, columba mea, immaculata mea. Soror
mea in assumpta carne cognata. Proxima mea,
quia de latere cū in cruce dormiret, de secundo
Adam Eua noua est creata: ut nō iam sint duo,
sed una caro. Ibi est cognatio naturalis, hic et cō-
iunctio personalis. Ibi soror, hic sponsa. Colūba
mea, sed spiritus per gratiam. Immaculata mea
per remissionē & disciplinā. In carne soror, in
Nnn 3 sacramentis

facramentis sponsa, in spiritu simplex, immacu-
lata in sanctitate. In his omnib. mea, aperi mihi.
Age quod agis, aperi mihi. Tibi intus sum, sed
aperi mihi in illis in quib. adhuc foris comoror.
Aperi illis inuita, introduc in locum tabernacu-
li admirabilis. Pulsa ut aperiat tibi ostium magnū
& euidēs (sicut Paulus dicit) ut pateat introitus
periuationib. tuis ad affectus eorū. Penetra ad
illos, ut ad te post introducas. Exi ad illos, ut in-
trent ad te qui foris congelato frigescūt affectu.
Exitus tui dāna aliorū introductione redime.
Quid dicis: Exui me tunica mea, q̄modo indu-
ar illa? Quid dicis: Laui pedes meos, q̄modo in-
quinabo illos? Exuisti te tunica tua, tunica car-
nalis curae, tunica certē molesta, & forte polluta.
Esa. 59. Tunica tua te exuisti, mea induere. Zelus do-
mus meae comedit te. ideo iuxta Esaiam induere
re pallio zeli. Insta, argue, praedica, obsecra, op-
portune, importune. Nō est pedes polluere, hac
incedere uia. Si quis adhæsit puluis, excutias il-
lum de pedib. tuis. Non pollutos, sed pulchros
commendat Esaias pedes, cum dicit: Quam pul-
chri super montes pedes annunciantium pacem,
annunciantium bona. Ne cuncteris, operū me-
orum exempla te moueant. tangat manus, si pi-
gritaris ad uerbum, Zelotes ego sum, tu quoq̄
pro me zelare. Ocium sepone paululū, meis im-
plicare negocijs. Omnis militans Deo istis, cum
iubet, se implicet oportet negotijs. Cū diues es-
sem pro omnibus, pauper factus sum. Aequalis
Deo, exinanitū me ipsum, ministrandi formam
accipiens. Pro omnibus mortuus sum, ut qui ui-
uunt, iam sibi nō uiuant, sed mihi. Attentis tali-
bus in dilecto sponsa, & his mota exēplis ad a-
mulandum, sic ait: Dilectus meus misit manum
suam per foramen, & ad tactum eius intremuit
uenter meus. Per arcum paupertatis, persecu-
tionis, & mortis foramen, operum suorū ad me
intromisit exempla. Hæc me tangunt, hæc me
mouent. Nota tremorē uentris, audi deniq̄ mo-
tionis effectum. Sequitur enim: Surrexi ut ape-
rirem dilecto meo. Audite & intelligite qui pre-
properatis honores. Sponsa enim, ad quam cantici
huius blandimēta cantant, morose & cunctan-
ter accedit, etiam postq̄ se fororē, proximā, co-
lumbam, immaculatā audiuit uocari. Contem-
plare si hæc in te sint, & si sint, uerere ne perdas.
si non sunt, uerere ne non accipias. Antēde post
quot & inuitationes et cōmendationes sic dicit:
Surrexi ut aperirē dilecto meo. Et tibi uanū sit
surgere anteq̄ uoceris. q̄ dilectionis illius san-
ctē panē manducas, & bibis uinū de q̄ supra di-
cūt: Comedite amici mei, & bibite, & inebriami-
ni charissimī. Vanū, imō uerendū sit tibi, nisi cū
inuitata sis surgere, cū dormis somnū dulcē, do-
nec dilectus apiat. Aperi mihi: nō ambitionis,
nō auaritiæ, nō inquietudinis, nō elationis uox
moueat animum, nō demulceat blandimēto sal-

1. Cor. 16

Esa. 59

2. Timoth. 4

Esa. 52

2. Cor. 9

Canti. 5

Ibidem

laci. Ista tibi ignota sint uoces, nō tibi ista opus
bonum suadeant, si tamen ante dilecti tui uocē
assurgere. Qui uiuit & regnat, & cætera.

Sermo XLIII.

Superiore sermone hunc locum ita discussi-
mus, ut diceremus Iesum sponsæ suæ implo-
ralle solatia aduersus molestias eorum, qui fidei
nostræ sinceritatē humane & perfidē doctrinæ
corruptela tentant inficere, & subtiliū persuasi-
onum immadidare rore nocturno: quem prin-
ceps tenebrarū, princeps aeris huius latenter &
leniter instillat, nam & alio scripturæ loco qua-
ritur, quod aqua inundauerūt super caput suū.
Heri ergo inductus est a nobis Dominus Iesus
molestias fugiens: hodie inducē gaudia ferens.
Heri inductus est solatia implorans: hodie secū
solatia portans. Heri plenus iniurijs, hodie gra-
tius. Illa interpretatio raras respicit, ista referi ad
plures. Non omnes ad prædicationem opus uel
idonee sunt uel delegate, non enim corruptelas
fidei repellere uel sufficere, uel huic muneri præ-
ficiunt. Non possunt omnes esse matres & spō-
se, omnes possunt forores & sponsæ. Non om-
nes possunt partus sustinere iniuriā: omnes de-
bent amplexus gratiam. Fuerat secundū hester-
nam interpretationem roris illius nocturni li-
quor molestus, hodiernus iste sit gratus. Ibi lo-
quitur Iesus querelas deponēs, hic loquit̄ blandi-
tias suggerēs. Ibi fugit infestus, hic solū ad spon-
sam festinat. Aperi mihi foror mea, proxima
mea. Disciplinā hic attende custodie, ubi sanua
passim nō patet. Quis illuc intrabit ad arbitriū,
ubi Iesus sine interpellatione nō intrat, nec nisi
cum fuerit audita & nota uox eius? O me feli-
cem, si de mea dici anima queat: Porta hæc clau-
sa est, & per eam nec furim nec fortuitō indisci-
plinatus affectus immittit. Soli principi patet, si
ponam ori meo custodiā, ut soli principi pateat,
cum assistit ad illud: Aperi mihi portā iustitię: et
ingressus in eam cōuiuabor tecū, comedā in ea,
& bibā & inebriabor, deniq̄ & ego inebriabo
te guttis meis. nō accedo sterilis, sed madēs sua-
uiter illabēte rore gratiarū. Aperi mihi. Intus iā
tibi sum nūc, sed aperi mihi, ut amplius intrem.
Aperi mihi. Iā quasi nouus accedo, & recētī ro-
rans affectu. Ut ros tibi fluat eloquiū meū, cum
deitatis meę tibi instillabo arcana, caput meū ro-
re abūdat, & contēplatio diuinæ in me naturæ,
subtiles & sœcūdos parturit sensus. Quid circa
humanitatis mytheria solū moraris? quid tādū
solus ad pedes resides? Surge ascende ad caput,
illi aperi. Aperi mihi in hoc, quia caput meū ple-
num est rore. Humanitas gratiā cōparat, diuini-
tas confert: humanitas impetrat, diuinitas infun-
dit amorem. Caput meum plenum est. Ipsum est
ros, ipse illabit animā, & eius medullas irrigat.
Vsq̄ ad aliquod ingressum aperi mihi, ut pertin-
gam ad intima, ut diuinitatis meę dulcis notitia
influat, & inficiat totum, quod est in interiorib.
tuis.

Canti. 5

Canti. 5

1. Cor. 12

Rom. 1

tuis. Aperi mihi ut diuinitatis meæ subtilis ros
cordis tui terrā infundat & inebriet eam. Et re-
uera sic est fratres. Vbi in materia maior est glo-
ria, ibi in meditatione maior est gratia. Quod
plus habet excellentiæ, plus sibi exigit reueren-
tiæ, plus refundit & gratię. Quod quodā natu-
ræ sue merito prerogat, perceptio eius oblecta-
tionis plus erogat. Plus omnib. placet, quod o-
mnibus prestat. Singulari materię peculiaris de-
betur cernendi modus. Non est humani iuris:
non est enim moris humani. Quicquid & perui-
gili donatur menti, nō tamen ad uotū, sed cum
ipse uult & dicit, Aperi mihi. Quid est dicere,
Aperi mihi, nisi quodam blandimēto affectum
illucere, mouere cōcupiscentiā, ut mens ex par-
te tacta tantæ lucis corusco, ad pleniorē perce-
ptionem se præstet purgatam: Sic lux quali ocu-
lo dicit, Aperi mihi: quæ ex modica perceptio-
ne ad maius participiū sui quandam auditiem
prægerat: Aperi mihi foror mea. Quid est le-
si bone, quod rogas aperi mihi? Tu ipse habes cla-
uem Dauid, Aperis, & nemo claudit. Appari-
tio tua, apertio est. Appare, & nemo tibi clau-
dit. Cui ex minima parte maiestatis tuæ cepit
gloria scintillare, animū ad se subito cōuertit &
rapit. Non finit sibi claudī, dum ipsa coruscet.
Cor quod penetras, aperi mihi. Apertum tenes,
dum te subtrahis. Et forte utraq̄ necessaria est,
& cognatæ sunt sibi apertio sponsi, & apertio
sponsæ. Apertio sponsi, apparitio eius. Apertio
sponsæ, apparatus eius & cōptatio ad tam dul-
ces usus. Caput meum plenum est rore, & cin-
cinni mei guttis nocturnum. Caput plenum est, &
eo madēt qui adhærēt illi. Delectabilis est Deus
in se, & delectabilis in sanctis suis, qui de ipso
per gratiam oriuntur, & ordinatione sua quasi
quidam distincti cincinnati perseverant in eo.
Pulchra utraq̄ contemplatio, uel essentia eius,
uel gratiarū quæ procedunt de ea. Diuisiones
enim gratiarum sunt, ac si quædā distinctio cin-
cinnorum. Inuisibilia enim ipsius quandā præ-
ferre distinctionem uidentur, ad nostræ tamen
capacitatis mensuram. Nam distinctis signis &
sermonibus aliud & aliud significare conanti-
bus, quæ in ipso sunt unum, quasi plura & uaria
innotescunt nobis. Quædam ad solam eius ma-
gnitudinē respiciunt: unum hoc cincinnum pu-
ta. Quædam ad solam potentiam, sic & quæ ad
sapientiam, quæ ad bonitatem, quæ ad præde-
stinatorem, ad prouidentiam, ad gratiam, ad in-
dulgentiam, consilium, cogitationes Dei, gene-
raliter quæ una significationis completit ratio,
& quasi ad unam pertinent, pro uno cincinno
interpretare: quæ ad aliam, pro alio crede. Inui-
sibilia ipsius, ait Apostolus, per ea quæ facta sunt
intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq̄ eius
diuinitas. Illa plurali protulit, hanc singulari in-
tellectu. Hanc ergo uelut caput accipe, illa uelut
cincinnati, nam diuinitas in se una simplex est,

secundum effectum aut in subiectis, & effigiem
particulariter impressam subiectis, uaria signifi-
cationis recipit numerū: ideo essentialia nomi-
na mutuo de se dici possunt, nō sic autem deno-
minata. Essentia Dei scientia eius est cum con-
uersionis ueritate, & substantiæ identitate: non
tamen cum uerū est Deum nosse aliquid, & se-
quēter uerum erit illū id esse. Sic & potentia cū
uoluntate in Deo unū idēq̄ essentialiter est,
denominata uerō ab his non se mutuo conse-
quuntur. Denominationes enim istæ cum ali-
quem circa creaturas effectum cōtinent, cogna-
tam ab illis multitudinē trahunt, in se nequeunt
cōmutari. Mira identitas, & mira diuersitas, u-
traq̄ inexplicabilis, utraq̄ admirationis est ple-
na, deuotionis & reuerentię occultis imas & ef-
ficacissimas causas cōtinent. Accede sponsa ad
hoc caput dilecti, & cincinnati eius: stringe ros-
rantes crines, multum inde dulcissimi liquoris
elicies. Pleni sunt guttis noctis, guttis occultis,
guttis nō ignota dulcedine refrigerantibus. Erit
quando gutta tales expressæ frequētius integri
fluminis efficiant impetū. Bonus quidē, qui de-
siderium aestuantis amoris refrigerat. Siue su-
pra dictis modis caput cincinnatiū intelligas, si-
ue in capite illam deitatis nudam notitiam, quæ
est facie ad faciem, cincinnati aut illam quæ per
speculum fit, & in uelamento ænigmati, in u-
troq̄ refrigerij uberem rorem reperies: ideo for-
te capiti ros simpliciter assignat, gutta uerō cū
adiectione noctis. cincinnati atq̄ uinū, q̄ & ui-
sio quæ per speculum fit & ænigma, nocturnæ
quidā habet qualitatis. minus fulgēs, & minus
feruens. Aemulare sancta anima sponsum, ca-
put & capilli deuotionis rore madescāt. Caput
intentionis, cincinnati cogitationis. Ad modum
madentiū capillorū stricte sint, extētae sint. pin-
gues sint, cōtinentiæ extenuatæ disciplina, cōti-
nationis perseverantia, p̄tentæ, exultationis spe-
cie pingues, ne ad modicū tenebroso & gelido
malitię & nequitię rore inficiant, quæ princeps
aeris huius leniter & latenter aspergit. Caue fal-
laces infectiones eius, sponsi tui illum cœlestem
se mentis habere rore. Claude illi: & si dicat, A-
peri mihi foror mea, nullam tibi cum eo cogna-
tionem esse responde. Quæ illi cognata est, im-
maculata nō est. Præua cognatio, quam cōtagio
sequitur. Christus cum iam sororē dicit, imma-
culatam subiungit. Ausculta quando dicere pos-
sis: Vox dilecti pulsantis. Hostis primo aggressus
fuit timidē agit. Tentantis modo deprehendī ti-
mens, palpat, non pulsat. Dilectus tuus innotes-
cere uolens, pulsat audenter. Aperi mihi, quia
caput meū, inqt, plenum est rore, & cincinnati mei
guttis nocturnum. Ac si dicat: Aperi mihi, quia ro-
re gratiæ refertus illabor. Aperi mihi, aptam te
prepara tantæ presentia. Tūc illa: Exui me tuni-
ca, q̄modo induar illa: Laui pedes meos, q̄modo
inquinabo eos: Tu dicis, Aperi mihi. Ecce ape-
rui,

B

C

Canti. 5

Ibidem

rui, parata sum, & domesticis turbari deuotio A
curis refugio. Nolo quam semel exui, reindui
tunica. Quomodo induar ea? Quomodo? Nul-
lo modo. Non acquiesco, non possum non aegre
reinduitiois uerbū audire. Laneam exui, ue-
stita subtilibus. Noui quam laboriose sint par-
tes Marthe, quae onerosa opera sit tunica, quomo-
do circa frequens discurrendo ministeriū in qui-
natos oportet illam affectuum pedes habere, &
operum gressus. Non possum de Maria in Mar-
tham degenerare. Optimā partem elegi, apertū
& paratum efficere cor meum ad aduentū dile-
cti. Non uidetur in partibus Marthe passus mo-
lestias, qui semel ad illas iterum reuerti festinat.
Nuda ab omni materia mundi, & sine impedi-
mento uelaminis, libera & quasi reuelata facie
gloriā contemplatura dilecti, surgam ut aperiam
ei. Via haec uia pulchra est, non potest per eam
pes pollutus incidere, nec pollui in ea. Breuis
uia: nam dilectus stat ad ostium uociferans &
pulsans, quasi morae impatiens. Pulsat ad ostiū,
explorat aditus, & ardentius diligens properan-
tem praue nit me. Manum suam misit per fora-
men, & ad tactum eius uenter meus intremuit.
Quid sibi uult hoc loco quod sponfa, quae clauserat
ostium cubilis sui, non hoc quocumque obturauit fo-
ramen, ne ad illā quid ingrederetur incaute? In
ceteris cautius agens, cur hic locum negligentiae
reliquit? An forte hoc in se minus ipsa nouit fo-
ramen? Quis enim in se omnia potest nosse fo-
ramina, omnes aditus, omnes aperturas, nisi
ille qui (sicut in Ezechiele legitur) in lapide pre-
cioso foramina praeparauit? Ipse foramina ubi
uult parat, quia ubi uult spirat. Ipse manum mit-
tit per foramen, per apertū aditum, inspirationis
occulta uirtutem. Per foramē, inquit, id est, per
apertum, per abdūtum, per arctum ingressum. Ar-
ctus enim ingressus satis, ubi manum tantū im-
mittit Iesus, eius respectu quem per ostiū apertio-
nem sibi fieri petit. Non moueretur ille uenter
sponfae, non surgeret, non aperiret dilecto, nisi
ipse prior inspirationis suae manum immisisset
occultā. Occulta ratio uocationis primae, latens
causa, & nondū latus ingressus. Dilatatur autē,
cum praoperanti sponfa anima cooperatur, co-
natur, assurgit & aperit. Prima solius Dei ma-
nus agnoscitur, secunda Dei simul & hominis.
Et cum magis Dei sit propter munus, soli tamē
homini deputatur ad meritum. Arctā est etiam
& quasi per foramen concepta cognitio Dei, ea
quae per operū eius contemplationē percipitur,
& quasi tactus manus, non uisio uultus eius. Ad-
uerte trinum contemplandi modū, in capite, in
cincinnis, in manu. In capite naturā, in cincin-
nis figurā, in manu facturā. De hoc ultimo sic
ait: Delectasti me Domine in factura tua, & in
operibus manuum tuarum exultabo. Possumus
etiā sic illa uocare, essentia, signa, opera. Diuinae
illius naturae notitia, signa per quandā in suo ge-

Psal. 91.

nere similitudinē depromunt, opera pbant. Si-
gna, ut sic dicā, exprimunt, & opera astruunt. Vlti-
mus hic contemplationis modus, simpliciter est, se-
cundus eruditorū, primus purissimorū. Verun-
tamē sicut iam diximus, immisio manus per fo-
ramen immisionē illā latentē & occultā signi-
ficat inspirationis, quam diuinae uirtutis tactus
operatur. Hic etiam est aduerte tria quaedam
in sponfa. Quae tria? Primō quod tremat, secun-
dō quod surgit, tertio quod aperit. Primum sit
quidem in ipsa, sed non ab ipsa. Duo sequentia
sic fiunt in ipsa, quod etiā ab ipsa. In primo pre-
occupatur, in secundo conatur, in tertio captat.
Cum tremat, nil in ipsa agit, sed magis patitur.
Cum surgit & aperit, propriae aliquid industriae
adhibet. Tremat, cum motum occultū inspiratio-
nis sanctae dulciter sentit. Assurgit, cum consen-
tit & sequitur quod illa ducit. Aperit, cum huic totā
se operi mens indulget, & reddit capacem. Ve-
runtamē quanto magis se huic uisui aperit, tan-
to ex nimia affectione & uehementia in se de-
perit. Memor fui (inquit) Dei, & delectatus sum,
& exercitatus sum, & defecit spiritus meus. Me-
moriam uentri, tremori delectationē, exercita-
tionem surrectioni confero & aptat. Nam quod
dicit, Defecit spiritus meus, ad illud spectat quod
hoc sequitur in loco: Pessulum ostiū mei aperui dile-
cto, & ipse declinauit. Tunc declinat, cū tu desis-
cis ferre non ualens. Cum tu afficeris uehemen-
tius, tunc ipse citius auolat. Quāto affectuosius
captas dilecti amplexus, & quasi aperto corde
totū absorbere & deglutire conaris, tanto uelo-
cius declinat labilis praesentia dilecti tui. Sed
iam redeamus ad seriem literarum. Surrexi ut ape-
rirem dilecto. Manus meae distillauerunt myr-
rham: digitū mei pleni myrrha probatissima.
Quid est quod de apertione locutura praemittit de
manibus? An forte suggerere uoluit, quibus te
manib. oporteat aperire dilecto tuo, quib. ope-
rum meritis contemplandae ueritatis aditū praeparare?
Bene quidem myrrhatae manus, quae
carnis mortificationem operant, quae fluxū eius
compescunt, stringunt ut latius influat oblecta-
tio uerbi. An non uelut quaedam myrrhē stillas
censes opera regularis conuersationis, quae ui-
cissim sibi succedentia mentem unguunt, & car-
nem stringunt. Vigiliae, ieiunia, castigatus & par-
cus uictus, asper pannus, & panis ater, plaga uir-
garū uoluntarie susceptae, in matutinis psalmo-
diae uociferatio, & silens oratio, utraque in spiritu
cordis uehementi: sed haec tanto uehementior,
quanto corporalis spiritus minus est continens:
quidni distillant nobis, dum uicissim succedunt
sibi: Iure conferunt myrrhē, quia carni amaritu-
dinē uehementi inferunt, & deuotionis uelut un-
guento mitigāt animū. Et ut discretionē adesse
intelligas, & obsequiū rationale: Digitū, inquit,
mei pleni myrrha probatissima. Manus opera
sunt, discretio digitū. Myrrha tam actio carnis,
quā-

Psal. 76.

Cant. 5.

Cant. 5.

quā unguentaria exultatio cordis. Haec myr-
rha probata est, nam est quaedā myrrha quae re-
probata est. Cum uideris quorundam puerilium
hominum digitos prohibita passim signa distil-
lare, agilem manū undiq; petulatis, uel peruersi
affectus indicia spargere: ut arbitrator, indiscipli-
natae conuersationis amaritudinē: quasi repro-
bam myrrham istū funderere non negabis. Proba-
tissima uero myrrha est, quae in multis argumen-
tis exercitij regularis est repta laudabilis. Et re-
gularis exercitatio, & hostilis uehementia, utraque
probabilis est, cum patientiae uirtus seruata inte-
gritate sua, amaritudine nimia non corrumpitur
ac degenerat. Recole tempora, quibus iuuentu-
la adhuc ecclesia ad aures pulsauit gentilium, ut
dilecto suo Christo ad corda ipsorum ostium ape-
riretur, pateret aditus: quā innumeros defuda-
uit agones, quanta confecit martyria, quā con-
tinuis est uehementia supplicij? Verē digitū eius ple-
ni myrrha probatissima, eo quod omnimodā
passionū argumentis honestata est, uirtus eius
in laboribus suis. Cum huiusmodi manibus fata-
gite fratres, aperire uerbo, speculationis dulcedi-
ni aditum praeparare. Bonorum actuum meri-
tis, mentis uestrae recessus Christo uberius refe-
rabit. Videte si laboris & fatigationis uestrae
myrrha multis est experimentis reperta laudabi-
lis, sicut aurum quod per ignem probatur. Digi-
tū mei (inquit) pleni myrrha probatissima. Discre-
tionis significatur subtilitas, & unctiois liber-
tas. Et digitus enim dicit, & plenus. Distillant,
& pleni sunt. Vicissitudinem habent, non eua-
cuationem. Interpolantur ieiunia refectioe, la-
bores requie, uigiliae somno. Vicissitudo refe-
ctionem affert, non defectū. Digitū (inquit) mei
pleni myrrha probatissima. Contemplationis
opas delicias, sponsi amplexibus, ex ocio perfrui,
illum solum cordis tui continere secreto? Noli
ad aperiendū uacuis, noli aridis occurrere ma-
nibus. Actio contemplationē praecurrat. Quan-
to magis myrrha continentis, & afflictionis mor-
tificaueris affectus animales, tanto uberiorem
aditum dilecto paraueris. Denique sequitur:
Pessulum ostiū mei aperui dilecto. Non possu-
mus in angustia terminandi sermonis huius
ostium aperire capituli. In alium differamus tra-
ctatum, gratiam ab eo expectantes & expectan-
tes, qui habet clauē Dauid, sine qua nemo ape-
rit, Iesus Christus, qui uiuit & regnat per omnia
secula seculorum. Amen.

Sermo XLIII.

Hodie uobis, fratres, de apertione ostij differ-
turi sumus. Nam hesternus sermo de ope-
ratione (quae uelut quaedam ad apertionem est
uia) ultimum tractatus nostri digessit articulū.
Bona planē operatio, quae immortalitatis & in-
corruptionis spem & speciem semper praefert,
quae non seminat in carne, ut corruptionē inde-
metat. Vtinam in ueritate ego dicere possim,

Quia myrrha in manibus meis semper. Si quis 10. m. 7.
(inquit Iesus) fecerit uoluntatem patris mei, cog-
nosceret de doctrina mea. Ecce qualiter pietatis
actus aditum referat ueritatis. Boni certe actus,
qui & quaedam contemperantia & moderatioe
discreti sunt, & unctiois deuotione repleti. Su-
re manibus unguentarijs aperitur Christo, qui
de unctioe nomen accepit. Et forsitan nisi per
unctum ostiū ingredi nescit. Ideo in templo de
lignis oliuarū ostiola facta sunt, per quae in san-
cta sanctorum aditus pateret. Huiusmodi enim
& ligni materia unguentarij est ministra liquo-
ris. Ostiola dicta sunt, & oliuarū arctus introi-
tus: sed pinguedine gratiae sine difficultate illa-
beris, ubi subtilis est intelligentia, & secretū my-
steriū. Non laboriosus patebit ingressus, si deuo-
tionis & charitatis oleo quali ostio uolueris uti.
Et puto quod conueniens est de templo testimo-
nium prolatum: Templum enim Dei sanctum
est, quod estis uos. Habe ergo in templo tuo ostia
per quae summus pontifex solus ingrediatur in
intimū cordis tui recessum. Claude ostiū, obde-
pessulum, nisi quando dilectus tuus ingredi uo-
let. Si ostiū non est, passim patebit ingressus om-
ni transeuntī. Si ostiū clausum est, pessulum non
obferatū: facili cedet & patebit impulsui, clau-
suram non habens firmiorē. Habe utrunque ostiū
circumstantiae, & pessulum constantiae. Prospice
circumstanter, resiste constantē: obliuio & igno-
rantia non surripiat, improbitas non irumpat.
Et si ita uauis distinguere, sollicitā praemedita-
tionē reputa ostiū, orationē quasi pessulū. Tali
firmatū repagulo, hostili non patebit impulsui
ostium tuū. Conforrauit (inquit Psalmista) seras
portarum tuarum. Nonne in seris & portis ue-
lut ostium & pessulū tibi uideris audire? Vtrūque
necessarium est, sed contra insidias inimici. Vbi
uocem & pulsū audis dilecti, ubi manus eius
subtilem & per foramen sentis tactum, aufer
pessulum, ostiū aperit, cuncta cedant obstacula:
si fieri potest, medium parietem totum aufer, ut
liberē se tibi dilectus tuus infundat. Sollicitudo
aduersus tentamenta demonum in securitatem
uertatur de praesentia sponsi: cautelam hostem
repellendi, in perfructu dilecti copiam uerte.
Ostiū aperuisse se nouit, qui dixit: Paratum
cor meum Deo, paratū cor meum. Quomodo
ostio eget Iesus, qui in Euangelio ait, Ego sum
ostium? Miranda ratio. Ostium est, & pulsat ad
ostium. Intrare uult per quē quisquis introierit,
saluabitur, & pasqua inueniet. Magna est ostio-
rum distantia. Est enim ostium quoddam in ar-
gumentis naturae, est ostium in sacramentis ec-
clesiae, est ostium in experimentis gratiae. In pri-
mo illo ostio naturalis rationis ductu innotescit
nobis per opera operans sapientia, et ad aliquid
ueritatis intromittimur, diuinitatis colligimus
notitiam, non tamen personalem in deitate di-
stantiam. In hoc ostio non distinguitur persona,
nec

Psal. 107.

nec confertur gratia. Ideo non debet esse aspidus, non nimius ad hoc ostium pulsator. Per se eundem in eo quod salutaribus inicitur sacramentis, ad ecclesiae unitatem intramus, ad communionem sanctorum. In hoc secundo ostio sic quidam intus sunt, ut tamen quasi foris sint, donec ad tertium accedant: quod familiariter interpretamur accessum per charitatis affectum, in copiosam quandam contemplationem dilecti.

Ostium hoc tam secretum, tam intimum, non omnibus patet, sed soli sponsae praebet accessum. In Ezechiele multorum ostiorum distantias legis, quas modo longum esset prosequi. Veruntamen parum quidem interesse reputo, tu ne ad illum ingrediaris, an ad te ipse: nisi quod tunc uideris ingredi ad ipsum, cum tu quasi praueenis, & prior rogas. Ipse uero ad te, cum ipse te prauenit, pulsat affectum, improuifus illabitur, & nil tale meditantem insperatae dulcedinis mouet attractu.

Quando pulsat hoc modo ad ostium tuum, noli morari: surge, festina, ne forte declinet. Nam & in hoc loco sic habes: Pessulum ostij mei aperui dilecto: ut ille declinauerat atque transierat. Cur abis Iesu bone? cur declinas? cur fraudas dilectam a desiderio tuo? Tu desiderium inducis, tu delectationem subducis. An forte hoc modo in maiorem auiditatem, & ardentius desiderium concupiscentiam protrahis, dum copiam subtrahis? Ita est. Plane ita est. Ista amoris fallaciae, ipsum amorem magis inflammant, ad eius cumulum proficiunt, dum sic decipiunt. Illae dominicae resurrectionis apparitiones quae breues erant, quae subita, quae succisa. Quibusdam uix iam agnitus est, & statim elapsus est. Non se patitur ab aliis quibus tangi. Aliis clausis illabitur inanis, ostij apertione non indigens. Illud enim ostium maxime illi aperitur, quod aliis omnibus negotio clauditur. Cum putatur teneri, quasi furatur presentiam gratam: furtim accedens, & furtim recedens. Gaudium enim contemplationis instar est puncti. Velociter recedit, & excellenter transcendit omnem humanae capacitatis uirtutem. Quo ipse uadit, non possumus aequis eam in hac carne passibus sequi. Dixi (inquit Salomon) sapiens efficiat: & ipsa longius recessit a me, multo magis quam antea erat. Perceptio eius melius quam priuatio docet, quam sit transcendens eius maiestas. Eo ipso quo uehementior est, uelocius transit. Ipse (inquit) declinauerat atque transierat. Ideo ne Iesu bone declinasti ad sponsam, ut tam cito declinares ab ea? Ipse (inquit) declinauerat atque transierat. Quid est transierat? Transierat me, transierat uires meas, pertransiit me. Ideo quasi ferre & subsistere non ualentem transiit me. Gladius est uerbum Dei, gladius est Iesus, animam sine mora & difficultate pertransiit: non subsistens, dum eius uehementiam liquefacta mens sustinere non ualet. Flammeus hic gladius est: ideo sicut cera fluit a facie ignis, sic anima

succensa a facie eius. Anima (inquit) mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Videtis qualiter ad ignitum eloquium liquefecit animam. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo, at ipse declinauerat atque transierat. Ita in manifestatione dominicae resurrectionis, quae facta est duobus illis euntibus in Emaus, & aperti sunt oculi eorum ad cognoscendum Iesum, sub ipsa apertione horae euauit ab oculis eorum: & quasi pertransiit cor illorum, ut ipsi fatentur: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur, &c. Ardens erat in ipsis in colloquutione, liquefactum est in illa uisione uehementi, soliditatem & constantiam non obtinens. Quid enim est Iesum euauisse, nisi illos in gloriosa apparitione subsistere non ualuisse? Declinat dilectam ut flumem pacis, sed ut gloriae torrens pertransiit, sicut torrens igneus liquefcere faciens animam, quam mundat, quam reficit, quam transit. Quam dulcis hora, quando anima huic igneo torrenti liquefacta miscetur: quam subtilis est in illo momento, quam extenuata, quam nobilis. Nihil tunc teporis habet, nihil duritiae reliquum, nihil rigoris: tantummodo calens & liquens. Cognata sunt sibi inuicem liquidum & calidum. In his duobus contemplationis usus consistit. Quod liquidum est, calorem promptius concipit: & conceptus calor uice uersa quod liquidum reperit, liquidius reddit. Quid dico calidum & liquidum, hoc est (si alius dicatur nominibus) succensum et syncerum. Calidum, eo quod amat: syncerum & liquidum est, quia quandam amari in se speciem repraesentat. Calidum, quia ardet: liquidum, quia uidet. Calidum, quia inflammatur: liquidum, quia dilecti imagine informatur. Quod liquidum est, nil habet impurum, nil pigrum, facile cernens, & facile sequens. Sed tanta gratia liquidum non est, cum calor non est. Bene liquidum, quod ex puritate dilecti claritatem percipit, & quasi percipitum & promptum extra se effusum post dilectum festinat, quae iam pertransiit. Ipse (inquit) iam pertransiit a me, qui totam pertransiit me. Velox transitus, sed uolentiae non parum habens in tactu, liquefactam post se reliquit animam meam effusam uberius, & conantem transire usque ad dilecti transitum, nihil praesumens in eius praesentia. In uoce exultationis liquefacta sum statim, ut locutus est ipse. Anima mea liquefacta est, inquit. Quid est, liquefacta est: id est crescens facta est, currens, clarescens. Crescens super se, currens ad ipsum, ex ipso clarescens. Virtute crescens, currens uotis, ueritate clarescens: hoc est lata, labilis, lucens. Ex hac forte liquefactione praestitum illi est quod manus suae myrrham distillant, mens liquefacta est. Cur tertium praeterimus quod canticum illud apponit: Habet enim sic connexum ex ordine, Venter tremat, distillant manus, anima liquefacta est. Potest isthic etiam leuiter hanc lectionem transcurrere, ordinatum

dinatum quoddam agnitum aduertere: non tamen facile est & planum gradatae distinctionis rationem assignare. In omnibus quidam modus signatur, sed maior in secundo quam in primo: & maior in tertio quam in secundo. Plus est enim distillare quam tremere, sicut liquefcere quam distillare. Totum praesentia sponsae sponse suae quod eius uenter tremat, distillant manus, anima liquefacta est. Totum ex tactu eius, & uocis auditu, totum est (ut sic dicam) ex pertransitu eius. Quia tangit, tremat, distillat, quia pertransiit & pertransiit illum in spiritu uehementi, cuius uocem audis, sed nescis unde ueniat, aut quod uadat. Ideo liquefacta est anima eius ut locutus est ipse. Vox subtilior manu est, uehementius mouet, & uelocius transit. Sermo Iesu subtilioris & sublimioris doctrinae plus continet, quam aliqua operum proderet queant exempla. Omne transit exemplum de maiestate deitatis sermo, quem inter discipulos fudit: omnem experientiam pollicitatio gloriae futurae, quae reuelabitur in nobis. Huic intelligentiae & perceptioni aperi ostium ut comprehendas: statim declinat & pertransiit: ideo & tu transi in affectum liquefacti cordis. Ad hanc uocem dilecti

dic: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam, & anima mea liquefacta est deliciens a comprehensione, & non sufficiens ex uehementi & uiolenta dulcedine persistere & morari in admiratione. Propter haec & huiusmodi, inquit: Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. Quid putatis ut aliquid praeter seriem & quasi ex abundantia ad cohortationem praesumam? Quid inquam? Putatis quod non hic sermo quorundam suggillat duritiam, quorum uiscera gelido austeritatis rigescunt affectu, quorum uiscera nullum misericordiae distillant liquorē, nec exiguo tremunt & mouentur affectu erga poenitentes, misericordiae manus tactum non sentiunt, piissimi Iesu non igniuntur alloquio, pulsantem in poenitente Iesum foris non audiunt: Vereor ne declinet ab eis & pertranseat, ne non inueniant cum quaesierint, et cum clamauerint non exaudiat eos. Cur durantur uiscera tua ad filios quasi non sint tui? Poteras forsitan tuos indementi oculo respicere, & resupino fastu praeterire, si tamen tui tantum essent, & non Domini tui. Quam durus fores si de tuo largiri deberes, qui Domini substantiam tam auaro & immutato etiam filijs affectu dispartiris? Dispersit (inquit) dedit pauperibus. Sed tu forsitan pauperes nescis. Quid si dicat tibi Deus: Imperfectum meum non uiderunt oculi tui? In libro tuo non nisi perfecti sunt scripti, de perficiendis nulla te cura tenere consueuit. Malus medicus, qui non est opus aegrotis, sed bene habentes fortasse exulcerans. Si non uis errantem quaerere, saltem occurre reuertenti. Aperi ianuam misericordiae: & si non poeni-

tentem propter Christum, suscipe uel Christum in poenitente. Liquefcet anima tua misericordiae rore, acclamantis & pulsantis Iesu succendatur eloquio. Vox poenitentis, uox pauperis, uox est Iesu. Ideo cum audis hanc uocem, clementi affectu liquefcet anima tua, ut & tu cum sponsa dicere queas: Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. Ausculta & recole quid locutus Mariae Magdalene, quid mulieri in adulterio deprehensae, quid Samaritanae, Chananae, Zachaeo, Petro, Centurioni. Ad tot pietatis sermones & clementiae cuius non mollescat affectus, uiscera liquefcant? Ad tam uehementes flatus austrinos, etiam de durissimo pectore quantumlibet annosa poterat glacies solui. Sentio me affluentis olei liquore perfundi, & simili affectu liquefcere, quoniam misericordiae tuae opera & uerba perfecte recenseo. Ignitum eloquium tuum hoc uehementer, & ser-

uus tuus diligit illud. Diligit, quia indiget: ideo anima mea & praegaudium liquefcit, ubi tu loqueris. Ista liquefactione oportet ut sentiat omnis sanctus. Nam illa superius disputata liquefactio non nisi perfectorum est, & eorum non semper. In tempore opportuno & fructuoso, ne subducam silentio quod mihi suggeritur, breuiter uobis absoluam, quod adhuc de hac liquefactione intellectu concepti. Non cernitis quod liquefcit, qualiter de quodam rigore & immobilitate moueri incipit, seipsum egredi & deferere nititur, de tumore & mole pristina defluit & descendit, & euanescit, seipsum ducentem & ad humiliora loca facile sequitur, uel eadem per seipsum seclatur, praecurrens frequenter ducentis conatum. Magna in liquefactis ad sequendum mobilitas, & prompta uoluntas. Intelligitis iam (ut arbitror) in liquefactis ad obediendum aptitudinem grandem, humilis animae affectum tractabilem. Hanc humilitatem non metus infringit, sed calor amoris informat. Metus mentem uolenter infringit, amor emollit: & teneram ac liquidam reddens, infringit ad libitum. Humilitas de charitate profluens, nil molestiae patitur, uero ad imum tendit, quiescens cum apprehenderit inferiora. Habetis iam in liquefactione, humilitatis illius generosa: habetis & obedientiae expressam sub breuitate naturam. Vultis & testimonia? Dominus aperuit mihi aurem, ut audiam eum quasi magistrum. Audistis loquentem Dominum, audite liquefactum affectum discipuli. Ego (inquit) non contradico, retrorsum non abij. Audistis quomodo sequitur, audite iam ad quam infima. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. An non iste quasi ad aspera & abiecta descendit, non rigide resistens, sed liquefactus, effectus tractabilis ad auditum calentis eloquii?

psal. 118.

Ergo

Cant. 5.

Ecc. 7.

Cant. 5.

Eph. 6.

Cant. 5.

psal. 118.

Ezech. 50.

Ergo qui huius humilitatis & obedientiae lique-
scit affectu, non frigida tumentis mole immo-
bilis & rigescens, pro suo iure eius sibi uerbi u-
sum gloriose praesumit. Anima mea liquefacta
est ut dilectus locutus est. O mira uis uerbi, & i-
gnita uehementer. Inflamat cor, commutat
renes, in nihilum in conspectu suo, respectu Dei
sui animum redigit, a seipso liquefcere & deficere
facit, ut iam anima non sit secum, sed sicut se-
quentia continent huius uersiculi: Ego semper
tecum. Ideo non in se, non secum, sed cum Deo
suo est, semper obsequens & quantum datur se-
quens, sed non assequens semper pro uoto, nec
illo excellenti modo qui sponse cum sponso co-
petit. Nam & hic sequitur: Quasi ueni, & non in-
ueni illum: uocauit, & non respondit mihi. Sed ca-
pitulum hoc alterius temporis eget tractatu, ex
ocio discuti uolens. Sufficiens ista non pro ma-
gnificetia sui, sed pro nostris disputata uiribus,
qualiter anima sponse liquefcit ad loquelam di-
lecti sui Iesu Christi, qui uiuit & regnat per om-
nia secula seculorum. Amen.

Sermo XLV.

Cum tibi fuerit dilectus tuus elapsus, non ti-
bi redit ad libitum: uexatio haec dat intelle-
ctum amoris, & augmenta affectuum. Nunc ui-
sitat, nunc euanescente uisitacione uexat ami-
cam. Varietas haec amantis cor & desiderium rap-
pit, & reparat ad usum. Ut dilectus locutus est,
liquefcit anima tua. Anima tua liquefacta defi-
cit, ferre non ualens, & dilectus tuus declinat.
Defectio tua, fuga ipsius est. Praesente & loque-
te dilecto liquefcis & deficis & expiras: absente
eo respirare permittis. Absens uires reparat,
quas praesens exhaurit. Delectationem uehemen-
tiam interualla teperant, cuius continuationem
ferre non potes. Quid continuationem dico, non
ne ipsa te inchoatio reddit exhaustam? Statim
enim ut loquitur dilectus, liquefcit anima tua.

Cant. 6. Denique & in sequentibus dicit: Oculi tui auolare
me fecerunt. Quomodo dilectum auolare fe-
cerunt, nisi dum nimio affectu in eo defecerunt?
Modum nescis, ideo dilectus tuus moderatur,
& praesentiae suae mensuram tibi distribuit in tem-
pore. Ideo quæris & non inuenis, uocas & non
respondet. Attēdite fratres uehementiam & uim
amoris. Nec abesse dilectum sustinet, nec sufficit
praesenti. Ibi uota anhelata laborant, hic exhausta
relinqui patiunt. O felix amor qui continua quadam
uicissitudine aut liquefcit in ipso, aut quæres an-
helat ad ipsum. Quasi ueni, & non inueni illum,
inquit, uocauit, & non respondit mihi. Alibi scri-

Cant. 5. ptum est hoc, hoc modo: Quærent me mali, &
Prover. 1. non inuenient: uocabunt, & non exaudiam.

Quid iam est quod hoc ipsum tam commune
est bonis & malis? Cur indifferenter utrisque te Ie-
su bone subducis? Verum quidem non indiffe-
renter, sed multum differenter. De malis dicit:
Quærent, & non inuenient. Sponsa uero non

se inuenturam diffidit, sed non inuenisse causa-
tur. Quasi ueni, & non inueni illum: uocauit, et non
respondit mihi. O quotiens quasi ueni Dominum
Iesum meditando, in uocauit oratio, sed nec me-
ditatio effecta est dulcis, nec pinguis oratio?
Ideo non inueni illum, nec respondit mihi.
Nec inueni illum ipsum, nec sua, sed supra mo-
dum dulcia sunt, quæ respondit mihi. At uti-
nam mihi frequenter respondeat, cum uel lego
uel oro. Ita Iesu bone, responde mihi quantas ha-
beo iniquitates & peccata, scelera mea et delicta
mea ostende mihi. Absconde paulisper faciem
tuam, ut mea mihi scelerata salubriter innotescat
uel in meditatione mea, uel in lectione sacrarum
scripturarum. Tunc enim me inueniunt custo-
des ciuitatis, doctores sancti, cum meos in eo-
rum scriptis mores inuenio. Tunc me inueniunt
cum meos mores & uitia depingunt, cum discu-
tiunt, cum uulnerant, cum increpant. Sacrifici-
propterea ac si quidam custodes ciuitatis sanctæ Hie-
rusalem (quæ est ecclesia) uarios animorum in-
uestigant affectus, & inueniunt singulorum pas-
siones, bonos mores, & morbum quo quisque la-
borat: nullius uel cogitatio non inuenitur ab il-
lis. Quotiens illa lego, quasi inueniunt me & de-
prehensum puto. Illa me exhortationum iacu-
lis ferunt, illa uulnerant, dum quod integrum
arbitrabar, faucibus esse conuincunt. Illa simula-
tionis tollunt uelamen, ignorantiam uel obliuio-
nis, inuolutum falsæ pallium gloriæ. Illa ac si pal-
lio quodam & dissimulationis spoliant opera-
mento, & elationis ornamento. Illa me quodam
praesumptæ fallaciter gloriæ pallio spoliāt, dum
conscientiæ denudant infirma. Ut iliter ergo a
custodibus in hunc modum inuenior, quamuis
dilectum admodum inuenire non queam. **Cant. 3.**
Nique iam minus in me in quo glorier, minus
in quo quiescam inueniens, amoris in dilectum
facibus inardesco. Filia Hierusalem nunciate
dilecto quia amore langueo. Per me non audeo
accedere, non hanc familiaritatem mihi praesum-
mo, non sui copiam mihi adhuc Iesus indulget:
ideo filia Hierusalem ad uos accedo, uos am-
bio, uobis causam commendo, committo nego-
tium, nunciate dilecto. Quasi ignorat, dum dis-
simulat. Custodes spoliēt, filia nuncient, do-
ctores exhortentur, exorent filia. Filia Hie-
rusalem nunciate dilecto, quia amore langueo.
Nunciate, ingerite: frequens suggestio dilectum
inflectet. Iam exuta sum, iam spoliata sum mei-
psa, iam idonea dilecto uestiri. Spoliata & exoc-
cupata mens languet amore, nunciate dilecto,
quia amore langueo. Fratres, si uos increpato-
rius doctoris sermo tangere specialiter uidetur,
uestros expresse ferire mores, mentis uestræ nu-
dare uulnera, uel occultata uel ex cæcitate conscien-
tiæ tollere pallium: ad incentiuum amoris, non
ad odij illud inuertite fomitem. Cur priuatam
trahis ad iniuriam, quod in commune profer-
tur ad

tur ad omnes: Forsitan ad te quod dicit respicit,
te tamen nominatum non exprimit. Amoris tibi
languore generalis tibi ministrat correctio, non
murmuris passionem. Et si non dulcis illius amoris
desiderio langues, bonum est si interim langues
pœnitentia, si timore iudicij configuntur car-
nes tuæ. Conuertere in arumna tua, dum confi-
gitur spina: delictum confitere, & operimenti
pallium quo iniustitias dissimulanter abscondis,
sine ut tibi tollat: noli pertinacius, noli strictius
hypocritis te pallio operire, inuoluerē tegumen-
to. Non conuertetur ad te Iesus, nisi simulatio-
nis & fallaciæ a te fuerit ablatum uelamē, quod
tibi confusio quaedam & displicendi metus pre-
texuit. Operuit confusio faciem conscientie tuæ:
aufer uelamen confusionis, confessionis indue-
re. Nam & Dominus confessionem induit, con-
fessionem non suam, sed tuam. Hoc se ornatum
pallio reputat, hoc a te mutuatur, hoc illi palliū
trade, quod affectuose tollit quasi pignus amo-
ris, & reconciliationis signum. Tunc incipies
amore languere, cum prius pœnitentiæ fueris
affectibus languida. Tunc te incipient filia Hie-
rusalem commendare dilecto. Tunc cœlestes
spiritus & animæ spirituales congratulantes lan-
guorem nunciabunt amoris. Sed nos ex abun-
danti super pœnitentiæ statu uersamus hunc lo-
cum, cuius tota facies perfectiora quaedam
uidetur spirare, & eius consona gratia quæ spon-
sa meretur cōditione censerī. Quasi ueni (inquit)
& non inueni illum: uocauit, & non respondit
mihi: inueniunt me custodes ciuitatis. Medi-
tando quærit, uocat orando, audiendo docto-
res inuenitur, percutitur, uulneratur, exiit.
Et ne quid desit ad cumulum, filiarum Hie-
rusalem (fidelium scilicet animarum) commenda-
tione adiuuatur. Quatuor hic quaedam aduerte
uel in illa, uel circa illam: inuestigationes, uota,
præcepta, & preces. Inuestigationes meditatio-
nis, desiderij uota, præcepta doctorum, & san-
ctorum orationes. An non doctorum præcepta
& exhortationes frequenter commodæ sentiuntur
ab his quos & anxia inuestigatio, & sincera
oratio poterat lassare? Nonne pigra uota, uer-
borum sapius stimulis excitantur? Denique quæ
feruida sunt, his somitis efficiuntur feruentio-
ra. Inueniunt me custodes ciuitatis. Boni & pru-
dentes magistri, uago quodam & quasi uenatis-
co genere dediti utuntur, & uarios ad mentium
status uertunt sermonem, si forte inueniant quæ
tangant, quem stimulent, quem permoueant, si
quis audientium gloriatur & dicat: Inueniunt
me custodes ciuitatis, percusserunt me, & uul-
nerauerunt me. Quo quis perfectior est, uulne-
ratur facilius: & tener affectus, uerborum ci-
tius sentit aculeos. O felicem animum, ad quem
tam sublimia exhortationis iacula ueniunt, quæ
inueniunt suis aptum uulneribus, quando non
abeunt retrorsum, audierunt uel duritia, uel isto

litudine repulsa. Non sunt passim huiusmodi iacu-
cula fundenda, nec in omni multitudine, sed
tantum ubi idoneæ mentes creduntur, inueniri,
quas tam excellens doctrina non effugiat.
Quasi fulgura sunt hæc, summa feriunt, submis-
sa effugiunt, summa inueniunt, si summa fue-
rint. Ideo dicit: Inueniunt me custodes ciuitatis,
percusserunt me, uulnerauerunt me, tulerunt
pallium meum. Tulerunt pallium, quo in-
uolutus erat pœnaliter Adam prioris simplicitatis
splendore nudatus: tulerunt imaginationum
operimenta, quibus impediatur intrinsecus,
pallium figurarum, uelamē tulerunt, ueritatem
intulerunt. Reuelata, nudata, simplex ueritas gi-
gnit feruorem amoris. Ideo filia Hierusalem
nunciate dilecto, quia amore langueo. Quam-
diu non placet, non rapit affectum, non succen-
dit perfecta ueritas: quantumlibet sincere se frui
quis putet aspectu intelligentiæ, uelamen pati-
tur, operimentum lippitudinis, obductionis pal-
lium. Cum autem ablatum hoc uelamen fuerit,
tunc rutilat ueritas, tunc scintillat, & succendit
morem, tunc alios ad congratulandum, qui
hoc patitur, poterit inuitare, dicens: Nuncia-
te dilecto, quia amore langueo. Videte Iuda-
am, quamdiu sub legis operimento latebat ue-
ritas, quamdiu cecitatis ipsa tolerabat uelamen,
metu torpebat, affectu rigido nil poterat dulce
sentire, nec uulnerari iaculo charitatis. Cum
autem conuersa ad Dominum, uelamen depo-
suit, cum ablatum hoc illi pallium erat, tunc cœ-
pit gloriolæ huius confessionis uerbum usurpare:
Filia Hierusalem nunciate dilecto, quia a-
more langueo. Tunc gloriata de noua & inso-
lita dulcedinis gustu, filias Hierusalem ad gra-
tias agendum inuitat, & suæ gentis consortes
exemplo sollicitat. Audi denique quid tali solici-
tatione prouocata respondeant: Qualis est dile-
ctus tuus? & quæremus eum tecum. Vides quo
modo participes fidei huius & doctrinæ fieri
quærant in nobis. Doce qualis est dilectus tuus,
& quæremus eum tecum. Fac nos tantæ confor-
tes gratiæ, ut quærendi studio, amoris incipiamus
affectu languere. Sufficiat interpretatione
mystica hæc perstrinxisse breuiter. Iam ad id re-
deamus, cuius ex occasione in hunc sumus lo-
cum delapsi, dum ablati pallij utilitatem expo-
sumus. Nam inde est sumpta occasio quod ait:
Tulerunt pallium meum. Hæreamus adhuc paulu-
lum hoc in loco, explicemus hoc pallium. Non
est enim simplex pallium, quod etiam sanctæ mentes
inuoluunt. Est enim diplois, id est duplex palli-
um, fortasse triplex & quadruplex: quod uobis pal-
liorum genera proposuimus. An non adhuc gra-
ue & onerosum satis est pallium, animarum cura,
& administranda necessitatis sollicitudo? Pro-
pria incommoda expressius loquar. Noui quid sit
hoc pallio premi, quam arenam fortitus sum
terram, & siculneam sterilem. Iam multi elapsi
○○○ sunt

sunt anni quod uiuo in monasterio, quærens A fructum in eo, & non inuenio. Quotiens spes nostra eludit & fellit operam, expectationem nostram frustraui: lute onerosum hoc pallium dico, & eo magis onerosum, quo minus utile. Nam onera sollicitudinis leuiora sunt quæ prouentu leuat ubertas. Væ mihi quod inuenerunt me custodes ciuitatis, & aliquid in me Dei dignum honore se inuenisse putauerunt, percussere me, uulnerauerunt me, tulerunt pallium meum, & plagis impositis abierunt sem uiuo me relicto. Tulerunt pallium meum, pallium simplicitatis, pallium lucis, amictum lætitiæ, ardentis uestimentum affectus. Quotiens solebam hu iusmodi pallijs totus inuolui, foueri in croceis? Nunc autem tota die mente amplector et uerso quæ Paulus arbitratur, & sunt communia. Hæc dulcia, hæc gloriosa mihi pallia tulerunt, onerosa induerunt. Quando hæc tollent à me? Quando proiciam hæc, si tamen proijcere licet? Fœlix dies quo hoc exutus & expeditus pallio, libere uos ad congratulandum mihi inuitabo affectu filia Hierusalem, cum uos (quæ nihil estis expertæ huius qualem nunc deploro) prorenouato in uobis amoris languore gratias referetis. Miser quidem est qui huiusmodi pallio spoliatus, mœrore & molestia tabelcit, non languet amore. Quæ sponsa est, sic spoliata uel officio sollicitudinis, uel usu, non fastidio languet, sed amoris studio. Ideo ipsa alias ad congaudentem sibi & gratias agendum dilecto exorat. Ecclesia primitiua cum quæreret Christum in Iudæa, repulsa est. Pulsa non inuento eiloco in eis, non inuento ibi Iesu, transiit ad gentes: quæsiuit in eis, uocauit, & in multis non inuenit, non accepit responsum, nisi mortis responsum. Denique a principibus huius mundi quasi custodibus ciuitatis quomodo uulnerati, spoliati bonis, laniati corpore, carnis suæ exuti pallio cum uitis martyres nostri: Inter tanta & tot flumina et gurgites tormentorum non est in eis extincta charitas, sed magis augmentatus, quo languiebant, amor. Iucundum planè uidetur, ex præsentis occasione uerbi, martyrum inter tot uexationum & mortis genera charitatē indefessam recollere: quomodo passionis corporis passione intrinseca temperabant amoris. Nam si ad illos hunc locum referas, non est querelæ, sed gloriæ uox ista, qua dicunt: Percusserunt me, uulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum. Eo modo nos oportet non ægrè ferre si quando nos spoliant uel molestæ sollicitudinis, uel non bonæ aut periculosæ coactionis, quo strictè inuoluimur pallio, custodes murorum, Iecit Helias pallium, dum raperetur: fugit Ioseph, dum teneretur: sponsa tulit, dum tolleretur. Speculi & imaginis uelamen proiecit Helias raptus ad faciem. Mundi ornamenta uelut magna onera fugit Ioseph, sentiens fomitem.

Cant. 5.

4. Reg. 2.
Gen. 35.

Sollicitudine exuta, dilecti liberius captat sponsa fauorem. Imaginatione quasi uelamine tenetur intellectus, ne sinceram contempletur ueritatem. Honorum & dignitatum affectu obuoluitur pallio, ne liberè pergat in ea quæ Dei sunt. Sollicitudo omnem in anima lætitiã obnubilat, imaginatio obscurat, honor tentat. In primo tenebræ, in secundo illecebræ, in tertio labor. In primo caligo, in secundo cupiditas, in tertio cura. Tulerunt pallium meum custodes murorum. Boni custodes bene norunt cui curarum impedimenta tollant, quam exonerent animam, & ad delicias ducant dilecti sui, reddant expeditam ad delectandum, & ad quærendum. Nam frequenter elabatur, nec quiescere potest nisi expedito affectu. Norunt ergo boni custodes, cui parcant ab oneribus, & actionum angustijs molestijsq; ut expeditius in occursum amplexuq; properent uerbi, cui pallium persuasionibus aufarant suis. Exui me (inquit) tunica mea. Hoc quidem in anterioribus dicit: Tulerunt pallium meum nuda & pura simplicitatis: innotescit & libero affectu in amoris negocijs: tulerunt pallium meum, Quodammodo dicentes: Quid compedita curis quæris dilectum? Quid istas tecum uoluisti molestias? Si non penitus deponis officium, cur non sollicitudines ad horam saltem seponis? Non detractamus studijs, sed instantiæ uolumus detrahias. Noli nimitatem questus, necessitatis uerbo retexere. Quid bonum in te finis ingenium terrenis obrui? Quid illos æmularis? In oneribus positi, iumentis comparantur: terrenis inhiant, terrena mandunt: studio ruminant: uorant affectu: ponuntur in sublimi, sed uoluntantur in limo. Noli æmulari in istis uehementibus, nec zelaueris hanc facientes iniquitatem. An non iniquitas & inæqualitas multa ad transitoria intentum impendere animum, ad æterna remissum? Quid quod non semper intendunt negocijs? Quid, quod quidam sub obtentu prouidentie necessitatis, & ab opere manuum, & à meditatione ac studio scrutandæ ueritatis excusant se, plus dant negociationi, quam quieti; plus scurrilitati uerborum, quam scripturæ sacræ collationi; plus ocio, quam operi: fratrum officinas citumeunt & cellas, ociose, curiose, uerbose. Noli æmulari in sic negociantibus, nec in sic ociantibus. Ocia, uel oblata, uel parata, in usum amoris, in sapientiæ meditationem, in dilecti uel quærendi studium, uel inueniendi complexum tota conuerte. Huiusmodi & his hortamentis tulerunt pallium meum custodes murorum. Custodes isti sunt de quibus ait Esaias: Super muros Hierusalem custodes constitui, tota die & tota nocte non tacebunt. Sed nos iam hic taceamus à sermone hoc, orationum & laudum debita solucentes, ore aliquando tacituri, animo semper reddentes solennia laudum Domino

mino

mino Iesu regi & sponso cœlesti per infinita secula seculorum, Amen.

Sermo XLVI.

Cant. 5.

Ordo conueniens. Post exhortationem doctorum, orationum à sodalibus suffragia uidetur orare: non simpliciter rogare, sed cum obtestationis obsecratione. Adiuro uos filia Hierusalem, si inueneritis dilectum ut annuncietis ei quia amore languo. Ad iuratio uehementiam precandi manifestat. Anxia uota suis nesciunt esse contenta meritis: ideo alienæ precis mendicant suffragia. Perfecta humilitas de meritis semper alienis præsumit. Adiuro uos, inquit, filia Hierusalem, si inueneritis dilectum. Condicio ista non dubitantis est, sed cum temperamento rogantis, ac si dicat: Si inueneritis, hoc est cum inueneritis: conditionaliter suspendo, non ambigens de inuentione uestra, sed magis consulens uerecundiæ. Nam sub conditione ancipiti hæc uobis dici temperantius auditis, quam si dicatur præcise cum inueneritis. Non ueretur ne suspensiuam rogationem ad iniuriam trahant, nouit uerecundiã filiarum Hierusalem, nouit humilem spiritum, & quod tenerent pudorem. Plus læderet præcisa diffinitio quam suspensa conditio. Si, inquit, inueneritis. Dico si inueneritis, non dico cum inueneritis. Illud dico, sed istud intelligo. De meo affectu dubitatio ista non prodit, sed affectui uestro & humillimæ existimationi de uobis ipsi morem gero. Si inueneritis, hoc est cum inueneritis, memote mei, cum bene uobis fuerit, tunc memote mei, ut suggeratis, ut annuncietis dilecto. Non oportet in huius loci disputatione morari, ad mores uestros, fratres, uos mitto. Recolite qualiter abinuiem, quam humili affectu, quantu uotorum instantia, & cum adiuratione orationum mendicatis solatia, non quod omnes auerentis petere nunciari de uobis quod sitis amore languentis. Alii soletis inuicem languorem deplorare, non gloriari de isto. Et si potest quis ad horam gloriari, non expedit quidem, ne forte immisione inanis gloriæ gloria uestra nihil sit. Sunt tamen nonnulli qui conuersationis iudicio & oris officij diuini in se languore amoris occultare non possunt. Concepta non potest non aliquando amantis os parturire. Nam ad aliorum consolationem uerbum latenter elicit spiritus interiora replens, infusa gratiæ copiam eructat. Denique & in hoc loco sponsa non loquitur, sed spiritus est qui loquitur in illa. In collationibus sanctis suspiria, singultus, de imis prodeuntes præcordijs crebri gemitus, nonne sunt quædam eructationes spiritus & concepte gratiæ? Talibus indicijs nonne se prodit languor amoris? Non est occultatus languor, quando gemitus non est absconditus. Ipse se prodit languor, cum hæc producit indicia. Quid ergo percepta signa, nonne quandam admirationis

uim habent, ut eos qui hæc deprehendunt, ad congratulationis promoueant affectum? Etiam si sermo sileat, conuersationis piæ sanctitas rogat. Commendari uult, dum se quibusdam prodat indicijs. Quid enim? Cum aliquando cœlestem hunc deprehendero amorem, nonne habeo quasi ad iuratum puteum, ut propensas pro eo gratias agam? Num commendabo precibus pijs conceptum languorem, quem gemitus altus prodit? Durus ego, si non tam sanctam, & diuinam in fratribus passionem, qua possum orationis instantia foueam, supplicatione commendem, replicem & annunciem dilecti si copia datur. Quid tu quid fratrum maui uitia numerare quam uirtutes, damna quam dona, condemnare quam commendare? Si te ad commendationem adiuratum non sentias, non es iam Hierusalem filia, sed filia Babylonis. Filia Babylonis misera quis retribuet tibi retributionem: retribuet enim tibi. Dedisce Babylonis filia esse, barbaros deponere mores. Desine in sanctis numerare magis detrimenta, quam lucra. Sufficiat tibi iniuriandi malitia. Noli saltem foris nunciare, noli prædicare sodalibus tuis. Nam sodales sponsi aurem non accommodant, si deroges sponse. Ipse sponsus ægrè audit iniurias dilectæ. Cuicunque dicis, illi dicis. Auris enim zeli, audit omnia. Temerarium est dilectam condemnare dilecto. Bona sibi mauult nunciari de sponsa, & commendationi promptius aurem præbet. Nouit hoc sponsa, ideo dicit: Adiuro uos filia Hierusalem, si inueneritis dilectum, ut annuncietis ei quia amore languo. Ut annuncietis, inquit. Annunciatio precationis tenet effectum. Humanum recogitate morem in rogando. Nam apud miseratorem alicuius commemorare miseriam, ipsum rogare est. Efficax precatio est modesta suggestio, oppressi infirma exponere, fortunæ infelicitatem, insolentiam hostium. Hæc, inquam, exponere in aure potentis, quid aliud est quam ipsum uerecundam quædam prece ad auxiliandum inflectere? Quot in locis apud Psalmistam hunc precis modum inuenies? In euangelio, inquit Maria ad Iesum: Vinum non habent. Non precatur Dominum, nec imperat filio, defectum uini tantum nunciasse contenta. Cum beneficijs & ad liberalitatem propensis, ita agendum est: non est enim gratia uolenter exprimens, sed proponenda occasio. Commenda sponsam sponso, dotes eius enumera. Nonne hoc est eius inflammare concupiscentiam, stimulos adhibere? Nunciate dilecto. Hoc nunciare, ipsum prouocare est ad rependendam uicem, ad refocillandum amore languentem. Ipse consolationes disponit in corde suo, sed nostris expectat precibus compelli. Quod facit, faciet citius nobis pulsantibus, forasse & uberius. Dilatio hæc cruciatum mihi parit, sed consolationis parturit cumulum. Multi-

Cant. 5.

Ioan. 2.

O O o 2 plicatis

plicatis precibus expectata solatia uberius re-
fundet. Nunciate dilecto, quia amore languet.
Vos nunciate quibus patet ad dilectum fami-
liaris accessus. Vos nunciate quæ nostris ex par-
te, quanta sit amatorij uirtus languoris, quam
sit fortis ut mors dilectio, quam sit ut infernus
æmulatio dura. Adiuo uos ut annuncietis quia
amore languet. Narrate & annunciate, & ex-
audiet uocem uestram ut refoueat uota mea.
Annunciate quia amore languet. Non languet
amor, sed languet amans. Vbi uiget amor,
ibi uiget languor, si absit quod amatur. Quid est
languor nisi affectio quædam de absente dile-
cto amantem conficiens? Amor uehementis pa-
tientis simul afficit & carnem & mentem. Illius
extinguit lasciuia: huius & lætitiā perstringit.
Carnis extinguit motus: mentis hilaritatem
perstringit quodam tristi affectu & desiderio ab-
sentis dilecti. Languet caro, dum eius languidior
& remissior motus efficitur. Languet ani-
mus, dum æstuantis uoti nimietate conficitur.
Carnis languor est motus eius uel nullus, uel
perexiguus. Animæ languor est motus eius ni-
mius. Nonne eo ipso caro conficitur, quo mens
abstracta ab eius amore in alia quædam auer-
titur? Carnis motus non sentitur, dum animus
sentitur uehementior factus. Vix sustinetur a-
liquotiens quidem nec sustineri potest, quando
nimius exæstians amor patientis animi uires
exhaurit. Quæ est enim humanæ mentis fortitudo
ut sustineat, cum eam ille cœlestis amor
sponsi, impatienter exagitat? Liquefactus in
hac exercitatione se fugit animus, amoris uio-
lentiam ferre non ualens. Sic enim in consumpta
materia & iam deficiente, languidiora red-
duntur ignis incendia. Et Deus noster ignis
consumens est. Sentit omnino uim sermonis
huius qui uehementiori languet affectu, in me-
ditatione Dei sui delectatus, & exercitatus, &
deficiens. O potens & prepotens passio charita-
tis, si non temperatur, non toleratur. Iurè po-
tens, quæ animum quem possederit, suuipius
efficit impotem. Cum semel fuerit accensa in
mente, attingit à fine usque ad finem fortiter, fa-
cit ad quod uenit, & prosperatur & crescit, nec
deficit, donec deficientem reddiderit animam.
Sicut enim hic corporalis languor non est semper
æqualis uehementiæ, sed est aliquotiens e-
ius intensior passio: sic & amoris affectio et-
si iugi desiderio se tendit in dilectum, aliquan-
do quidem intensioribus uotis exæstuat, hora
orationis maximè, tunc quidè languet amans,
quia spiritus uehementis pertransit in illo, & non
subsistit. In exitu horæ illius dicere potest: Fi-
liæ Hierusalem nunciate dilecto, quia amore li-
quesco. Ante hanc horam languor est, sed in
exitu eius in liquefactionem uertitur languor.
Ideo cum tu oras, non sinas animum fluctuare,
non declinare ad alia, ut cum felici fuerit hac

A passione tactus, ad illam se stringat donec ple-
nius inficiatur & percurratur & consumatur.
Non enim desinet quousque totum percurrat &
ehibat hominis spiritum. Sic uir desideriorum
elanguit Daniel ex uisione cœlesti, ut nihil ui-
rium remaneret in ipso. Cum pertransierit illa
uehementis passio, ad tolerabiliorē quendam
& humanum magis languorem sponsa redit,
qui ei cōtinuus est, qui tam concitatus non est.
Hic planè etsi non deficit, tabescit tamen absen-
tis amore dilecti. Bonus hic languor, per quem
carnalis affectus se languidè mouet. Aliud est si
impetus carnis fortiter furgens, fortiore super-
ueniente reprimatur: aliud si languens & quasi
expirans moribundo pulsu molliter tentat. Sen-
tio adhuc alios quosdam languores molestos,
omnes utiles tamen: languor timoris, languor
rem tædij, languorem tristitij. Quidni consu-
mar timore & mœrore præ conscientia nequi-
ter transactæ uitæ, timore pro facilitate uitæ in-
ter laqueos agenda, uitæ tædio in imagine trāse-
untis uitæ? Vniuersa enim uanitas omnis ho-
mo uiuens. Vtinam tibi Domine aliqua filia
Hierusalem nuncient languores meos, si qui
sunt in me qui cōmendari tibi digni sunt. Nam
multi sunt in me indigentes curari. O me felici-
licem si aliquis centurio cœlestis dicat tibi: Do-
mine, puer meus facet paralyticus in domo, &
malè torquetur. Vtinam Domine statim respō-
deas: Ego ueniam, & curabo eum. Dic Domi-
ne uerbo, & sanabor. Verbo enim ades, quia
uerbum es. Magna curationis uirtus in uerbo,
& quod tu es Domine, & quod à te per tuos est.
Sensit hoc centurio qui dixit: Domine dic tan-
tum uerbo, & sanabitur puer meus. Sed uacuus
est tamen omnis sermo docentis, si tu Domine
intus non loqueris. Dic uerbo, & sanabitur lan-
guor meus, fortè & generabit in me languor te
loquente, ut ego dicere audeam: Filia Hierusa-
lem nunciate dilecto quia amore languet. Bo-
nus uterque languor, siue uehementis & concita-
tus, siue hic continuus & temperatus, nisi quod
in eo iste continuus non est, quod frequenter
non reuertitur ad ipsum, propter incontinentiā
ardentis desiderij excrescens, & non se compe-
scens. Non conuertitur donec deficiat iterum.
Si ad horam diligis, & post horam desistis, non
est amor. Si diligis, & ex amore absentis dilecti
non tabescis non est languor. Vt ergo amor lan-
guor sit, habeat utrumque, & continuationē, & con-
fectionem. Nunciate (inquit) dilecto quia amo-
re languet. Qui in infirmitatibus sunt, languores
nunciari uolūt medico, quæ dilectionis sunt a-
mico. Illi quidè ut curent: isti autem ut recreen-
tur. A emulamini fratres, meliorem habere lan-
guorē, quæ sicut absentatis se dilecti desiderium
creat, sic se presentatis delectatio recreat. Domi-
ni Iesu spōsi ecclesiæ et anime sancte. Qui uiuūt
& regnat per omnia secula seculorum. Amen.
Sermo

Cantic. **Q**ualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pul-
cherrima mulierum? qualis est dilectus
tuus, quoniam sic adiurasti nos? Magno profu-
se uidentur affectu interrogationes istæ tam ue-
hemētes. Arbitror in filiabus Hierusalē ex con-
fulatione sponsæ languētis simile languorem
aut creatum ut sit: aut excitatū, ut auctior sit. Et
in sequentibus dicunt: Quod abiit dilectus tuus?
& quæremus eum tecum, quasi dicant: Quære-
mus tecū, sed & nobis quæremus, illo tecū frui
uolentes. Denique nō dicunt, Quæremus tibi, sed
quæremus tecum, participiū inuentionis optan-
tes & sibi. Magna utrinque humilitas, & in spōsa,
& in filiabus Hierusalē. Illa se rogat cōmendari
spōso: istæ se instrui rogant de spōso, nec simpli-
citer: sed illa cum adiuratione, hæ cum ingemi-
natione. Non est enim leuiter rogātis uel quod
illa adiurat, uel quod istæ ingemināt. Qualis est
(inquiunt) dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherri-
ma mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto,
quoniam sic adiurasti nos? Vtiliter adiurata sunt,
quæ sic animata sunt. Nō est exigua sanctæ col-
lationis utilitas. Verbum est & quo charitatis lan-
guor generatur, & quo infirmitatis curat. No-
uit Ceterio uim medēdi efficacē in uerbo: ideo
dicit: Dic tantū uerbo. Bonū est si dicantur uer-
ba, sed nihilominus bonū est, si scribant uerba.
Volat enim irreuocabile uerbum, nisi scripto
mandetur. Scriptura uerbum & stabile facit &
uisibile: mandatum pagine reposcet cum uoles.
Bonus depositarius est liber, integrè quod ac-
ceperit resignans, cum uoles sumes, ubi uoles le-
ges, quandiu uoles moraberis. Scriptura memo-
riæ reparatrix est: quia uerbi representatrix est.
Tutò uerbi medicamenta illic condidit. Seruatur
enim illa. Si uerbum medendi uim habet
cum dicitur, cur nō habet cum legitur? Si bona
curatio cum dicitur, cur nō bona cum legitur? Non
curet hoc modo languor meus: hoc est dicere,
qui primò audit, uerbi utilitatē capiat, ad poste-
ros & longè positos nō pertingat: ubi primò so-
nat, ibi suffocetur: exhauriatur omnis eius com-
moditas auditu primò, aeterno prematur silen-
tio. Non iterum cadat in terram bonam, ut fru-
ctum faciat. Hoc medicamentū qui primus ac-
ceperit, conualescat aeger, uirtutem eius post il-
lam persentiat nullus. In piscina illa post aquæ
motum sanabatur unus, sed in uno illo signata
est charitas, nō singularitas. Post primum cura-
tum non est dicitur de piscina illa: Exinanite exi-
nante usque ad fundamentum in ea, aquæ salu-
taris nec uestigiū maneat. Bonus aquæ motus
disputatio & exagitatio sacræ pagine. Bene e-
nim mouetur, cum prudenti uentilatione ad spi-
ritualem promouetur intellectum. Bene moue-
tur, cum eius discussione auditor promouetur.
Sicut medicamentum, sic & cibus est uerbum.
Et quomodo dicitis, cibus quæ uos operamini

A pereat, non permaneat? Sed tamen non est pas-
sim omnibus hæc permittenda licentia, nec a-
quæ motus sanabat, nisi cum angelus descen-
dens tempore suo mouisset eam. Ille utique ange-
lus, cuius labia custodiunt scientiam, ex cuius o-
re est exquirenda legis scientia. Ergo (quod qui-
dem fatendum est) magna tenet uerbi saluta-
ris utilitas, sed cum alicui hoc opus permittitur,
uel magis cum exigitur ab eo. Ideo nō uidetur
nostrorum redarguenda cautela maiorū (quæ
superabundans non nocet) quæ generaliter im-
ponit silentium, ne aliquibus utiliter indulta li-
centia, alijs præsumptionis temerariæ scandalū
fiat: simul ne quis dum in onere sibi non im-
posito occupatur, ocietur ab imposito. Et ut reuer-
tamur ad propositū. Multū excitatæ & animatæ
sunt ex colloctione & adfuratione spōsæ filia
Hierusalem. Quomodo non animentur ad ro-
gandum de pulchritudine ipsius, pro cuius amo-
re spōsam languentē & ferè exanimatā uident?
Deprehensus in spōsa languor amoris, in hanc
illas quærendi curiositatē protraxit. Videntes
enim in sponsa amorē esse uehementē, causas et
irritamenta tantū affectus arbitrantur in sponsa.
Affectuose quærunť qualis sit in spōso pulchri-
tudo, de quo non possunt non præsumere quin
admirabiliter pulcher sit, & sponsæ pulchritu-
dinem in argumentum assumunt pulcherrimi
sponsi. Qualis est dilectus tuus ex dilecto ô pul-
cherrima mulierum? Pulcherrima mulierum ec-
clesia est, quæ singularum animarum pulchritu-
do est. Pulcherrima est in qua omnis pulchritu-
do est, & deformitas nō inest. Denique & qua ex
parte de ecclesia sunt, deformes nō sunt. Si qui-
bus uidetur inesse deformitas, & si aliquibus de
membris eius ad horā respergitur deformis ma-
cula, non tamen imputatur dum non immorat.
Fortasse plus accipit pulchritudinis post macu-
lam deterſa, quam deformitatis contraxit subito
resperſa. Bene itaque pulcherrima & omnem pul-
chritudinem habens, & omni foeditate carens.
Sed & multæ fideles & spirituales animæ in eo
pulcherrimæ sunt, quod aut per sanctam cōuer-
sationem maculam non admittunt: aut per solli-
citam & synceram confessionem subinde dilu-
unt. Pulcherrima est quodammodo, non omnes
alias excellens, sed non excedens. Quasi excel-
sus non est, ubi t̄ situs regressus est. Pulcherrima
ergo est, decorem & confessionē induens, ami-
cta lumine sicut uestimēto. Pulcherrima est quæ
per ipsum lumē est amicta lumine per cōfessio-
nem per cōuersationē existendo lumen ipsum.
Qualis est dilectus tuus ex dilecto: ô pulcherri-
ma mulierum, qualis est dilectus tuus? Non uacat
multo affectu hæc ingeminatio, nec mysterio ua-
cat. Quod si ita dixisset: Qualis est dilectus tuus
ex dilecto, sicut dicit: Qualis est dilectus tuus ex
dilecto: nemo ambigeret quin alterum referen-
dum esset ad eam generationē, quæ est ex patre,
○○○ 3 alterum

alterū ad eam, quæ est ex matre. In utraq; enim A
 mirabilis est & cōcupiscibilis nimis, sed ex con-
 iunctione mirabilior multo. Naturarum dua-
 rum alterutram aut cum patre habet, aut cum
 matre communem. Cōiunctio ista propria est.
 Ibi personalis eius proprietates communiter con-
 sideratur in istis, quia integraliter conficitur ex
 istis. Constat enim ex duabus naturis, sed nihil
 ominus constat in duabus illis: ex cōiunctis
 constat, & in singulis constat. Ex cōiunctis &
 non in singulis constat proprietates eius integri-
 tas, per quam simul distat & a patre & a matre.
 Non enim ab alterutro, sed in copulatis distat
 ab utroque & quolibet, qui non est ipse. In sin-
 gulis & in copulatis cōsistit naturalis eius essen-
 tialitas secundum quid: & simpliciter & per se
 Deus est sicut & pater, & simpliciter & per se
 homo sicut & mater. Non est ex parte & secun-
 dum quid Deus, ex parte & secundum quid ho-
 mo. Ideo totus dicitur est Deus, & totus dicitur
 est homo. Non totum quod ipsum est, sed quod
 ipse totus, nec quasi in omni parte sit Deus, &
 in omni parte homo; sed quia non est pro parte
 Deus, & pro parte homo. Quod ergo dicitur,
 totus Deus, & totus homo, magis partes exclu-
 dit q̄ colligit, essentialē simplicitatem in utra-
 que natura inducens: non quod utraq; essentialis
 simplex sit, sed quod ipse simpliciter est utraq;
 Phil. 2. Propter quod & habitu inuentus dicitur est ut
 homo, quia cum non sit connaturalis diuinitati
 humanitas, per susceptionem tamen in persona
 Iesu quasi habitu quodam est uestiens & coope-
 riens eam. Non est diuinæ naturæ humana na-
 tura connaturalis, sed tantū personæ ipsius Iesu,
 quæ humanæ naturæ propria sunt, naturaliter
 infunt. Sic est in natura hominis, quod natura-
 liter est homo, uerus homo, & uerè homo. Ve-
 rus homo propter ueritatem animæ & humanæ
 carnis. Verè homo, quia uerè cōstans ex anima
 humana & carne, ex ueris cōstans: & uerè con-
 stans, non tantum uera habens, & uerè habens
 partes humanitatis, sed uerè etiā existens ex i-
 psis. Naturales habens, et naturaliter habens, si-
 cut naturaliter Deus, ergo & generaliter, & nō
 tantum habitu homo. Iure ergo sicut in ueritate
 diuinæ dicitur extare naturæ Iesu, sed & in ue-
 ritate humanæ naturæ creditur, utraq; naturas
 habēs, & naturaliter. Ideo filiæ Hierusalē distin-
 ctè quærunt qualis sit secundū utraq; partē, de
 generatione ipsius optantes & natura doceri.
 Qualis est dilectus tuus? In natiuitate diuina est
 dilectus ex dilecto: in natiuitate humana factus
 est dilectus ex dilecta: nisi quod non tam est i-
 pse dilectus ex matre, quam ipsa est effecta dile-
 cta per ipsum. Totum habet quod habet dile-
 ctus ex dilecto, sed non totum à dilecta, magis
 autem totum habet, quod habet ipsa, ab ipso.
 Ideo cum primū rogant filiæ Hierusalem, Qua-
 lis est dilectus tuus ex dilecto, non similiter ad-

iuungunt qualis est dilectus tuus ex dilecta, sed
 simpliciter qualis est dilectus tuus: quod ibi sur-
 pra capacitatis suæ uires uota porrigunt, corri-
 gunt incontinenti ad humaniorem quādam &
 magis modestam se conuertentes. Possimus au-
 tem utroq; sensu hoc intelligere, ut aut interro-
 gatio propter geminam in Iesu naturā accipia-
 tur congeminata, aut illa prior quasi incapabi-
 lis hac sequenti sit reuocata, ac si dicant: Qualis
 est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mu-
 lierum? Huius te fidei ueritas quam tenes de ge-
 neratione dilecti de dilecto inter omnes omnium
 professores sectarum te pulcherrimam facit. Ista
 fides te mundat, ista uenustat, qua dilectū tuum
 dilecto ex quo est æquale defendis. Talis est
 qualis ipse a quo est. Mira æqualitas, & mira
 qualitas. Aequalitas illa identitatem ualeat, qua-
 litas substantialitatem. Si essent duæ naturæ, ut-
 traq; summa, una in patre, in filio alia: esset qui-
 dem æqualitas, non esset identitas, sed æqua-
 lem sibi aliam diuinā naturā non admittit. Vna
 numero in utroque est qualitas, & substantialis
 qualitas, immo substantiæ qualitas: ideo filium
 qualis est patrem esse, est & ipsum, quod pa-
 ter est esse: qualis pater est, talis & filius: & ipsa
 qualitas est uterque: consubstantialis est illi, &
 eadem est cum illo substantia. Substantia non
 tantum subsistere conferens, sed & ipsa subsi-
 stens, uiuens, potens, intelligens. Talem præ-
 dicas dilectum tuum ex dilecto, talem diffinis.
 Si fieri potest huius fidei nobis rationem edisse-
 re, & sufficit nobis. Ostende nobis patrem, &
 sufficit nobis. Quomodo sciemus qualis est di-
 lectus tuus ex dilecto, si non edoces qualis est
 dilectus ex quo est? Sed non est hoc aut huius
 temporis, aut huius capacitatis nostræ: sed suffi-
 cit credere, quia talis est qualis est pater. Quan-
 uis non sufficimus comprehendere quæ illa qua-
 litas est, doce qualis secundum humanitatem
 est, secundum quam dilectus est ex dilecta. Do-
 ce & dic qualis est dilectus tuus. Delectat nos
 de ipso iam audita reaudire. Replica nobis que
 de dilecto tuo uel credi debent, uel capi ualent.
 Vtraque audita nos uehementer delectant: &
 quæ incapabilia nobis sunt, nos tamen capiunt
 illa: eo ipso admirationis & amoris æstu capti
 sumus, qui te sic captam, sic arreptam, sic estuan-
 tem uidemus. O qualis est, o quam amabilis est
 dilectus tuus, cuius in te semper amor capit au-
 gmenta, qui tibi sit semper de dilecto dilectus,
 immo de dilectissimo semper dilectior, cuius te
 facit amor pulchram, experientia auidam, au-
 ditas anxiam. Anxii est enim & affectus uotiuū
 quod sic adiuras nos: Qualis est dilectus tuus
 ex dilecto, quoniam sic adiurasti nos? Quam
 pulcher est qui in te cœdum, nihil esse sustinet,
 ideoq; pulcherrimam efficit mulierum. Quam
 amabilis & gratiosus, sine quo nec ad horam
 esse sustines, propter quem sic adiurasti uos,

Rogo uos filiæ Hierusalem (huius terrestris A
 Hierusalem) cur non has ad ecclesiam interro-
 gationes ingeminatis? Cur hanc utranque na-
 tuiuitatem in Christo, quem detrectatis cōmen-
 dare, dissimulatis addiscere? Cur uos non senten-
 tiis adiuratas ab ecclesia, prolatis contra uos scri-
 pturæ uelstræ cum fide testimonij, collatis in fi-
 de spirituum gratijs, perlatis pro fide passionum
 martyrij? Cur non uos quasi adiuratas sentitis
 ab ecclesia aptioribus, quas frequentat ceremo-
 nijs: acutiorebus, quas tractat, sententijs: al-
 tiorebus, quæ expectat, præmijs: arctiorebus
 quibus se instituit, uotis? Disciplina restrictior,
 doctrina instructior, expeditior ritus, eminent-
 ior uirtus tibi poterat zelum generare, prouo-
 care affectum, & ad mouendam æmulationem
 adiurationis habere uim. Sed ueniet tempus
 (nondum est enim) cum cōuersis uobis ad Do-
 minum, auferetur ignorantia & dissimulatio-
 nis uelamen: tunc quasi sensibiles effectæ, ac-
 cepto Domini spiritu, adiurationū istarum sen-
 tientijs uirtutem: tunc in sanctam expergefactæ
 curiositatem, auidas interrogationes frequen-
 tabitis, dicendo: Qualis est dilectus tuus ex dile-
 cto, o pulcherrima mulierū? qualis est dilectus
 tuus, quoniam sic adiurasti nos? Iudæorum (fra-
 tres mei) nondum tempus aduenit, nostrum au-
 tem semper paratum est. Ideo omnis friuolis &
 fraudulentis sermonibus, huiusmodi admira-
 tionum uel interrogationum commercia cele-
 bremus in conuentibus nostris. Utinam uos ta-
 les sitis filiæ, quæ talia dogmata desideretis au-
 dire, utinam & ego talis sim sponsa à qua ualea-
 tis paratæ talia petere. O beata uerè mater quæ
 sibi dici audire meretur: O pulcherrima mulie-
 rum. Beata planè, si pulchritudinem tantam in-
 tegram seruet. Candidiores (inquit) Nazaræi
 eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore
 antiquo, sapphiro pulchriores. Denigrata est su-
 per carbones facies eorum, Magna certè collau-
 datio, sed maior uituperatio. Candor niuis, la-
 ctis nitor, rubor ebore, puritas & pulchritudo
 sapphiri, carbonis obducuntur nigredine. De-
 nigrata est super carbones facies eorum, & non
 sunt cogniti in plateis. Non sunt utiq; pro Na-
 zaræis cogniti iam in plateis. Silebo de alijs: or-
 dinis nostri cernite uiros, quam admirabile e-
 rat nomen eorum in uniuersa terra. In uicis
 quando uix erant uisi in plateis, statim cogniti
 pro sanctitatis signo erant in eis. Nunc autem
 nullo religionis discrimine, nullo privilegio cō-
 uersationis, aut nullo, aut pertenui distincti &
 signati sunt à cæteris. Ideo non sunt cogniti,
 quasi Nazaræi in plateis. Frequentia platea-
 rum dedecorat Nazaræos, & peregrinam spe-
 ciem inducit. Mutatus est color optimus, disper-
 si sunt lapides sanctuarij in capite omnium pla-
 tearum: ideo non sunt agniti in plateis. Non a-
 gnoscitur in eis natiuus candor, non nitor, non

rubor, non pulchritudo. Quid enim ista signifi-
 ficent? pulchritudinem magnam depingunt:
 ideo non sunt cogniti in plateis. Hi Nazaræo-
 rum colores iunt, hi etiam spōsæ & sponsi sunt.
 Nam & sponsa hoc in loco loquitur, & dicit:
 Dilectus meus candidus & rubicundus. Talis
 est Nazaræus noster: & cui assimilatur Naza-
 ræorum color, assimilatur & sponsæ color. Illa
 enim Nazaræa est, Domino se Iesu Nazaræo
 deuouens et desponsans: quam cum talem inue-
 nerimus, collaudemus pulchritudinē eius, con-
 sulamus peritiam. Qualis est dilectus tuus ex di-
 lecto o pulcherrima mulierū? qualis est dilectus
 tuus, quoniam sic adiurasti nos? Sed iam dilecti
 sui laudes retexit Domini Iesu. Qui uiuit & re-
 quat per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XLVIII.

Dilectus meus candidus & rubicundus, e- Cant. 5.
 lectus ex milibus. Sudium dilectum inter-
 mittit ad tempus, sed ad tempus modicum ut fia-
 lias instruat; delectabilia necessarijs interrumpit:
 nec tamen sine dilectione est quod sponsi me-
 moriter recenter præconia. Dulces enim fauci-
 bus sponsæ laudes sunt spōsi. Pia mater & spon-
 sa prudens filias informat, cōmendat dilectum.
 Iure prudens, tam parata & tam profusa habens
 quæ eloquatur de sponso. Diligenter illi singu-
 la ipsius & notata sunt & recogitata sunt, quæ
 tam in promptu sunt. Trahit singula affectum
 eius quæ memoriæ tenaciter hærent. Color,
 caput, comæ, oculi, genæ, labia, manus, uen-
 ter, crura, pes, guttur, omnia hæc figuratè de-
 scribuntur in laude sponsi. Et quasi in clausula
 & breui capitulo totum concludens. Totus (in-
 quit) desiderabilis: ut quæ in his amoris sui pa-
 rata alimenta esse doceat. Talis est, ait, dilectus
 meus, & ipse est amicus meus. Videte in his o-
 mnibus doctrinam sponsæ, uidete deuotionem,
 uidete diligentiam uel quærendo dilectum, uel
 instruendo filias, uel recolendo laudes ipsius.
 Obnixè adiurat, paratè respondet, figurat orna-
 tē, distinctè partitur, succinctè pertransit, sum-
 matim stringit, & nescio an sufficienter exprī-
 mit. Scio quidem quod affectuose concludit.
 Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus.
 Laudum istarum magnus ambitus, & magnus
 planè amor laudantis. Iam singulos laudis hu-
 ius articulos reuoluamus. Dilectus meus can-
 didus & rubicundus, electus ex milibus. Singu-
 laris mixtura est colorum, qui in sola persona
 Domini operatione diuina conuenerunt in u-
 num, nec ut sint unus, sed ut sint in uno. O gra-
 tiosus spōsus & amabilis ualde, in quo genera-
 tio diuina candet & rubet humana. Ipse est em̄
 cador lucis æternæ. Ipse est nō ex sanguinibus,
 neq; ex uolūtate carnis, neq; ex uoluntate uiri:
 de sanguine tamē matris natus est, & nihil in eo
 ruboris illius de quo ait Esaias: Si fuerint pecca-
 ta uestra rubra sicut uermiculus, uelut lana alba
 erunt,

erunt. Non sibi cōueniunt, non se patiuntur la-
næ albedo, & rubor uermiculī. Alius est quidā
rubor qui inuenitur simul cum candore in uesti-
mento Iesu. Quare (inquit Esaias) rubrū est uesti-
mentum tuum? Vestimentum Domini Iesu
natura uirginæ generationis, candens mundi-
tia & innocētia sanctitatis, multo decentius co-
lore passionis uolūtariæ in credentiū rubet affe-
ctibus. Qualis rubor, qui dealbandi non caret
effectū? Lauerūt (inquit) stolas suas & candidas
fecerunt in sanguine agni. Rubor hic in Iesu
meo candorē inuenit, non fecit: in nobis facit,
non inuenit. Rubor hic cruentæ natiuitatis &
propriæ iniquitatis superinductus colore, rubo-
rem eius in candorē conuertit, fidē corda mun-
dans. Iustificati enim sumus per fidē in sangui-
ne Iesu. Bene tibi rubet pro te cruor effusus, si in
animo tuo uicissitudinis accendit affectū. Bene
tibi rubet si tibi rutilat in effuso sanguine pro te
nimia charitas Dei. Sic enim dilexit sponsam
suā Iesus, ut lauaret eam in sanguine suo. Flam-
mea est charitas, hæc mihi Dominū Iesum rubi-
eundum facit. In eo mihi & ueritas cādet, & ru-
bet charitas. Dilectus (inquit) meus cādūsus &
rubicundus. Quidni candidus? Ipse lux est, et in
eo tenebrę non sunt ullæ. Quidni rubicundus?
Deus enim ignis est, & ipse ignem uenit mitte-
re in terrā. Si tibi ministrat intelligentiæ lucem,
candidus est; sed si non animum accendit ad a-
morem, non eum sentis rubicundū. In seipso u-
trunq; est: sed tibi nō est, nisi cum eorū in te sen-
tis effectū. Si sponsa es, æmulare mixturam ge-
mini coloris huius a sponso tuo, ut similiter can-
dida & rubicunda sis, id est, sincera & succēsa.
Nam ipse si cut serenādī, ita & succendendī uim
habet. Qui approximat illi, approximat igni.

Domini Gilleberti Sermonum Finis.

INCIPIT TRACTATUS

BEATI BERNARDI ABBATIS
de Lamentatione uirgi-
nis Mariæ.



Vis dabit capiti meo aquam, et
oculis meis fontem lachryma-
rum, ut possim flere per diē &
noctem, donec seruo suo Do-
minus Iesus appareat uisu uel
somno cōsolans animā meam.
O uos filiæ Hierusalem, spōsæ dilectæ Dei unā
mecum lachrymas fundite, donec nobis uester
spōsus in sua speciositate benignus appareat uel
occurrat. Recolite, recolite, & sedula mēte pen-
sate q̄ sit amarū ab ipso separari, cui uos promi-
sistis ac nupsistis, cui uos in omni sanctitate uo-
uistis. Uouistis uota, reddite ea: uos ipsas Christo
uouistis: uos ipsas Christo reddite. Currite filiæ,
currite uirgines sacre, currite matres Christo ca-
stitatem uouentes, omnes ad uirginem currite
quæ peperit Christū, Ipsa enim portauit regem

gloriæ, illum omni petenti datura. Ipsa genuit
eum, lactauit eum, die octaua circūcidit, & qua
dragesima presentauit in templo, duos turtures
uel duos pullos columbarū pro eo offerēs in ho-
locaustum. Fugiens ab Herode ipsum portauit
in Aegyptum, lactans eum & nutriens, curam
illius habens, sequens eum ferē quocunq; perge-
bat. Credo etiam firmiter quod ipsa mater Iesu
erat inter illas foeminas, quę ipsum sequebamur
ministrantes ei. Nullus debet inde admirari si
sequebat eum, cum ipse esset totus eius dulcor,
solatium, desiderium, & solamen. Hanc etiam
arbitror fuisse inter illas dolentes atq; gementes
quę lamentabant flentes Dominū. Poterat etiā
et hæc esse inter illas foeminas filias Hierusalem,
ad quas Iesus tūc non clarus imperio, sed plenus
opprobrio, spinis coronatus, sputis illitus, flagel-
lis afflicus, sibi in angariā mortis crucē baiulās,
cōuersus dixit: Filie Hierusalem nolite flere su-
per me, sed super uos ipsas flere, & super filios ue-
stros. Putas ne domina mūdi, domina mea, ma-
ter dilectæ eiusdem Christi, est ne uerum quod
dico? En obsecro, ut dicas serulo tuo decus pa-
radisi, gaudium cœli, ueritatem huius rei. Oblis-
uiscere tamen causam doloris rogo, quem tunc
passam te fuisse, non dubito. Utinam dolor ille
sic quotidie inhareret uisceribus meis, sicut in-
hæsit tunc tuis. Utinam die qua assumpta fuisti
in cœlum, ut in æternū gauderes cum filio tuo,
mihi indicasses lachrymas tuas ut per illas co-
gnoscerem quātum tibi amaritudinis fuit cum
Iesum dilectū tibi, heu heu, & parum dilectum
mihi, clauis in ligno confixum, capite inclinato
suum sanctissimum exhalare uideres spiritum.
Sed peto domina mea, ne te moueant uerba
mea quæ dico, cum tamen saxa deberent scindī
ad illa. Quis unquam regnans in cœlo sursum,
aut peregrinans in terra deorsum, audiens uel
mente pertractans quomodo factus est oppro-
brium hominum ipse Dominus angelorum,
poterit lachrymas continere etiam in cœlo ubi
est impossibile flere: Quare ego miser non plo-
ro, cum abiectio plebis factus est filius Dei pa-
tris? Veruntamē tu domina gaude gaudio ma-
gno ualde, ab ipso nūc glorificata in cœlis, quæ
in mente tantis clauis amarissimis fuisti confixa
suæ pijsimæ mortis. Mihi tamen, obsecro, la-
chrymas illas infunde, quas ipsa habuisti in sua
passione, & ut his affluar largius, de passione fi-
lij tui Dei mei & Domini mei uerba adinuicē
conferamus. Teneris promissione: redde, quia
hoc nobis superius promissisti. Memini te mihi
in primo exordio nostri sermonis fuisse locu-
tam de doloribus, quos ipse portasti pro morte
unigeniti tui. Quod, ut audiui, non modicum
perturbatus cepi quærere dolens qui essent illi
tui sermones. Cui ipsa dixisti: Quis sunt isti mei
sermones, interim recogita in amaritudine ani-
mæ tuæ, donec de his adinuicem conferamus.

En narra

En narra mihi te flagito seriem ueritatis, quæ
mater es & uirgo, & templum totius trinitatis.
Ad quem illa: illud quod quæris, compungiti-
uū est magni doloris. Sed quia glorificata sum,
ultra iam flere non possum, tu cum lachrymis
scribe ea quæ cum magnis doloribus ego per-
fensi. Cui inquam: Flere peropto, quia & nihil
aliud mihi libet, sed ego miser cor lapideum ha-
bens flere non possum. Regina cœli, mater cru-
cifixi, da quod iubes, & præbe quod cupio. Lo-
quere, quia audit seruus tuus. Dic domina mea,
dic mater angelorum, mater misericordiæ, si in
Hierusalem eras quando filius tuus captus fuit
et uinctus, et in Annæ atriu tractus & ductus.
Cui illa respondit: Fui itaq; in Hierusalem quan-
do hæc audiui, et gressu qualicunq; potui, & uix
potui, ad Dominum meum ueni plorans. Cūq;
ipsum fuisset in uita pugnā percuti, alapis cæ-
di, in faciē cōspui, spinis coronari, & opprobria
hominum fieri: commora sunt omnia uiscera
mea, & defecit spiritus meus, & non erat mihi
ferē sensus, neque uox, neque sonus. Erant et-
iam mecum sorores meæ, & aliæ mulieres mul-
tæ, plangentes eum quasi unigenitum. Inter
quas erat Maria Magdalene, quæ super omnes,
excepta me, quæ tecum loquor, dolebat & plo-
rabat. Cumq; Christus Deus præcone clamante,
Pilato imperante sibi baiulans crucem ad sup-
plicium traheretur, factus est concursus popu-
lorum post eum euntium, alij super eum plan-
gentes, alij illudentes, & proijcientes lutum, fi-
mum, & immunditias super caput eius. Seque-
bar ego eum prout poterā eius moestissima ma-
ter cum mulieribus quæ eum secutæ fuerant a
Galilæa ministrantes ei, a quibus uelut emortua
tenebar, & sustentabar, quousque peruentum
est ad locum passionis ubi crucifixi erunt eum
ante me. Et ipse me uidens, fuit in cruce leuatus
& ligno durissimis clauis affixus. Stabam & e-
go uidens eum: & ipse uidens me, plus dolebat
de me, quàm de se. Ipse uerò tanquam agnus
coram tondente se uocem non dabat, nec ape-
riebat os suum. Aspicebam ego infelix & mi-
sera Deum meum, & filium meum, in cruce
pendentem, & morte turpissima morientem.
Tanto que dolore & tristitia uexabar in mente,
quod non posset explicari sermone. Nec mi-
rum. Erat enim aspectu dulcis, colloquio su-
uis, & omni conuersatione benignissimus. Ma-
nabat namque sanguis eius ex quatuor parti-
bus rigantibus undis, ligno manibus pedibusq;
confixis. De uultu illius pulchritudo effluxe-
rat omnis: & qui erat præ filijs hominum spe-
ciosus forma, uidebatur omnium indecorus.
Videbam, quod cōplebatur illud propheticum
in eo: Vidimus eum, & non erat ei species, ne-
que decor. Vultum enim illius iniquorum Iu-
dæorum sedauerat liuor. Iste erat dolor meus
maximus, quia uidebam me deserī ab eo quem

genueram: nec supererat alius, quia mihi erat
unicus. Vox mea ferē perierat omnis, sed da-
bam gemitus, suspiriaq; doloris. Volebam lo-
qui, sed dolor uerba rumpebat: quia uerbum
iam mente conceptum, dum ad formationem
procederet oris, ad se imperfectum reuocabat
dolor intus cordis. Vox triste sonabat foris,
uultus denunciens mentis. Verba donabat a-
mor, sed raucē sonabant, quia lingua magistra
uocis usum perdidit loquendi. Videbam mo-
rientem, quem diligebat anima mea, & tota li-
quefiebam præ doloris angustia. Aspicebat &
ipse benignissimo uultu me matrē plorantem,
& uerbis paucis uoluit me cōsolari, sed ego nul-
lo modo consolari potui. Flebam dicendo, & di-
cebam flendo: Fili mi, fili mi. Væ mihi, uæ mi-
hi. Quis dabit mihi ut ego moriar pro te fili mi?
O misera quid faciam? Moritur filius meus. Cur
secum non moritur hæc moestissima mater eius?
Mi fili, fili mi. Amor unice, fili dulcissime, noli
me derelinquere post te, trahere me ad te ipsum,
ut & ego moriar tecum. Male solus moreris.
Moriatur tecum ista tua genitrix. O mors mise-
ra noli mihi parcere, tu mihi sola præ cunctis
places, exaggera uires, trucida matrem, matrem
cum filio perime simul. Fili dulcor unice, singu-
lare gaudium, uita animæ meæ, & omne sola-
tium, fac ut ego ipsa nunc tecum moriar quæ te
ad mortem genui, sine matre noli mori. O fili,
recognosce miseram, & exaudi precem meam.
Decet enim filium exaudire matrem desolatā.
Exaudi me obsecro, in tuo me suscipe patibulo,
ut qui una carne uiuunt, & uno amore se disti-
gunt, una morte pereant. O Iudæi impij, o Iu-
dæi miseri, nolite mihi parcere. Ex quo natum
meum crucifixistis, & me crucifigite, aut alia
quacunq; morte saua me perimite, dummodo
cum meo filio simul moriar. Male solus mori-
tur. Orbis orbem radio, me Iudæa filio, gaudio
& dulcore. Vita mea moritur, & salus mea peri-
mitur, atq; de terra tollitur tota spes mea. Cur er-
go uiuit mater post filium in dolore? Tollite, su-
spendite matrem cum pignore. Nō parcitis pro-
li, non parcatis & mihi. Tu mihi soli mors esto
saua: nunc summē gauderem, si mori cum filio
simul possem. Dulce est mihi misera mori, sed
mors optata recedit. Væ mihi & tibi fili, mors i-
psa præcipitata uenit. Morte mori melius est mi-
hi, quàm uitam ducere mortis. Sed fugit a me
misera, & infelicem me relinquit, cui ipsa mors
multū optata nunc esset. O fili charissime, o be-
nignissime nate, miserere matri tuæ, & suscipe
preces eius. Desine nunc mihi esse durus, qui
cunctis semper fuisti benignus. suscipe matrem
tuam in cruce, ut uiuā tecum post mortem sem-
per. Nihil mihi dulcius est q̄ te amplexato, in
cruce tecum mori: & nil certē amarius quàm ui-
uere post tuam mortem. O uerē Dei nate, tu mi-
hi pater, tu mihi mater, tu mihi filius, tu mihi
sponsus,

sponsus, tu mihi anima eras. Nunc orbor pater, uiduor sponso, desolor filio, omnia perdo. O fili mi, ultra quid faciam? Vae mihi, uae mihi, Quod uadam charissime? Vbi me uertam dulcissime? Quis mihi decetero consilium & subsidium praestabit? Fili dulcissime, omnia tibi possibilia sunt: sed & si non uis ut moriar tecum, mihi saltem relinque aliquod benignum consilium. Tunc iam Dominus anxius in cruce annuens oculis & uultu, de Ioanne ait: Mulier, ecce filius tuus. Erat enim Ioannes praefens, uultu tristis, & corde moestissimus, lachrymis semper plorans. Ac si diceret: O mater dulcissima mollis ad flendum, mollis ad dolendum, tu scis quia ad hoc ueni, & ad hoc de te carnem assumpti, ut per crucis patibulum saluarem genus humanum. Quomodo ergo implebuntur scripturae? Sic enim oportet me pati pro salute generis humani. Die namque tertia resurgam, tibi & discipulis meis patenter apparens: desine flere, & dolorem deponere, quia ad patrem uado, & ad gloriam paternae maiestatis percipiendam ascendo. Congratulare mihi, quia nunc inueni orem errantem, quam tam longo tempore perdideram. Moritur unus, ut rotus inde reuiuifcat mundus. Unus ob meritum cuncti perierit minores, & nunc saluantur unius ob meritum. Quod placet Deo patri, quomodo displicet tibi? Mater dulcissima, calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illum? Noli flere mulier, noli flere mater speciosissima: non te de sero, non te derelinquo. Tecum sum, & tecum ero omni tempore seculi. Secundum carnem subiaceo imperio mortis, secundum diuinitatem sum & ero semper immortalis & impassibilis. Beneficis unde processi, & unde ueni. Quare ergo tristaris, si illuc ascendo unde descendis? Tempus est ut reuertar ad eum qui me misit. Et quod ego uado, tu non potes uenire modo, uenies autem postea. Interim Ioannes qui est nepos tuus, reputabitur tibi filius, curam habebit tui, & erit solatium fidelissimum tibi. Inde Dominus intuitus Ioannem, ait: Ecce mater tua. Ei seruius, curam illius habebis, eam tibi commendando, suscipe matrem tuam, immo magis suscipe matrem meam. Dum haec pauca diceret, illi duo dilecti lachrymas fundere non cessabant, Tacebant ambo illi martyres, & praenimio dolore loqui non poterant. Isti duo uirgines audiebant Christum uoce rauca & semiuiuam loquentem, ipsum uidebant paulatim morientem: nec ei poterant respondere uerbum, quia illum uidebant quasi iam mortuum. erant enim illi duo quasi iam mortui, unde spiritus illorum uoces exhalare nequibant. Defecerant spiritus illorum, & uirtutem loquendi amiserant. Audiebant & tacebant, quia praenimio angustia loqui non poterant. Solus illis dolor lucis & remansit amicus. Amabant flere, & flebant amare. amare fle-

bant, quia amare dolebant. Nam gladius mortis Christi, animas utrorumque transibat. Transibat saeuus, saeuus perimebat utrumque. Quo magis amabat, saeuior fiebat in matre. Vulnera Christi morientis, erant uulnera matris dolentis. Dolores saui, fuerunt tortores in anima matris. Mater erat laniata morte chari pignoris. Mente mater erat percussa cuspide teli, quo mēbra Christi serui foderunt iniqui. Ipsa enim erat, quam dolor tenebat. In mente eius creuerant immensi dolores, nec poterant extra refundi. Intus atrocius saeuientes dolores nati, matris animam gladiabant. In carne Christus soluebat debitum mortis, quod grauius erat, quam mori in anima matris. Interim Christus matre commendata Ioanni, dixit, Sitio. Et dederunt illi qui crucifixi erant eum, acetum cum felle mixtum. Quod cum gustasset, noluit bibere. Dixitque: Consummatum est. Et exclamauit uoce magna, dicens: Heli Heli lamazabathani: hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? Eshac dicens, expirauit. Tunc terra tremuit, & sol sua luminaria clausit. Moerebantque poli, moerebant sidera cuncta. Omne suum iubar amisit luna dolendo. Recessitque omnis ab alto aethere fulgor. Finduntur duri lapides, scindunt fastigia templi. Petre durissime scissae sunt, & monumenta aperta. Surrexerunt multi apertis tumulis, fatentes uoce magna Christum esse Deum. Cogitare nunc libet quantum dolor tunc inuiti matri, cum sic dolebant, quae insensibilia erant. Nec lingua poterit loqui, nec mens cogitare ualebit, quanto dolore afficiebantur pia uiscera Mariae, nunc soluis uirgo cum uisura, quod in partu non habuisti a natura. Dolorem pariendo filium non sensisti, quem milies replicatum filio moriente passa fuisti. Iuxta crucem Christi stabat emortua mater, quae ipsum ex spiritu sancto concepit. Vox illi non erat, quia dolore attrita iacens pallebat. Quasi mortua uiuens uiuebat moriens, moriebatur uiuens, nec mori poterat quae uiuens mortua erat. In illius anima dolor saeuiebat. Optabat mori magis, quam uiuere post mortem Christi, quae male uiuens mortua erat. Ibi stabat dolens, saeuo dolore confecta. O uerum eloquium iusti Simeonis, quem promissit gladium sentiebat doloris. Expectans corpus Christi deponi, plorabat dicens: Heu me, heu me: Reddite, uel saltem nunc moestissimae matri extinctum filium. Vel certe si magis libet me morte illi coniungite, ut cum doloribus suis pereant, & dolores mei. Deponite illum, quae so, deponite mihi, ut mecum habeam corpus exanime, sitque meus unicus mihi in solatium, uel defunctus. Stabat iuxta crucem Maria, intuens uultu benigno Christum pendentem in patibulo, pedumque summitatibus innitens, manus leuabat in altum, amplectens rubricatam crucem, ac in oscula eius ruens ea par-

te, qua

te, qua unda preciosissimi sanguinis defluebat. Sursum manus nifus, quo poterat, extēdebat unicum suum amplecti desiderans, nec ualebat. Sperat enim amor multa, quae nunquam uel raro fieri possunt. Impatēs liquidem amor credit, quod si debeant cedere uniuersa. Volebat amplecti Christum in alto pendentem, sed manus frustra protensa in se complōsa complexae redibat. Leuabatur a terra sursum, ut dilectum suum contingeret: ipsumque tangere nequiens, durissimē recollidebatur ad terram. Ibi doloris immensitate oppressa, prostrata iacebat: sed maxima uis amoris, qua incensa mens eius ardebat, eam erigere compellebat: & amoris impetus surgens, reextensis manibus sursum atrectare filium affectabat: & rursum magno cruciata dolore, terram repetere cogebatur. O quam male tunc illi erat! Grauius illi erat, uita uiuere tali, quam dīro gladio saeuē necari ab impijs. Tanquam mortis pallor eius uultum perfuderat, genis & ore tantum cruore Christi rubentibus, candentes guttas sanguinis ore sacro tangebatur, terram deolculans sapissimē quam cruoris unda rigabat. O graue martyrium. O frequens suspirium. O languens pectus uirgineum. Anima eius tota liquefacta est, facies pallor rosea, sed precioso filij sanguine rubet respersa. Interim uir quidam nobilis nomine Ioseph, qui erat discipulus eius, occulte tamen, ad Pilatum accessit, postulans sibi donari corpus Domini Iesu Christi. Quo sibi concessio, accessit quendam uirum sapientem & legisperitum nomine Nicodemum discipulum Christi occultum similiter, & uenerunt ad locum ubi erat Dominus crucifixus, secum infra se ferentes, quibus uarios extraherent, & ut eum de cruce deponerent. Quos cum benignissima & moestissima mater aspiceret, & sciret eos unicum suum uel le deponere de cruce, quasi de morte consurgens, paululum reuixit anima eius, & de terra festina exiliens, ubi iacebat dolens uiolentia prostrata, quod poterat adiutorium, debilissima illis ministrabat. Unus duos illos ac duos clauos trahebat e manibus: alius, ne corpus exanime caderet, sustentabat. Stabat & Maria brachia leuans in altum, uulnera contemplans, manus perforatas, sacroque sanguine resperfas intuens, uix sustinere se potuit. Iamque manus, brachia sancta & caput supra triste pectus suscepit, ut hoc ultimo & miserando solatio posset consolari. Quem ut attingere ualuit, amore materno ruens in dulcissimos amplexus & oscula, de suo sic male tractato filio non poterat satiari. Sed cum de cruce corpus eius fuisset totaliter depositum, praedoloris uehementia, & amoris immensitate quasi exanimis facta fuit. Stabat ad caput extincti filij moestissima mater, & eius regalem faciem mortis obscuratam palloribus, magna rigabat affluentia lachrymarum. Aspicie-

bat illud reuerendissimum caput coronae spineae diris aculeis perforatum, manus illas & pedes sacros clauis ferreis crudelissimē perforatos, latusque suffossum lancea, cum ceteris membris lacertatis, & amarissimē suspirans ac flens dicebat: O fili mi dulcissime, quid fecisti? Quare crudelissimi ludaei te crucifixi erunt? Quae causa mortis tuae? Commisisti ne scelus, ut tali morte damnareris? Non fili, non fili, sed sic tuos redimere dignatus es, ut posteris exemplum relinquant. In gremio meo nunc te mortuum teneo. Quid ego tua mater fili mi dilectissime faciam? Vae mihi fili mi, dulcedo mea, consolatio mea, uita mea. Vbi est illud gaudium indicibile quod in tua ad mirabili natiuitate habui? Vae mihi fili mi, in quantum dolorem & tristitiam uersum est illud tam magnificum gaudium? Succurre mihi fili mi & spiritum sanctum mihi interim infunde, quia iam gaudij illius quod in obumbratione et angelica salutatione concepi, ferē praedolore immemor deficio. Interim autem frontem & genas, nasum, oculos, osque simul frequentius osculabatur, tanta perfluens affluentia lachrymarum, ut carnem cum spiritu resoluui putares in lachrymas. Rigabat felicibus lachrymis corpus exanime filij, & monumentum in quo posuerunt eum, modo mirabili madidabat, ubi & eius lacrymae adhuc apparere dicuntur, indicatiuae doloris intimi qui animam eius tanquam gladius acutus pertransiuit. Cogitabat mirabilia facta unici sui: & durissima opprobria & tormenta quae uiderat oculis suis, & auribus audierat, reuoluebat in mente, quis uidelicet, qualis & quantus fuerat quem ipsa uirgo concepit illaeso pudore, & peperit sine dolore, quem etiam cum summa diligentia lactauerat, custodierat, & educauerat, qui erat ei uita, dulcedo, gaudium, & solatium, consilium, refugium & auxilium uitae suae. Videbat, inquam, Dominum & Deum suum, unicum suum filium sic uiliter & crudeliter pertractatum. Unde dicebat: Dic fili dilectissime, dic amor unice, uitae meae singulare gaudium, unicum solatium, quare sic me dolore perimi permittis? Cur tam longē factus a me? Deus meus consolare animam meam, miserere mei, & respice in me. Dicat qui potest, cogitet quantum potest, meditetur si potest quae doloris immensas tunc maternam animam cruciabat. Non credo plenē enarrari uel meditari posse dolorem uirginis, nisi tantum fuisse credamus, quantum unquam dolere potuit de tali filio talis mater. Veruntamen rectum erat amoris & moeroris continēs modum. Non desperabat, sed pie & iuste dolebat, sperans tamen firmiter fortiterque tenens ipsum secundum promissum suum tertia die resurgere. In ipsa enim sola in triduo illo fides ecclesiae stabat: & dum uniuersisque haesitabat, haec quae fide concepit, fidem quae a Deo semel suscepit, nunquam perdidit, speque

dit, specq̄ certissima Domini resurgentis gloriam expectauit. Aderant secum quaedam sanctae & paucae mulieres, paruus que uirorum numerus, qui Christum Dominum cum matre flente amarissime flebant. Erant similiter & angeli dolentibus condolentes. Dolebant quidem pio in hoc dolore, morti compatientes Dei & Domini sui, si tamen dolere quomodo libet poterant. Sed credo quod gaudentes erant eo quod genus humanum miserum & captiuum misericorditer redimebatur. Flebant & ipsi (ut arbitror) amarissime mente turbati, uidentes dominam suam matrem utiq̄ Dei sui tam uehementi dolore repletam, tot riuulis affluentium lachrymarum perfusam. O quis tunc angelorum archangelorumq̄ etiam contra naturam suam non flet, ubi auctor naturae, Deus immortalis, homo mortuus iacebat? Videbant Christi corpus sic male tractatum ab impijs, sic laceratum a pessimis iacere exanime, suo sanguine cruentatum. Videbant etiam illam pijsissimam, illam sanctissimam ac beatissimam uirginem matrem eius tantis cruciari singultibus, tam amarum repleri doloribus, tam abundantibus lachrymis madidari, sic amarissime flere, quod nullo modo poterat suas lachrymas refranare. Et quis poterat tunc a lachrymis se abstinere? Fiebat proinde moeror & luctus ab angelis ibidem praesentibus, qualis decebat spiritus almos: immo mirarer si omnes angeli in illa beatitudine ubi flere est impossibile, non fleuissent. Credo propter quod & loquor, quia dolebant si dolore ualebant. Sicut enim fuit possibile Deum per assumptum hominem mori, ita forte possibile angelos bonos dolere de morte Domini Dei sui. Ioseph autem ab Arimathia uir sanctus & iustus, qui corpus Christi cum Nicodemo deposuerat de cruce (sicut euangelistae testantur) mercatus sindonem inuoluit illud, preciosis conditum aromatibus: & in monumento nouo, quod sibi exciderat, sepeliuit. Tunc angelorum milia milium qui ad Christi sepulchrum conuenerant, dulces ei ac deuotas exequias & uictoriam decantabant. Illi Domini laudes canebant, sed Maria gemitus & suspiria emittebat. Dum igitur Ioseph & Nicodemus Dominum ponerent in sepulchro, uolebat simul cum illo mater moestissima sepeliri. Erat enim innixa super dilectum suum: quem amplectens, suauiterq̄ deosculans, sic dicebat: Miseremini mei, miseremini mei, saltem uos amici mei. Illum adhuc paululum mihi relinquitte, ut faciem ipsius, sublato uelamine, ualeam contemplari, & praes amore ipsius aliquantulum uisendo consolari. Nolite quaeſo cum tam cito tradere sepulturae, sed ipsum reddite mihi miseram matri suae, ut illum mecum habeam saltem uel defunctum: aut si illum in sepulchro reconditis, ibidem me miseram matrem cum ipso sepelite, quia male post ipsum superero. Vt quid

post ipsum uiuam? Illi ponebant Dominum in sepulchro, & illa nisu quo poterat illum ad se trahere conabatur. Illa uolebat eum sibi cum totis uiribus retinere, & ipsi uolebant eum tradere sepulturae. Sicq̄ pia lis erat & contentio miseranda inter ipsos. Omnes tamen uirgineo compatientes dolori, pio desiderio coacti, sic amarissime flebant, ut nullus eorum posset ad plenum uerba formare. Videbant etenim piam matrem omni quidem solatio destitutam, & super ipsam potius, quam super Dominum suum extinctum plangebant. Maior illis inerat dolor de dolore matris, quam de morte Domini sui: flebant igitur omnes miserabili dolore gementes, cum Christum Iesum, uitam Dominum & mortis, traderent sepulturae. Sepulto itaque Domino, mater eius sepulchrum amplectitur, & uoce, qua poterat, suum benedicebat filium iam sepultum, ingemiscensq̄ uocabat. O singularis uirgo & mater, iam dicere poterat: Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est in cruce, quando dixit: Mulier, ecce filius tuus. Nunc dicere potes: Quaeſiui, & non inueni illum. Vocauit, & non respondit mihi, scilicet ad sepulchrum. Ibi sedens innixio capite, manus extendebat, desuper illud osculans, amarissimisque singultibus suum filium deplorabat. Accessit autem nouus filius eius Ioannes, cui de cruce Christus eam commendauerat, diligenter lugens et ipse inconsolabiliter: ipsam lugentem ac gementem leuauit. Nam cruciata gemitibus, fatigata doloribus, afflicta ploratibus, pedibus sustentare nequibat: tamen sicut potuit a mulieribus honestis ac sanctis adiuta, cum ceteris simul plorantibus, Hierusalem ingreditur. Multa autem foeminae uidentes eam, commota pietate super illius doloribus, amarum conuertebantur ad luctum. Quaedam uero post ipsam euntes lamentabantur & ipsae. Dolor etenim eius cunctos intuentes dolere compellebat, utiq̄ lachrymas continere ualebant, qui eam plorantem conspicerent. Tam pie plorabat, tam amare dolebat, quod sui ploratus pietate, multos etiam inuitos ad lachrymas prouocabat. Fiebat planctus quacumq̄ Maria transibat. Omnesq̄ plorabant qui obuiabant ei. Sic igitur perducitur a plorantibus & dolentibus ipsa plorans & gemens, quousq̄ peruenerunt ad domum Ioannis. Ibi resedit, ibi permansit, ibi in sua domo Ioannes retinuit, & super propriam matrem in omni charitate dilexit. Erat enim sibi datus in filium, sed ipse se fecerat seruulum eius, in omnibus & per omnia sibi familiariter seruendo. Deniq̄ resurgente filio, praes nimia debilitate membrorum deficiens, pia mater ad sepulchrum ire nequibat. Tunc currentibus alijs, & unicuq̄ filium cernentibus, dicere potuit uirgo Maria: Filiae Hierusalem, nunciate dilecto, quia amore langueo. O felix & beate Ioannes, cui talem thesaurum Dominus dignatus est com-

est commendare. O Christi dilecte praes omnibus, & prudens quem constituit Dominus priuatum carerariu aulam suae speciosissimae. Ruribuet tibi Dominus uicissitudinem amoris mercedemq̄ dilectionis, quam in eius ac tua matre taliter desolata usq̄ ad finem uitae suae exhibere curasti. Benedictus quidem tu es a Domino, benedictus a matre Domini, qua dilexisti, & cui seruisti puro corde & mundo corde. Benedicti sint omnes qui diligunt illam matrem, et super omnia sit benedictus fructus uentris sui Iesus Christus Dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus in eternum, & in secula seculorum: Amen.

Sepulto itaq̄ Domino, a ludaeis signatum est monumentum, & traditum est custodibus, ut custodirent illud. Interim uirgo Maria in domo Ioannis manebat, ibiq̄ iacebat: quia nimio dolore coacta, non poterat nisi cum difficultate magna ambulare. Ibi enim die noctuq̄ plorans gemit, nec erat qui consolari eam posset ex omnibus charis suis, nec suae sorores, nec etiam ipse Ioannes. Ibi amaro corde approbrosam passionem dilecti filij sui reuoluebat, modo sputa, modo ludibria, modo colaphos, alapas & flagella, modo crucis angaria, modo dira clauorum uulnera, modo lancea, modo coronam spineam, modo acetum & fellis pocula, mortem, uerbera & impropria, modo mortem, mortem autem crucis. Haec autem cogitando plorabat, atq̄ plorando & eiulando clamabat. Filij mi Iesu, Iesu filij mi, bone ac benigne, ac creator omnium Deus, qui factus homo, morte turpissima es peremptus: quem terra, pontus, aethera, capere nequeunt, modo arcto clausus es sepulchro. Iacet filius meus extinctus, & sub lapidibus clausa est uita mea. Sumens enim corpus fragilitatis humanae, dignatus est ad terram descendere: & sui eum non receperunt, sed malum semper machinati sunt contra eum. In illum sauebat Herodes ille tyrannus iniquus cum turba crudelissima ludaeorum: quando scilicet ad magorum uerba turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo, paruulumq̄ & tenellum ad ubera materna pendente morte crudelissima perdere nitebatur. Dehinc proficiens aetate & sapientia coram Deo & hominibus, factus est uir discurrens per ciuitates & castella, praedicans et annuncians regnum Dei, clemens & daemonebus imperabat, infirmos sanabat, & mortuos suscitabat. Et cum talia faceret, sustinebat insidias, sustinebat calumnias, sustinebat blasphemias, quas principes sacerdotum, scribae & pharisaei, et omnis populus contra eius innocentiam inuehebant: sed cum eorum perfida & peruersa nequitia unice filij mei bonitatem superexcellente sustinere non posset, ipsum auferre de terra nefarie cogitantes, ligauerunt, flagellauerunt, deturpauerunt, crucifixerunt, dilaniauerunt, & morte turpissima occiderunt, sicut praesens dies liquidum manifestat. Ergo uos omnes fideles Christi, recolite de morte & passione Domini nostri Iesu Christi, & per totum istum uenerabilem diem lachrymas fundere non cessetis,

ut in die resurrectionis Domini ad laudem et honorem illius resurgere ualeatis, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus per infinita secula seculorum: Amen.

Finis lamentationum beatae uirginis Mariae.

DOCTRINA BEATI

BERNARDI.



Vando surgendum est ad uigilias, praeparandus est animus ad deuotionem, ita ut feruenter exiliis delecto, & corpore discusso gratias diuinae misericordiae agas pro quiete indulta, pro custodia et protectione angelica. Deinde ueniens ad ecclesiam, pone manum super ostium, & dic: Expectate hic cogitationes malae, intentiones & affectus cordis, & appetitus carnis. Tu autem anima mea intra in gaudium Domini Dei tui, ut uideas uoluntatem Domini, et uisites templum eius. Sicq̄ ueniens ante crucem dici Adoramus te Christe & benedicimus tibi, &c. Deinde quotiens dixeris uersum in choro tuo, illum qui in choro altero dicitur, dicas silenter, et uersus singulos saltem aliquo pipere conperges, meditatione scilicet aliqua spiritali: quia animum delicatum habes, & escae eius electae debent esse. Et ne defiges oculos tuos longe ante te, quam longe protenditur proceritas corporis tui: quia hoc multum impedit uagationes animi. Et depinges ibi quasi resupinatum ante te Dominum in cruce, & nunc pro clauis, nunc pro spinis, nunc pro sputis, nunc pro lateris effusione suspirabis & gratias ages. Cum exiendum fuerit a choro, dices Domino: Adhuc habeo Domine priuatas laudes & benedictiones tibi dicere, quas scilicet nunc a publicis exiens cantabo tibi & psallam in gloria mea. Cum ad missam uentum fuerit, suscipe inuitantem ad missas priuatas, ac si panem angelorum tibi delapsum de caelo uideres. Si quem amouere uolentem intueberis, ac si fame deficiente e fauce buccellam panis auferre conaretur. Cum ad capitulum ueneris, diligenter accipies armaturam Dei in galea prouidentiae, in lorica patientiae, in scuto mansuetudinis, quibus possis clamatio- nes iustas uel iniustas elidere. Si peccasti, dic tantum, emendabo: si non, dic, non memini. His nec amplius nec minus, aut clamoribus aut uerberibus a te extorqueatur. Cogita cum accedis ad iudicium capituli, Deum & priorem, Pilatum & pharisaeos clamantes in eum, & milites uerberantes eum sine causa. Cagita capitulum durum sanctorum martyrum, cum starent ante reges & praesides cum pertinentijs suis, id est cum poenis & tormentis quae patiebantur. Cogita futurum capitulum tuum in morte coram Deo, cum milia daemoneum clamabunt contra te, & decies centena milia aduersum te: et si quid hic te-

pp p cum

cum durius agitur, illorum consideratione leuigetur. Cogita quod ille qui clamat te, nouacula Dei est, & pilos uult tibi tollere deformes, ut speciosus fias. Cogita quod pitantia est de celo missa correctio. Quicumque te clamauerit, eadem die renumerabis eum obsequio quacunque si potes, eo quod te a deformitate peccati releuare uoluerit. Cum ad laborem ueneris, sic temperabis opus agendum, ut sollicitudo operis intentionem animi tui ab ijs quae Dei sunt non auertat. Quando pausandum est, noli angulos consecrari, uel a ceteris semotus sedere, sed sint oculi tui ad fideles terrae, ut sedeant tecum: & tu confede in medio doctorum. **Exemplum.** Quidam frater cum apud nos pausantibus ceteris solus longe sederet, grauisimo cepit carnis stimulo urgeri, audiuitque uocem dicentem sibi: Vade ad castra. Et cum uenisset ubi ceteri erant, quieuit stimulus. Cum ueneris ad refectionem, nec primus intrabis nec ultimus. Si non potes sumere quae apponuntur, non ea permittas non omnino mutari, sed uel modicum sume, ut comedisse uidearis. Si quis instet ut comedas, hoc tantum signo responde, bonum est, multum est, factum est. Cogita quod multorum labore, infinitis nauigantium periculis haec, pisces, uel cetera tibi necessaria procurantur, ut carnis tuae desiderijs satisfiat: & per singulas buccellas age gratias. Interim cogita Christum crucifixum expectare gratias tuas, uel ad portam reliquias tuas pauperem praestolantem. Abstinenciam omnino interdico tibi ne facias, sed quotidie secundam mensuram comede. Si per noctem illusio tibi acciderit, ne contristeris, sed in crastino confitere: & aliquo te inuitante ad missam ut ministres, caute coram omnibus te excusa per signum, ut est consuetudinis, qua tenus omnes illam tuam pollutionem intelligant. Fecit hoc aliquis apud nos etiam nullo uocante ad missas, ut magis erubesceret, & a tentatione carnis liberatus est intantum, ut uix aliquid tale postmodum senserit, nec nisi semel uel secundum per annum pruritus huiusmodi patiebatur. Ex quo patet quam uera sit sententia Dei dicentis: Ego glorificantes me, glorificabo. Et omnis qui se humiliat, exaltabitur: & humilibus dat gratiam. Quando legendum est, conuersa facie ad ecclesiam ante positum libro utere solito, quio tuo, & ubicunque occurrerint Dei beneficia, dic: Quid retribuam Domini pro omnibus quae retribuit mihi? quantum debes anima mea? Et conuersus ad angelos, dic: Venite, audite, & narrabo omnes qui timetis Deum, quanta fecit anima mea: & ad ipsum Deum deflectens oculos, uere, inquit, Domine misericordia tua magna est super me. Si autem sollicitante te in hunc modum corde, & pulsante ostium paradisi, aliqua cogitatio maligna instrepit, statim propone & dic: Citius est imago haec & superscriptio: & audiens quod Caesaris est, hoc est, principis mundi, scilicet diaboli, dic: Pecunia tua te-

Luce 14.

Psalm. 115.

cum sit in perditionem. Iam ostium clausum est, & Dominus hic pascha manducat, non uacat mihi aperire tibi. Si autem adhuc steterit cogitatio mala, appone illi signum crucis. **Exemplum.** Sancti monialis quaedam apud nos in tanta ueneratione habuit signum crucis, ut cum efferenda esset ad tumulum, facies crucifixi uerteretur post eam in parte illa per quam elata est, & sic caput imaginis in partem illam intendens, perpetuo contra solitum sic permaneret. Alia reuelauit cuidam computruisse manus suas, sed pollicem non posse corrumpi, quo signum crucis sibi imprimere consueuerat. Caue ne in tactu alicuius uel consensu facias, uel tibi fieri permittas, unde te oporteat erubescere. Colloquia quia priuata nec fugias nec requiras: cogita tamen quod poema syluestria sunt. Cum uideris aliquem in oratione, in lectione, in silentio, in patientia, in obedientia & similibus studiosum, gratias age Deo quod speculum tibi miserit, & non inuideas. Cum aliquem turbatum uideris, gratias age quod nubes illa per te non transijt, & dic: Quid illa tentatio de me fecisset, si Deus permisisset: et non iudices alienam imperfectionem, neque fodias parietem conscientiae eius. Cum aliquis rogatus a Priore ueneris, prepara te ad repulsam semper: & si contigerit negari tibi quod postulas, dic apud te: Quid decebat a seculum nisi frantum & stimulum? Ego nihil proprie uendicare possum in domo ista, nisi cilicium & crucem: cilicium in morte, & crucem in fossa. haec est haereditas mea, ita tamen ut modica gleba terrae crucem cooperiat. Et hoc habebis in memoria quando cubitum uadis. Et cum sagum & coopertorium uideris, lectum tumulo comparans, quasi sepeliendum intrabis. Si dormire poteris, bene est: si non potes, expertum est, quod si cogitando procures, dormies. Absconde super omnia huiusmodi studia tua, & dissimula apud alios meditationes tuas sanctas quantum potes, & in omnibus obsequio sedulum te exhibe uniuersis. Praecipua existima lucra aliorum in obsequijs publicis & priuatis. Insuper paratus sis ad obediendum alacri animo & uultu. Cogita monachum illum Gerardum nomine, qui cum de Dei misericordia ultra modum desperaret, infirmatus ad mortem iacuit per triduum, oculis clausis in mentis excessu, & uisitatus ab abbate, oculis apertis ait: Bona est obedientia. Ad tribunal Christi fui, animas sanctorum uidi, ipsum facie ad faciem uidi, dicentem mihi: Ecce locus tuus inter fratres tuos, nullus tui ordinis peribit, si ordinem amauerit, aut in morte purgabitur, aut in breui post mortem. Salua autem qui de ordine tuo sunt, aut in ordine apostolorum, aut martyrum, aut confessorum sortem accipient. Et haec dicens, communionem accepta, discessit. Ad omnia quae insurgunt, disce remedium aliquod adhibere. Cum torpore deprimeris, cogita quod hodie operari licet, cras forte non licebit. Cum libidine pulsaris,

Exemplum.

A BEATI BERNARDI HOMILIA DE DVOBVS DISCIPVLIS EUNTIBUS IN EMAVS, SECUNDUM LUCAM.



N illo tempore duo ex discipulis Iesu ibant in castellum, quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus. Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus quae acciderant, & reliqua. **Homilia lectionis**

Luce 24.

Hieron.

euidentem beati Bernardi abbatis. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Christus resurrexit a mortuis, primitiae dormientium. Recordatione tantae dulcedinis, tuorum mitiga dolores fletuum; ut offeras resurgenti cum assato pisce mellis fauam, & paschalis agni suauitas temperet amaritudinem agrestium lactucarum. Eligge, an uidere Iesum desideres cum Maria Magdalena sub specie hortulani; an cum duobus discipulis in habitu peregrini. Nam utraq; uisio & colloquio, fidelis conscientiae sunt iubilus & dulcedo. De duobus condiscipulis uidetur dulcius sapere. Haec enim lectio mel in ore, & iubilus est in corde, extasis mentis deuotae. Dulcor eius omnem excedit eloquentiam, & totam absorbet conscientiam; & transformat in supernae iubilationis imaginem, & deliciarum coelestium nouitatem. Considerata huius lectionis, mira suauitas totas inebriat medullas animae. Ex singulis etenim clausulis sentitur quidam ignis erumpere; qui si in sinu absconditur clausus, in ossibus totos depascit angulos amantis conscientiae. Si scintillet exterius; uidetur solis iubar splendens radiare. Ibant duo. Quae fuerit causa huius itineris, non declarat textus historiae, sed hoc fuisse diuinam providentiae arbitror, ut qui pro morte Domini tantum erant desolati; in uia qua ambulabant, consolationem reciperent de ipsius dulcissima uisione. Et forte propter hoc, duo pariter ambulabant, ut dolores suos confabulatione mutua mitigarent; & corda desperatione ad spei refrigerium reuocarent. Vnde dicuntur in Emaus proficisci, quod interpretatur desiderium consilij. Desiderabant enim amaritudinem tribulationis suae saluari consilio releuare. Sed ut de fauo mel exprimamus, & in auro rutilante flammis omnes gemmas inferamus, si quid in tam dulci historia dulcius lateat, inquirere studeamus. Ut arbitror, isti duo dici possunt oratio & meditatio; quae coniunctione necessaria sibi adinuicem copulantur. Et per orationem illuminatur meditatio; & in meditatione exardescit oratio. Quotiens igitur in contemplatione Dominae passionis suspendimur; ex recordatione tantae admirationis in oratione compungimur. Meditatio ruminat liuores uulnerum, fixuras clauorum, lanceam et acetum, persecutorum sequitiam, apostolorum fugam, & mortem turpissimam, et corporis sepulturam. Oratio fundit suspiria, pia deuotionis stillat aromata; tota resoluitur

F I N I S.

2549
 in lamenta. Et factum est dum fabularentur & secum quaerent, ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne illum agnoscerent. Talibus confabulantibus appropinquat Iesus. Quid est Iesus, nisi uita & salus? Etenim in talibus sermocinationibus est uita & salus animae: & eis dicitur Iesus appropinquasse, quia iuxta est Dominus Ihs qui tribulato sunt corde. Oculi autem eorum tenebantur, ne possent eum agnoscere: quia etsi sunt iusti & sapientes, atque opera eorum in manu Dei, nescit tamen homo utrum sit dignus odio uel amore.

Job. 7. Si dixerō (inquit Iob) consolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens mecum in stratu meo, terrebit me per somnia & per uisionem horrore concutiet. In lectulo notatur quieta meditatio, & per stratum in quo reueatus colloquitur, uirtus orationis exprimitur: quia in his duobus tribulatis corde, ueræ consolationis requies inuenitur. Sed cum sub pennis earum de argentatis refrigerium interne querimus, & occurrunt imaginationibus nostris quam districte in extremo iudicio sunt sententiae iudicantis: ibi tristitiam inuenimus, ubi solatium quarebamus. In hoc autem quod appropinquans dicitur cum illis ire Iesus, aliud potest designari iurcūdius. In appropinquatione enim illa signatur ille sibilus auræ tenuis, quam Eliphaz gloriatur se audisse dormientibus ceteris, per quam etiam Heliae consistenti in ostio spelunçæ, legimus Dominum aduenisse: quia non in commotione, nō in igne, nō in spiritu, sed in sibilu auræ tenuis uisus est pertransisse. Hic est ille radius suauissimus contemplationis, quo anima per cincinnum capitis eleuatur, cum meditatione exardescente & oratione scintillante. Nascitur in corde iubilus quidam, scilicet mellisuius cordis risus, quem nemo scit, nisi qui sentit: nec etiā ipse qui sentit, quia citō pertransit. Felix hora, sed breuis mora: quia factum est silentium in coelo quasi media hora. Norunt experti que dico, qui hæc experientia suauitatis intimæ didicerunt: quia cum in seruore orationis admiscetur ardor meditationis, erumpit ille cōtemplationis radius de medio earum, quasi species electri, hoc est de medio ignis. Et scintillæ quasi æris candentis, suspiria scilicet conscientiae iubilantis. Oculi autem illorum tenebantur, ne illum agnoscerent. Infirmi autem suæ conscia humana conscientia, præ ineffabili tantæ suauitatis gloria contremiscit. Vnde Helias uultum operuit, et Eliphaz totus inhorruit: nec Moyses ausus est aspiceret contra Dominum. Etsi uenerit ad me, ait Iob, non uidebo eum. Oculi illorum tenebantur. O si Dominum cognoscerent, quantum gauderent! Quantum ipsi gauderemus, si eum in propria specie propius uideremus? Quis non accederet, imò curreret & teneret pedes eius? Sed ad huc loquitur Ioseph per interpretem fratribus suis. Adhuc dissimulat suam nobis exhibere dulcissimam uisionē. Quid enim? Mortales sumus,

A in exilio degimus, nec illam perfectæ uisionis lætabundam beatitudinem præ multitudine gloriæ capere ualeamus. Quis enim posset inter illa supereffluentis iubilationis gaudia spirare quæ dabuntur in patria, cum illa etiā in patria peregrinis, quam nobis in uia exhibet in patria peregrina, totam mentem inebriet, & totam cordis latitudinem nouis delicijs coangustet? Ideo tenebantur oculi eorum, quia Dominus erat in habitu peregrini. Et cum eum quotidie perspiciamus in altari sub specie panis & uini, nobiscū habitat in habitu peregrini. Non ne per oculos intelligere possumus amorem & desiderium? Diligimus enim Deum & proximum, desideramus regem & regnū. Sed quia (ut ait beatus Gregorius) incognitum est nobis dum in hoc corpore sumus, quantum diligamus Deum et proximum, et quando ex hoc exilio transmigrantes adipiscamur regnum, & uideamus Deum, cæcitatem patimur oculorum. Vnde in Ezechiele dicitur, quia porta & thalamus habet tectum. Nec prætermittendum est quod cōfabulando gradiuntur in castellum Emaus, quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem. Dulce colloquium & foelix confabulatio, cum meditationem tractat oratio. Habent enim mel & lac in lingua. Labia eorum sicut uitta coccinea, dum hæc inuitat ad cōtemptum mundi, & illa incitat ad amorem Dei. Vnde dicitur in Emaus proficisci, quod interpretatur desiderium cōsiliij. Nunquid ambulabūt duo pariter, nisi is cōuenerit? O beata cōuentio, quæ adiuuicem susurrant oratio & meditatio. Profectō ire desiderant in Emaus castellum, quod ab Hierusalem est in spacio stadiorū sexaginta. Sexagenarius numerus ex denario constat & senario, quæ sexties decē, uel decies sex, faciunt sexaginta. Stadiū, locus est in quo currit. Denarius significat decalogū, in quo decem mandatorū series continet. In senario uerō figurat seculi abrenunciatio, & morum cōuersio: abiectio propriæ uoluntatis, & abiectio sine fūco simulationis: custodia cordis, & circūspectio sermonis. In his stadijs currendū est, ut cum Dominus dilatauerit cor nostrū, curramus in uiam mandatorū suorū, & post deuoluamus per uiam. Et in his uijs appropinquans Dominus ueniet nobis, sicut scriptū est de sapientia, quia præoccupat qui se cōcupiscunt, in uijs ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia ostendit se illis. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Interrogatio ista amoris subministrat incendia, & quasi oleum projicitur in flamma. Dum enim peregrinus interrogat, quid tristes adiuuicem colloquuntur, & ille quē tam dilexerat et adhuc diligit, ad memoriā reductur, dulcis dolor augmentatur, & amor semimortuus in caminum prorumpens de ignicula, in cordibus eorum uehementius debacchatur. Qui sunt hi sermones, quos, &c. Putas in allocutione peregrini aliquā non perfertent dulcedinē amoris diuini? Immo totus in medullis eorū reuixit

reuixit & refluuit amor Christi. Qui sunt hi sermones, quos, &c. Deus, quātas iubilationes istæ tristitiæ genuerunt, et quā suaues suauitates ruminatæ, & quā dulcia suspiria percurrunt in corde? Bone Iesu, quā iucundo consolaris susurratio, quos de tua uides absentia contristatos? Quā libenter altis orantibus, & assistis suspirantibus, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos? Quā iucundus latitas post parietem nostrum, ut audias uoces orantium, & dulcescant tibi dolores diligentium, de pœnis rideas innocentium? Et respondens unus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Cleophas qui interpretatur in crepans ore, formam orationis uidetur exprimere, quæ ponit coram Deo iudicium, & replet in crepationibus os suum, nunc accusans cordis duritiam, nunc inconstantiam, nunc corporis frigore constrictum, nunc inepta lætitiā dissolutum. Tu solus peregrinus es? Corda soler amantium familiarius mœror compunctionis afficere, cum tot uident inde specialiter fastidire studia, et a desiderio cœlestis patriæ tepescens speciem pietatis in solo exteriori habitu retinere. Respondet ergo Cleophas quotiens talium perditioni ex intimis cōdolentes tales, tales in orationes profundunt querimonias: Domine, tu solus fuisti tempore passionis, abnegante Petro, fugiente discipulo quē amabas, obliuio tui amoris priuilegio, fugientibus etiam ceteris. Sed heu heu, tempore cōpationis que nunc est, religiosos uidemus nō solum non participare per compansionem passionibus tuis, nec fugere, nec negare turbatione alicuius tentationis subitæ: sed iniquitas eorum procedit quasi ex adipe, manserūt in affectū cordis. Apponendo enim iniquitatē, nō uerent super dolorem uulnere tuorum addere, qui cum sanctis mulieribus debuerāt piæ deuotionis aromatis delinire. Tu solus peregrinus es in Hierusalem. Dereliquerunt te omnes amici tui, longē facti sunt a te noti tui, posuerunt te abominationem sibi. Omnes que sua sunt querūt, seipos diligunt, de exilio fecerunt patriā, operibus diffitentur se peregrinos super terram & hospites. Tu solus peregrinus es in Hierusalem. Nos etiā excellētiore professionis priuilegio, estimamus expressius fieri cōformes humilitatis tuæ peregrinationis, collocati sumus in obscuris sicut mortui seculi. Sed et prudentiores sumus in possessionibus ampliandis, & gloriosiores in aedificijs erigendis, callidiores in pecunijs congregandis. In ueniri possunt etiam pauci, qui fideliter incedat semitas ueritatis. Tu solus peregrinus es. Iam nō miratur Vehemoth si absorptus est fluuius: quia pars maxima Iordanis inluit in os eius, & deiecit de fortitudine, & de stellis, strauit sibi aurum quasi lutum, & sub ipso sunt radij solis. Tu solus peregrinus es in Hierusalem, in ecclesia scilicet militante Deo: quæ uidelicet nō possidet adhuc pacem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa

A diebus istis? His diebus sanguinem tuum fudisti pro salute generis humani, et tot dolores et opprobria ad ultimum crucis supplicium pertulisti. Et cum tanta pro mundo passus sis his diebus, et te omnia trahere ad te ipsum promiseris, si a terra esses exaltatus, ecce exaltatus es super cœlos. Imò cur nō eruis eos qui ducuntur ad mortem, cur ex Basan non conuertis, cur omnes non trahis, cur tam paucos de multis eligis, quasi tuę in memor passionis? Non cognouisti quæ facta sunt in Hierusalem diebus istis? In Hierusalem diebus istis tu ille excelsus, admirabilis, occisus fuisti, cui Moses & Helias in transfigurationis tua uisione pulcherrima sunt locuti. Verè Domine nimis excessisti: quia cum sis splendor paternæ gloriæ, & figura substantiæ eius, et cum sis Dominus maiestatis, & tremantibus elementis, cœli luminaribus obscuritatis, & stupentibus angelis, pati dignatus es tormentum abiectissimę passionis. Verè fuit excessus, cum dedisti uel lentibus genas tuas, cum faciem tuam non auertisti ab increpantibus et conspuentibus, quando cum iniquis es deputatus. Tu solus peregrinus es in Hierusalem. Cur non trahis nos post te, ut curramus in odorem unguentorum tuorū? Cur das alienis honorem tuum, cum pro nobis consumpseris carnem & corpus tuum? Cur solum gloriæ tuæ in quo iudicasti principē huius mundi, non recordaris? Cur spiritum gratiæ & precum super nos non effundis? ut non solum lingua, sed & opere & ueritate consistentes nos aduenas & peregrinos super terram, abstinemus a carnalibus desiderijs, & trahamur ad te in fuculis charitatis. Dum hæc Cleophas loquitur in tribulatione spiritus & amaritudine mentis, uerba ista quanto putas repleant conscientiam sciscitantis? Quibus ille dixit: Quæ? Non est interrogatio nescientis, sed adiocantis, & quædam reciprocatio doloris. Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo: & quomodo tradiderūt eum summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Primò solus Cleophas respondisse legitur. Nunc respondet tam ipse quā ille, cuius nomen in historia non habetur. Vnde quia est sine nomine, uidetur formam meditationis exprimere, quā quandoque cogitationem, quandoque contemplationem solemus quasi proprio nomine nuncupare. Secundum uerò beatum Gregorium, istum fuisse Lucam aliqui aestimauerunt. Lucas qui medicus fuisse ab apostolo dicitur, qui consurgens uel eleuans interpretatur, interpretatione sui nominis imaginem representat meditationis, quæ medicamentum est contribulati spiritus & conscientię aegrotantis. Quæ sicut stellio manibus nititur, ut moritur in aedibus regis, & consurgens ab infimis eligendo suspendium, deserit transitoria, & se eleuat ad superna. Adiungitur itaque meditatio orationi, ut ex amborum responsione dulcoris

balſamus melodiæ, diffuſores ſpiret delicias in auribus perigrini. De Ieſu, inquiunt, Nazareno. Oleum effuſum eſt nomē eius. Oleum, inquam, effuſum, unguētum aromatum, iubitus cordiū, Ieſus Nazarenuſ rex Iudæorum. Sed frangatur alabaſtrum, perſlet auſter hortum aromati, myrrha det odorem ſuum, diſſiluant riuiſi balſamorum, crucifixus ſit in memoria, crucifixi replentur iniuria, crucifixi ruminentur opprobria, et charitas in deſeſſa. Omnia interiora noſtra loquantur de Ieſu Nazareno, qui lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, ut ſimus potentes opere & ſermone. Nonnulli potētes ſunt in opere, ſed nō in ſermone: alij in ſermone, ſed non in opere, quidam potentes ſunt in utroq̄. Qui ſtrenuus eſt in exercitatione corporali, bona quæ præualet, nō negligit operari. Patiens in tribulatione, & gaudens ad laborem obedientiæ, poteſt dici potens in opere. Sed ſi minus hunc delectat aſſiduitas orationis, ſi non eſt ſollicitudine pia deuotus in uigilijs, uel fortē non habeat gratiam prædicationis, potens eſt in opere, ſed non in ſermone. Videas aliquē frequenter in oratione deuotum, cuius oculi ſunt ſicut piſcinæ in Eſebon præ multitudinem lachrymarum, ſed recuſat ferre iugum obedientiæ, uotum ſuum offerre ſe æſtimat offerendo hoſtiam amputata aure, ſuam plangit in oratione ſuperbiam: ſed hora compunctiois tranſacta, ita ſuperbus eſt ſicut antē. Vel ſi leuis in moribus, poſt orationis ſuæ deuotionē in eandem recidit leuitatem, oſſa eius replentur uitijs adoleſcentiæ eius, ut nunquam in conuerſatione ſua ſit maturus. Licet ad modicū orationis tempore ſit deuotus: uox quidem uox Iacob eſt, ſed manus, manus ſunt Eſau. Tales potentes uidentur in ſermone, ſed non in opere. In opere & ſermone ſunt potentes, qui habent in moribus honeſtatem, in operibus uirtutem, in ſermone ſcientiam, deuotionem in orationis aſſiduitate, grauitatem in conuerſatione, perſeuerantiam in amore. Piæ ſiquidem operationis oratio deuota, eſt reclinatorium, & deuotæ orationis exercitatio, præbet bonorum operum ſulcimentum. Hęc eſt enim plenariæ compunctio ſalutaris, quam commendat conſcientiæ latitudo. Vnde cum ſapientiam & diuitias dediffet Dominus Salomoni, dedit ei et latitudinē cordis: quia nihil eſt ſapientia, nihil diuitiæ, ſi in corde nō redūdauerit, qui tranſuadari non poteſt ſtuitus charitatis. Nec parit Dominus uerbis potentibus, & ad deprecandū cōpoſitis: ſi ſic potēs es in opere et ſermone, eſto coram Deo & omni populo. Coram Deo te cōmendet puritas intentionis, coram populo utilitas operis, ut ſint lumbi mentis tuæ ſuccincti, & lucerna ardēs in manibus tuis. Et bene corā omni populo: quia charitas neſcit angulum, non amat propriū, deſeruire deſiderat utilitatibus ſingulorū. Hinc eſt quod Apoſtolus ſe cōmēdat ad omnem cōſcientiam hominū, prouidens bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus, ut tam Deo, quā omni populo ſit acceptus. Sed beatiſſimo apoſtolo nemo ſe audeat cōparare. Quantum enim diſtat ortus ab occidente, tantum à uijs noſtris fuerunt uię eius, & ſemitiæ eius à noſtris ſemitis exaltata: quia (ſicut dicit Eſaias) facti ſumus immūdi omnes nos, quali pannus mēſtruatę uniuerſę iuſtitię noſtrę. Potētes nō ſumus in operibus: et quid oremus, ſicut oportet, neſcimus. Ille ſolus ſpecioſus forma præ filijs hominum, ſingulari priuilegio fuit propheta, potens opere & ſermone, qui potenter operatus eſt ſalutem noſtram in medio terræ. Potēſtate plenus fuit in ſermone, quādo omnia creauit, quando dixit & facta ſunt, ipſe mandauit et creata ſunt. Fortis fuit in opere, cum hominem reparauit, et iuxta uaticiniū Eſaiæ, opus ſuū ut faceret, opus ſuū, alienū opus fecit. Verē fuit opus alienum, ſi cōſideres quomodo tradiderūt eum ſummi ſacerdotes, & crucifixērūt eum. Domine, audiui auditionē tuā, & timui: cōſideraui opera tua, uias tuas, & expaui. Subſannauerūt te ſubſannatione, dentibus ſuis ſuper te frenduerunt, aduerſum te laxati ſunt & conueniunt: te ſummi ſacerdotes et principes tradiderūt. Illi qui regere gregē debuerunt per uia ſalutis, facti ſunt laqueus & ruina præcipitium damnationis. Ex ipſis flamma inuidiæ erupit: quia ſicut in Iob legitur, Ignis Dei de cœlo cecidit, & tactas oues puerosq̄ cōſumpſit. Nos igit̄ qui quærimus crucifixum, crucis attendamus myſteriū. Ipſa eſt ſtatera corporis Chriſti, quā deſiderabat, qui dicebat: Vtinā appenderent̄ peccata mea quibus irā merui, & calamitas quā patior in ſtatera. Crux facta eſt ſtatera corporis Chriſti, quod eſt eccleſia. Cum enim ipſe crucifigeretur, appenſa ſunt cum ipſo peccata quę cōmiſimus, calamitas quā incurrimus. Ipſe erat innocēs, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, et excelsior cœlis cōuerſatio eius. nō enim peccatū fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Et quoniā talis ac tantus, tam indigna dignatus eſt in cruce pati, præponderare cepit calamitas, & crimina leuigari. Cum adhuc tamen in cruce erectus ſtaret, tracillare uidebatur ſtatera: nec planē cognoscebatur quā cadere deberet, cum in clinato capite emiſit ſpiritum, ut calamitas præponderando caderet, & quali arena maris grauior apparet. Gentes quali momentum ſtaterę reputatę ſunt. Nam in ſtatera ceciderunt: quia partes aduerſæ damnationis noſtrę chirographum amiſerunt. Trituratus eſt Moab ſub Domino, expādit manus ſuper eum, ſicut natans ad natandum, ne demergeretur in profundū: et ut ipſe ſubleuaret nos in excelsum, expandit alas ſuas, nos aſſumpſit & portauit in humeris ſuis, ſicut aquila prouocans ad uolandum pullos ſuos. Sic aſcendens ſuper omnes cœlos, de excelsis miſit ignem in oſibus noſtris: ut quæ ſurſum ſunt ſapiamus, & noſtra conuerſatio ſit in cœlis. Potens fuit coram Deo & omni populo: quia factus eſt angelus loquens pro nobis, et interceſſor exiſtens, patri reconciliauit humanū genus: utrunq̄ ſolus potuit arguere, & ponere

Cantic. 7.

Gen. 27.

Eſai. 64.

Iob. 1.

Iob. 4.

Eſai. 53.

nere manum in ambobus. Et quomodo ſummi ſacerdotes & principes crucifixerunt eum. Per ſacerdotum quippe perſuaſionem populus dimitti Barrabam, Chriſtum crucifigi acclamauit, & Pilatus fieri adiudicauit: linguis, nō manibus ipſum crucifixerūt. Vnde dicit David: Quia linguas ſuas ut gladium acuerunt. In hoc fortē minus reprehēſibiles, quā noui crucifixoſ, qui manibus & uerbis mortē illi accerſunt: immortalem mortificant, in crucifigibilem crucifigunt. Quæ ab ipſis in occulto, uel etiā in aperto ſunt, turpe eſt dicere. Ponere uere os meum in cœlum, ut non dicam in cœnum, & Saul ad purgationem uentris inclinatum occidere: ſufficit ſi oram chlamydis abſcindā gladio Hieremiæ, cum Dominus dicat per Malachiam: Vos me conſigitis, gens ſcilicet tota. Oſtēdit Hieremias quomodo ſummi ſacerdotes & principes eum crudelius crucifigūt: Ibo, inquit, ad optimates, & loquar eis: ipſi enim cognouerūt uiam Domini, et iudicium Dei ſui. Ecce hi magis ſimul fregerunt iugum, ruperūt uinculum, & a propheta uſq̄ ad ſacerdotē omnes faciūt dolum. Ecce quomodo ſummi ſacerdotes & principes crucifixerunt eum. Nos autem ſperabamus quod ipſe eſſet redempturus Iſrael, quod interpretatur uir uidens Deum. Per quod literati & religioſi, qui ſpecialius præ cæteris debent uidere Deum, per intelligentiam & affectum ſignantur. Hinc eſt non minima cauſa triſtitie nobis: quia etiam literati & qui uidentur religioſi, comparantur iumētis, & immundiores facti ſunt illis. Ipſi enim non ſolum ſpinis peccatorū ſuorum crucifigūt Deum, ſed alijs facti ſunt in prouerbium et exemplum. Nos autem ſperabamus quod ipſe eſſet redempturus Iſrael. Non eſſet doloris materia, nec res tam ſtupēda, ſi plebs quæ nō nouit legē, ſola caderet in errorē: quia releuari poſſet per literatorum & religioſorū prudentiā, ſi ipſi non fuiſſent primi ad ruinā. Nos autem ſperabamus quod ipſe eſſet redempturus Iſrael. Nam ſi dicit regi apoſtata, et uocat duces impios, ſi ſupplātet optimates, & ducit ſacerdotes in glorios, & ipſi forſitan nō ſunt literati, & ignorāt legem Domini, ſi hi ſunt diſſidentia: nec de ipſis ſumus in admirationem, ſed de literatis ſtupemus, & qui præterdunt habitū religionis, qui bonū uerbū Dei guſtauerunt, & donū cœleſte, uirtutesq̄ ſeculi uenturi: & ecce uacca pinguis Samariæ facti ſunt arbores autumnales eradicatę, bis mortuę, facti hoſtes in capite, qui docere debuerant uia uitæ. Nos autem ſperabamus quod ipſe eſſet redempturus Iſrael. Et nunc ſuper hęc omnia tertia dies eſt, quo hęc facta ſunt. Primus dies, quo crucifixus eſt Chriſtus, perſecutorū & hareticorum ſignificat tempus, qui primitiuam eccleſiæ tormentorum aſperitatibus uexauerūt, quæ corpus eſt eius. Secūda dies, qua ſepultus fuit, tempus figurat hypocritarū, qui Chriſtum quali ſepultum in terra reputāt, terrenis cōmodis & honoribus inhiantes: qui nullam niſi terrenæ felici-

Pſal. 139.

Malach. 3.

Hiere. 5.

tatis gloriam pro ſuis laboribus expectant. Super hęc omnia tertia dies eſt, in quo debemus aliud grauitus periculū conſiderare, ſcilicet in falſis fratribus. Et in hac tertia die Chriſtus debuerat reſurrexiſſe: quia putabamus his diebus ubiq̄ diffundi uirtutē ueræ fidei, & per loca religioſa charitatis radios dilatari, ut poſt Oriones & Hyades apparerēt interiora auſtri. Sed quia penē omnes declinauerūt, & adhuc in iniquitatibus ſuis Chriſtum crucifigunt, ſuper hęc omnia dolemus: quia tertia dies eſt ex quo hęc omnia facta ſunt. Sed & mulieres quædam in noſtris terruerūt nos, quę ante lucem fuerūt ad monumentū, & nō inuento corpore eius, uenerūt, dicentes ſe etiam uiſionē angelorū uidiſſe, qui dicūt eum uiuere. Mulieres, piæ ſunt cogitationes. Per monumentū clauſtrum religioſorū poteſt intelligi, in quo ſumus Chriſto per temporarium delectationū mortificationē, et ſanctæ profeſſionis uinculū conſepulti. Tunc mulieres uadunt ad monumentū querere Dominum, quando cogitamus ſi ſaltē uel in clauſtris religioſius ſit requirēns ac diligens Deum. Ante lucem uenerunt, & corpus eius non inuenerūt. O quam dulce eſt ante lucem ſurgere ad querendū dilectum! Dulcis eſt querenti illum. In lectulo meo quaſi ui per noctes, quę diligit anima mea: quę ſi uel, et non inueni illum: reſtat ergo ut uadam ad monumentum, id eſt, ad religioſorum clauſtrū, ad uigilias clauſtralium: quia ibi dilectum inueniam, et ſi non ſecundum corpus. Etenim ſi cognouimus ſecundū carnem Chriſtum, ſed iam nunc non nouimus. Ciuitatem cuſtodit̄ iſti uigiles, angeli ſunt quorum uiſionem ſe uidiſſe aſſerunt mulieres, quæ dicunt eum uiuere, & per feruorem ueræ dilectionis oſtendunt Chriſtum in ſuis cordibus habitare. Iſti ſunt uigiles, obſeruantes omni tempore cuſtodias Domini. Ipſi excubāt ad oſtiū tabernaculi, ipſi ſunt Oriones & Hyades, & interiora auſtri. Quam delectabile eſt eis intereſſe uigilijs, cōſurgunt de nocte in principio uigiliarum ſuarum, ut effundant cor ſuum coram Domino, & oratio eorum apud altiſſimum, ibi in medio iuencularum tympaniſtriarum principes cōiunguntur paſſentibus. Ibi in exceſſū mentis Benjamin adoleſcētulus, ibi reſonat cœleſtis ſimul concentus. Ibi ſunt ſeraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctusq̄ clamantia, & Cherubim ſeſe uerſis uultibus in propitiatorium reſpiciētia. Ibi iubilant omnes filij Dei, laudant Dominum ſidera matutina. Ipſi ſunt uerē ſimiles angelis, per ſtudium angelicæ conuerſationis. Ipſis commiſſa eſt cuſtodia monumenti, ſcilicet obſeruantia regulares clauſtri. Monumentum iſtud Chriſtus non deſerit, qui nobiſcū ſe promiſit eſſe, uſq̄ ad cōſummationem ſeculi: et tunc nos erimus ſecum, cum nos acceperit ad ſeipſum. Mulieres ſe dicunt illum non inueniſſe, ſed uiſionē angelorū uidiſſe, qui dicunt eū uiuere, quotiēs uerſamus in cogitationib. noſtris: quia et ſi ſunt uerē ſimiles angelis, qui de die

Cantic. 3.

in diem, & in nocte laudem Domini decantant in terris, sicut illi in caelis: non tamen possident gloriam aeternae beatitudinis summa sanctitate consummata. Paululum, inquit, cum pertransisset eos, inueni quem diligit anima mea. Sed quid est quod dicitur, terruerunt nos? Non est terror qui incurrat horrorem, sed qui nouam cordis parturit exultationem uel admirationem. Dum enim cogitamus quam felices deliciae abundat in claustris, super hoc expauescit cor nostrum, & quadam dulci reuerentia mouet de loco suo. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum autem non inuenerunt. Abierunt quidam ex nostris. Isti sunt affectus religiosae mentis, qui omnia sicut mulieres inueniunt, non tamen reuertuntur, sicut de mulieribus legitur. Quando enim solis cogitationibus de amore religionis tractamus in cordibus nostris, mulieres ad monumentum uadunt & redeunt. Sed cum affectus mentis ad conuersionis desideria conuertuntur, non iam tantum mulieres, sed quidam ex nostris ad monumentum uadunt, qui non reuertuntur, sed nec ipsum inueniunt. Hoc autem experimur cognoscimus, quia cum seruore nouitij ad conuersionem uenerimus, hic lesum inuenire nos aestimamus: quia perfectae tranquillitatis & sanctitatis gaudia apprehendere nos speramus. Sed cum procellu temporis experimur miseriam humanae fragilitatis, tunc recognoscimus, quoniam non inuenimus Dominum: uisionem tamen angelorum aspiciamus, exempla scilicet seruentium monachorum. Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae, nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Scaturire uident haec uerba tenentem amoris, et quasi multum quod dirumpit nouas lagunculas, de medullis procedere diligentibus. Dedit Dominus uocem suam uocem uirtutis, ut essent haec uerba eius, sicut malleus coterens petram, & sicut ignis, testimonio Hieremias: Verba eius sicut ignis & malleus, ut de igne ascendat uirgula sumi ex aromatibus, & puluere pigmentarij, & coterat malleus. Libet paululum ad suauitatem historiae mentis oculos inclinare. Dum interpretatur scripturas, dum exponit Moysen & prophetas, procedens ex ipsius ore mira suauitas mentes refrigerat mœrore & tadio confortat, inestimabilis redudabat in labijs lesu sermonis elegantia super mel & fauam, dulcescebat eius eloquium super omnia aromata. Profecio ordinem caeli nouerat, & ponebat rationem eius in terra. Impleta gaudent uiscera, luctu in laetitiam mutato. Iam resurgit in conscientijs Domini resurrectio. Resurgenti magis gaudere incipiunt, quam condoluerant crucifixo. Hinc est quod appropinquauerunt castello quod ibant: quia impleri coeperat desiderium consilij, quod quaerebant. Et ipse se finxit longius ire, ut dum uel let eos deserere, dilectionis igne, quo suauiter ardere coeperat, mirabilis astuaret. Quid eos pu-

Hierem. 23.

tas tunc animi habuisse, cum se fingeret longius ire? Aestimo forsitan talibus eum quereimonijs interpellasse: Ne decedas dulcissime, ne discelleris a nobis, sed adhuc de Iesu Nazareno sonet uox tua in auribus nostris. Loquere, quae sumus, de gaudio resurrectionis: mane nobiscum, quoniam aduersperascit, & inclinata est iam dies: sed agemus uigilias noctis. Non enim sufficit dies, ut saluaretur auris auditu de dulcissimo Iesu. Et coegerunt eum: quia cohibere se non poterat uis amoris. Nunc ad delicias reuertamur mortalitatis. O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt Prophetae, nonne haec oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Impletum est tempus quod dixit Dominus in Euangelio: Vbi duo uel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Congregati sunt in nomine eius duo, scilicet oratio & meditatio, ut turtur & columba querimonias dulces submurmurent in foramine petrae, in caerna maceratae, condolentes de Domini passione. Sed contra haec sit furria, haec deuota suspitria tam gratiosa sunt in oculis eius qui scrutatur renes & corda, quod non possit diu abscondere multitudinem dulcedinis suae, quam abscondit timentibus, & diligentibus se: sed sapienter per occultam inspirationem, sapienter per scripturae sacrae lectionem, talem tristitiam in iubilum sollet commutare. O stulti & tardi corde ad credendum. Cogitanti mihi dulcedinem huius increpationis, flere magis libet quam aliquid dicere: quia quidam mirifici odoris balsamus perflat areolam mentis meae. Disputare cum Deo cupio, non quidem ex aequalitate, sed exponendo fragilitatem humanae conscientiae. Domine, quotiens passionis tuae amaritudinem in cordibus nostris ruminamus, toties de nobis expauescimus: quia dedisti metuibus te significationem, ut fugiant a facie eius. Si enim ex hoc mundo transisti ad patrem cum tantis cruciatibus, quid fiet de nobis peccatoribus? Si in uiridi ligno haec fiunt, in arido quid fiet? Dum tales in oratione fundimus querimonias, consolatur nos dulciter increpando illa uera & summa charitas per scripturarum auctoritatem, seu per occultam inspirationem. Quid de mea passione tam tristes estis? Nolite timere pusillus grex, passus sum ut uos gaudeatis. Thesaurizate uobis thesauros exultationis, quia thesaurizare debent parentes filijs. Omnia enim opera uestra operatus sum uobis, resurrexi ut iubilaretis. Dico uobis, cur non creditis? Incipiens a Moysen & prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae de ipso erant. Beati qui nouerunt gustu felicitatis experientiae, quam dulciter, quam mirabiliter in oratione & meditatione scripturas dignas Dominus reuelare. Et quidem scientiarum Dominus est, potest eas si uoluerit dispensare. Incipiens a Moysen & prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant. Haec facit, quando corda nostra illuminat radijs charitatis. Ille tenet et quae latent, & quae patent in diuinis sermonibus, qui charitatem

Ecclesiastes 7.

tatem seruat in moribus. De sola dilectione pendunt Moyses & prophetae. Tunc appropinquamus castello quo tendimus, quia per infusionem charitatis desideratum uitae consilium obtinemus. Ipse autem finxit se longius ire. Dixi, sapiens efficiat: et ipsa sapientia recessit longius a me. Incipienti difficiles uiae Domini uidentur, sed currit per eas, dum cor coeperit dilatari. Unde & coegerunt eum. Non enim leuiter ad perfectionis culmen attingitur, sed paulatim uirtutum gradibus ad apicem charitatis per uolentiam peruenitur. Coegerunt eum. Ne mireris si uiam patitur regnum caelorum, quando & ipse Dominus eorum. Significatur quaedam naturalis duritia cor tuum senseris in deuotum: in ista orationibus, intende meditationibus, curre ubi est impetus spiritus, ne assensum carni dederis. Ingere te uigilijs, per lachrymarum uolentiam uince Dominum maiestatis, & dic ei: Mane nobiscum Domine, quoniam aduersperascit & inclinata est iam dies. Hanc clausulam multipliciter possumus intelligere, & in ea multas delicias inuenire. Mane nobiscum, quoniam aduersperascit. Cum prosperamus in uirtutum successibus, in die sumus. Cum nos obnubilat tribulationum angustia, incipit nobis aduersperascere. Cum tristitia nos confundit, nobis aduersperascit. Et quia ad te confugimus, qui solus laborem & dolorem consideras: mane nobiscum, quoniam aduersperascit. Iam ueniunt aquae usque ad animam, iam deuotionis deliciae uertuntur in miseriam, iam omnes angulos mentis nostrae uentus tentationis cocutit: mane nobiscum, quoniam aduersperascit. Tu tribulatis cordibus es refrigerium, tu refugium, tu solatium: tua est potentia, tuum est imperium. Intenti sunt ad te oculi omnium, te solum sitiens anima concupiscit: mane nobiscum, quoniam aduersperascit. Sine te nihil possumus facere. Tu solus carmina das in nocte, tu turris es fortitudinis a facie tribulantis. Tua pietatis oculus circa ea quae sub caelo sunt respicit: mane nobiscum, quoniam aduersperascit. Per te confurgit nobis ad uesperum fulgor meridianus, & orimur ut Lucifer, cum nos consumptos putamus. Non confunditur omnis qui in te confidit: mane nobiscum, quoniam aduersperascit. Inclinata est iam dies, facti sunt uesperum longiores: quia appropinquante mundi termino, superexcreuit iniquitas, & charitas refrigerat. Ne extinguatur in nocte lucerna nostra: mane nobiscum, quoniam aduersperascit. Vergente mundi uespere, sole iustitiae, frigus iniquitatis genus humanum opprimit. Omnes occupat nox perfidia, lux ueritatis deficit. Ne deficiamus cum deficietibus, mane nobiscum, quoniam aduersperascit. Vita mea iam instat uespera, corpus consumit aegritudo perualida. Iam mors minatur aspera, timor & tremor totam conscientiam concutit, terribilem sententiam iudicij pertimescit. Sed tu Domine, cui pater omne iudicium dedit, mane nobiscum, quoniam aduersperascit. In manus tuas commendo spiritum meum. Ne tradas animam contentem tibi potestibus

tenebrarum. In te solo est salus nostra, ad te sunt oculi nostri, ne pereamus. De multitudine miserationis tuae mens fiducia concipit: mane nobiscum, quoniam aduersperascit. Vel per uesperam possumus intelligere uexationem mentis refrigerium, ut omni seruire tribulationis recedente, oratio et meditatio tranquillum in ea Deo parent hospitium, ut eum cogant ad manendum, & inuident ad coenandum, iuxta quod scriptum est: Si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum, & cenabo cum eo & ipse mecum. Factus est sicut uiator declinans ad manendum. Unde & intrauit cum illis. Factum est autem cum recuberet cum illis, accepit panem & benedixit, fregit & porrexit illis: & aperti sunt oculi eorum, et cognouerunt eum. Panis iste, panis est gratia. Hunc panem ipse per se accipit: quia non quasi inferior, sed patri aequalis, dona gratiae prout uoluit, non ad mensuram accepit. Benedictio panem, quando benedictionem suam nobis dat legislator, ut eamus de uirtute in uirtute. Frangit & porrigit illis: quia non uolentis, neque curretis, sed miserentis est Dei. Nec panem porrigit integrum, sed fractum, quia diuisiones gratiarum sunt: sed idem Dominus, qui sicut buccellas mittit crystallum suam. Et quid est quod dicitur, Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum in fractione panis? In fractione panis fit diminutio quaedam et exinanitio. In fractione, uirtute humilitatis intellige, per quam seipsum fregit, diminuit, et exinaniuit ipse etiam qui panis est uirtute. Et quoniam se exinaniuit, cognitionem suam nobis dedit. Ipse est panis desiderabilis, quem per dies multos Daniel non comedit: quia multi iusti & prophetae uoluerunt uidere, et non uiderunt incarnatam sapientiam Dei patris. Multis astuarunt suspitibus praedidero uidendi filium hominis, sed absconditus erat in sinu patris. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis: Sapientia abscondita patris, & thesaurus integer & occultus, quae utilitas in utroque? Frange Domine esurienti panem tuum, panem te ipsum, ut aperiantur oculi hominis: nec reputet hominem ad peccatum, si uoluerit esse sicut tu, sciens bonum & malum. Te cognoscat in panis fractione, qui ab initio uoluit integrum attendere uel attendere. Frange te, ut sese discat frangere: quia non cognosceris, nisi in fractione panis. Audiuit Balaam sermones Dei, & uisiones omnipotentis intuitus est: sed cadebat apertis oculis, quia non cognoscebat Dominum in fractione panis. Sic multos uidetis hodie studentes in scripturis, docentes in cathedris, praedicantes in ecclesijs: sed opera eorum non concordant cum uerbis. Confitentur uerbis se nosse Deum, sed negant factis: quia non cognoscent, nisi in fractione panis. Et quidem nobis Dominus factus est panis, & nos sumus panis eius. In sudore uultus sui dignatus uesci pane suo, ut nostro uesceremur in gaudio. Si uis ipsum cognoscere, sicut se fregit, ita te frange: quia qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Non est in sermone regnum Dei, sed in uirtute. Frange igitur te ad laborem

Apoc. 3.

Daniel. 10.

ad laborem obedientiae, ad humilitatem poenitentiae. Porta in corpore tuo stigmata Iesu Christi, formam serui accipiens, non prelati. Et cum te exinanieris & frigeris, cognosces Dominum in fractione panis. Sed quonia cepimus loqui de pane gratiae, dum frangit, oculi aperiunt, & Dominus cognoscitur: quia cum caeteris gratiarum donis infunditur uirtus humilitatis. Tunc eum cognoscimus, quia ex acceptis donis nos ei humiliter subdimus, cum quicquid boni accepimus, ad ipsum referimus. Et Sapiens attestatur, quod ab humilibus honoratur Deus. Vide quomodo dicitis nostris concordet beatus Gregorius: Qui, inquit, uirtutes caeteras sine humilitate congregat, quasi puluerem in uentum portat. Et unde ferre aliquid debuit, inde deterius sequatur. Vera ergo humilitas aperit oculos, dum uirtutes caeteras, per quas uento superbiae poterat excari, frangit & dimittit, et homo se ex se nihil esse cognoscit. Et quanto quis decreuit in despectio- ne sui, tanto amplius proficit in cognitione Dei. Ut ergo cognoscat Dominus in fractione panis, frangat homo si quas habet in se uirtutes, frangat proprias uoluntates, imitans illum qui pro nobis factus est obediens usque ad mortem crucis. Et ipse euanuit ab oculis eorum. Mira res. Cum incipit magister cordi dulcescere, tunc fugit, ut de absentia sua faciat nos dulciter dolere. Tales sunt amoris deliciae, oculi amoris ipsum faciunt auolare. Fuge dilectem mi, & assimulare capreae, hinnuloque ceruorum, super montes aromatum. Ascende super cherubim, et ambula super pennas uentorum. Esto tamen similis caprae & hinnuloque ceruorum, ut oculos dilectionis tuae non auertas a nobis: etsi a nostris te subtrahis, qui humilia respicis, & alta a longe cognoscis. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu dum loqueretur nobis in uia, & aperiret nobis scripturas? Clausula ista non est exponenda, sed ruminanda. Quotiens in nobis metipsum marcescit anima nostra, et possident nos dies afflictionis: quotiens tedium uel tentationis uulneramur sagittis, ad memoriam reuocemus quid aliquando in oratione senserimus, quid in meditatione gustauerimus, qualiter locutus sit nobis Dominus, cum scilicet transmigraremus in delicias contemplationis. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu? O dulcis ardor, dulcis splendor, dulcis amor: ardor confortans, splendor illuminans, amor inebrians. Quam dulciter ardes, quam mirabiliter splendes, quam sufficenter totum cor hominis implet? Quis poterit habitare de nobis cum igne deuorante, cum ardoribus sempiternis, cum iam non erit ignis in Sion, sed caminus in Hierusalem in splendoribus aeternitatis? Tunc etiam recordabimur de hoc paruo igniculo, quem sentimus in conualle plorationis, cantabimus et psallemus, et dicemus ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu? Cum sub paupertate degere- mus militiae regularis, & staremus ad psallendum in nocturnis uigiliis, & post uigilias absconditi

in cumberemus orationibus illis beatissimis intentionibus, quam magna tunc erat in cordibus nostris multitudo dulcedinis. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu? Nonne nos erat illuminatio in deliciis? Nonne cor nostrum tunc ardens erat in nobis, cum in claustris residentes meditaremur in silentio, quando secretum Deus erat in tabernaculo nostro, cum super Hierusalem cor ascenderet, & cogitaremus patriam gaudia, cum concentus caeli resonaret in conscientia? Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, cum diuinarum scripturarum dulcedine nostras reficere- mus animas, inuenientes in illis mirabiles delectationes super omnes diuitias? Nonne nos tunc docebat uentus Christi de omnibus, medullatas infundendo nobis delicias? Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur nobis in uia? Et surgentes eadem hora reuersi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes: Quia surrexit Dominus uere, & apparuit Simoni. Non incognitum eadem hora dicunt surgere, quia non nisi ad horam, nec ad horam quidem esse possunt in anima tales deliciae: cito transeunt, abeunt, euanescunt. Ideo fugiunt, ut earum plenitudinem quae debet in patria, seruatius appetamus: ideo animum alliciunt & inflammant, ut surgamus, non ut in Hiericho descendamus. Ibi insidiant, ut spo- lient uel necent descendentes. Sed nobili quadam superbia despiciere debet haec temporalia, quae mutabilia sunt sicut luna, anima caelestibus deliciis assueta. Surgentes igitur oratio & meditatio, reuertuntur in Hierusalem, cum post spirituum deliciarum refectioem pacis inuicem possident quietem. Undecim isti qui in Hierusalem sunt congregati, dona septiformis spiritus, & quatuor principales uirtutes possunt intelligi. Illi qui cum eis sunt, fides, spes, charitas, et si qua ibi sunt alia gratiarum dona, dici possunt. Congregatos istos oratio & meditatio inueniunt, non congregauerunt: quia etsi pro posse nostro intendamus uirtutibus congregandis, nihil sine patre luminum possumus, qui & uelle & perficere in nobis operatur. Istis dum oratio & meditatio coniunguntur, dicunt, quia surrexit Dominus uere, quando amanti conscientiae insibiliter gaudium resurrectionis Dominicae. Sed quid uult sibi quod subdit, Apparuit Simoni? Videte ne forte propter nos dictum sit, qui specialiter filij sumus obedientiae, qui sapientibus et insipientibus debitores sumus sine contradictione uocis, sine rancore murmurationis obedire. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, magnam laetitiam cumulum par- turientis obedientibus: quia Dominus apparuit Simoni, & ipsi soli speciali prerogatiua praesentibus. O si deuoratae mentis memoria reuoluamus quam dulcis sit eius apparitio obedientiae filij in illo agone terribili, & in illa hora miserabili, ubi cogit anima a corpore separari. Non praesumimus quae nescimus asserere, possumus tamen prius imaginationibus, tale aliquid cogitare. Fortè aliquib.

tunc

tunc apparet Christus cum uexillo obedientiae, & ineffabili exultatione exhilarat obedientis animam in illa tribulatione: & his potest fermocitationibus consolari. Ne timeas filii obedientiae, ne timeas intueri manus propter obedientiam cruci affixas: considera pedes expositos fixuris clauorum, & latus lancea perforatum. attende quod propter obedientiam mortuus sum: et si propter fragilitatem humanae conditionis obedientia tua sit minus, aliquid perfectum habens, uolo ut plenitudo meae obedientiae sit tuae minus sufficientis obedientiae supplementum. Quid in illa hora potest esse suauis tali consolatione, quid imprimi potest humano cordi dulcius? Ponite haec super corda uestra filij obedientiae, gaudete & exultate, quia surrexit Dominus uere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quae gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Extremam hanc clausulam referre possumus ad illa beatae quietis gaudia, cum sedebit unusquisque sub uite sua, & sub ficulnea in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciae, in requie opulenta: cum platea Hierusalem sternerent auro, & per omnes uicos eius alleluia cantabit, & implebitur infantibus & puellis sequentibus agnum quocumque terit in uestibus albis. Tunc narrabimus quae gesta sunt in uia, quomodo cognouimus Dominum in fractione panis: quam dulciter nos humiliat hic in loco afflictionis, ut delicetur in cordibus nostris, qui secreta sua abscondit a sapientibus & prudentibus, & reuelat ea paruulis. Tunc recordabimur periculis in quibus uersamur, tribulationum quibus affligimur, miseriarum quibus inuoluimur: & mirabiliter laetabimur, quia haec omnia uelut umbra transierunt, & de splendoribus in quibus erimus, ossa nostra iubilum germinabunt. Tunc plantabimus uineas in monte Samariae, & audiemus uocem gaudij, & uocem laetitiae, uocem sponsi, & uocem sponsae: & uidebimus gloriam regis, & decorem reginae. Tunc laetabitur uirgo in choro, diadema regni portans in capite suo, & ostendet nobis fructum sanctissimi uentris sui. In humanitate nostra uidebit Dominus maiestatis. Tunc uidebit et affluet, & mirabitur & dilatabitur cor nostrum, simul laudabimus: quia oculo ad oculum, aspectu contra aspectum uidebimus, facie ad faciem cognoscemus, ore ad os colloquemur, dicentes: Tibi Domine potestas & imperium, tibi honor & gloria, te laudet omnis spiritus in secula seculorum: Amen.

F I N I S .

PRAEFATIO SANCTI BERNARDI ABBATIS, IN UITAM SANCTI MALACHIAE EPISCOPI.

Semper quidem operae precium fuit illustres sanctorum describere uitas, ut sint in speculum et exemplum, ac quodam ueluti condimentum uitae hominum super terram. Per hoc

enim quodammodo apud nos etiam post mortem uiuunt, multosque ex his qui uiuentes mortui sunt, ad ueram prouocant et reuocant uitam. Verum nunc maxime id requirit raritas sanctitatis, et nostra plane etas inops uirorum. Quia in sane inopiam super nos adeo inualuisse sentimus, ut nulli sit dubium illa sententia nos feriri: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et ut suspicor ego, aut praesto aut prope est, de quo scriptum est: Faciem eius praecedet egestas. Nisi saltem, antichristus est iste, quem fames ac sterilitas totius boni et praeterea comitatur. Sine igitur nuncia iam praesentis, siue iam iamque affuturi praenuncia, egestas in euidenti est. Taceo nullus, taceo uilem filiorum huius seculi multitudinem in ipsas ecclesiae columnas uolo oculos leues. Quem mihi ostendas uel de illorum numero qui uidentur dati in lucem gentium, non magis de sublimi fumantem, quam flammantem? Et si lumen quod in te est, inquit, tenebrae sunt, quanta sunt tenebrae? Nisi in illos forte (quod non credo) lucere dixeris, qui quae sunt aestimant pietatem: qui in hereditate Domini non quae Domini, sed magis quae sua sunt querunt. Quid dico, quae sua sunt? Perfectus sit et sanctus etiam, sua querens suamque retinens, si ab alienis cor manusque continet: meminerit tamen qui sibi usque huc forte peruenisse uidetur, eundem exigi sanctitatis gradum et ab ethnico. An non milites suis iubentur contenti fore stipendijs, ut salui fiant? Magnam uero ecclesiae doctore si sit sicut unus militum, aut ceruus (quod ad illorum improprium propheta loquitur) si ut populus, ita et sacerdos fuerit. O deformitatem. Ita ne summus meritis reputandus erit, qui a summo corruens gradus, haerebit uix infimo, ne abisso absorbeat? Quam rarus tamen iste ipse in clero. Quam item das mihi contentum necessarijs, contemptorem superfluum? Lex est tamen praefixa ab apostolis, apostolorum successoribus. Victum et uestitum habentes, inquit, his contenti sumus. Vbi forma haec? In libris ceruimus cam, sed non in uiris. Habes uero de iusto, quia lex Dei eius in corde ipsius, et non in codice. Nec perfectionis is gradus. Perfectus carere et necessarijs paratus est. At gratis istud. Utinam superfluis ponatur modus, utinam non cupiamus in infinitum. Sed quid? Fortè reperias qui hoc possit. Id quidem difficile, sed uide quid egimus. Querebamus uirum optimum, multorum liberatorem: et ecce laboramus in inueniendo qui seipsum saluum facere possit. Optimus hodie est, qui non est nimis malus. Unde quoniam a terra defecit sanctus, uideo mihi non superuacuum ex his qui empii sunt de terra, reuocare ad medium Malachiam episcopum, uirum uere sanctum, et nostro quidem temporum singularis sapientiae et uirtutis. Iste erat lucerna ardens et lucens: nec extincta est tamen, sed subnata. Quis mihi iure succenseat, si readmouero eam? Imò uero non est quod mihi ingrati esse mei seculi homines debeant, et omnis deinceps generatio uentura, si quem conditio tulit, reuocem stilo: si mundo restituam, quo dignus non erat mundus: si seruem memoriam hominum, hominem cuius memoria in benedictione sit omnibus, qui legere dignabuntur: si me excitante amicum dormientem, uox turturis audita fuerit in terra nostra, dicens: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Deinde sepultus apud nos est, nobis specialiter hoc opus incumbit. Quid, quod me inter speciales amicos sanctus ille habebat, et eo loci ut nulli in hac parte gloriae secum dum fuisse me credam? Nec mercede uacat mihi tanta familiaritas sanctitatis. Primitias iam accepi. In extremis positus erat, imò in principijs, iuxta illud: Cum consummatus fuerit, homo, tunc incipit. Ac cucurri ego, ut benedictio morituri super me ueniret. At ille cum iam membra alia mouere non posset, fortis ad dandam benedictionem, eleuatis sanctis manibus super caput meum benedixit mihi, et benedictionem hereditate possideo: et quomodo ego illum silere queam? Postremo, tu id mihi abba Congane inuigilis, reuerendus frater, et dulcis amicus meus, ac tecum pariter (ut ex Hybernia scribis) uestra il-

la omnis

la omnis ecclesia sanctorum. Libens obediō, praesertim quod non eloquū exigis, sed narrationem. Dabo uero operam, ut ea sit pura & luculenta, deuotos informans, fastidiosos non onerans. Sanē narrationis ueritas secunda apud me est, intimata a uobis, haud alia proculdubio protestantibus, quam qua certissime cōperta sunt uobis.

VITA SANCTI MALACHIAE
episcopi. à beato Bernardo edita.



Malachias noster, ortus Hybernia de populo barbaro, ibi educatus, ibi literas edoctus est. Ceterum de natali barbariae traxit nihil, non magis quam de sale materno pisces maris. Quam uero luauē, quod inculca nobis barbaries tam urbanum protulit ciuem sanctorum, & domestici cum Dei. Qui producit mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, ipse fecit hoc. Parentes tamē illi fuere genere & potentia magni, iuxta nomē magnorum qui sunt in terra. At mater mente, quam sanguine generosior, satagebat in ipso initio uitarum suarum notas paruulo facere uias uitae, hanc pluris illi existimans uentosa scientia literaturae secularis. Ad utraq; tamen huic non defuit ingenium pro aetate. In scholis literas, domi timorem Domini docebatur, & quotidianis profectibus respondebat ambobus, satis magistro & matri. Nempe à principio spiritum fortitudo est bonum, per quem erat puer docilis & amabilis ualde, mirē admodum omnibus per omnia gratiosus. Bibebat autem pro lacte de pectore materno aquas sapientiae salutaris, & fiebat in dies seipso prudētior. Prudentior dicam, an sanctior? Vtrunq; si dixerō, nō me poenitebit: ueritatem enim dicam. Agebat senem moribus, annis puer, expers laeuitate puerilis. Cumq; ex hoc cunctis esset reuerentiae & stupori, non tamen inde, ut assoler, insolentior inueniebatur: sed magis quietus & subditus in omni mansuetudine. Non impatiens magisterij, non fugitans disciplinae, non lectionis fastidians, nō ludorum deniq; appetens, quod uel maxime illa aetas dulce ac familiarē habere solet. Et proficiebat supra omnes coetaneos suos, in ea quidem literatura quae illi competeat aetati. Nam in disciplina morū, profectusq; uirtutum, etiam super omnes docentes se in breui enituit, non tam matre tamen, quam unctio magistra. Hac sollicitante haud segniter & in diuinis exercebatur, petere secretū, anticipare uigilias, meditari in lege, reseruari parcius, orare frequentius. Et quia ecclesiam frequentare nec uacabat propter studium, & pro uerecundia non libebat, leuare puras manus in omni loco, ubi tamen secretē id posset. Iam tunc siquidē cautus fuit declinare uirus uirtutū, inanem gloriam. Est uicus prope ciuitatem in qua discerebat puer, quō magister eius frequenter pergere solitus erat ipso solo comite. Illō euntibus ambobus pariter ipse (ut postea referebat) retrahebat pedem, sistebat gradum: & stans à tergo ma-

gistrum illo quidem non comperiente, expansis ad caelum manibus, raptim quodammodo ac ueluti iaculatam emittebat orationem, & sic dissimulans magistrum denuō sequebatur. Istitumodi pio furto puer sapienter eludebat comitem pariter & magistrum. Non est dicere omnia quae eius principia colore bonae indolis decorauere, ad maiora atq; utiliora currendū. Vnum tamen refero adhuc, quod hoc meo quidem iudicio non modō bonae, sed et magnae in puero dederit insigne spei. Excitatus aliquando opinione cuiusdam magistrum (erat enim famosus in disciplinis, quas dicunt liberales) adiuuit illum discendi cupiditate. Quippe extrema iam pueritia captas, ad eas literas anhelabat. Intrans uero domū, uidit uirum ludentem subula, crebrisq; sulcantem tractibus, nescio quo notabili modo parietem. Et solo uisu offensus puer serius quod leuitatē redoleret, resiliuit ab eo, ac deinceps illum nec uidere curauit. Ita cum esset studiosissimus literarum, praehonesto tamē spreuit eas, uirtutis amator. Tali quodam praeludio puer praeparabatur ad eum qui se manebat in fortiori aetate conflictum, iamq; ipse aduersarium prouocabat. Et Malachias quidem pueritia sic erat. Porro adolescentiam simili transiuit simplicitate et puritate, nisi quod crescente aetate, crescebat simul illi sapientia & gratia apud Deum & homines.

Hinc iam, id est, ab ineunte adoleſcentia eius, coepit manifestius apparere quid esset in homine, & gratia Dei in illo uacua nō uideri. Videns enim industrius adoleſcens, quam in maligno mundo positus sit, & cogitans qualem spiritū accepisset, dicebat intra se: Non est spiritus huius mundi iste. Quid isti & illi? Non est societas alteri ad alterū, nō plus quam luci ad tenebras. Meus ex Deo est, et scio quae in illo donata sunt mihi. Inde mihi interim adhuc innocentia uitae, inde continentiae decus, inde iustitiae fames, inde quoq; illa eo securior, quo secretior gloria mea est testimoniū conscientiae meae. Nil horum mihi tutum sub principe mundi. Deinde habeo thesaurum hunc in fictili uase. Verendū ne impingat & frangatur, & effundatur oleum laetitiae quod porto. Et quidem non impingere inter saxa & scopulos distortae & anfractuosae uiae & uitae huius, difficillimum. Ita ne in momento perdam simul omnes, quibus ab initio praeventus sum benedictiones dulcedinis? Resigno illi potius à quo sunt, & me pariter. Et ego enim ipsius. Perdo ipsam ad tempus animam meam, ne perdam in eternum. Et quod sum, & quae habeo omnia, ubi mihi aequē salua uti in manu auctoris? Quis ita ad seruandū sollicitus, ad retinendū potens, ad restituendum fidelis? Seruabit tutō, restituet opportunē. Sine retractione me do ad seruendum illi de donis suis. Non potest mihi perire ex omnibus quae in opus pietatis expendero. Fortē & sperare plus aliquid licet. Solet reddere cum usura, qui dat gratis. Ita est, etiam cumulatibit & multiplicabit in anima mea uirtutem.

uirtutem. Haec cogitauit & fecit, sciens absq; fauto uanas esse cogitationes hominum. Erat homo in ciuitate Ardínacha, ipsa est in qua alius est Malachias & homo ille sanctus, & auster admodum uita, inexorabilis castigatō corporis sui. Cellam habens iuxta ecclesiam, in ea manebat, ieiunijs et obsecrationibus seruiens die ac nocte. Ad hunc se contulit Malachias, formam uitae accepturus ab eo, qui uirtutem se tali damnauerat sepultura. Et uide humilitatem. A primae uae aetate in sancta arte magistrum (quod dubiū nō est) habuerat Deum: et ecce factus est denuō discipulus hominis, homo mitis, & humilis corde. Si nesciebamus, hoc uel solo nobis ipse probauit. Legant hoc qui docere, quae non didicere conantur, discipulos sibi coaceruant, qui nunquā discipuli extiterē, caeci duces caecorum. Malachias doctus à Deo, doctorē nihilominus quae suuit hominem, et quidē cautē et sapienter. Quid simile quaeſo afferre quibat, in quo aequē daret caperet uel experimentum profectus sui? Si Malachias exemplum eis pro minimo est, Pauli opus attendant. Non ne Euangelium suum quod nō ab homine acceperat, sed à Christo, cum hominibus tamen censuit conferendum, ne forte in uacuum curreret, aut cucurrisset? Vbi ille securus non est, nec ego. Si quis hoc scit, uiderit ne non tam securitas sit, quam temeritas. Sed haec aliterius temporis. Nunc uero sonuit in ciuitate quod factum est, & commota est uniuersa ad inopinatam nouitatem. Stupebant autem omnes, & uirtutem mirabantur: eoq; amplius, quo minus usitatam in gente fera. Videres tunc reuelari ex multorum cordibus cogitationes. Pleriq; humano affectu penſantes factum, plangere & dolore, quod dilectus omnibus delicatusq; adoleſcens duris se adeo laboribus mancipallet. Alij suspicati leuitatem propter aetatem, diffidere de perseverantia, timere de casu. Nonnulli temeritatem cauſantes, indignari & fremere in eū, quod supra aetatem et uires inconsultē rem arduā fuisset aggressus. Verū ille sine consilio egit nihil. Nam habuit consilium à Propheta, qui ait: Bonum est homini, si portauerit iugum ab adoleſcentia. Et addit: Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se supra se. Sedebat sibi iuuenulus secus pedes Ymarij, hoc enim nomē uiro, & aut discere obedientiam, aut se didicisse docebat. Sedebat ut quietus, ut mansuetus, ut humilis. Sedebat & tacebat, sciens secundum prophetam, cultum iustitiae esse silentium. Sedebat ut perseverans, tacebat ut uerecundus: nisi quod suo illo silentio in Dei auribus loquebat cum sancto Dauid: Adoleſcentulus sum ego & cōtemptus, iustificationes tuas non sum oblitus. Et sedebat interim solitarius, quia & sine socio et sine exemplo. Quis enim ante Malachiam districtiſsimū uiri propositum, uel cogitaret attentare? Nempe mirabile omnibus habebatur, non imitabile. Malachias imitabile persuasit, sedendo duntaxat et tacendo. Intra paucos dies habuit imitatores non

paucos, prouocatos exemplo sui. Ita qui primō solitarius sedit & unicus patris sui, fit iam unus ex multis, fit ex unigenito primogenitus in multis fratribus. Et ut prior in conuersione, ita in conuersione sublimior: & qui ante omnes uenit, omnium iudicio supra omnes emiuit in uirtute. Et dignus uisus est episcopo pariter & magistro, qui ad diaconij gradum promoueretur. Et coegerunt eum. Hinc iam leuata Domini publice ad omne opus pietatis accinxit, plus uero ad eas res in quibus aliqua iniuria uideretur. Deniq; cura erat ei maxima in sepeliendis defunctis pauperibus, quod hoc sibi non minus humilitatem saperet, quam humanitatem. Nec defuit nouo nostro Thobiae rediuita à muliere tentatio, imō à serpente per mulierem. Germana eius indignatē (ut sibi uidebatur) officij exhorrens, quid facis (inquit) dō insaner? Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et hoc illi quotidie exprobrans, ingerebat: sed respondebatur mulieris stultae, iuxta stultitiam suam. Misera tu eloqui casti uocem tenes, sed uirtutem ignoras. Ita ministerium: ad quod coactus accesserat, deuotus tenuit, in defessus exercuit. Vnde & censuerunt etiam sacerdotale officium imponendum illi. Et factum est ita. Erat autem, cum sacerdos ordinatus est, annos natus quasi uiginti quinque. In qua eius utraq; ordinatione si quid praeter canonum formam processisse uideretur, ut uerē uideretur (si quidem infra uicesimum quintum annum Leuiticum ministerium, infra tricesimum adeptus est sacerdotij dignitatem) donandum sanē tum zelo ordinatoris, tum meritis ordinati. Ego uero istud nec in sancto redarguendum, nec usurpandum consulo ei qui sanctus non fuerit. Nec contentus episcopus etiam uices suas commisit ei, seminare semen sanctum in gente nō sancta: & dare rudī populo & sine lege utuenti, legem uitae et disciplinae. Suscepit ille mandatum in omni alacritate, sicut erat spiritu feruens: nec eū talentis incubās, sed inhians lucris. Et ecce linguae sarcu lo coepit euellere, destruere, dissipare, de die in diem, factitans praua in directā, et aspera in uias planas. Exultabat ut gigas ad discurrendum ubi que. Diceres ignem urentem in cōsumendo criminū uepres, diceres securim uel asciam in deſcicēdo plantationes malas, extirpare barbaricos ritus, plantare ecclesiasticos. Veterosq; omnes (neq; enim pauca inueniebantur) abolere superſtitiones, seu quaslibet, ubicunq; deprehēdisset, malignitates immittas per angelos malos. Denique quidquid incompositum, quicquid indecorum, quicquid distortum obuium habuisset, nō parcebat oculus eius, sed uelut grando grossos ē ficubus, et sicut puluerem uentus à facie terre: sic coram facie sua eiusmodi nitebatur totum pro uiribus exturbare ac delere de populo suo. Et pro his omnibus tradebat iura caelestia, optimus legislator. Leges dabat plenas iustitiae, plenas modestiae & honestatis. Sed & apostolicas sanctiones ac decreta sanctorū patrum, praecipueq;

QQq consue.

consuetudines sanctæ Romanæ ecclesiæ, in cunctis ecclesijs statuebat. Hinc est quod hodieq; in illis ad horas canonicas cantatur & psallitur, iuxta morem uniuersæ terræ, nam minime id ante fiebat, ne in ciuitate quidem. Ipse uero in adolescentia cantu didicerat, et in suo cœnobio mox cantari fecit, cum necdum in ciuitate seu in episcopatu uniuerso cantare scirent, uel uellent. Deinde usum saluberrimum confessionis, sacramentum confirmationis, contractum coniugiorum, quæ omnia aut ignorabant aut negligebant, Malachias de nouo instituit. Et de his ista pro exemplo sufficiant. Nam & per totum historiarum textum breuitatis studio plurimè præterimus.

Cum esset illi studium et zelus maximus circa cultum diuinorum, & uenerationem sacramentorum, ne forte de his aliquid cõstitueret uel doceret secus quam ritus haberet uniuersalis ecclesiæ, subiit animum adire episcopum Malchum, qui se plenius de omnibus informaret. Hic erat senex, plenus dierum & uirtutum, & sapientia Dei erat in illo. Natione quidem Hybernus, sed in Angliã conuersatus fuerat in habitu & proposito monachali Vintoniensi monasterio, de quo assumptus est in episcopum in Lesmor, ciuitatem Mumoniæ, & ipsa nobilior inter cæteras regni illius. Ibi tanta ei desuper collata est gratia, ut non modò uita & doctrina, sed & signis claret. Quorum duo pono exempli causa, ut omnibus innotescat qualem in scientia sanctorum Malachias habuerit præceptorem. Puerum mente captum, ex his quos lunaticos uocant, inter confirmandum sacra unctione sanauit. Hoc ita notum certumq; fuit, ut illum mox constituerit ostiariu domus suæ, uixeritq; idem puer incolumis in eo officio, usq; ad uirilem ætatem. Surdo auditum restituit, in quo idem mirabile quiddam confessus est, quod cum sanctus utriq; auriculæ hinc inde digitos immisisset, duos quasi porcellos ex ipsis exire senserit. Pro his atque huiusmodi fama crebrescente, nomen grande adeptus est, ita ut ad eum Scoti Hyberniq; confluerent, & tanquam unus omnium pater ab omnibus coleretur. Ad hunc ergo Malachias accepta benedictione patris Iuarii, & ab episcopo missus, cum prosperè peruenisset, benignè à sene susceptus est. Qui annos aliquot cum eo mansit, ut per hanc temporis moram hauriret plenius de pectore ueterano: sciens scriptum, quia in antiquis est sapientia. Sed nec hoc quoq; ad causam defuisse reor, quod magnus ille prouisor uniuersorum, uoluit seruum suum Malachiam in locum tam celebri notum fieri omnibus, qui erat omnibus profuturus. Nec enim poterat non esse gratus, quibus notus fuisset. Deniq; unum interim accidit, per quod ex aliqua parte quod notum Deo erat in illo, manifestum fecit hominibus.

Inter regem Mumoniæ, quæ est Hyberniæ pars australis, & germanum eius, orta simultate, & fratre facto superiori rex pulsus regno, confugit ad episcopum Malchum, non tamen ut ope

illius regnū recuperaret, sed magis princeps deuotus dedit locum iræ, & necessitatem in uirtutem conuertit, priuatam eligens ducere uitam. Cumq; episcopus regem suscipere debito honore pararet, abnuit ille, se malle, inquit, tanquam unum ex illis esse pauperibus fratribus, qui illi adhererent: regium factum deponere, & communi paupertate fore contentum, expectare potius Domini uoluntatem, quam per uim recipere regnum: nec uelle pro suo honore terreno sanguinem humanum effundere, qui contra se clamet ad Deum de terra. Quo auditò, exultat episcopus, & admiratus deuotionem, fatiscit uoto. Quid plura? Traditur regi pauperula domus ad habitandum, & Malachias in magistrum, ad uictum panis cum sale & aqua. Porro ad delicias sufficiebat regi Malachias præsentia, uita atque doctrina, ita ut diceret ei: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Ad

hęc per singulas noctes lachrymis suis stratum suum rigabat, sed & quotidiano aquæ frigidæ balneo malè calentem extinguebat in carne libidinem. Et orans rex, cum rege dicebat: Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte uniuersa delicta mea. Et non amouit Deus orationem eius, & misericordiam suam ab eo. Et exaudita est oratio eius, etsi secus quam intenderet ipse. Nam is quidem sollicitus erat pro anima sua: sed uindex innocentia Deus, hominibus ostendere uolens, quoniam sunt reliquæ homini pacifico: parabat interim facere iudiciu inuitia patenti, quod ille penitus non sperabat. Et suscitauit Deus spiritum uicini regis: neq; enim unum est Hybernia regnum, sed diuisa in plura. Hic itaq; uidentur facta sunt, repletus est zelo, & hinc quidem indignans prædonum libertati, & insolentia superborum: inde uero miserans regni desolationem, & regis deiectionem, descendit ad cellulam pauperis. Suadet reditum, sed non persuadet. Instat tamen, spondet opem, de effectu non diffidere monet: Deum affuturum promittit, cui non poterunt resistere omnes aduersarij eius. Proponit etiam oppressionem pauperum, patriæq; uastationem, & nõ proficit. Cæterum accedente mandato episcopi & Malachias consilio, de quibus ille pendebat totus, uix tandem acquiescit. Sequitur rex regem, & iuxta uerbu regis, sicut fuerat uoluntas in cœlo, tota facilitate pulsus prædonibus, reducitur homo in sua cum exultatione suorum, regnoq; restituitur suo. Dilexit extunc rex ille, & semper reueritus est Malachiam, eoq; propensius, quo plenius in sancto uiro digna ueneratione & amore compererat. Cuius enim tantam meruit in sua aduersitate familiaritatem, sanctitatem ignorare non potuit. Propterea magis in sua prosperitate perpetuis illum amicis suis deuotisque colebat obsequijs: & libenter audiebat eum, & auditò eo multa faciebat. Et de his satis. Veruntamē non foruit factum reor, quod ita iam tunc magnificauit eum Dominus in conspectu regum: sed quia uas electio-

psal. iiii

ibidem. 4

ibidem.

nis sibi erat ille, portaturus nomen suum coram angelis & principibus. Mortua est interim soror eius, illa quam præfati sumus. Nec prætereundæ uisionis quas uidit de eâ. Huius siquidem sanctus carnalem exhorruerat uitam, & tanto zelo, ut se deuoueret non uisurum eam in carne uiuentem. At illa carne soluta, solutum est uotum: & cepit uidere in spiritu, quam in corpore noluit. Quadam nocte audiuit per somnium uocem sibi dicentis, sororem eius stare foras in atrio, & ecce per totos triginta dies nihil gustasse. Qui euigilans, citò intellexit cuius escæ inædia marceret, & diligenter discusso numero dierum quem audierat, ipsum esse reperit, ex quo pro ea panem de cœlo uiuum non obtulisset. Tum ille qui sororis non animam oderat, sed peccatum, beneficentiam quam intermiserat, rursus adoruit. Neque id frustra. Non multum post, uisa est illi peruenisse ad limen ecclesiæ, necdum tamen posse intrare, apparere etiam in ueste pulla. Cumq; ille perseueraret, curans ne qua die solita stripe frustraretur: secundo uidit eam in ueste subcandida, admittam quidem intra ecclesiam, sed altare contingere non permitti. Tertio tandem uisa est aggregari coetu candidatorum & in ueste candida. Vides lector, quantum ualeat deprecatio iusti assidua? Verè regnum cœlorum uim patitur, & uio lenti rapiunt illud. Non ne tibi uideat Malachias oratio uicem quodammodo effractoris exhibuisse celestibus portis, quãdo peccatrix mulier fraternalibus obtinuit armis, quod suis meritis negabatur? Hanc uim Iesu bone, tu qui pateris, facis, ualidus & pius ad saluandū, faciens misericordiam, & potentiam in brachio tuo: & in sacramento tuo seruas sanctis, qui in terra sunt usq; in cõsummationem seculi. Hoc planè sacramentum potens peccata cõsumere, debellare obuias potestates, inferre cœlis reuertentes de terra.

ibidem.

ingens fuerit reliqua multitudo. Deniq; ita Hyberniam Scotiamq; repleuerunt genimina eius, ut ea potissimū tempora Davidici illi uersiculi præcinnuisse uideantur: *Visitasti terram, et inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Flumen Dei repletu est aquis, parasti cibum illorum: quonia ita est preparatio eius. Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius, in stillicidijs eius lætabitur germinas. Et in hunc modum cæteri qui sequuntur. Nec modò in præfatas, sed in exterarum etiam regiones, quasi inundatione facta, illa se sanctorum examina effuderunt. Et quibus ad has nostras Gallicanas partes sanctus Columbanus ascendens, Lexouienne cõstruxit monasterium, factus ibi in gentem magnã. Atunt tam magnã fuisse, ut succedentibus sibi uicissim choris, continuarentur solennia diuinorum, ita ut ne momentum quidem diei ac noctis uacaret à laudibus. Hæc de antiqua dicta sint Benchorensis monasterij gloria. Hoc olim destructu à piratis, ob insignem dignitatis antiquæ, Malachias ueluti quandã replantaturus paradysum amplexus est, & quia multa corpora sanctorum ibi dormirent. Nam ut ta ceam illa quæ in pace sepulta sunt, ferunt non geros simul una die à piratis occisos. Erat quidẽ ingens loci illius possessio: sed Malachias solo contentus loco sancto, totas possessiones & terras alteri celsit. Siquidem à tempore quo destructum est monasterium, non defuit qui illud teneret cum possessionibus suis. Nam & constituebantur per electionem etiam, et abbates appellabantur, seruantes nomine (etsi non re) quod olim extiterat. Cumq; suaderent multi non alienare possessiones, sed totum simul retinere sibi: nõ acquirere paupertatis amator, sed fecit eligi iuxta morem qui eas teneret, loco (ut prædiximus) retento sibi & suis. Et fortassis cõsultius (ut post apparuit) integrè retinisset, si nõ magis suæ prospexisset humilitati, quam paci. Itaq; ex mandato patris Iuarii, assumptis secum decem circiter fratribus, uenies ad locum, cepit edificare. Vbi quadã die cum in securi ipse secaret, casu ex operarijs unus illo vibrante in aera securim, locum incaute occupauit, quò ictus destinabatur, & cecidit super spinã dorsu eius tanto utiq; impetu, quanto ille conatu impingere ualuit. Corruit ille, accurrere omnes, putantes aut percussum ad mortem, aut mortuum. Et tunica quidem scissa à summo usq; deorsum: homo uero illæsus inuentus est, tam modicè et summam perfricta cute, ut uix in superficie uestigium appareret. Stabat homo incolumis, quem securis prostrauerat, intuentibus & stupentibus qui circumstantabant. Unde & facti alacriores, promptiores exinde ad opus inuenti sunt. Et hoc initium signorū Malachias. Porro oratorium intra paucos dies cõsummatum est de lignis quidẽ leuigatis, sed aptè firmiterq; contextum, opus Scotticum, pulchrum satis. Et exinde seruitur Deo in eo, sicut in diebus antiquis, simili quidem deuotione, etsi non pari numero. Præfuit Malachias loco illi tempore ali*

quanto, quanto,

psal. 84.

Q Q q a quanto,

quanto, patre Imario ita cōstituentē, ipse rector, A ipse regula fratrum. Legebant in uita eius, quomodo conuerfarentur, & ipse ante illos praibat in iustitia & sanctitate coram Deo: nisi quod praeter instituta communia, multa singulariter faciebat, in quibus potius praibat omnes, et aliorum nemo illum poterat ad tam ardua sequi. Eo temporis et eo loci quidam infirmabatur: cui assistens diabolus et aperte loquēs, suggererebat ne unquam crederet monitis Malachiae, sed si intraret ad se, cultello eum peteret & occideret. Quo cognito, qui illi ministrabant, ipso infirmo procedente, uerbum perferunt ad Malachiam praenuntiantes. At ille solita arma orationis arripens, impavidus hostem aggressus, & infirmitatem fugat & demonem. Erat autem nomen uiri Malchus. Frater est iste secundum carnem Christiani nostri Mellifontis abbatis: ambo enim superstitēs adhuc sunt, sibi in spiritu modō germaniores. Nam ille ut liberatus est, continuo nō ingratus, B loco eodem conuersus ad Dominum, habitum simul animumque mutauit. Et cognouere fratres malignum inuidere bonis eorū: et edificati sunt, facti de reliquo cautiores.

Clericum nomine Michaelē, dysenteria laborantem, et desperatē, mittens ei aliquid de mensa sua, eodem loco sanauit. Secundō eundē ipsum grauissimā infirmitate correptum, & corpore pariter curauit & mente. Illico enim adhæsit Deo & Malachiae seruo eius, timens ne deterius aliquid sibi contingeret, si denuō ingratus tanto in ueniretur & beneficio & miraculo. Et nunc, ut auidimus, praestitit cuidā monasterio, sito in partibus Scotiae: & hoc nouissimum omnium quae ille fundauit. Pro huiusmodi augebat indies & opinio & cōgregatio Malachiae, & grande ei nomen intus & foris, non tamen re grandius. Nempe ibi demorabatur etiam factus episcopus, quod locus esset uicinus ciuitati.

Vacabat tunc temporis episcopalis sedes in una ciuitatum, & iam diu uacarat, Malachia nolente assentire: siquidem ipsum elegerant. Perstantibus tamen illis, tandem aliquādo celsit, accedente ad uim faciendam mandato magistrī sui, necnon & metropolitani. Tricesimo ferme aetatis suae anno, Malachias consecratus episcopus introducit Connereth: hoc enim nomen ciuitatis. Cum autem cepisset pro officio suo agere, tunc intellexit homo Dei nō ad homines se, sed ad bestias destinatum. Nusquam adhuc tales expertus fuerat in quantacumque barbarie, nusquam repererat sic proteruos ad mores, sic ferales ad ritus, sic ad fidem impios, ad leges barbaros, ceruicosos ad disciplinam, spurcos ad uitam: Christiani nomine, re pagani. Non decimas, non primitias dare, non legitima inire coniugia, non facere cōfessiones, poenitentias nec qui peteret, nec qui daret penitus inueniri. Ministri altaris pauci admodum erant. Sed enim quid opus plurium, ubi ipsa paucitas inter laicos propemodum ociosa uacaret? Non erat quo de suis fructificarent of-

ficij in populo nequam. Nec enim in ecclesijs aut praedicatoris uox, aut cantantis audiebatur: quid faceret athleta Domini? Aut cedendū turpiter, aut periculose certandum. Sed qui se pasto- rem et non mercenariū agnoscebat, elegit stare quam fugere, paratus et animā suam dare pro- uibus, si oportuerit. Et quanquā omnes lupi, & oues nullae, stetit in medio luporū pastor intrepidus, omnimodis argumentosus, quomodo faceret oues de lupis. Monere cōmuniter, secretō arguere, flere per singulos: nunc asperē, nunc leniter conuenire, prout cuique expedire uidebat. In quibus per hanc minus profecisset, cor cōtritum & humiliatum offerebat pro eis. Quotiens noctes totas peruigiles duxit, extendens manus in oratione? Et cum uenire ad ecclesiam nolent, per uicos & plateas occurrebat inuitis, et circu- iens ciuitatem perquirebat anhelus quem Christo acquireret. Sed & foris rura et oppida nihilo minus saepius percurrerebat cum sancto illo comitatu discipulorum suorum, qui nunquam de- erant lateri eius. Ibat et erogabat, uel ingratius, celestis tritici mensuram. Nec uehebatur equo, sed pedes ibat, & in hoc uirum se apostolicum probans. Iesu bone, quanta passus est pro nomine tuo bellator tuus à filius sceleratis, quanta sustinuit ab ijs ipsis quibus & pro quibus loquebatur bona tibi? Quis dignē exprimat in quantis uexatus, quibus affectus sit contumelias, quibus iniurijs lacessitus, quotiens lassatus inedia, quotiens afflictus in frigore & nuditate? Attamen cum ijs qui oderūt pacem, erat pacificus, instans nihilominus opportunē importunē. Blasphema- tus obsecrabat, iniuriatus opponebat scutum patientiae, & uincebat in bono malum. Quidni uicisset? Perseuerauit pulsans, & secundum promissionem tandem aliquando pulsanti apertū est. Quomodo poterat non sequi, quod ueritas praenunciauerat secuturum? Dexterā Domini fecit uirtutem: quia os Domini locutum est ueritatē. Celsit duritia, quiescit barbaries: & domus exasperans paulatim leniri cepit, paulatim correptionem admittere, recipere disciplinam. Fuit de medio barbaricae leges, Romanae introducuntur. Recipiuntur ubique ecclesiasticae consuetudines, cōtrariē reijciuntur. Reaedificantur basilicae, ordinatur clerus in illis, sacramentorū ritē solennia celebrantur. Confessiones fiunt, ad ecclesiam conueniunt plebes, concubinatus honestat celebras nuptiarū. Postremō sic mutata in melius omnia, ut hodie illi genti conueniat quod Dominus per Prophetam dicit: Qui ante non populus meus, nunc populus meus. Contigit post annos aliquot destrui ciuitatem à rege Aquilonaris partis Hyberniae: quia ab Aquilone panditur omne malum. Et forte malū illud, bene utentibus, bonum fuit. Quis scit enim si tali flagello Deus delere uoluit mala antiqua populi sui? Isti usmodi Malachias necessitate cōpulsus, et ipse exiit cum turba discipulorū suorū. Nec ociosus exitus eius, Hac occasione monasteriū Ibracēse con- stru-

constructum est, eunte illo Malachia cum suis A numero centum uiginti fratribus. Ibi occurrit ei Cormarcus rex, ipse est qui olim regno pulsus, sub cura Malachiae de misericordia Dei consolationem accepit. Et locus ille situs in regno eius. Gauisus est rex uiso Malachia, se & omnia sua exponens ei & ijs qui cum eo erant, utpote non ingratus nec immemor beneficii. Adducta in continentia animalia multa ad usus fratrum, multa in super in auro & argento ad sumptus aedificiorū pro regia liberalitate collata. Ipse quoque erat intrans & exiens cum eis sedulus & officiosus, habitu quidē rex, sed animo discipulus Malachiae. Et benedixit loco illi Dominus propter Malachiam, & in breui factus est magnus rebus, & possessionibus & personis. Vbi uelut de nouo inchoans, legem et disciplinam quam alijs imponebat, magis ipse portabat episcopus & magister. Ipse in ordine uicis suae coquinae ministerio inserviebat, ipse fratribus cum recumberent, ministrabat. Inter succedentes sibi inuicē fratres ad cantandū legendum uel in ecclesia, nō se praeteriri patiebatur, strenuē implens & ipse officium loco suo tanquam unus ex illis. Sanctae paupertatis non modō participem, sed et principem se exhibebat, ipsius praecipue super omnes abundantius amulorum existens.

Dum haec ita aguntur, contigit infirmari archiepiscopum Celsum, ipse est qui Malachiam in diaconum, presbyterum, episcopumque ordinauit. Et cognoscens quia moreretur, fecit quasi testamentum, quatenus Malachias deberet succedere sibi, quod nullus uideretur dignior qui episcopo pareretur in sede prima. Hoc praesentibus indicxit, hoc mandauit absentibus, hoc specialiter ambobus Mumoniae regibus & maioribus terrae sancti Patricij auctoritate praecipit. Cuius reuerentia et honore tanquam apostoli illius gentis, qui totam patriam conuertissent ad fidem, sedes illa in qua & uiuens praesuit, & mortuus C requiescit, in tanta ab initio cunctis ueneratione habet, ut non modō episcopi & sacerdotes, & qui de clero sunt, sed etiam regū ac principū uniuersitas subiecta sit metropolitano in omni obediētia, & unus ipse omnibus praesit. Verūmos pessimus inoleuerat quorundam diabolica ambitione potentū, sedem sanctā obtentū iri hereditaria successione. Nec enim patiebant episcopo pari, nisi qui essent de tribu & familia sua. Nec parum procefferat execranda successio, decursis iam in hac malicia quasi generationibus quindecim. Et eousque firmauerat sibi ius prauū, imō omni morte puniendam iniuriam generatio mala & adultera, ut etiam interdum defecissent clerici de sanguine illo, sed episcopi nunquam. Denique iam octo extiterant ante Celsum uiri uxorati & absque ordinibus, literati tamen. Inde tota illa per uniuersam Hyberniā, de qua multa superius diximus, dissolutio ecclesiasticae disciplinae, censurae eneruatio, religionis euacuatio. Inde illa ubique pro mansuetudine Chri-

stiana, saeva subintroducita barbaries, imō pagana nisimus quidam inducitur sub nomine Christiano. Nam quod inauditum est ab ipso Christianitatis initio, sine ordine, sine ratione mutabantur & multiplicabantur episcopi pro libitu metropolitani, ita ut unus episcopatus uno nō esset contentus, sed singulae penē ecclesiae singulos haberent episcopos. Nec mirum. Nam quomodo tam morbidi capitis membra ualere? Pro his Celsus atque huiusmodi malis populi sui uehementer dolens (erat enim uir bonus & timoratus) curauit omnimodo habere sibi successorem Malachiam, quod per ipsum cōsideret posse explantari male radicatam successione, qui charus esset omnibus, et quem omnes emularentur, et Dominus erat cum eo. Nec frustratus est à spe sua. Nā illo mortuo, substitutus est Malachias, non tamen mox, neque id facile. Ecce enim de semine nequā, qui occupet locum, Mauritius nomine. Is per quinquennium fretus potentia seculari, incubauit ecclesiae, non episcopus, sed tyrannus. Nam uota piorum magis in Malachiam cōuenerant. Denique sua debāt cum subire onus iuxta constitutionem Celsi, sed ille qui omne sublimē haud secus quam surum praecipitium declinabat, bonam sibi uidebatur nactus occasionē excusandi, quod per id temporis introitus eius pacificus esse non posset. Instabant tam sancto operi & sollicitabant omnes, duo potissimum episcopi, Malchus & Gillebertus. Quorum prior ipse est senior Lesmorensis, de quo supra mentio facta est: alter quem aiunt prima functum legatione apostolicae sedis per uniuersam Hyberniā. Qui triennio iam decurso in hac praesumptione Mauricij, et Malachiae dissimulatione, non ferentes ultra ecclesiae adulterium, dedecus Christi, cōuocatis episcopis & principibus terrae, uno spiritu adiunt Malachiam, parati uim facere. At ille renuere primū, praetendere siquidem difficultatem rei, nobilis illius profapiae multitudinem, fortitudinem, ambitionem: multū esse ad se periculum opponere se tot, tantis, talibus, taliter radicatis, qui iam annos ferme ducetos quasi hereditate posse dissent sanctuarium Dei, & nunc quoque id preoccupassent, non posse illos extirpari, nec cum mortibus hominū quidem, sua non interesse fundi humanum sanguinem occasione sui: postremō iunctum se sponsae alteri, quam dimittere non liceret. Verū illis e contra instantibus, et clamantibus, quia à Domino sermo egressus est, sed & tota auctoritate iubentibus subire onus, atque intentantibus anathema: ad mortem (inquit) ducitis me, sed obediō spe martyrij, haec tamen conditione, ut si iuxta fidem uestram res in melius cedat, et uendicet sibi Deus suam hereditatem à diripientibus eam, tunc demum omnibus consummatis, & ecclesia pacem habente, liceat redire ad priorem sponsam meam & amicā, de qua rapior ob paupertatē, & pro me illic alium substituere, qui tunc forte repertus idoneus fuerit. Nota lector uirtutem uiri, & animi puritatē,

nec honorē scilicet affectantis, nec formidantis mortē pro Christi nomine. Quid hoc animo purius, quidue fortius, ut se exponens periculo & labori, alteri fructum cedat, ipsam in loco principatus securitatem & pacem? Facit hoc, cum liberum sibi ex pacto retinet reditum ad paupertatem, pace & libertate ecclesie restituta. Spondentibus illis, demum acquieuit uoluntati eorum, uel potius Dei, a quo sibi iam olim praestitum recordabatur, quod de se modo dolebat fieri: nempe iam aegrotante Celso, apparuit Malachias, & quidem longē posito, et nescienti mulier procerā staturā & reuerēdi uultus. Percunctanti quare nam esset, responsum est esse uxorem Celso. Quare tradēs ei uirgam pastoralē, quam manu tenebat, disparuit. Paucis decursis diebus, Celso moriens misit baculum suum Malachias, tanquam sibi successuro: quē ut uidit, agnouit ipsum esse, quem uiderat. Huius praecipue recordatio uisionis terruit Malachiam, ne si quod diu satis dissimularat, ultra renueret, diuina iam uideretur resistere uoluntati. Veruntamen ciuitatē nō intrauit, quandiu ille incubator uixit, ne hac occasione contingeret mori quenquam ex his, quibus uitam magis ministraturus ueniebat. Ita per biennium (nam id temporis superuixit ille) agens extra urbē, strenuē in uniuersa prouincia opus episcopale exercuit. Illo igitur celeri morte factō de medio, rursum Nigellus quidem, imō uerō nigerrimus sedem praecepit. Et in hoc animes suae Mauricius adhuc uiuens prouiderat, ut hūc haberet heredem, in quo qui damnandus exibat, operibus adijcere damnationis persisteret. Erat enim & ipse ex damnata progenie, cognatus Mauricij. Ceterum rex & episcopi et fideles terrę, nihilominus conuenerunt ut inuoducerēt Malachiam. Et ecce concilium malignantiū ex aduerso. Quidam de filijs Belial, promptus ad maliciam, potens in iniquitate, sciens locum ubi pariter conuenire decreuissent, multis aggregatis sibi, latenter uicinum occupat collem eminentem ē regione: unde illis tractatibus alia, repentino impetu super incautos irruerent, et interficerent innocentes. Condixerāt enim etiam regem cum episcopo trucidare, ut non esset qui uindicaret sanguinem iustum. Res innotuit Malachias, & intrans ecclesiam (erat enim propē) eleuatis manibus, orauit ad Dominum. Et ecce nubes et caligo, sed & tenebrosa aqua in nubibus aeris, diem uerterunt in noctem: fulgura quoque et tonitrua & horribilis spiritus procellarum diem ultimum minitantur, uicinaque elementa intentant omnia mortem. Et ut scias lector, quod oratio Malachias concusserit elementa, solos interceptit tempestas, qui quarebāt animā eius: solos turbo tenebrosus inuoluit, qui parauerant opera tenebrarum. Denique ipse qui princeps extiterat, tanti mali fulmine percussus interijt cum tribus alijs: & fuisse consortes mortis, qui fuerant participes sceleris. Quorum sequenti die inuenta sunt corpora semiuista & putrida, harentia ramis ar-

borum, ubi quemque spiritus eleuās allisisset. Alij quoque tres semiuisti inuenti sunt, ceteri omnes circumquaque dispersi. Illos autem qui cum Malachia erant, quamuis proximos loco tempestas omnino non tetigit, nec quicquam molestia intulit. In facto isto recens capimus experimentū ueritatis uerbi illius, quia oratio iusti penetrat caelos. Sed et nouum antiqui exemplū miraculi, quo olim tota Aegypto uersante in tenebris, solus Israel in lumine mansit, dicente scriptura: Vbiunque Israel erat, lux erat: huc mihi accurrat, & factum sancti Helias, nunc quidem ab extremis terrarum nubes & pluuia eductis, nunc uerō super blasphemos euocantis ignem de caelo. Et modo de simili clarificatus est Deus in seruo suo Malachia.

Anno etatis sue tricesimo octauo, pauper Malachias pulso incubatore, intrauit Ardinachapontifex & metropolitanus totius Hyberniae: re uerō ceterisque qui introduxerant eum, ad propria remeantibus, ipse remansit in manu Dei: & remanēt illi foris pugnae, intus timores. Nam ecce uiperea soboles frendens & uociferans se exhaereditari, tota se intus & foris suscitāt aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Porro Nigellus uidens sibi imminere fugam, tulit secum insignia quadam aedis illius, textum scilicet Euangeliorum, qui fuit beati Patricij, baculum quoque auro tectum, & gemmis preciosissimis adornatum, quem nominant baculum Iesu: eo quod ipse Dominus (ut fert opinio) eum suis manibus tenuerit atque formauerit. Et haec summae dignitatis & uenerationis in gente illa. Nempē notissima sunt celeberrimaque in populis, atque in ea reuerentia apud omnes, ut qui illa habere uisus fuerit, ipsum habeat episcopum, populus stultus & insipiens. Ibat homo girouagus, & alter sanatas circuibat terram, & perambulabat eam, insignia sacra circumferēs. Quae ubique ostentans, ubique eorum gratia receptabatur, concilians sibi per haec animos omnium, et a Malachia quoque scuncque potuisset auertens. Haec ille. Erat autē princeps quidam de potentioribus iniquae progeniei, quem rex priusquam ciuitatem exiret, ut rare coegerat pacem tenere episcopo, acceptis ab eo in super obsidibus multis. Is post regis exitum nihilominus ciuitatem ingressus, consilium habuit cum propinquis et amicis, quomodo sanctum dolo tenerent & occiderent. Timebant uerō plebem. Et coniurantes in necē Malachias, constituere locum & diem, & traditor dedit eis signum. Ipso die cum uespertina iam solennia in ecclesia celebraret antistes cum uniuerso clero & multitudine populi, mittit ad ipsum nequam ille in uerbis pacificis in dolo, rogans quatenus ad se dignetur descendere, ut faciat pacem. Respondentibus qui assistebant, ipsum potius ad episcopum debere uenire, ecclesiam esse competentiorē locū firmandae pacis: (siquidē praesenserāt doli) subiungūt qui miseri erant, hoc tutum non esse principi: timere eū capiti suo, nec se credere turbis

re turbis quae se ante hos dies causa episcopi prope modum interemissent. Contendentibus in hunc modum illis quidem ut iret, istis uerō ne iret: episcopus cupidus pacis, & mortis nō timidus: dinate (inquit) fratres, sinite me imitari magistrum meum. Sine causa sum Christianus, si Christum nō sequor. Fortē flecto humilitate tyrannum: & si non, uinco tamē exhibens ouī pastor, sacerdos laico, quod mihi ille debuerat. Vos quoque quod in me est, non parum aedifico exemplo tali. Quid enim si cōtingat occidat? Nō recuso mori, ut uos uita ex me teneatis exemplum. Oportet episcopum (ut ait episcoporum princeps) nō dominari in clero, sed formam fieri gregis. Haud aliam sanē formam, quam ab illo accepimus, qui humiliatit semetipsum, factus obediens usque ad mortem. Quis mihi det hanc relinquere filijs signatā sanguine meo: Experiemini certē, an sacerdos uester dignē satis a Christo dicerit mortē non timere pro Christo. Et surgēs coepit ire, flentibus cunctis & supplicatibus ne tantum cuperet pro Christo mori, ut tantū Christi gregem desolatam relinqueret. Verū ille totam spem suam ponens in Domino, tota alacritate perrexit, tribus tantum comitatus discipulis paratis mori cum eo. Qui ut calcato limine domus, repente se medio intulit armorum, scuto fidei ipse munitus: cōcidere facies omnium, quia pavor irruit super eos, ita ut dicere posset episcopus: Qui tribulant me inimici mei, ipsi in firmati sunt & ceciderūt. Hoc uerbum uerum est. Videtes hostiam stantem, carnifices ferro armatis manibus undique circumstantes, & qui immolaret non erat. Putares stupere lacertos, sic non fuit qui extenderet manū. Nam & is quoque qui caput maliciae uidebat, assurgit ei potius, quam insurgit. Vbi quae signū o homo, quod dederas in mortem pontificis: Hoc magis honoris signum, quam mortis indicium. Deferre est hoc, nō mortem inferre. Res mira. Pacem offerūt, qui necem parauerāt. Non est quod abnuat, qui & uita periculo quaesierat eam. Itaque facta est pax, & tam firma, ut ab illa die hostem sacerdos nō modo pacatum habuerit, sed subditū, sed deuotum. Quo audito fideles quoque gauisi sunt, quod non modo saluatus sit sanguis innocens in die illa: sed & nocentium multorum animarum Malachias meritis euaserint ad salutem. E apprehēdit omnes circumquaque timor, audientes quomodo duos inimicorum eius, qui uiderent ferociores & fortiores in generatione sua, sic subita uirtute prostratus Deus: istū loquor qui in manibus est, & eum de quo superius dixi. Alterum enim terribiliter multatū in corpore, alterum misericorditer mutatum in corde, ambos mirabiliter cōprehendit in consilijs que cogitabant. His ita peractis, coepit iam in ciuitate episcopus tota libertate disponere, & ordinare de omnibus pertinentibus ad ministerium suum, non tamen sine continuo discrimine uitaē suae. Nam etiam iam nemo qui palam noceret, ab insidiantibus tamen nec locus satis

tutus episcopo erat, nec tempus feriatum. Et deputati sunt ei uiri armati ad custodiam die ac nocte, sed ille magis in Domino cōfidebat. Fuit uerō consilium, praefatum schismaticū insequi, eo quod seduceret multos ex insignibus quae ferebat: suadēs omnibus se episcopum esse debere, & sic sollicitans plebes aduersus Malachiam, atque ecclesiae unitatem. Et fecit sic. Et sine difficultate ita in breui uniuersas sepiuit uias eius, per gratiam sibi a Domino datam, & quam habebat ad omnes, ut malignus ille coactus sit dare manus, reddere insignia, & quiescere de reliquo in omni subiectione. Ita Malachias, licet permulta pericula & labores, prosperabatur in dies & confortabatur, magis ac magis abundas in spe & uirtute spiritus sancti. Nec modo malefactores, sed & detractores Malachias corripuit Deus. Quidam, uerbi gratia, gratiam habens principum et potentum, etiam ipsius regis, quod esset adulator & garrulus et potens in lingua, fauebat per omnia aduersarijs Malachias, & procaciter tuebatur partem eorum. Sancto uerō & praesenti resistebat in facie, & detrahebat absentem, irreuerēter occurrēs ei in omni loco, maximaque ubi celebrioribus illum sciret interestesse conuentibus. Sed citō digna linguae procacis mercede donatus est. Intumuit & computruit lingua maledica, uermibus ex ea scatētibus, & diffuētibus toto ore blasphemio. Quos per se ptem ferme dies incessanter uomēs, tandē cum illis miseram expuit animam. Loquente coram aliquando Malachia, et populū exhortāte, mulier quaedam infelix ausa est interrūpere sermonem clamoribus improbis, non deferens sacerdoti & spiritui qui loquebāt. Erat autem de progenie impia, & spiritum habens in naribus, blasphemias cōtumeliasque euomebat in sanctū, dicens hypocritam, & inuasorē aliene hereditatis, sed et caluiciei illius impropetās. At ille nihil respondit ei, sicut erat uerecundus & mitis, sed Dominus respondit pro eo. Versa illa in insaniam est, Domino iudicante, et crebris uocibus clamans se suffocari a Malachia, morte demum horrenda luit peccatum blasphemiae. Sic misera assūmens aduersus Malachiam impropetium Helisaei, uerē illum sibi alterū experta est Helisaeum. Porro quia causa pestilentiae cuiusdam ortae in ciuitate multitudinē cleri, & populi solenniter cū memoria sanctorū tunc foras eduxerat: ne hoc quidem praetereundum, quod orante Malachia pestilentia illico cōquieuit. Ex hoc iam qui miraret aduersum eum non fuit, dicentibus qui de femine Chanaam sunt: Fugiamus Malachiam, quia Dominus pugnat pro eo. At serō istud, quia zelus Domini ubique occurrēs eis, persecutus est eos usque ad interuentionem. Quomodo intra paucos dies perijt memoria eorum cum sonitu? Quomodo facti sunt in desolationē, subito defecerūt, pericrūt propter iniquitatē suā? Grande hodieque miraculū facit tam uelox generatio, nis illius deletio, his praesertim qui eorum nouerāt

superbiam atq; potentiam. Multa quidem & alia signa fuisse, quibus Deus glorificauit nomen suum, & seruum suum inter sudores & pericula confortauit. Quis dignè commemoret? Non tamen omnia præterimus, & non sufficimus ad omnia. Propter seriè aut narrationis, ne impediat, aliqua quæ dicturi sumus, referuamus in finem.

Igitur Malachias intra triennium reddita retributione superbis, & libertate ecclesiæ restituta, pulsa barbarie & reformatis ubique moribus Christianæ religionis, uidens omnia in pace esse, cepit cogitare & de sua pace. Et memor propositi sui, constituit pro se Gelasium, uirum bonum & dignum tali honore, conuocantibus clero & populo, quin potius sustinentibus propter pacem. Nam alias durum uisum omnino. Quo consecrato, regibusq; ac principibus attentius commendato, ipse clarus miraculis et triumphis, ad suam parocciam redit. Non tamen Connereth, & audi causam dignam relatu. Diocesis illa duas fertur habuisse antiquitus episcopales sedes, & duos extisse episcopatus. Id uisum melius Malachias. Itaque quos ambitio conflauit in unum, Malachias reuocauit in duos: partem alteri episcopo cedens, partem retinens sibi. Et propterea non uenit Connereth, quod in eam episcopum ordinasset: sed Dunum se contulit, determinans paroccias sicut in diebus antiquis. O purum cor, o oculus columbinum. Locum tradidit nouo episcopo qui uideretur paratior, principalior haberetur, locum in quo federat ipse. Vbi sunt qui de terminis litigant, pro uno uiculo perpetes ad inuicem inimicitias exercentes? Nescio si quod genus hominum magis quam istos antiquum uaticinium tangat: Secuerunt prægnantes Galaad ad dilatandum terminos suos. Sed hæc alias.

Malachias factus Dunensis episcopus, confestim more suo curauit asciscere ad solatium sibi de filiis suis conuentum regularium clericorum. Et ecce rursus accingitur quasi nouus Christi tyro ad spirituale certamen, rursus induitur arma potentia Deo, sanctæ paupertatis humilitatem, rigorem disciplinæ cenobialis, ocium contemplandi, orandi assiduitatem. Quæ tamen omnia uoto magis ualuit diu tenere, quam actu. Etenim uniuersi confluebant ad eum: nec modò mediocres, sed & nobiles & potentes illius se sapientia & sanctitati instruendos, corrigendos ac regendos committere festinabant. Et ipse interdum ibat & exibat seminare semen suum, disponens & decernens tota autoritate de rebus ecclesiasticis, tanquã ex apostolis unus. Et nemo illi dicebat, in qua potestate hæc facis? uidetibus cum eius signa & prodigia quæ faciebat: & quia ubi spiritus Domini, ibi libertas. Visum tamen sibi non tute satis acitari ista absq; sedis apostolicæ autoritate, & Romam proficisci deliberat, maximeq; quod metropolitice sedi deerat adhuc & defuerat ab initio pallij usus, quod est plenitudo honoris. Et uisum est bonum in oculis eius, si ec-

clesia, pro qua tantum laborarat, quem hæctenus non habuerat, suo acquireret studio & labore. Erat & altera metropolitica sedes, quam de nouo constituerat Celsus, primæ tamen sedis, & illius archiepiscopo subdita tanquam primati: et huic quoq; optabat nihilominus pallium Malachias, confirmariq; autoritate sedis apostolicæ prærogatiuam, quam beneficio Celsi adipisci meruerat. Innotescente proposito displicuit fratribus, nec non & magnatibus, & populo terræ. Omnes enim intolerabilem sibi iudicabant tam diuinam omnium pij parentis absentiam, & quod metuerent de morte ipsius. Contigit interea mori germanum eius, Christianum nomine, uirum bonum, plenum gratiæ et uirtutis. Episcopus erat, illi quidem secundus in celebri opinione: sed uitæ sanctimonia & iustitiæ zelo fortè non impar. Huius decessus magis terruit uniuersos, & discessum Malachias reddidit molestiorem. Dicebant autem, nullo modo assentiendum unice peregrinationi patroni, ut non desoleat omnis terra, si duabus tantis columnis sub uno momento temporis destituatur. Ergo omnes pariter contradicunt. Et uim faciebant, cum ille diuinam uisionem minatus est. Non tamen desistere illi, nisi missa sorte, prius Dei uoluntas super hoc interrogaretur. Prohibente illo, nihilo minus mituit, sed illa pro Malachias parte ter respondisse inuenta est. Nec enim una contenti uice fuisse, cupidum retinendi eum. Demum cedentes dimittunt illum, non tamen sine ploratu & ululatu multo. Sed ne quid imperfectum relinqueret, tractare cepit quomodo defuncti fratris semen suscitaret. Et accersitis ad se tribus discipulis suis, anxius aestuabat quisnam dignior ad hoc opus, siue utilior uideretur. Et diligenter intuitus singulos: Tu, inquit, o Edane (sic enim uocabatur uerus) suscipe onus. Illo cunctante & flente: Ne timeas, ait: tu enim mihi à Domino designatus es, quia annulum aureum quo desponsandus es, iam nunc præuidi in digito tuo. Acquisiuit ille, & Malachias eo consecrato, proficiscitur. Cumq; ingressus de Scotia, peruenisset Eboracum, sacerdos quidam Sycarus nomine, intuitus eum agnouit. Nec enim faciem eius uiderat antè, sed cum haberet spiritum prophetiæ, reuelatum fuerat ei iam pridem de illo. Et tunc incunctanter circumstantibus digito eum demonstrans: Hic est (inquit) de quo dixeram: quia de Hybernia sanctus ueniet pontifex, qui scit cogitationes hominum. Sic non potuit latere lucerna sub modio, prodente eam per os Sycari spiritu sancto, qui illam accenderat. Nam & multa secreta de esse suo suoribusq; dicta sunt ei à Sycaro, quæ ita esse uel fuisse omnia recognouit. Sed & socijs Malachias percunctantibus de suo reditu, respondit Sycarus incunctanter, quod post rei probauit euentus, paucos uidelicet admodum de numero illo cum episcopo redituros. Illi audito hoc, suspicati sunt mortem: sed Deus aliter adimpleuit. Nempe rediens ab urbe, quibusdam apud nos, quibusdam & in alijs

in alijs locis ad discendam conuersationis formam relicta, iuxta uerbum Sycari cum paucis admodum repatriauit. Hæc de Sycaro. In ipsa urbe Eboracensi accessit ad eum uir nobilis secundum seculum Vuallelus nomine, tunc prior in Kyrkehã regularium fratrum, nunc uero monachus & monachorum pater in Mailros monasterio ordinis nostri, qui deuotus Malachias se orationibus satis humiliter commendauit. Is aduersus multos habere episcopum socios, et equos paucos (nam præter ministros & clericos alios, quinque cum eo erant presbyteri, et equi non nisi tres) obtulit ei suum quo ipse uehebat: hoc solum dolere se inquit, quod esset runcinus, dure portans. Et addidit: Libentius dedissem si melior fuisset: sed si dignamini, ducite qualem cunctis uobiscum. Et ego (ait episcopus) eo libentius accipio, quo prædicas uilior: quia non potest mihi uile esse, quicquid tam preciosa uoluntas obtulerit. Et conuersus ad suos: Hunc (inquit) sternite mihi, quia comodus satis & sufficiens erit in longum. Quo facto, ascendit, & primo quidem durum, ut erat, sentiens: postmodum mira mutatione ualde commodum sibi, et suauiter ambulante inuenit. Et ne caderet super terram de sermone quem dixerat, usq; ad nonum annum, quo mortuus est ipse, non defecit ei, factus optimus & preciosissimus Palefridus. Quodq; euidetius miraculum cernentibus fecit, de subnigro cepit albescere, & non multo post uix inueniebatur albius illo. Mihi quoque in uia hac datum est uidere uirum, & in eius uisu & uerbo relectus sum, & delectatus sum sicut in omnibus diuitijs: & ego uicissim, peccator licet, inueni gratiam in oculis eius exorunt & deinceps usq; ad obitum ipsius, sicut in proemio præfatus sum. Ipse etiam dignatus diuertere ad Claramuallè, uisus fratribus compunctus est, et illi non mediocriter edificati in præsentia & sermone eius. Et acceptans locum & nos, atq; intimis uisceribus colligens, uale dixit nobis, & abiit. Qui transalpinas cum uenisset Lporiam ciuitatem Italiæ, hospitis sui paruulū filiū, qui male habes moriturus erat, continuo sanauit.

Erat tunc temporis in sede apostolica, felicis memoriæ Innocentius secundus papa, qui eum benigne suscepit, humanè satis illi super longa peregrinatione cōpassus. Et primo quidem Malachias quod altius infixerat animo, cum multis lachrymis implorabat, licere sibi uiuere & mori in Claramuallè, permissu & benedictione summis pontificis. Et petijt hoc, non oblitus ad quod uenerat, sed affectus quo uenerat desiderio Claramuallis. Non autem obtinuit, quod uir apostolicus lucris potius uberius occupandis decerneret. Nec tamè omnino frustratus est à desiderio cordis sui, cui mori ibi, etsi non uiuere, donatum est. Mensam integrum fecit in urbe, loca sancta perambulans et frequentans causa orationis. Cumq; per id temporis sæpe ac diligenter ab eo et ab ijs qui cum eo erant, summus pontifex inquisisset esse patriæ, mores gentis, statum ecclesiarum, &

quanta in terra Deus per eum operatus fuisset: paranti iam repatriare, commisit uices suas, per uniuersam Hyberniam, legatum illum constituens. Significatum siquidem erat ei ab episcopo Gilleberto (qui, ut supra memorauimus, tunc legatus extiterat) quod iam non posset præ senio & debilitate corporis uillicare. Post hæc petiit Malachias confirmari nouæ Metropolitice constitutionem, & utriusque sedis pallia sibi dari. Et confirmationis quidem priuilegium mox accepit: de pallijs autem oportet, ait summus pontifex, solennius agi. Conuocatis episcopis & clericis & maioribus terræ, celebrabis generale concilium, & sic conuentionia & communi uoto uniuersorum per honestas personas requiretis pallium, & dabitur uobis. Deinde tollens mitram de capite suo, imposuit capiti eius, sed & stolam cum manipulo dedit illi, quibus uti inter offerendum solebat. Et salutarum in osculo pacis, dimisit eum, apostolica fultu benedictione & autoritate. Qui reuertens per Claramuallè suam, secundam nobis largitus est benedictionem. Et alta suspiria trahens, quod non liceret sibi pro suo desiderio remanere: Hos, inquit, interim pro me oro ut retineatis, qui à uobis discant, quod nos postmodum doceant. Et infert: Erunt nobis in semen, & in semine isto benedicentur gentes, & illæ gentes quæ à diebus antiquis monachi quidem nomen audierunt, monachum non uiderunt. Et dimissis quatuor à latere suo, abiit. Qui probat & digni inuenti, monachi facti sunt. Post aliquod tempus, cum iam sanctus esset in terra sua, misit alios, & factum est de illis similiter. Quibus per aliquantum tempus instructis & eruditus corde in sapientia, dato eis in patrem sancto fratre Christiano, qui erat unus ex ipsis, emisimus eos: adiungentes de nostris, quanti sufficerent ad numerum abbatia. Quæ concepit & peperit filias quinque, & sic multiplicato semine augetur in dies numerus monachorum, iuxta desiderium & uaticinium Malachias. Nunc iam repetamus ordinem narrationis. Malachias profectus à nobis, prosperè peruenit in Scotiam. Et inuenit Dauid regem, qui adhuc hodie superest in quodam castello suo, cuius filius infirmabatur ad mortem. Ad quem ingressus, honorificè à rege susceptus, & humiliter exoratus, ut sanaret filium suum: aqua cui benedixit, aspersit iuuenem, & intuens in eum, ait: Confide fili, non morieris hac uice. Dixit hoc, et die sequenti dictum secuta est sanitas, sanitate lætitia patris, clamor & strepitus totius exultantis familia. Exijt sermo ad omnes: nec enim quod in domo regia et regis acciderat filio, latere potuit. Et ecce ubiq; resultans gratiarum actio, & uox laudis, tū pro salute domini, tū pro miraculi nouitate. Henricus est iste: nam uiuit adhuc unicus patris sui, miles fortis & prudens, patrisans (ut aiunt) insectado iustitiæ & amorē uerū. Et amauit uterq; Malachiam quandiu uixit, tanquã qui illum à morte reuocasset. Rogabant eum

cum manere per aliquot dies, sed ille declinans a moram non sustinuit, & mane carpebat iter.

Transeūti igitur per uillam nomine Crugel-dum, occurrit puella mura. Orante illo, solum est uinculum linguæ eius, & loquebatur recte.

Dehinc uillam ingrediens, quam nominant Ecclesiam sancti Michaelis, oblatam sibi mulierem phreneticam & uinctam funibus, coram omni populo curat, & dimissa incolumi proficiscitur. Perueniens uero ad portū Lapasperi, transitum sibi per aliquot dies præstolabatur, sed mora minimè transijt ociosa. Construit interim de uirgīs in septem textis oratorium, ipso iubente, ipso operante pariter. Consummatum cœmterium dicit uallo, atq; interiaccens spacium in cœmterium benedixit. Sanè merita benedictis, miracula satis declarant, quæ usque hodie sibi acitari feruntur. Inde est quod de finitimis locis infirmos & male habentes illi portare consueuerunt, & sanantur multi. Mulier totis dissoluta membris, plaustro uecta illuc, pedibus suis remeauit domum, una duntaxat nocte nō frustra in loco sancto præstolata misericordiam Domini. Alia quæ dā ibidem pernoctabat in oratione, quam fortè reperiens solam homo barbarus, accensus libidine, & sui minimè compos, irruit rabiosus in eā. Conuersa illa & tremefacta, suspiciens aduertit hominē plenum diabolico spiritu: Heus tu, inquit, miser quid agis? Considera ubi es, reuerere hæc sancta, deser Deo, deser seruo eius Malachia, parce & tibi ipsi. Non destitit ille furrijs agitatus iniquis. Et ecce (quod horribile dictu est) uenenatum & tumidum animal, quod buffonem uocant, usum est reptas exire de inter femora mulieris. Quid plura? Terrefactus resiliit homo, & datis saltibus festinus oratorio exiit. Ille confusus abscessit, et illa intacta remansit, magno quidem & Dei miraculo, & merito Malachia. Et pulchrè operi scædo & abominando, scædum interuenit & abominabile monstrum. Non prorsus aliter deicit bestialem extingui libidinem, quam per frigidissimum uermem: nec aliter temerarium frænari ausum, frustrari conatum, quam per uile inuilemque bestiolā. Et hæc loco isto sufficiat, pauca de pluribus. Nunc iam reliqua prosequamur.

Ascendit Malachias nauem, & prosperè nauigans applicuit monasterio suo Benchorense, ut primi filij primam reciperent gratiam. Quid animi putas gessisse illos sano de uia tam longa recepto patre, & illo patre? Nec mirum si se tota in gaudium effuderunt uiscera eorum in reditu eius, quando & exteris circumquaque gentibus incredibilè mox lætitiā uelox rumor inuexit. Denique de ciuitatibus & castellis & uicis occurrunt ei, & quocumq; diuertat, suscipitur exultatione uniuersa terræ. Veruntamē non sapit honor, opus exercetur legationis. Multis in locis celebrantur conuentus multi, ne qua regio seu portio regionis, legationis fructu et utilitate fraudetur. Seminatur super omnes aquas, non

est qui se abscondat ab opera sollicitudinis eius. Non sexus, non ætas, non conditio, non professio reputatur. Vbi que semen spargitur salutare, ubique intonat tuba cœlestis. Vbi que discurret, ubiq; irrupit euaginato gladio linguæ ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis. Terror eius super facientes mala. Clamat iniquis: Nolite iniquè agere. & de linquentibus: Nolite exaltare cornu. Religio ubique plantatur, propagatur, fouetur. Oculi eius super eos, & cura eius ad necessitates eorū. In concilijs quæ passim celebrantur, repetuntur antiquæ traditiones, quas tamen bonas uisisse constitit: abolitas uerò negligentia sacerdotum. Nec modò uetera instaurantur, cuduntur & noua. Et quæcunq; promulgauerit, tanquam cœlitus edita acceptantur, tenentur, scripto mandantur ad memoriam posteriorum. Quidni cœlitus missa crederentur, quæ tot cœlestia confirmant miracula? Et ut fidem dictis faciam, perstringam nonnulla paucis. Quis enim cuncta enumeret? Quamquam libentius fateor imitandis immorer, quam admirandis. Et meo quidē iudicio, primum & maximū miraculum quod fecit ipse, erat. Ut enim taceam interiori hominem eius, cuius pulchritudinē, fortitudinem, puritatem satis indicabant mores ipsius & uita: ipsū exteriorē ita uno semper modo, ipsoq; modestissimo & decentissimo gessit, ut nil prorsus apparet in eo quod posset offendere intuentes. Et quidem qui nō offendit in uerbo, ille perfectus est uir. At uerò in Malachia quis unquā, etiam si curiosus obseruarit, deprehendit ociosum, non dico uerbum, sed nutum? Quis manū pedem ue mouentē frustra? Imò quid non adificans in eius incessu, aspectu, habitu, uultu? Deniq; uultus hilaritatem nec fuscavit mœror, nec leuigauit risus. Totum in eo disciplinatum, totum insigne uirtutis, perfectionis forma. Per omnia serius, sed non austerus. Remissus interdum, dissolutus nunquam. Negligens nihil, et si pro tempore multa dissimulans. Quietus sæpe, sed minimè aliquando ociosus. A die primo conuersionis suæ usque ad extremum uitæ suæ sine proprio uixit. Non seruos, non ancillas, non uillas, non uiculos, non denique quicquam reddituum ecclesiasticorum secularium ue uel in ipso habuit episcopatu. Mense episcopali nihil prorsus cōstitutum uel assignatū, unde episcopus uiueret. Nec enim uel domum propriam habuit. Erat autem penè incessanter circuiens paroccias omnes, Euangelio seruans, & de Euangelio uiuens, sicut constituit ei Dominus: Dignus est, inquiens, operarius mercede sua. Nisi quod frequētius ipsū Euangelium sine sumptu ponens, de laboribus suis suorūq; ferebat, unde se & alios qui secum laborabant in opere ministerij, sustentaret. Porro si interdum quiescere oporteret, in sanctis hoc faciebat locis, quæ ipse per Hyberniam sparserat uniuersam, Apud quos uerò moram facere libuisset, il-

lorum se conformauit moribus & obseruantijs, a cōmuni contentus uita & mensa. Non fuit in uictu, non fuit in uestitu, in quo potuisset Malachias dignosci inter ceteros fratres, in tantum cum maior esset, humiliavit se in omnibus. Deniq; cum exiret ad prædicandū, cum peditibus pedes & ipse ibat, episcopus & legatus. Forma apostolica hæc, et inde magis mira in Malachia, quo rara nimis in alijs. Verus profectò apostolorum hæres est iste, qui talia agit. Sed aduerte est, quomodo diuidat hæreditatē cum fratribus suis, æque nepotibus apostolorū. Illi dominantur in clero, iste dum esset liber ex omnibus, omnium se seruū fecit. Illi aut non euangelizantes manducant, aut euangelizant ut manducant: Malachias imitans Paulum, manducat ut euangelizet. Illi fastum & quæstum æstimant pietatem: Malachias hæreditate uendicat sibi opus et onus. Illi felices se credunt, si dilatauerint terminos suos: Malachias in dilatanda charitate gloria tur. Illi cōgregant in horrea, & dolia replent, unde onerēt mensas: Malachias colligit in deserta et solitudines, unde implet cœlos. Illi cum accipiunt decimas & primitias & oblationes, insuper & de Cæsaris beneficio telonia & tributa & alios redditus infinitos, solliciti sunt nihil minus quid manducent aut quid bibant: Malachias nihil horū habēs, multos tamē locupletat de promptuario fidei. Illi nec cupiditatis, nec sollicitudinis ullus est finis: Malachias cupiens nihil, non nouit tamen cogitare de crastino. Illi a pauperibus exigūt quod dent diuitibus: iste sollicitus diuites pro pauperibus sustentandis. Illi maripia uacuant subditorū: iste pro peccatis eorum altaria cumulat uotis hostijsq; pacificis. Illi alta palatia erigūt, turres ac mœnia ad cœlos leuant: Malachias non habens ubi caput reclinet, opus facit Euangelizata. Illi equos ascendunt cum turba hominum gratis manducantium panem, et non suum: Malachias septus sanctorū fratrum collegio, pedes circuit, portans panes angelorū, quibus satiet animas esurientes. Illi plebes ne agnoscunt quidē, iste erudit. Illi potentes & tyrannos honorant, iste punit. O uirum apostolicū, quē tot & talia nobilitat signa apostolatus sui. Quid ergo mirū, si mira est operatus sic mirabilis ipse? Imò uerò non ipse, sed Deus in ipso. Alioquin tu es Deus (inquit) qui facis mirabilia.

Psalm. 76.

Erat uir in ciuitate Culratim demonium habens. Vocatus est Malachias, orat pro addita, urget inuasorem, exit. Sed nondū exaturata nequitia eius, miseram inuadit mulierculam, quæ fortè prope assisteret. Et Malachias: Non ad hoc, inquit, tibi illam tuli, ut hanc peruaderes? Exi ab ea. Pare, sed repetit priorē, a qua de nuò pulsus, recurrit in alteram. Ita per aliquod spacium alternatim uexabat illas, hinc inde refugiens. Tunc sanctus indignans sibi illud a demone, colligensq; spiritum, infremuit, et totis uiribus fidei facto impetu in aduersariū, ab utraq; fugauit, et quidem nō minus uexatum his, quas

uexauerat ipse. Cæterum quod morā fecit sancto, non putes lector fuisse uirtutis eius, sed dispensationis diuinæ: ut uidelicet ex hoc manifestior fieret & maligni presentia, & uictoria Malachia. Denique audi quid alibi fecerit, non autem per presentiam suam. Et utique potuit præfens, quod absens ualuit. In regione aquilonaris partis Hyberniæ, iacebat infirmus in domo, nec dubium quin dæmonum maleficio. Nam quadam nocte audiuit eos loquentes, dicentes alter ad alterum: Vide ne miser iste hypocrytae illius stratum stramen ue contingat, et sic effugiat manus nostras. Cognouit homo quod Malachiam loquerentur, quem non multo antè in eadem domo meminerat pernoctasse, & adhuc stramē in loco. Sumptaq; fiducia & q̄ potuit conatu, cœpit repere debilis corpore, sed fide fortis. Et ecce in aere clamor et uociferatio: Prohibe eū, prohibe, retine eū, retine, amittimus prædam. Verum is quem portabat fides & desiderium euadendi, quanto plus clamabat illi, tanto magis genibus manibusq; nitens, ad remediū festinabat. Et perueniēs, ascendit lectulū, uolutat in stramine, audit ululatū plangentium: Heu heu, ipsi nos prodidimus, decepti sumus, euasit. Et dicto citius recessit ab eo dæmonū terror & horror, quem patiebatur, & omnis pariter ægritudo. In Lesmor ciuitate, homo a dæmonio uexatus, per Malachiam liberatus est. Item transeūti aliquando Planginiā, oblatu illi infans, habens dæmonium, sanus relatus est. In regione eadem ligatam funibus phreneticā solui iussit, & in aqua quam benedixit lauari. Lora est, & sanata. Alteram quoq; in Saballo regione Vlydiæ, membra propria dentibus laniantem, orando & tangendo curauit. Amentem hominem, multa prædicentē futura, amici et propinqui adducunt ad Dei hominem, uinctum funibus fortiter, quod fortem ad nocendum rabies ipsa fecisset, & terribilè ualde. Orat Malachias, & incōtinenti æger sanatur & soluitur. Factum est hoc loco quodam, cuius nomen tacemus, quod nimis barbarum sonet, sicut et alia multa.

Alio tēpore in præfata ciuitate Lesmor, puellam mutam parentes eius in media platea offerunt transeūti, cum multa supplicatione rogantes, ut ei subuenire dignetur. Stat Malachias, & facta oratione, tangens digito linguam eius, spiritum misit in os eius, & loquentem dimisit. Exiens de quadam ecclesia, obuiū habuit hominem cum uxore sua, quæ nō poterat loqui. Rogatus ut eius misereat, stat in porta, populo circumstante: & data benedictione super eam, iubet Dominicā dicere orationē. Dixit illa, & populus benedixit Dominū. In ciuitate cui nomen Oentreb, decumbēs lectulo quidā diues, iam dies xij. priuatus linguæ officio, ad iusionē uisitatis se sancti, loquelā recuperat: Eucharistiā sumit, & ita munitus extremum, in bona cōfessione efflauit spiritum. O oliua fructifera in domo Dei, o oleū iucunditatis, unguens et lucens. Et splendore

splendore miraculi illustravit sanos, et suauitate beneficij unxit infirmum, cui mox morituro salutarem confitendi, & communicandi obtinuit facultatem. Intrauit ad eum quidam de nobilibus, habens ei aliquid dicere. Qui inter loquendum, fide plenus tres iuncos pie furatus de leculo, in quo ille sedebat, tulit secum, & multa Deus de furto pietatis est operatus fide illius, & presulis sanctitate. Fortē uenerat in ciuitate, nomine Duenuania. Et cum sederet ad mensam, ingressus uir nobilis de ciuitate ipsa, humiliter supplicat pro uxore pręgnante, que iam solenne pręterisset tempus pariendi, ita ut miraretur omnes, & nemo aliud quam uitę periculum crederet imminere. Rogat & cum eo Neemias episcopus illius ciuitatis, qui iuxta eum sedebat, rogant & ceteri quotquot aderant simul discubentes. Tum ille: Compatior ei (inquit) quod bona mulier sit & pudica. Et porrigens uiro poculum cui benedixerat, Vade (inquit) da illi bibere, sciens eam sumpto benedictionis potu, & sine mora & sine periculo pariturā. Factum est quod pręcepit, et nocte ipsa subsecutus est quod promissit. Sedebat in campo cum comitibus Vlydię, aliqua tractans, & multitudo copiosa circa eos. Venit mulier grauida, & uerę grauida. Indicat se contra omnes naturę leges retinere partū iam xv. mensibus, et diebus xx. Compassus Malachias, super nouo et inaudito in cōmodo orat, & mulier parit, & qui aderant lætati sunt & mirati. Omnes enim uiderūt in qua facilitate & uelocitate loco eodem enixa sit, et triste negati parit periculum, miraculo cōmutatum iucundiori. Accidit ibidem quiddam pari quidem miraculo, sed forte dispari. Vidit hominem qui publice tenere diceretur concubinam fratris, & hic erat miles minister comitis. Et publice cōueniens incestuosum, alterū ei Ioannem exhibuit: Non licet tibi, inquit, concubinam habere fratris tui. At ille alterum ipsi nihilo minus Herodem redhibens, non modō non audiuit eum, sed & superbe respondit, & coram omnibus iurabat, nunquam se dimissurum. Tum cōmotus Malachias, sicut erat pro iustitia uehementer zelans: Et Deus, inquit, te ab illa separet uel inuitū. Paruipendens ille, ex instanti abiit indignabundus. Offendensq; mulierem nō longē à turba constituta in loco, uel oppressit eam, licet erat Saranę totus, cui paulo antē traditus fuerat. Nec latuit flagitium. Ancilla quę dominam comitabatur, recurrens domum (nempe haud procul aberat loco) nunciavit anhela quid mali acciderit. Ad quam uocem germani illius, qui domi erant, zelantes fororis stuprū, tota illō festinantia peruolant, pudicitia hostē ipso in loco & opere sceleris deprehensum, multis cōfossim uulneribus interimūt. Necdum cōuentus solutus erat, cum ecce armiger illius, quod euenerat, nunciavit. Et mirati sunt uniuersi, quod sententia Malachiaę tam celerem habuisset effectū. Timuerunt quoque flagitiosi, audito hoc uerbo (nam multi e-

rant in terra) & territi purgati sunt, lauantes manus suas in sanguine peccatoris. Diarmitiū comitem multo iam tempore decubentē lecto, duriter quidem increpās, quod malus homo esset, immoderatus feruens uentri et gula, benedicta aspersum aqua sine mora surgere fecit, & ita ualentē, ut illico equum ascenderet, & utique pręter spem suam ipsius et suorum. In urbe Caseleni uenit homo ante eum cum filio paralytico, rogans illum sanari. Qui orans breuiter: Vade (inquit) filius tuus sanabitur. It, & crastino redit cum filio, sed minime sanato. Tum surgens Malachias, & stans super eum diutius orauit, & sanatus est. Et cōuersus ad patrem: Offer, inquit, illum Deo. Annuit homo, sed nō tenuit: & post aliquot annos ille iam iuuenis recidit in id ipsum, sine dubio propter inobediētiam patris, et pacti transgressionē. Alius quidam ueniēs de longinquo, cum esset Malachias in sinibus Mumonia, attulit ad eum filium, pedum penitus oficio destitutum. Percunctatus quo nam modo illi accidisset: Vt suspicor, inquit, dæmonū malignitate. Et addit: Ludenti in prato ipsi (ni fallor) immisere soporē, euigilansq; puerulus sic se inuenit. Hęc dicens, cum lachrymis precem fundit, efflagitat opem. Misertus eius, orauit Malachias, iubēs agrum interim dormire ibidem super solium. Dormiuit, & surrexit sanus. Hunc ipse quia de longē uenerat, aliquandiu in comitatu suo retinuit, & erat ambulās cum eo. In monasterio Benchorensi pauper quidam fratru elemosynis sustentabatur, & erat quotidianam accipiens stipem, aliquid officij factitās in pistrino. Is claudus ab annis duodecim, humi manibus repens, post se trahebat pedes emortuos. Quem die quadā ante cellam suam Malachias moestū & moerentē inueniens, causam percunctat. Et ille: Vides, inquit, quā ex longo misellus afflicter, & manus Domini super me: & ecce ad cumulum arumnaę, homines qui misereri debuerant, irrident me potius, miserię exprobrantes. Quē ubi audiuit, pietate motus, suspexit in cælum, manus pariter leuās. Facta autem breui oratione, ipse intrauit cellam, & ille surrexit. Et stans super pedes suos, mirabatur si uerē esset, qd erat penē somnium suspicatus. Cœpit tamen se pedetērim mouere: neq; enim posse ire satis credebatur. Tandem quasi ē graui somno euigilans, cognoscit misericordiā Domini super se: firmiter gradit, & in pistrinū reuertit, exiliens & exultans, & laudans Deum. Viso eo, qui antē uiderant & cognouerāt, repleti sunt stupore & extasi, phantasma putantes. Virum item hydropicum orando sanauit, qui illico remāsit in monasterio, pastor ouium factus. Ciuitas Hybernię nomine Corcagia, uacabat episcopo. Tractatū est de electiōe, dissensere partes, quibusq; (ut asolet) presulē uolētibus cōstituire suū, nō Dei. Venit illic Malachias, audita dissensiōe. Conuocato clero et populo, etiā corda et uota discordatium unire curauit: et persuasis illis, totū negociū sibi

sibi debere credi, cū potissimum sollicitudo incumberet illius, sicut & aliarum per Hyberniam ecclesiarum incontinenti nominat eis nō quempiam de nobilibus terrę, sed magis quendā hominem pauperem, quem sciret sanctū & doctū, & hic erat alienigena. Queritur ille, nunciatur decubere lecto, & ita debilis ut nullo pacto exeat, nisi in manibus portatus ministrantiū. Et Malachias, Surgat, inquit, in nomine Domini ego pręcipio, obediētia saluum faciet eū. Quid faceret ille? Parere uolebat, sed imparatum se sentiebat. Quod etsi posset ire, episcopi reformidabat. Ita cum uoluntate obediendi pugnante gemino hoste, pondere languoris & metu oneris, uicit illa tamen, data sibi in adiutoriū spe salutis. Itaq; conatur, mouet sese, tētat uires, inuenit se solito fortiorem. Crescit pariter fides cum uiribus, & rursum facta fortior fides dat uicissim uiribus incrementū. Iam surgere per se ualet, iam meliusculē gradit, iam nec ientire, in ambulando lassitudinem, demum expeditus & alacer peruenit ad Malachiam sine hominis adiutorio. Qui assumens eum misit in cathedram, clero & populo collaudante. Hoc ita in pace factū est, quia nec illi ausi sunt Malachiaę uoluntati in aliquo obuiare, uidētes signū quod fecerat, nec ille parere dubitauit tā euidenti argumēto, factus securior de Domini uoluntate. Mulier quadā fluxū sanguinis patiebatur, & hęc nobilis, charissima Malachiaę, plus tamen ob morū, quā generis nobilitatem, quę ex toto deficiens (nimrum cum sanguine exhaustis uiribus) iam posita in extremis, misit ad Dei hominē, ut (qd supererat) animę subueniret, qui se iam nō esset uisurus in corpore. Audiens Malachias, moleste tulit qd mulier uirtutis foret, & uita eius fructuosa opere & exēplo. Et uidens se nō posse satis accurrere tempestiue, accito Malcho, quod iuuenis esset & expeditus (ipse est, cuius supra meminimus, frater Christiani abbatis) accelera inquit, ser illi tria pota hęc, super quę nomen Dni inuocauit. Confido in ipso, quod ubi ex eis gustauerit, non gustabit mortē priusquā nos uideat, etsi tardiuscule secuturos. Festinat Malchus secundum mandatum, & ueniens intrat ad morituram, alterum se exhibens puerū Helisai, nisi quod huius efficacior opera fuit. Iubet missam sibi à Malachia benedictionē accipere & gustare, si quo modo ualuerit. At illa exhilarata audito nomine Malachiaę, ut obedire possit, nutu signat paulisper se erigi uelle: nam uerbo non poterat. Erigitur, gustat, gustato cōfortata est, loquit, & gratias agit. Et immisit Dominus soporē in eā, & suauissimē requieuit in eo cuius usu diu caruerat, sicut & esu. Stetit interim sanguis, & post modicū expergefata sanam se reperit, nisi qd longa inedia & sanguinis minutione adhuc debilis erat. Si quominus, die sequenti desideratus Malachiaę aduentus aspectusq; perfecit. Habebat uir nobilis in uicinia Benchorensis monasterij, cuius uxor cū infirmaretur ad mortem, rogatus Malachias, ut

descenderet priusquā moreretur, infirmā uncturus oleo, descendit, & intrauit ad eam. Quo uisus exultat illa, spe animata salutis. Et cū pararet ungeri eā, uisum est omnib. differendū potius usq; mane. erat enim uespera. Acquisiuit Malachias & data benedictione super agrā, exiuit cum his qui secū erant. At uerō post modicū subito clamor factus est, plangētis & strepitus multus per totam domū, siquidē insonuit quod mortua esset. Accurrit Malachias tumultu audito, & secuti sunt eū discipuli eius. Et accedens ad lectū, ut certō comperit expirasse, consternatus est animo, sibi imputās quod fraudata gratia sacramenti obierit. Et eleuatis in cælū manibus, obsecro Domine (inquit) inlīpiēter egi: ego peccauit qui distuli, nō ista quę uoluit. Hęc dices cōtestatus est in audientia omnium, nullam se recepturum consolationem, nullam daturum requiem spiritui suo, nisi, quam tulerat, liceret restituere gratiam. Erstans super eam tota nocte laborabat in gemitu suo, & pro oleo sancto largo imbres lachrymarum perfundens, mortuā uicem illi unctionis quam poterat exhibebat. Ipse quidem sic. Ad suos autem, Vigilate, inquit, & orate. Itaq; in psalmis illi, ille in lachrymis, noctē duxere peruigilē. Et mane factō exaudiuit Dominus sanctum tuum: quia spiritus Domini erat postulans pro eo, qui postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus. Quid plura? Aperit oculos quę fuerat mortua, & ut solēt, qd de graui somno euigilant, fricans sibi manibus frontē & tempora, super lectum se erigit, & agnito Malachia inclīnans deuotē salutat eum. Et uerso luctu in gaudium, stupor apprehendit omnes, & qui uiderūt & qui audierunt. Sed & Malachias gratias agēs benedixit Dominum, & unxit eā nihilominus: sciens in hoc sacramento remitti peccata, & quod oratio fidei saluet infirmum. Post hęc abiit ille, & illa conualuit, & uiuens in columis tēpore aliquāto, ut gloria Domini manifestare in ea, per acta pœnitentiā quam sibi Malachias iniunxerat, in bona confessione iterū obdormiuit & mi grauit ad Dominum. Fuit item mulier cui spiritus iracundię & furoris in tantum dominaretur, ut non solum uicini & cognati fugerent consortium eius, sed filij quoq; ipsi uix sustinerent habitare cū ea. Clamor & rancor & tēpestat ualida, ubicunq; fuisset: audax, & ardens, & pręceps, metuenda lingua & manu, importabilis omnib. & inuisa. Dolentes filij tū pro illa, tū pro seipsis, trahūt illā ad pręsentiam Malachiaę, lachrymabile cū fletu querimoniā deponentes. Vir autē sanctus & periculū matris, & in commodū miserans filiorū, seorsum aduocat illā, fuerit ne cōfessa aliquando peccata sua, sollicitē percunctatur. Respondit, nequaquā. Confitere, inquit, Paret, & ille iniungens pœnitentiā confitenti, oransq; super eā ut Dominus omnipotens det ei spiritū mansuetudinis, in nomine domini Iesu, ne ultra irascat, iubet. Sequit tanta mansuetudo, ut pateat omnibus non esse aliud, quā admirabile mu-

rationem dextrae excelsi. Fertur adhuc hodie uiuere, & tantae esse patientiae & lenitatis, ut quae omnes exasperare solebat, nullis modo exasperari damnis, contumelijs, afflictionibus queat. Sicut & me iuxta apostolum abundare in sensu meo, accipiat quisque ut ualet, ego istud superiori suscitata miraculo mortuae cenae preferendum: quod exterior quidem sibi, hic uero interior reuixerit homo. Et nunc curramus ad reliqua. Vir secundum seculum honorabilis, secundum Deum timoratus, ueniens ad Malachiam, questus est super sterilitate animae suae, supplicans ut sibi obtineret ab omni potestate Deo gratiam lachrymarum. Et subridens Malachias quod gratum haberet in homine seculari desiderium spirituale, suam maxillam maxillae illius quasi blandiendo coniungens, fiat, inquit, tibi sicut petisti. Tantos exinde & penes continuos exitus aquarum deduxerunt oculi eius, ut illud scripturae ei posse aptari uideretur. Fons ortorum, puteus aquarum uiuentium. Est insula maris in Hybernia ab olim fecunda piscium, & mare ibi piscosum ualde. Peccatis (ut creditur) habitantium adempta copia solita, quae multos habebat filios infirmata est, & a tanta funditus sui commoditate emarcuit. Dolentibus accolis, & iactura grauem populis aegre ferentibus, reuelatum est cuiusdam mulieris, precibus Malachiae posse afferri remedium: idque innotuit omnibus ipsa prodente. Nutu Dei contigit adesse Malachiam. Dum enim circuiret & repleret Euangelio regionem, diuertit illuc, ut & ipsis eandem gratiam impartiret. At Barbari, quibus erat maior cura de piscibus, omni instantia flagitant, ut potius respicere dignetur super sterilitatem insulae suae. Qui cum responderet se minime ad hoc uenisse, hominum magis quam piscium desiderare capturam: uidens tamen fidem eorum, flexis in littore genibus, orauit ad Dominum, ut licet indignis, indultum olim beneficium tanta fide repentibus non negaret. Ascendit oratio, ascendit & piscium multitudo, & forte uberius, quam in diebus antiquis, & ipsa populo terrae perseverans usque in hodiernum diem. Quid mirum si oratio iusti quae penetrat caelos, penetrauit abyssos & de profundo maris tantas piscium copias euocauit? Venerunt aliquando tres episcopi in uillam Fochart, quae dicunt locum natiuitatis Brigidae uirginis, & quartus erat Malachias. Ad quem presbyter qui hospitio susceperat eos, quid faciam inquit, quod pisces non habeo? Quo respondente, ut quareret a piscatoribus, biennium est, ait, quod non inueniuntur pisces in flumine, unde & piscatores prorsus diffusi etiam arti suae renunciauerunt. Et ille: Praeceptum, inquit, laxari retia in nomine Domini. Factum est, & capti sunt salmones xij. Secundum miserunt, & captis totidem, inopinatum inserunt mensis & ferculum & miraculum. Et ut clare liqueat Malachiae meritis hoc datum fuisse, alijs quoque duobus sequentibus annis eadem nihilominus sterilitas perdurauit. Fuit quidam clericus in Lesmor, probabilis, ut fertur, uita, sed fidei

non ita. Is sciolus in oculis suis praesumpsit dicere, in Eucharistia esse tantummodo sacramentum & non rem sacramenti: id est, solam sanctificationem, & non corporis ueritatem. Super quo a Malachia secretum & saepe conuentus, sed in cassum: uocatus ad medium est, seorsum tamen a laicis, ut si fieri posset sanaretur, & non confunderetur. Itaque in conuentu clericorum data facultas homini est pro sua sententia respondendi: cumque totis ingenij uiribus (quo non mediocriter callebat asserere) & defendere conaretur errorem, Malachia contra disputante & conuincente, iudicio omnium superatus, de conuentu confusus quidem exiit, sed non correctus. Dicebat autem se non ratione uictum, sed episcopi praesum autoritate. Et tu, inquit, o Malachia, sine causa me hodie confundisti, aduersus profectio ueritatem locutus & contra tuam ipsius conscientiam. Morsus Malachias pro homine sic indurato, sed magis fidei dolens iniuriam, timens periculum, ecclesiam conuocat, errantem publice arguit, publice monet, ut respiciat. Suadentibus hoc ipsum episcopo & uniuerso clero, cui non acquiesceret, contumaci anathema dicunt, haereticum protestantes. Nec si cuiusmodi, omnes, inquit fauetis homini potius, quam ueritati. Ego personam non accipio, ut deferram ueritatem. Ad hoc uerbum subfesto machans sanctus, Dominus, inquit, fateri te ueritatem faciat uel ex necessitate. Quo respondente amen, soluitur conuentus. Tali ille inuitus cauterio, fugam meditatur, infamis atque in honoris fore non sustinens. Et continuo sua tollens exhibit, cum ecce subita correptus infirmitate sistit gradum, uiribusque deficiens eodem loco iactat se super solum, anhelus & fessus. Fortè incidens in id loci, uagabundus insanus offendit hominem, quidnam ibi agat, peruncatur. Respondeat, graui se infirmitate teneri, & neque procedere neque redire ualentem. Et ille: Infirmitas ista haud alia, inquit, quam ipsa mors est. Hoc autem non dixit a semetipso, sed pulchre Dominus per insanum corripuit eum, qui sanis acquiescere noluit consilij senatorum. Et addit: Reuerte domum, ego te iuuabo. Denique ipso duce reuertitur in ciuitatem, redit ad cor, & ad misericordiam Domini. Eadem hora accitur episcopus, agnoscitur ueritas, abicitur error, confessus reatum absoluitur, petit uaticum, datur reconciliatio, & uno penes momento perfidia ore abdicatur, & morte diluitur. Ita mirantibus cunctis, sub omni celeritate completus est sermo Malachiae & scripturae pariter dicentis, quia uexatio dat intellectum auditui. Inter populos quarundam regionum orta aliquando grauis discordia est. Interpellatur Malachias de componenda pace inter eos. Et cum esset alijs impeditus, iniungit negocium hoc uni episcopo. Illo excusante & negante & dicente, Malachiam non se quaesitum, se contemptum iri, frustra fatigari nolle, uade inquit, & Dominus erit tecum. Et ille: Acquiesco, sed si me non audierint, scito me

to me ad tuam paternitatem appellaturum. Subridens Malachias; fiat inquit. Tunc episcopus conuocatis partibus, dicitur formam pacis, acquiescunt, reconciliantur adinuicem, fide hinc inde data stabilitur pax, & sic dimisit eos. At pars una uidens hostes factos securos, imparatos esse (quippe qui pace facta mali nihil suspicarentur) loquebantur mutuo, & dicebat homo ad proximum suum. Quid uolumus facere? Victoria praemantibus est, & ultio de inimicis. Et coepere insequi illos. Innotuit episcopo quod fiebat, & accurrens conuenit duce eorum super iniquitate, & dolo, sed spretus ab illo est. Inuocauit nomen Malachiae aduersus eum, & nihil pendit. Irridensque episcopus, putas ne, inquit, propter te amittere debeamus malefactos nostros, quos Deus tradidit in manus nostras? Et recordatus uerbi sui episcopus, quod habuerat cum Malachia, flens & euulans uerso uultu ad monasterium eius, ubi es, ait, homo Dei, ubi es? Nonne hoc est pater mihi, quod tibi dicebam? Heu heu, ueni ut facerem bonum, & non malum: & ecce pro me omnes, illi in corpore, isti in anima pereunt. Multa in hunc modum loquebatur lamentans & plangens, & quasi praesentem sollicitans & compellens Malachiam aduersus malignantes. Interim uero impij cum quibus fecerant pacem, insequi non desistebant ad perdendum eos. Et ecce spiritus mendax in ore quorundam uiuorum, qui eos deciperet. Et occurrerunt illis in uia uiri nuntiantes factam irruptionem in terras ipsorum, ab aduersarijs in ore gladij consumi omnia, & diripi bona eorum, uxores quoque ac liberos tolli & abduci. His auditis, reuersi sunt festinanter. Sequebantur ultimi primos, quod irent, aut quid acciderit, nescientes. nec enim omnes audierant uiros loquentes. Cumque uenissent & inuenissent nihil horum quae nunciata erant, confusi sunt, deprehensi in malitia sua. Et cognouerunt spiritui erroris se traditos propter nuntium Malachiae, quae deceperunt, & nomen eius quod spreuerunt. Porro episcopus audiens frustratos proditores in iniquitate sua quam cogitauerant, cum gaudio remeauit ad Malachiam, referens omnia per ordinem quae acciderant sibi. Sciens Malachias eiusmodi occasione pacem esse turbatam, nactus opportunum tempus, pacem per semet inter ipsos denuo reformare curauit: & firmare reformatam, datis & receptis aliternis fidei & iuramento. Verum illi quibus ante pax fracta fuit, iniuriae memores, neglecto pacto & praeepto Malachiae, tractauerunt de uice reddenda. Et congregati omnes in unum ibant, ut imparatos praecoccuparent, redderentque in caput eorum malum quod sibi ipsi facere cogitassent. Et magno flumine quod intererat facillime transuadato, fluuiolo quae non procul ab illo offedere, retenti sunt. Neque enim iam fluuiolus, sed plane fluuius ingens apparuit, ubi que sui transire uolentibus transitu negans. Mirari omnes tantum nunc esse, tantillum antehac fuisse scientes, & loqui inter se: Vnde inundatio haec? Aer serenus est, imbres non sunt, nec proxi-

me fuisse meminimus. Et si multum pluisset, quis nostrum unquam haecenus meminit in quanta cumque illuuii ita intumuisse, ut operiret terram, facta & prata peruaderet? Dignus Dei est iste, & Dominus sepiet uias nostras propter sanctum suum Malachiam, cuius sumus prauaricati pactum, transgressi mandatum. Ita & hi in seculo negotio, ad suam aequam confusi repedauerunt. Diuulgatum est uerbum per uniuersam regionem, & benedicebant Deum, qui comprehendit sapientes in astutia sua, & confringens cornua peccatorum sublimauit cornu Christi sui. Aliquis de nobilibus infensus regi, reconciliatus est per manum Malachiae. Nec enim regi satis fidebat ille, ut pacem cum eo faceret, nisi mediante Malachia, aut quem rex aequereuereret. Nec immerito, ut post apparuit. Nam factum securum & minime iam cauentem sibi captum trusit in uincula, odio antiquo captus plus ipse. Requiritur homo a suis de manu mediatoris. (nec enim aliud amici expectare, quam mortem) Quid faceret Malachias? Non est quod possit, nisi ut recurat ad suum illud solitum unicumque refugium. Congregato exercitu forti nimis turba magna discipulorum suorum, adit hominem, requirit uinctum, negatur. Et Malachias: Iniquae inquit, agis contra Dominum, & contra me, & contra te ipsum, pactum prauaricans. Si distimulas tu, sed non ego. Credidit se homo fidei meae, si contingat mori, ego prodidi eum, ego reus sanguinis eius. Quid tibi uisum est me proditorem, te prauaricatorem constitueret? Noueris, me donec liberetur nihil gustaturum, sed neque istos. Sic locutus intrat ecclesiam. Deum omnipotentem suis suorumque anxijis gemitibus interpellat, ut iniuste additum dignetur eripere de manu prauaricatoris & iniqui. Et ea die cum nocte sequenti in ieiunio & oratione perstitit. Perlatum ad regem quid fieret, & magis inde induratum est cor eius, unde emolliri debuerat. Init fugam, ueritus homo carnalis, ne si propere remaneret, orationis non posset sustinere uirtutem. Quasi uero uel absconditum non inueniat, uel non perueniat ad remotum. Tu metas ponis miser orationibus sanctorum? Num est oratio tacta sagitta, ut fugias a facie arcus? Quo ibis a spiritu Dei, qui cam portat, & quod a facie eius fugies? Denique fugientem insequitur, inuenit latitantem: erisque caecus & non uidens, ut melius uideas & intelligas, quoniam durum est tibi contra stimulum calcitrare. Denique senti uel nunc, quia sagittae potentis acutae perueniunt ad te, quae etsi resisterunt a corde, quia saxum est, sed non ab oculis. Vtina per fenestras saltem oculorum perueniant usque ad cor, & uexatio det intellectu cecitatem. Cerneret erat Saulum denuo ad manus trahi, & duci ad Ananiam, ad ouem scilicet lupum, ut refunderet praedam. Refudit, & recepit uisum, quod Malachias usque adeo ouis esset, ut sit miserus & lupo. Diligenter ex his aduerte lector, cum quibus habitatio Malachiae, quales principes, & quales populi. Quomodo non & is frater fuit draconum, &

focius struthionum: Et ideo dedit ei Dominus uirtutem calcandi super serpentes & scorpiones, alligare reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Deinde audi quid ferebatur. Is cui Benchorensis monasterij celserrant possessiones, ingratus beneficio, extunc & deinceps insolentissimè semper se habuit aduersus eum & suos, in omnibus infestus ei, ubiq; insidians detrahensq; actibus eius. At non impune hoc. Erat illi unicus filius qui imitator patris, audens aliquid & ipse in Malachiam, eodem anno mortuus est. Mortuus autem sic. Visum est Malachiae debere construi in Benchor oratorium lapideum, instar illorum quae in alijs regionibus extructa conspexerat. Et cum coepisset iacere fundamenta, indigena quidem mirari sunt, quod in terra illa necdum eiusmodi aedificia inuenirentur. Verum ille nequam (sicut erat praesumptuosus & insolens) non modò miratus est, sed indignatus. Ex qua indignatione concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Et factus susurro in populis, nunc secretò detrahens, nunc blasphemare palam, notare leuitatem, nouitatem horrere, sumptus exaggerare. Istiusmodi uenentis sermonibus sollicitans & inducens multos ad prohibendum, sequimini me, inquit, & quod non nisi per nos fieri debet, contra nos fieri non sinamus. Itaque cum pluribus quibus suadere ualuit, descendit ad locum, repertum conuenit hominem Dei, primus ipse dux uerbi, qui erat principium mali. O bone uir, quid tibi uisum est nostris hanc inducere regionibus nouitate? Scoti sumus, non Galli. Quae nam leuitas haec? Quid opus erat opere tam superfluo, tam superbo? Vnde tibi pauperi & inopi sumptus ad perficiendum? Quis perfectum uidebit? Quid istud praesumptionis inchoare, quod non queas, non dico perficere, sed nec uidere perfectum? Quamquam amentis magis est, quam prudentis conari quod modum excedit, uincit uires, superat facultates. Cessa, cessa, desine à uesania hac. Alioquin nos non sinimus, non sustinemus. Hoc dixit, prodens quid uellet, non quid posset cõsiderans. Nam de quibus praesumebat & secũ adduxerat, uiso uiro mutati sunt, & iam non ibant cũ eo. Ad quem uir sanctus tota libertate utens, miser, inquit, opus quod inchoatum uides & inuides, sine dubio perficietur, perfectum uidebunt multi. Tu uerò quia nõ uis, nõ uidebis: & quod nõ uis, morieris: attendito tibi, ne in peccato tuo moriaris. Ita est, ille mortuus est, & opus completum est: sed ille non uidit, qui ut praefati sumus, anno eodem mortuus est. Interim pater, audito mox quid de filio uir sanctus praedixisset, sciens uerbum eius uiuum & efficax esse, interfecit, inquit, filium meum. Et instigante diabolo, tanto furore exarsit in illum, ut coram duce & maioribus Vlydiae, falsitatis & mendacij arguere non uereretur hominem, qui ueracissimus esset, ueritatis & discipulus & amator, & conuiciũ intulit, simiam appellans. Et Malachias quidẽ doctus

A non reddere maledictum pro maledicto, obmutuit, & nõ aperuit os suum, dum consisteret peccator aduersus eũ. Sed nõ Dominus oblitus sermonis sui quem dixerat, Mihi uindicta, & ego retribuam. Eadem die domũ reuersus homo luit linguae effrenis temeritatem, ipso ultore quo instigatore laxarat. Arreptũ in ignem projicit daemon, sed mox manibus assistentium extractus est: adustus tamen corporis parte, & mente captus. Et dũ insaniret, uocatus Malachias, uenit reperitq; maledicum spumantia ora torquentẽ, horrendis uocibus & motibus terrentẽ omnia, ac toto corpore agitatum uix posse teneri à pluribus, & orans pro inimico uir totius perfectionis exauditus est, sed ex parte. Nam illico quidẽ sancto orante, ille aperuit oculos, & sensum recepit. Relictus est autẽ ei spiritus Domini malus, qui eum colaphizet, ut discat non blasphemare. Credimus eum uiuere usq; adhuc, & usq; ad hec tempora luere peccatum grande, quod peccauit in sanctum: certis temporibus tamen ferunt naticum esse. Porro praedicta possessiones cum iam pro sui imbecillitate & inutilitate eas tenere non ualuit, in pace ad locum cuius extiterant redierunt. Nec renuit Malachias post multam de mum uexationem, pacis obtentu. Sed iam ad opus aedificij quod Malachias aggressus est, sermo recurrat. Et quidem non erat Malachiae, nõ dico unde perficeret, sed unde faceret quicquã. Erat autem cor eius fiduciam habens in Domino: Dominus uerò prouidit, ut et si non sperant in pecunia thesauris, pecunia non deesset. Quis enim alius fecit, ut thesaurus eo loci reponeret, repositus non reperiretur usque ad tempus & opus Malachiae? Inuenit Dei famulus in Dei marsupio, quod defuit suo. Meritò quidẽ. Quid enim iustus, quam ut cui pro Deo non erat pro priũ, cũ Deo iniret confortiũ, & marsupiuũ unũ esset amboruũ: Fidei deniq; homini totus mundus diuitiarum est. Et quid est ille, nisi quoddã marsupium Dei? Deniq; ait: Meus est orbis terrae, & plenitudo eius. Inde est quod Malachias repertos argenteos multos nõ reposuit, sed exposuit. Nam totum munus Dei in Deo opus iubet expendi. Non suas, non suorum considerat necessitates, sed iactat cogitatum suum in Domino, ad quem utiq; recurrendum non dubitat, quotiens necessitas postularit. Nec dubiũ Dei opus esse, quod Deo reuelante Malachias prauidit. Contulerat primũ cum fratribus de opere illo, & multi praenopia minus libenter assentiebant. Inde anxius dubiusq; quid ageret, coepit inter orandum uehementer inquirere quae nam foret uoluntas Dei. Et die quadam de uia regrediens, cum iã loco appropriaret, prospexit eminus, & ecce oratorium apparuit magnũ lapideũ & pulchrũ ualde. Et intuens diligenter sitũ formã & compositionẽ, cũ fiducia arripit opus, prius quidem indicata uisione senioribus fratribus, paucis tamen. Sanẽ totũ quod attentè nota uit de loco & modo, & qualitate, tanta diligentia obseruauit,

obseruauit, ut peracto opere factum uiso simillimum appareret, ac si & sibi cũ Moysè dictũ audierit. Vide ut omnia facias secundũ exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Eodem uisionis genere id quoq; quod in Saballino sitũ est, antequã fieret, praestensum est illi nõ modò oratoriuũ, sed & monasteriuũ totum. Transiente illo per quandã ciuitatẽ, & multitudinẽ magna concurrente ad eum, casu uidit iuuenẽ inter alios uidentem se curiosum. Ascenderat lapidẽ, et stans super summos articulos, extento collo, oculis & animo intendens in eum, quendam illi de nouo Zachaum exhibebat. Neclauit Malachia, sancto quidem spiritu reuelante, uerẽ illum uenisse in spiritu & uirtute Zachari. Dissimulauit tunc tamen, tacitusq; pertransiit. Ceterũ in hospitio nocte ipsa narrauit fratribus, quomodo illũ uidisset, & quid prauidisset de illo. Die autem tertia, en ille cum uiro quodam nobili domino suo, qui aperiẽs uotum & desiderium iuuenis, rogabat, ut à se commendatum recipere dignaretur, & habere de cetero inter suos. Et Malachias agnosceus eum: non est opus, inquit, ut quem iam Deus commendauit, homo cõmendet: apprehensumq; manu sua, tradidit abbati Congano nostro, & ille fratribus. Ipse uerò iuuenis (adhuc ni fallor uiuens) primus conuersus laicus Suriensis monasterij, testimonium habet ab omnibus, quod sancte conuersetur inter fratres secundum ordinẽ Cisterciensem. Et cognouerunt discipuli etiam in hoc Malachiam prophetiae spiritum habuisse: non solum autem, sed & in eo qd subiuncturi sumus. Cum sacramenta offerret, & appropriasset ei diaconus, facturus aliquid pro officio suo, intuitus eum sacerdos ingemuit, quod sensisset penes illum latere quod non cõueniret. Peracto sacrificio, secretò percussatus de conscientia sua, cõfessus est & non negauit, illulum sibi per somniũ nocte ipsa. Cui in iungens penitentia, nõ debueras, inquit, hodie ministrasse, sed uerecudẽ te subtrahere sacris, & deferre tantis tamq; diuinis mysterijs, ut hac humilitate purgatus, dignius exinde ministrares. Item alia uice sacrificante illo, & orante hora sacrificij, ea quidem sanctitate & puritate cordis qua solitus erat, astante diacono, uisa est columba intrare per fenestram in claritate magna. Ea sacerdos perfunditur totus, ea subobscurior basilica tota refulget. Columba uerò aliquãdiu circumuoluitans, tandẽ residet super crucẽ ante faciẽ sacerdotis. Obstupuit diaconus, & pauẽs tum p luminis, tũ pro uolucris nouitate, qd illa sit rara uis in terra: cecidit super faciẽ suã, & uix palpitanse sese erigere ausus est, uel quando officij sui necessitas postulauit. Post missam seorsum conuenit à Malachia, sub periculo uite subetur nulatenus secretum prodere quod uidisset, quoad uiueret ipse. Aliquando cum in Ardinacha esset cum quodam coepiscopo suo, de nocte surgẽs, coepit memorias sanctorum quae in coemeterio sancti Patricij multae sunt, orando lustrare: &

ecce unum de altaribus subito ardere conspicunt. Ambo enim uiderunt uisionem hanc magnam, & ambo mirati sunt. Et Malachias intelligens signũ esse magni meritũ illius, uel illorum quorum sub altari illo corpora quiescerent, currens & se medijs immergẽs flammis, expansis brachijs sacram amplexatus est aram. Quid ibi fecerit, quid ue fenserit, nemo qui sciat, sed quod amplius solito coelesti igne succensus ex illo igne exierit, fratrum qui cum eo tunc erant, reor neminem esse qui nesciat.

Haec dicta sunt pauca quidem de pluribus, sed multa pro tempore. Non enim signorum tẽpora haec, secundum illud: Signa non uidimus, iam non est propheta. Vnde satis apparet, Malachias meus quantus in meritis fuit, qui tam multus in signis extitit, & in raritate tanta. Quo enĩ antiquorum genere miraculorũ Malachias nõ claruit: Si bene aduertimus, pauca ipsa quae dicta sunt, non prophetia defuit illi, nõ reuelatio, non ultio impiorum, non gratia sanitarum, non mutatio mentium, non deniq; mortuorũ suscitatio. Per omnia benedictus Deus, qui sic amauit & ornauit eum, qui & magnificauit eum in conspectu regum, & dedit illi coronã gloriã. Amor probatur in meritis, ornatus in signis, magnificatio in ultione inimicorum, glorificatio in praemiorum retributione. Habes diligens lector, in Malachia quid mireris, habes & quid imiteris: nunc iam quid tibi ex his sperandum sit, studiosus attẽde. Nam finis horum, preciosa mors est.

Percunctatus aliquando quoniam in loco si optio detur, extremũ malit agere diem (de hoc siquidem fratres quarebant inter se, quem sibi quisq; deligeret) cunctatur & non respondet. Instantibus illis, si hinc migro, inquit, nusquam libentius, quam unde unã cũ nostro Apostolo resurgere possim. Dicebat autẽ sanctum Patriciũ. Si peregrinari oportet, & ita permittit Deus, Clarauellem delegi. Requiritus item de tempore, diem respondit solennem omnium defunctorum. Si simplex uotum putatur, impletum est: si prophetia, ne iota praeteritur. Sicut audiuimus, sic uidimus de loco pariter & de die. Dicamus breuiter quo ordine istud, quã ue occasione pro uenerit. Aegrè satis ferebat Hyberniam usq; adhuc pallio caruisse, utpote armulator sacramentorum, quorum ne uno quolibet gentem suam uellet omnino fraudari. Et recordatus sibi à papa Innocentio fuisse promissum, inde magis tristari, quod dũ adhuc ille superfuit, non fuit missum pro eo. Et haectus occasionem, quod papa Eugenius summã regiminis teneret, & eo temporis usq; in Franciam appropriasse nunciaret, oportunitatem requirendi se inuenisse grauisus est. Praesumebat autẽ de illo utiq; uiro tali, & de tali assumpto professione. Magis uerò quod sine Clareuallis specialis filius extitisset, nec timeret apud illum se ullam sustinere difficultatem. Itaq; conuocatur episcopi, concilium cogitur, tractata triduo quae temporari imminerent, die quarto

aperitur consilium de pallio requirendo. Placet, sed si per alium requiratur. Tamen quia breuior uia, & ob hoc tolerabilior peregrinatio uidere, non fuit qui eius obutare præsumeret consilio & uoluntati. Et Malachias soluto concilio, arripit iter. Prosequuntur eum qui conuenerant fratres usque ad litus, non multi tamen, ipso nimirum prohibente. Ad quem unus illorum Catholicus nomine, flebili uoce & fletu, heu tu abis, inquit, & in quanta poenae quotidiana uexatione me deseris, non ignoras, nec fers opem misertus mei. Si ego dignus qui patiar, fratres quid peccauerit, qui uix diem noctem ue ulla a tam laboriosa cura & custodia mei feriatam habere sinuntur? His uerbis & lachrymis filij (flebat enim) paternam uiscera concussa sunt, & amplexatus est eum blandiendo: impressoq; pectori eius signo crucis, certus esto, inquit, te eiusmodi nil passurum, donec redeam. Erat autem epilepticus, & cadebat frequenter, ita ut interdum non semel, sed saepius pateretur in die. Hoc iam per sex annos morbo horrido laborabat, sed ad uerbum Malachiae perfectè conualuit. Ab illa hora nil tale perpeffus est, nil tale, ut confidimus, deinceps perpeffurus: quia Malachias deinceps rediturus non est. In ipso ascensu nauis, accedunt duo ex his qui illi familiaris adhærebant, audentes & petentes aliquid ab eo. Quibus ille: Quid uultis? Non dicimus inquit, nisi spondeas te daturum. Spondet. Et illi: Volumus nobis certò pomitti a tua dignatione, te in Hyberniam incolumem reuerfurum. Instare & ceteri omnes. Tum ille parumper deliberans, poenitere primò quòd se alligasset, quã exiret non inueniens. Angustia undiq; dum nil occurreret ab alterutro tutum periculo, uoti uidelicet, an promissi. Visum est tandem id potius eligendum, quod in præsentiarum plus urgeret, reliquum supernae committendum dispositioni. Annuit tristis quidem, sed magis illos noluit contristare: & respondens eis, ut uolunt, ascendit nauem. Et cum iam ferè medium iter a quoreu peregissent, subito contrarius uentus nauem repellit, & reducit in terram Hyberniam. Descendens de nauis in ipso portu, in quadam sua ecclesia pernoctauit. Et lætus gratias egit diuinæ consilio prouidentiae, quo factum est, ut iam fecerit satis pro sua promissione. Mane uerò intrans nauem, ipsa die prospero cursu transfreta uit, & uenit in Scotiam. Die tertia peruenit ad locum, qui Viride stagnū dicitur, quẽ fecerat præparari, ut ibi statueret abbatiam. Et relicto illic de filiis suis fratribus nostris, monachorum conuentu & abbate (nam secum ad hoc ipsum eos adduxerat) ualedicēs eis, profectus est. Et cum transfret, occurrit ei rex Dauid, a quo receptus cum gaudio, & retentus per aliquot dies, multaq; operatus placita Deo, inchoatū repetit iter.

Et pertransiens Scotiam, in ipso introitu Angliæ, diuertit ad ecclesiam Gilsburnensem, ubi habitant uiri religiosi, canonicam ducentes uitam, ab antiquo familiares ei pro sua religiofitate &

honestate. Ibi adducta est ad eum mulier patiens morbum, quem cancrum uulgò appellant, ipso horrendum uisu: & sanauit eam. Nam ubi aqua cui benedixit, aspersa sunt ulceri loca, dolorem non sensit. Die uerò sequenti uix ulcera apparebant. Abiens inde ad mare uenit, sed negatur transitus. Causa, ni fallor, fuit orta similtas quadam inter summum pontificem & regem Angliæ, quòd rex, nescio quid mali suspicaretur de bono illo homine si transfret. Nam neq; alios episcopos transire sinebat. Quod quidem impedimentum, etsi fuit contrariū Malachiae uoluntati, sed non uoto. Dolebat differri a desiderio suo, nesciens magis per hoc impletū iri. Nam si incontinenti transfret, oportebat transire etiam Claram uallem, ut summum pontificem sequeretur. Iam enim abierat, & erat Romæ, aut prope Romam. Nunc uerò intercedente dilatione, factum est ut tardius transfretans, ad locū & horam sanctissimi sui obitus opportunè occurreret.

Qui a nobis susceptus est tanq; uerus ab occidente ueniēs, uisitās nos oriens ex alto. O quantum nostrae Clareualli irradians sol ille, claritatis adauxit, q; iucundus ad eius introitū dies festus illuxit nobis: Hæc dies quã fecit Dñs, exultatū & lætatū in ea. Quam celer & saliens tremulus ac debilis mox ipse occurri, quam lætus in oscula rui, q; lætis brachijs missam cœlitus mihi amplexatus sum gratiam: Quam alacri uultu & animo mi pater, introduxi te in domū matris meæ, & in cubiculū genetricis meæ? Quam festiuos deinde tecum duxi dies, sed paucos. Quid uerò ille uicissim nobis: Nempe hilarem, nempe affabilem peregrinus noster omnibus præbebat, omnibus incredibiliter gratum. Quam bonum & quam iucundum agebat hospitem, apud eos quos nimirum uidere uenerat a finibus terre, nõ auditurus Salomonem, sed exhibiturus. Deniq; audiuius sapientiam eius, tenuimus præsentiam eius & tenemus. Iam quatuor aut quinque dies huius nostrae solennitatis defluerant, cum ecce die solenni beati Lucae euangelistae missa in conuentu sua illa sancta deuotione celebrata, febre correptus, lecto decubuit, & nos cū illo omnes.

Extrema gaudij nostri mœror occupat, moderatior tamen, quòd leuior interim febris esse uideretur. Videres discurrere fratres, dandi audios, uel accipiendi. Cui non dulce uidere illum? cui non dulcius ministrare illi: Vtrumq; suaue, utrumque salutare. Et humanitatis erat præbere obsequium, & profectus cuiq; sui, cum gratia reportaret. Assistere omnes, omnes solliciti erant circa frequens ministerium, medicamenta perquirere, adhibere fomenta, urgere saepius ad gustandum. Ad quos ille, sine causa, inquit, hæc: sed charitate uestri facio quicquid iniungitis. Sciebat enim imminere tempus suae migrationis. Cumq; fratres qui cum eo uenerat, fidentius instarent, dicētes nõ oportere diffidere de uita: nec enim signa mortis in eo aliqua apparerent, oportet, inquit, hoc anno Malachiam exire de corpore. Et in-

Et infert: Ecce appropinquat dies, quẽ (ut optime nostis) optaui semper ipsum fore diem resolutionis meae. Scio cui credidi, & certus sum, nõ fraudabor reliquo desiderio mei qui partem iam teneo. Qui me sua misericordia perduxit ad locum quem peti, terminum quem æquẽ uolui, non negabit. Quod ad hoc corpusculū attinet, hic requies mea: quod ad animam, Dominus prouidebit, qui saluos facit sperantes in se. Nec paruum spei repositum mihi in die illa, qua mortuis tanta a uiuis beneficia impenduntur. Nec longè aberat dies ipsa, cum talia loqueretur. Interea iubet se sacro oleo ungi. Exeunte conuentu fratrum, ut solenniter fieret, non sustinuit ut ad se ascenderent, ipse descendit ad eos. Iacebat siquidem in solario, domo superiori. Vugitur, & sumpto uiatico, fratrum se orationibus, & fratres cõmendans Deo, ad lectum reuertitur. Alto de folio descendebat pedibus suis, & rursum nihilominus suis pedibus ascendebat, & dicebat mortem esse in sanis. Quis hunc hominem crederet moriturum? Solus ipse & Deus id scire poterant. Non uultus pallidior, non macilentior uidebatur, non rugata frons, non reconditi oculi, non nares extenuatae, non contracta labia, non adusti dentes, non collum exesum & gracile, non curui humeri, non caro exinanita in corpore reliquo. Hæc erat gratia corporis eius, & hæc gloria uultus eius, quæ non euacuatur ne in morte quidem. Talis quoad uixit, talis & mortuus apparebat, uiuenti similior. Cucurrimus usq; huc, sed modò heremus: quia Malachias cursum consummauit. Stat ille, & nos pariter stamus cum eo, alioquin quis libetẽr currat ad mortem? Præsertim tuam pater sancte, quis referre possit, quis uelit audire: Attamen dileximus nos in uita, in morte non separabimur. Fratres, nõ relinquamus in morte, quem in uita profecuti sumus. Ab ulteriori Scotia usq; huc cucurrit ille ad mortem, eam us & nos & moriamur cū eo. Oportet dicere quã cernere necesse fuit. Adest omnium sanctorū clara ubiq; celebritas: sed iuxta ueterem sententiam, Musica in lectu importuna narratio est. Adsumus, canimus uel inuiti. Flendo cantamus, & cantando flemus. Malachias etsi nõ cantat, nõ plorat tamẽ. Quid em̃ ploret, qui nõ appropinquat ad gaudium? Nobis qui relinquimur, relinquitur luctus, solus Malachias festum facit. Quod enim nõ potest corpore, facit mente, sicut scriptum est. Cogitatio hominis confitebit tibi, & reliquit cogitationis diem festum agent tibi. Deficiente illi corporis instrumento, silente organo oris, officio uocis cessante, reliquum est ut mentis iubilo solennizet. Quidni solennizet sanctis, qui sanctorū ducit ad solennitatem? Exhibet illis quod mox sibi debetur. Adhuc modicum, & ipse unus ex ipsis est. Sub noctis crepusculo cū iã utiq; diei a nobis expleta celebritas foret, Malachias appropinquauerat nõ crepusculo, sed auroræ. An non illi aurora, cui nox præcessit, dies autem appropin-

quauit? Itaq; febre inualecente, cœpit ex intemis ardens per omne corpus erumpere sudor, ut quodammodo transiens per ignem & aquam, educeretur in refrigeriū. Iam desperatur de uita eius, iam quisq; suum iudicium reprehendit, iam nulli dubium Malachiae sententiam præualere. Vocamur, adsumus, & ille oculos leuans in circumstantes, desiderio desiderauit, inquit, hoc pascha manducare apud uos. Gratias ago supernae pietati, non sum fraudatus a desiderio meo. Vides hominem securum in morte, & necdum mortuum, iam certum de uita. Nec mirum. Videns adeste noctem quam expectauerat, & in ipsa die scire sibi, quasi de nocte triumphans, uidetur in sultare tenebris, & quodammodo loqui. Iam nõ dicã, forsitan tenebrae cõculcabunt me: quia hæc nox illuminatio mea in delicijs meis. Et blandè nos cõsolās, Habete, inquit, curam mei, ego uestri si licuerit, non obliuiscar. Licebit autẽ. Credidi in Deum, & omnia possibilia credenti. Amati Deum, amauit uos, sic charitas nunquam excidit. Et suspiciens in cœlum, Deus (inquit) serua eos in nomine tuo. Non solum autem eos, sed & omnes qui per uerbum ac ministeriū meū tuo se mancipauere seruitio. Deinde imponens manus singulis & benedicens omnibus, pausat ire iubet, quia nondū uenerat hora eius. Imus, redimus circa mediū noctis, nam ea hora lux lucere in tenebris nunciã. Implet domus, adest congregatio tota, abbates quoq; multi qui cõuenerant. Psalmis & hymnis & canticis spiritalibus prosequimur amicū repatriantem. Anno ætatis sue quinquagesimo quarto, loco & tempore, quo prælegit & prædixit, Malachias episcopus & legatus sanctae apostolicæ sedis, uelut e manibus nostris assumptus ab angelis, feliciter obdormiuit in Dño. Et uerè obdormiuit. Vultus placidus, placidi exitus indicium fuit. Et quidem omnium oculi fixi in eū, nemo tamen qui eum, quando exiuit, aduertere potuisset. Mortuus uiuere, & uiuēs mortuus putabat, adeo nil intercidit quod alterutrum disterneret. Eadem uiuacitas uultus, serenitas eadẽ, qualis apparere solet in dormiente. Diceres mortem nil horū tulisse, magis auxiliisse plurimum. Non est mutatus, sed ipse mutauit omnes. Mirum in modum luctus & gemitus omnium subito conquiescit, mutatur in gaudium mœror, planctū cantus excludit. Effertur, feruntur in cœlū uoces, infertur oratorio abbatū humeris. Vicit fides, triumphat affectus, res in suum deuenit statum: cuncta geruntur ex ordine, cuncta ex ratione procedunt.

Et reuera quid rationis habet immoderatus plangere Malachiam, quasi non sit preciosa mors eius, quasi non sit magis somnus quam mors, quasi non sit mortis portus, & porta uitæ? Malachias amicus noster dormit, & ego lugeam: Luctus iste uisus, non ratione tuetur. Si Dominus dedit dilecto suo somnum, & talem somnū, in quo hæreditas Domini, filij merces, fructus uentris, quid horū uidetur fletum indicere? Egone

fleam illum qui fletum euasit? Ille tripudiat, ille triumphat: ille introductus est in gaudium Domini sui, & ego eum plangam? Cupio mihi hæc, non illi inuideo. Interim parantur exequiæ, offertur pro eo sacrificiū, consummantur ex more omnia cum summa deuotione. Stabat eminus puer, cui emortuū pedebat à latere brachiū, magis illi impedimento quæ usui. Quo cōperto, innuit ut accederet. Et apprehensam aridā manū applicauit ad manū episcopi, & uiuificauit eā. Nēpe uiuebat in mortuo gratia sanitarum, & manus eius fuit mortuæ manū quod mortuo homini Helisæus. Puer ille de longē uenerat, & manū quæ pendente attulerat, sanā in patriā reportauit. Iā omnibus ritibus peractis in ipso oratorio sanctæ Dei genitricis Mariæ, in quo sibi bene cōplacuit, Malachias tradit sepulturæ, anno ab incarnatione Domini, Millesimo centesimo quadragésimo octauo, quarto nonas Nouēbris. Tuū est Iesū bone depositū, quod non bis creditū est, tuus thesaurus reconditur penes nos. Seruamus illū resignandū in tēpore, quo repositendū censueris, tantū ut absque conturbationibus suis non egrediatur: sed quæ habuimus hospitiæ, habeamus ducem tecum, & cum ipso patiter regnaturi in secula seculorum: Amen.

Sermo sancti Bernardi abbatis in festiuitate sancti Malachie, qui legitur pro octo primis lectiōnibus eiusdem festiuitatis.

Liquet dilectissimi, quod dum corpore retinemur, peregrinamur à Domino, ac per hoc luctum magis, quam gaudium miserandum nobis indicit exilium, & conscientia delictorum. Quia tamen apostolico ore gaudere cum gaudentibus admonemur, in omnem nos suscitari lætitiā tempus & causa requirit. Nam si uerè (quod propheta sensit) exultent iusti in conspectu Dei, exultat sine dubio Malachias, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus. In sanctitate & iustitia coram ipso ministravit, placuit ministerium, placuit & minister. Quid nō placuerit? Posuit sine sumptu Euangelium, repleuit Euangelio patriam, suorum maximè feralem edomuit barbariem Hybernorum, leui iugo Christi in gladio spiritus exteras subdidit nationes, usque ad extrema terræ restituens hereditatem suam illi. O ministeriū fructuosum, o ministerium fidelè. Nunquid non per ipsum filio est paterna adimpleta promissio: Nunquid nō hūc olim intuebatur pater, cum ad filiū loqueretur: Dabo tibi gentes hereditatē tuam, & possessionem tuam terminos terræ: Quam libens Saluator recipiebat quod emerat, & emerat precio sanguinis sui, in ignominia crucis, horrore passiois? Quam libens de manibus Malachie, pro eo quod gratis ministraret. Ergo in ministro quidem gratum erat munus gratuitum, in ministerio autem placita conuersio peccatorū. Grata, in quā, & placita in ministerio simplicitas oculi, in ministerio autē salus populi. Quanquā etsi ministerij quiddē minor efficientia sequeretur, nihilominus tamē ad Malachiam & ad opera eius ille meritō respexisset,

A cui amica puritas, cui familiaris simplicitas, cuius iustitia est de intentione pensare opus, & de oculi qualitate totius æstimare corporis statum. Nunc uerò magna opera Domini exquisita in omnes uoluntates & studia Malachie magna, et multa & bona ualde, etsi pro bona casta intentionis origine meliora. Quod opus pietatis præterijt Malachiam? Pauper sibi, sed diues pauperibus. erat. Pater orphanorū, maritus uiduarum, patronus extitit oppressorū. Hilaris dator, petitor rarus, acceptor uerecundus. Pacis reformandæ inter discordantes fuit illi cura maxima & efficacia multa. Quis æquè pius ad compatiendū, ad subueniendū promptus, ad corripiendū liber? Nā & zelās erat, nec deerat scientia zeli ipsius moderatrix. Et quidem infirmus infirmis, sed nihilominus potentibus potens: superbis resistebat, tyrannos uerberabat, regum magister ac principum. Ipse est qui regi orando uilium & malignā tū tulit, & humiliato restituit. Ipse est qui pacis quæ fecerat, uiolatore spiritui erroris traditos frustra tus est in malo, quod facere cogitabāt, ac denuo coegit ad pacē, confusos quidem ac stupefactos in eo quod sibi contigerat. Ipse enim est, cui aduersus alios pacti equè per uariatores riuus officiosissimè affuit, miro modo obiectu sui euacuans molimina impiorum. Imbres non erant, nō illuuias aquarum, non concursus nubium, nō liquefactio niuium, cum subito factus est in fluuiū magnū, qui riuulus erat: & riuus ibat & intumescerebat inundans, & negans omnino transitum uolentibus malignari. Quanta audiuius & cognouimus ea de zelo uiri, & ultione inimicorū, cum tamen esset suauis & mitis, & multæ misericordie omnibus necessitatem patientibus. Qui quasi unus omnium parens, uiuebat omnibus: quasi gallina pullos suos, sic fouebat omnes, & in uelamento alarum suarum protegebat. Non sexus, non ætas, & non conditio discernebatur aut persona, deerat nemini, expanso omnibus gremio pietatis. De quacumque tribulatione clamaretur ad eum, propria reputabat: nisi quod in sua patiens, in aliena compatiens erat, plerumque & impatiens. Nonnunquam, siquidē repletus zelo, pro alijs in alios mouebatur, ut eripiens inopes, & reprimens fortes, consuleret proinde omnibus in salutem. Itaque irascebatur, sed ne irascendo peccaret, iuxta illud de psalmo: Irascimini, & nolite peccare. Non ira illi, sed ipse animo dominabatur. Erat suimet potis. Sane uictor sui, ira suerari non poterat, ira eius in manu eius. Vocata ueniebat, exiens non erumpens, nutu nō impetu ferebatur. Non urebatur illa, sed utebatur. Magna illi tam in hoc, quam in cunctis utriusque hominis sui motibus regendis uel cohibendis censuræ diligentia, & circumspectio multa. Non enim ita omnibus intendebat, ut se solum exponeret, solum curæ exciperet generali. Erat & sui sollicitus, seipsum custodiebat. Ita denique totus suus, & totus omnium erat, ut nec charitas à custodia sui, nec proprietatis ab utilitate communi

communi eum impedire uel retardare in aliquo uideretur. Si uideres hominē medijs immeritum turbis & implicitum curis, diceres patriæ natū, non sibi. Si uideres hominem solum, & secum habitantem, putares solū uiuere Deo & sibi. Sine turbatione uersabatur in turbis, sine ocio tēpus quod ocio dederat, transigebat. Quomodo ociosus, quando exercebatur in iustificationibus Domini? Nam etsi habebat tempus liberū à necessitatibus plebium, non tamen à sanctis meditationibus feriatum, non orandi studio, non ipso ocio contemplantū. Sermo illi in tempore ocij aut serius, aut nullus. Aspectus eius aut officiosus, aut demissus, & cohibitus intra se. Nempe (quod non mediocri laudi inter sapientes ducitur) oculus eius in capite eius, nusquam auolans, nisi cum uirtuti paruisset. Ritus aut indicās charitatis, aut prouocans: rarus tamen & ipse. Equidem interdum educus, excussus nunquā: qui ita nunciaret cordis lætitiā, ut ori gratiam non minueret, sed auget. Tam modestus, ut leuitatis non posset esse suspectus, tantillus tamen, ut hilarem uultum ab omni tristitia neuo uel nubilo uendicare sufficeret. O munus perfectum, o holocaustum pingue, o obsequium gratū mente & manu. Quam bonus odor Deo in orationibus ocioso, quam bonus hominibus in sudoribus occupati. Pro huiusmodi ergo dilectus à Deo & hominibus non immeritō hodie Malachias in consortium angelorum recipitur, re adeptus quod nomine dicebatur. Et quidem ante angelus erat, non minus puritate, quam nomine: sed nunc felicius gloriosus in eo interpretatio nominis adimpletur, quando pari cum angelis gloria & felicitate lætatur. Congratulemur itaque fratres, congratulemur, ut dignum est, patri nostro: quia & piū est defunctum plangere Malachiam, & piū magis Malachie congaudere uiuenti. Nunquid non uiuit? Erat beatè. Nimirum uisus est oculis insipientium mori, ille autem est in pace. Denique iam conciuis sanctorū, & domesticus Dei pallit pariter & agit gratias, dicens: Transiimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Transiuit planè uiriliter, & feliciter pertransiuit. Verus Hebræus Pascha celebravit in spiritu, & nobis transiens loquebatur: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare apud uos. Transiui per ignem & aquam, quæ nec tristitia frangere, nec detinere molia potuerunt. Lætetur quod angelus noster ascendit ad ciues suos, pro filijs captiuitatis legatione fungens, corda nobis concilians beatorū, uota illis intimans miserorum. Lætetur in quā, & exultemus, quia celestis illa curia ex nobis habet, cui sit cura nostri, qui suis nos protegat meritis, quos informauit exēplis, miraculis confirmauit. Sanctus pontifex, qui in spiritu humilitatis hostias pacificas coelis frequenter inuexerat, hodie per semetipsum introiuit ad altare Dei, ipse hostia & sacerdos. Migrante sacerdote, sacrificij ritus in melius mutatus est, fons la-

A chrymarum siccatus est, holocaustū omne conditur in lætitiā & exultatione. Benedictus Dominus Deus Malachie, qui tanti proficis ministerio uisitauit plebem suam, & nunc assumpro eo in sanctam ciuitatem tantę recordatione suauitatis nostram non desinit consolari captiuitatem. Exultet in Domino spiritus Malachie, quæ leuatus pondere corporeæ molis, nulla iam feculenta uel terrena materia prægrauatur, quominus tota alacritate ac uiuacitate corpoream omnem & incorpoream transiens creaturam, pergat totus in Deum, & adhærens illi, unus sit cum eo spiritus in æternum. Domum istam decet sanctitudo, in qua tantę frequentatur memoria sanctitatis. Sancte Malachia, serua eā in sanctitate et iustitia, miseris nostri, qui inter tot & tantas miserias memoriam abundantie suauitatis tuæ eruclamus. Magna est super te diuinæ dispensatio pietatis, qui te paruum fecit in oculis tuis: magnum in suis, qui magna fecit per te, saluans patriam tuam: magna fecit tibi, introducens te in gloriam suam. Festiuitas tua quæ merito tuis uirtutibus uotiuā impenditur, tuis nobis efficiatur meritis & precibus salutaris. Gloria sanctitatis tuæ, quæ à nobis frequentatur, cōtinuatur ab angelis: sic erit nobis dignè iucunda, si fuerit & fructuosa. Liceat nobis aliquas te migrante retinere reliquias de fructibus spiritus, quibus onustus ascendis, qui in tuo hodie tam delicioso conuiuio congregamur. Esto nobis quæsumus Malachia sancte alter Moyses, uel alter Helias, impartiens & tu de tuo spiritu nobis: ipsorum siquidem in spiritu & uirtute uenisti. Vita tua lex uitæ & disciplinæ, mors tua mortis portus, & porta uitæ: memoria tua dulcedo suauitatis & gratiæ, præsentia tua corona gloriæ in manu Domini Dei tui. O oliua fructifera in domo Dei, o oleum lætitiæ, unguens & lucens, fouens beneficijs, coruscans miraculis, fac nos eius qua frueris lucis suauitatisque participes. O odoriferum liliū in æternū ante Dominū germinans & florens, & spargens ubique uiuificū suauitatis odorem, cuius apud nos memoria in benedictione est, apud superiores præsentia in honore: da canentibus te, tantæ plenitudinis participio nō fraudari. O luminare magnum, & lux in tenebris lucens, signorum radijs & meritorum illuminans carcerem, lætificans ciuitatem, fuga de cordibus nostris uirtutū splendoribus tenebras uitiorum. O stella matutina, eo cæteris clarior, quo Dei uicinior: similior soli, dignare prætere nos bis, ut & nos in lumine ambulemus, quasi filij lucis, & non filij tenebrarum. O aurora diescens super terram, sed superiores coeli plagas lux meridiana perlustrans, recipe nos in consortio luminis, quo illuminatus & late foris lucet, & intus suauiter ardes, præstare Domino nostro Iesū Christo, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum: Amen.

Adle-

AD LECTOREM, DE ADIECTA A huic Operi, diui Bernardi uita, Praefatio.

Mouere fortassis nonnullos poterit, cur diui Bernardi uita non a se utiq; composita sui ipsius addiderimus operibus, praefertim cum id modo cuiq; tribuendum ueniat, quod ipse consecerit. Veruntamen quia (Gregorio teste) in ore eius dulcis est scriptura cuius uita uiscera mandatis illius replentur, eique suavis est ad loquendum, cui interius impressa ad uiuendum fuerit: accommodatissimum igitur satisq; congruum uisum fuit, huic operum suorum recollectioni, etiam eius gesta moresq; ac uitam apponere, quo deuotionis, mansuetudinis, charitatis et humilitatis notitia ad eadem scripta libentius perlegenda, amplectenda, animoq; tenacius imprimenda, studiosorum alliciat affectus. Perge itaq; pie lector, et eiusdem uita annotator sedulus, ac pius imitator precor existas.

PRAEFATIO DOMINI

GVLIELMI ABBATIS, IN uita tam sancti Bernardi, primi Clareuallis Abbatis.



Scripturus uitam serui tui, ad honorem nominis tui prout tu dederis Domine Deus ipsius, per quem ecclesiam temporis nostri in antiquum apostolicae gratiae & uirtutis decus uoluit restorare, cum in uoco adiutorem, quem iam olim habeo in centorem amorem tuum. Quis enim de amore tuo quantumcunque spiraculum uitae habens, & uidens testimonium gloriae & honoris tui tam praeclearum & tam fidele mundo in solitum effuluisse, non det operam quantumcunque potuerit, ne lumen a te accensum, tuorum quempiam lateat: sed quantum humano fieri stylo potest, (quod melius ipse tamen per uirtute operum facis) manifestatum & exaltatum luceat omnibus qui sunt in domo tua: In quo cum ego iam olim uellem qualecunque ministerium agere uicis meae, seu timore seu uerecundia prohibitus tum usq; adhuc: modo quidem supra me iudicans esse dignitatem materiae, & dignioribus opificibus reseruandam, modo etiam post obitum eius quasi superuicturus ei, melius hoc & competentius deliberans acutandum, cum iam homo non grauaretur laudibus suis, & tutius id fieret a conturbatione hominum, & contradictione linguarum. At ille uigens & ualens quanto infirmior corpore, tanto fortior sit & potens, non cessans agere digna memoria, & magna maioribus semper accumulans, quae ipso tacente scriptorem requirant. Ego uero iam delibor urgentibus infirmitatibus corporis mortis huius, & meis omnibus incipientibus habere responsum uicinae mortis: sentio instare tempus resolutionis meae, plurimumq; timeo ne sero me peniteat tandiu distulisse, quod priusquam peressuam, uelim omnimodis peregisse. Sed & me fratrum quorundam pia beneuolentia plurimum ad hoc impellit & cohortatur, qui cum uiro Dei iugiter assistant, omnia eius nouerunt, ingerentes quaedam diligenti inquisitione uestigata, plura etiam quibus cum fierent, ipsi inter fuerunt, & uiderunt & audierunt. Qui cum multa suggerant & praecleara quae per seruum suum Deus ipsis praesentibus operatur, & nota eorum religio & schola magisterij ab omni me liberet suspitione falsi: adhuc etiam ad testimonium sibi assistentium probabilitatem ueritatis, episcoporum, clericorum & monachorum, quibus fidem non habere nulli fidelium licet. Quanquam id superfluo dixerim, cum totus ea non uerit mundus, & uirtutes eius narret omnis ecclesia sanctorum. Quapropter attendens diuinae laudis mirificam materiam omnibus se offerentem, neminem uero suscipientem, dissimulantibus eis qui melius hoc ac dignius poterant: suscepi in ea agere ipse quae potero, non uanitate praesumentis, sed fiducia di-

ligentis. Nec tamen ipsa quae scribo, quasi accuratius digerenda, sed saltem in unum congerenda & reponenda iute pie nec edenda ipso uiuente, sicut nec scribuntur ipso iente. Confido autem in Domino, quoniam post nos & post ipsius consummationem exurgent qui melius ac dignius perficient, quod nos conari lumus, & dignam digna uentent electione materiam: sed & potuerunt preciorum in conspectu Domini mortem eius uita simili continuare scribendo, ac de morte uita, de uita morte commendare. Iam ergo adiuuante Domino, propositu aggrediamur.

FINIS.

TABVLA CAPITVLORVM libri primi.

- DE laudibus, et patria, et parentibus sancti Bernardi, et bonis operibus matris eius educantis filios Deo, et de consilio diuino oraculo super filio suo tertio Bernardo. Caput 1. Quod adhuc puerulus adignatus sit curari maleficis carminibus, et de apparente sibi Domino ipsa hora qua natus est, et quomodo eruditus sit in lege diuina, et de morte matris eius. Cap. 2. Quomodo libidinem extinxerit, et mulierem a se repulerit a mator uirginitatis. Cap. 3. De conuersione illius et sociorum eius, et apparente matre, et praenuntio uulnere fratri Gerardo, et pluuia orando adducta, et iterum subtrahita, et quid reuelatum sit de non perseveraturis. Cap. 4. Quo anno incarnationis, et Cisterciensis ordinis, et suae aetatis ingressus sit Cistercium cum socijs 30. Cap. 5. De mira parsimonia, et communi conuersatione, et de assiduitate illius in oratione. Cap. 6. Quomodo in aqua et pane ex hordeo, et milio, et uicijs confecto, et cibis ex solijs sagi confectis, coepit et enutrita creuit Clarauallis, et de multitudine de montibus descendente, et necessarijs orando impetratis, et angelica auctoritate, et puritate per puerum illi diuinitus concessis, et conuersione sororis eius. Cap. 7. De consecratione uiri Dei, et tugurio illius, et sagimine pro butyro ab eo sepius comesto, et oleo pro aqua bibito, et celestibus choris, ubi nunc est Clarauallis, ab eo bis diuinitus uisus, et pane fursureo terreoq; et auris fratrum laboribus, et monachis farina uisitantibus. Cap. 8. De magisterio et charitate illius, et cilicio occulto et debilitate corporis, et corrupto stomacho, et innumerabilibus bonis a Deo per illu hominibus concessis, et signis, et prodigijs, et uirtutibus. Cap. 9. Quomodo iostertum et alium paruulum sanauit, et de iuuenulo a fistula sanato signo crucis. Cap. 10. Quod multi fratrum post mortem apparebat ei, indicantes quomodo se haberent bene, an male. Cap. 11. De epistola in codice epistolarum ob miraculum prima, et de fratre contra ueritatem communiante et muscis excommunicatis, et puero per osculum sanato, et claudo erepto, et militibus propinatis, et conuersis, et puero ualitero. Cap. 12. De altercatione sancti Bernardi et diaboli, et quomodo beata Dei genitrix contrectando sanauit illum, comitantibus sancto Laurentio, et sancto Benedicto, et de abbate Gulielmo ab ipsa morte reuocato. Cap. 13. Quomodo uallis prius Absinthialis, nunc Clarauallis, et ultra Alpes, et maria deserta repleuerit, et quod absens uidebat sanctus, quae corrigenda alijs mandabat, et quod oranti multa reuelabantur, et de Stephano de Vitrejo non perseveraturo, et equo orando reducto, et demone expulso, et de mirabili somno, et mirabili potestate supra omnem uirtutem diaboli sancto Bernardo a Deo concessa, et rescripto Burgardi abbatis Balerne, et postea Belenallis.

VITA

VITA S. BERNARDI ABBATIS.

Capitulum primum.

Bernardus Burgundiae partibus Fontanis oppido patris sui oriundus fuit, parentibus claris secundum dignitatem seculi, sed dignioribus ac nobilioribus secundum Christianae religionis pietatem. Pater eius Tecelinus, uir antiquae & legitimae militiae fuit, cultor Dei, iustitiae tenax. Euangelicum namque secundum instituta praecursoris Domini militiam agens, neminem concutebat, nemini faciebat calumniam, contentus stipendijs suis, quibus ad omne opus bonum abundabat. Sic consilio & armis seruebat temporalibus Dominis suis, ut etiam Domino Deo suo non negligeret reddere quod debebat. Mater Aleth ex castro, cui nomen Mons Barus, & ipsa in ordine suo apostolicam regulam tenens subdita uiro, sibi eo secundum timorem Dei domum suam regebat: operibus misericordiae insistens, filios enutrens in omni disciplina. Septem quippe liberos genuit non tam uiro suo quam Deo, sex mares, foeminam unam: mares omnes monachos futuros, foeminam sanctimoniam. Deo namque (ut dictum est) non seculo generans, singulos mox ut partu ediderat, ipsa manibus proprijs Domino offerebat. Propter quod etiam alienis uberibus nutriendos committere illustri foemina refugiebat, quasi cum lacte materno materni quodammodo boni infundens eis naturam. Cum autem creuissent, quando diu sub manu eius erant, eremo magis quam curiae nutrebat: non patiens delicatioribus aluere cibos, sed grossioribus & communibus pascens, & sic eos praeparans & instituens, Domino inspirante, quasi continuo ad eremum transmittendos. Haec cum in ordine filiorum tertium Bernardum haberet in utero, somnium uidit praesagium futurorum, catellum scilicet totum candidum, in dorso sub rufum, & latrantem in utero se habere. Super cetera uehementer, cum religiofam quendam uirum consulisset, continuo ille spiritum prophetiae concipiens, quo Dauid de sanctis praedicatoribus Domino dicit: Lingua canum tuorum ex inimicis, trepidanti & anxiae respondit: Ne timeas, bene res agitur. Optimi catuli mater eris, qui domus Dei custos futurus, magnos pro ea contra inimicos fidei editurus est latratus. Erit enim egregius praedicator, & tanquam bonus canis, gratia linguae medicinalis in multis multis morbos curaturus est animarum. Quo responso, mulier pia & fidelis, quasi a Deo suscepto, letata afficitur, & iam tunc in amorem nondum nati tota transfunditur, cogitans factis eum literis erudendum tradere, secundum modum uisionis & interpretationis, qua ei de illo iam sublimia promittebantur. Quod & factum est. Mox enim ut foelic par tu edidit, non modo obtulit eum Deo, sicut legi agere consueuerat: sed sicut legi de sancta Anna, matre Samuelis, quae petiitum a Domino & ac-

ceptum filium in tabernaculo eius destinauit perpetuo seruiturum, sic & ipsa eum in ecclesia Dei acceptabile obtulit munus. Unde & quam citius potuit in ecclesia Castellensis, quae postmodum ipsius Bernardi opera a seculari conuersatione in ordinem regularium canonicorum promotam cognoscitur, magistris literarum tradens erudientem, egit quicquid potuit ut in eis proficeret. Puer autem & gratia plenus, & ingenio naturali polens, cito in hoc desiderium matris impluit. Nam in literarum quidem studio supra aetatem & praecoetaneis suis proficiebat, sed in rebus secularibus iam mortificationem futurae perfectionis uelut naturaliter inchoabat. Erat namque simplicissimus in secularibus, amans habitare secum, publicum fugitans, mire cogitatuus, parentibus obediens & subditus, omnibus benignus & gratus: domi simplex & quietus, foris rarus, & ultra quae credi posset, uerecundus: nusquam multum loqui amans, Deo deuotus, ut pura sibi pueritia suam conferuar et literarum etiam studio deditus, per quas in scripturis Deum disceret & cognosceret. In quo quantum in breui profecerit, & quam perspicacem in discernendo inuenerit sensum, ex eo quod subiungimus, aduertiri potest.

Capitulum II.

Cum adhuc puerulus graui capitis dolore uexaretur, decedit in lectum. Adducta autem ad eum est muliercula quasi dolorem mitigatura carminibus. Quam cum ille appropinquantem sentiret cum carminibus instrumentis, quibus hominibus de uulgo illudere consueuerat, cum indignatione magna exclamans a se repulit & abiicit. Nec defuit misericordia diuina bono zelo sancti pueri, sed continuo sensit uirtutem, & in ipso impetu spiritus surgens, ab omni dolore liberatum se esse cognouit. Ex quo cum non parum in fide proficeret, adiecit ei Dominus apparere, sicut olim puero Samueli in Sylo, & manifestare ei gloriam suam. Aderat namque solennis illa nox natiuitatis Dominicae, & ad solennes uigilias omnes, ut moris est, parabantur. Cumque celebrandi nocturni officij hora aliquantisper protelaretur, contigit sedentem expectantemque Bernardum cum caeteris inclinato capite paululum soporari. Assuit illico puero suo se reuelans pueri Iesu sancta natiuitas, tenerae fidei suggerens incrementa, & diuinae in eo inchoans mysteria contemplationis. Apparuit enim uelut denuo procedens sponsus e thalamo suo. Apparuit ei quasi iterum ante oculos suos nascens, ex utero matris uirginis uerbum infans, speciosus forma praefilijs hominum, & pueruli sancti in se rapies minima etiam pueriles affectus. Persuasum autem est animo eius, & nunc usque fatetur, quod ea credat horam fuisse Dominicae natiuitatis. Sed & facile est aduertere ijs qui eius auditorium frequenterauerunt, in quanta benedictione ea hora praeruerit eum Dominus, cum usque hodie in ijs quae ad illud pertinent sacramentum, & sensus ei profundior & sermo copiosior suppetere uideatur. Unde & postmodum in laudem

laudem eiusdem genitricis & geniti, & sanctæ eius natiuitatis in ligno edidit opusculum inter initia operum suorum seu tractatum, sumpta materia ex eo Euangelij loco, ubi legitur: Missus est Gabriel angelus a Deo in ciuitatem Galilæe, & cætera quæ ibi sequuntur. Neque illud tacendum, quod ab ipsis iam puerilibus annis, si quos poterat nummos habere, clandestinas faciens eleemosynas, & uerecundiæ suæ morem gerebat, & pro ætate, imò supra ætatē pietatis opera sc̄tabatur. Cum aut̄ aliquanto tempore euoluto, proficiens ætate & gratia apud Deum & homines, puer Bernardus de pueritia transfret in adolescentiam, mater eius liberis fideliter educatis, & uias seculi ingredientibus, quasi peractis omnibus quæ sua erāt, feliciter migravit ad Dominū. De qua nequaquā prætereūdum est, quod cum multo tempore uixisset cum uiro suo honeste & iuste secundum iustitias & honestates seculi huius, & legē fidemque coniugij per aliquot ante obitū suū annos, in eo ad quod nutrire filios uidebat, prout potuit & licuit mulieri sub potestate uiri cōstitutæ, nec habenti proprii corporis potestatem, omnes ipsa preuenit. Etenim in domo sua & in professione cōiugali, & in medio seculi eremiticā seu monasticā uitam nō paruo tempore uisa est æmulari, in uictus parcitate, in uilitate uestitus, delicias & pompas seculi a se abdicando, ab actibus & curis secularibus in quantum poterat se subtrahendo, insistendo ieiunijs, uigilijs & orationibus, & quod minus assumptæ professionis habebat, eleemosynis & diuersis operibus misericordiæ redimendo. In quo de die in diem proficiens, ad extrema deuenit, perficienda in futuro in eo, in quo proficiens de hoc seculo migravit. Obdormiuit autem psallentibus clericis qui conuenerant, & ipsa pariter psallens, ut in extremis quoque cum iam uox eius audiri non posset, adhuc moueri labia uiderentur, & lingua palpitans Dominum confiteri. Demum inter litanarū supplicationes, cum diceretur, per passionem & crucem tuā, libera eam Domine: eleuans manum signauit se, & emisit spiritum, ita ut manum non posset deponere quam leuaret.

Capitulum. III.

EX hoc Bernardus suo iam more, suo iure uicariare incipiens, elegantī corpore, grata facie præeminens, suauissimis ornatus moribus, acri ingenio præditus, acceptabilī pollens eloquio, magnæ spei adolescens prædicabatur. Cui tanquam ingrediētī seculū, plures se uicē seculi ipsius offerre ceperunt, & in omnibus assurgere prosperitates uitæ huius, & magnæ spes undique arripere. Obuidebant aut̄ benignū iuuenis animum sordalium dissimiles mores, & amicitie procellosæ similem sibi efficere gestientes. Quæ si ei dulcescere perstitissent, necesse erat amarefcere illi quod in hac uita dulcius cordi eius infederat, castitatis amorem. Cui præcipue inuidēs coluber tortuosus spargebat laqueos tentationū, ac uarijs occursibus calcaneo eius insidiabat. Cum enim ali-

quando curiosus aspiciendo defixos in quandā oculos aliquandiu tenuisset, cōtinuò ad se reuersus, & de semetipso erubescēs apud semetipsum, in seipsum ultor seuerissimus exarsit. Stagno quippe gelidarum aquarum quod in proximo erat collotenus insiliens, tam diu inibi permansit, donec penē exanguis effectus, per uirtutem gratiæ cooperantis etiam a calore carnalis concupiscentiæ totus refriguit, induēs illum castitatis affectū, quē induerat qui dicebat: *Pepigi for-*
idus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidē de uirgine. Circa idem tempus in lictu dæmonis, in lectum dormientis iniecta est puella nuda, quam ille sentiens, cum omni pace & silentio partem ei lectuli quam occupauerat, celsit, & in latus alterum se conuertit atque dormiuit. Misera uerò illa aliquandiu iacuit, sustinēs & expectās, deinde palpās & stimulans. Nouissimē cum immobilis ille persisteret, illa licet impudentissima esset, erubuit: & horrore ingenti atque admiratione perfusa, relicto eo surgens aufugit. Contigit item, ut cum socijs aliquantis apud matronam aliquam Bernardus hospitaretur, considerans autem mulier adolescentem decorum aspectu, capta est laqueo oculorum suorum, & in concupiscentiam eius exarsit: cumque tanquam honoratori omnium seorsum ei fecisset lectulum præparari, surgens ipsa de nocte impudenter accessit ad eum. Quam Bernardus sentiens, nec consilij inops, clamare cepit, latrones, latrones. Ad quam uocem fugit mulier, familia omnis exurgit, lucerna accenditur, latro quaeritur, sed minime inuenitur. Ad lectulos singuli redeunt, fit silentiū, sunt tenebræ sicut prius, pausant ceteri, sed non illa misera requiescit. Exurgit denuò, & Bernardi lectulum petit, sed denuò ille proclamatur, latrones, latrones. Quaritur iterum latro, latet iterum, nec ab eo qui solus nouerat, publicatur. Usque tertio improba mulier sic repulsa, uix tandē seu metu seu desperatione uicta, cessauit. Cum autem die sequenti iter agerent, arguentes Bernardū socij, quos nam toties ea nocte latrones somniauerit, perquirebant. Quibus ille, *Veraciter, inquit, aderat latro, & mihi castitatem hospita nitēbatur auferre, irreparabilem thesaurū.*

Inter hæc tamen cogitās & perpendēs quod uulgò dicitur, non esse tutum diu cohabitare serpeni, fugā meditari cepit. Videbat enim mundum, & principem eius exterius sibi multa offerentem, magnas res, spes maiores, sed fallaces omnes, & uanitatem uanitatū: & uanitatem omnia, ueritatē uerò ipsam interius iugiter audiebat clamantē ac dicentem: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā uos. Tollite iugū meū super uos, & inuenietis requiē animab. uestris.* Perfecit uerò relinquere mundum deliberas, cepit inquirere & uestigare, ubi certius ac prius inueniret requiē animæ suæ sub iugo Christi. Inquirētī aut̄, occurrit Cistercij innouatæ monasticæ religionis noua plātatio, melius multa, sed operarijs indigens, cum uix adhuc aliquis

aliquis cōuersionis gratia illuc declinaret, ob nimiam uitæ ipsius & paupertatis austeritatē. Quæ tamē cū animū uerē Deū quaerentē minimē tererent, possit habita omni hæsitacione ac timore, illic uertit intentionē, posse se aestimans omnino ibi delitescere & abscondi in abscondito faciei Dei ab omni cōturbatione hominū, maximeque ad effugium uanitatis, seu de seculari generositate, seu de actiois ingenij gratia, seu etiā fortē de alicuius nomine sanctitatis. Vbi uerò de conuersione tractantem, fratres eius & qui carnaliter eū diligebant, perferunt, omnimodis agere ceperunt, ut animum eius ad studium possent diuertere literarum, & amore scientiæ secularis, seculo arctius implicare. Qua nimirum suggestione (sicut fateri solet) propemodū retardati fuerant gressus eius: sed matris sanctæ memoria importunē animo eius instabat, ita ut sapius sibi occurrentē uidere uideret, conquerentē & improperantē: quia nō ad huiusmodi nugacitatem tam tenerē educauerat, non in hac spe erudierat eum. Demū cū aliquando ad fratres pergeret in obsidione castri, quod Grancei dicitur, cū duce Burgundiæ constitutos, cepit in huiusmodi cogitatione uehementius anxari. Inuentaque in itinere medio ecclesia quadā diuertit, & ingressus orauit cum multo imbore lachrymarū, expandens manus in cœlum, & effundens sicut aquā cor suū ante conspectū Domini Dei sui. Ea igitur die firmatum est propositū cordis eius. Nec uerò surda aure percepit uocem dicentis: *Qui audit, dicat ueni.* Siquidem ab illa hora sicut ignis qui comburit syluā, & sicut flamma cōburens montes, hincinde prius uiciniora quæque corripit, postmodū in ulteriora progreditur: sic ignis quem miserat Dominus in cor serui sui, uolēs ut arderet, primò fratres eius aggreditur, solo minimo ad conuersionem adhuc minus habili seniori patri ad solatium derelicto, deinde cognatos & notos, socios & amicos, de quibuscunque poterat esse spes conuersionis. Primus omnium Galdricus auunculus eius absque dilacione aut hæsitacione pedibus (ut aiūt) iuit in sententiam nepotis, & consensum conuersionis, uir honestus & potens in seculo, & in seculari militiæ gloria nominatus, Dominus castri in territorio Eduensi, quod Tuillium dicitur. Continuo etiam Bartholomæus occurrens, iunior ceteris fratribus, & necdum miles, sine difficultate eadem hora salutaribus monitis dedit assensum. Porro Andreas Bernardo etiam ipse iunior, & nouus eo tempore miles, uerbū fratris difficiliter admittebat, donec subitò exclamauit: *Video, inquit, matrem meam.* Visibiliter liquidē ei apparuit serena facie, subridens & cōgratulans proposito filiorū. Itaque & ipse continuo manus dedit, & de tyrone seculi factus est miles Christi. Nec solus uidit Andreas tantorum matrem filiorum lætantem, sed cōfessus est & Bernardus eandem similitur se uidisse. Guido primogenitus fratrum, coniugio iam alligatus erat, uir magnus, & præ alijs iam in se-

culo radicans. Hic primò paululum hæsitans, sed continuo rem perpendens & cogitans, cōuersioni cōsensit, si tamen cōtinuū annueret. Verum id quidē de iuuentula nobili, & paruulas filias nutriende, penē impossibile uidebatur. At Bernardus de misericordia Domini spem concipiens certiore, incunctanter ei spondit aut consensuram sceminam, aut celeriter morturā. Demum cum omnimodis illa renueret, uir eius magnanimus, imò ea iam præuentus uirtute fidei, in qua postmodum excellenter enituit, uirtile consilium Domino inspirante concepit, ut ab ijs quicquid habere uidebatur in seculo, uitā institueret agere rusticā: laborare scilicet manibus proprijs, unde suam sustentaret & uxoris uitam, quā inuitā dimittere non licebat. Interim superuenit Bernardus, qui undique alios atque alios colligens, discurrebat. Nec mora, flagellatur prædicta Guidonis uxor infirmitate graui. Et cognoscens, quia durū sibi esset contra stimulū calcitrare, accessit Bernardo ueniā deprecabat, & prior ipsa conuersionis petit assensum. Denique iuxta morem ecclesiasticum separata a uiro, interueniente parili uoto castitatis in cœtū sanctimonialium transit sceminarū, religiose usque hodie seruens Deo. Secundus natus post Guidonem Gerardus erat, miles in armis strenuus, magnæ prudentiæ, benignitatis eximia, & qui ab omnibus diligeretur. Qui ceteris, ut dictū est, primo auditu & prima die acquiescentibus (ut mos est sapientiæ secularis) leuitatem reputans, obstinato animo salubre consilium & fratris monita repellere. Tum Bernardus fidē iā igneus, & fraternæ charitatis zelo mirum in modū exasperatus, scio (inquit) scio, sola uexatio intellectum dabit auditū. Digitumque lateri eius apponens, ueniet (inquit) dies, & cito ueniet, cū lancea lateri huic infixā, per uicium iter ad cor tuū faciet consilio salutis tuæ quod asperraris: & timebis quidem, sed minime morieris. Sic dictū sicque factum est. Paucissimis interpositis diebus circumuallatus ab inimicis, captus, & uulneratus iuxta uerbum fratris, lanceam gestās ipsi lateri, eidemque infixam loco, cui ille digitum applicuerat, trahebatur, & mortem quasi iam præsentem metuens, clamabat: *Monachus sum, monachus sum Cisterciensis.* Nihilominus tamē captus & reclusus in custodia est. Vocatus est Bernardus per celerem nuncium, sed non uenit. Sciebam, inquit, & prædixeram, quod durum esset ei contra stimulum calcitrare: nec tamen ad mortē ei uulnus hoc, sed ad uitam. Et factum est ita. Siquidem de uulnere præter spem cito conualuit, propositum uerò seu uotum quod uouerat nō mutauit. Cumque iam liber ab amore seculi hostilibus adhuc uinculis teneretur, & hoc solū esset quod conuersionis eius propositum retardaret, in hoc etiam cito affuit ei misericordia Dei. Venit frater eius, laborans ut erui posset, sed nō profecit. Et cum nec loqui ei permitteretur, accedens ad carcerē, clamauit: *Scito frater Gerarde, quia iuri sumus*

SS s sumus

sumus in proximo & monasterium introituri. Tu uero, quādo quidem exire non licet, hic monachus esto, sciens quod uis & non potes, pro facto reputari. Cumq; Gerardus magis ac magis anxietur, paucis interpositis dieb. audiuit uocem in somnis, dicentē sibi: Hodie liberaberis. Erat autem sacrū quadragesimæ tempus. Circa uespertinam itaq; diei horam, cogitans quod audierat, cōpedes suas tetigit, & ecce ex parte crepuit in manu eius ferrum, ut minus iam teneret, & aliquatenus incedere posset. Sed quid ageret: Erat ostium obseratum, & pro foribus pauperum multitudo. Surrexit tamen, & non tā spe euadendi quā tadio iacendi, seu curiositate tentandi, accedens ad ostiū subterraneæ domus, in qua uinctus & clausus erat: mox ut pessulum tetigit, sera tota inter manus eius collapsa est, & ostium domus apertum. Exiensq; pedetentim, sicut homo compeditus, ad ecclesiam, ubi adhuc uespertina celebrabant officia, prætebat. Porro mendici qui pro foribus domus astabant, uidentes quod fiebat, & diuinitus exterriti, in fugā uerū sunt, nihil clamantes. Cumq; iā ecclesiæ propinquaret, egrediens quidam de familia domus captiuitatis suæ, germanus illius a quo custodiebatur, uidentē eum ad ecclesiam properantem, tardē (inquit) Gerarde uenisti. Expauescēte illo, festina ait, adhuc superest quod audias. Oculi quippe eius tenebantur, nec prorsus quid ageret intelligebat. Demum ad altiores gradus ecclesiæ, cum adhuc compeditū data manu Gerardum subleuasset, introeunte illo ecclesiā, tūc primū quid ageretur agnouit, & conatus eū retinere non potuit. Hoc modo Gerardus a captiuitate amoris seculi huius, & captiuitate filiorū seculi liberatus, uotū qd uouerat, fideliter exsoluit. In quo potissimū notū fecit Dñs, a quanta perfectione sanctæ conuersationis gratiā iste Dei famulus ceperit, qui in eius spiritu qui fecit quæ futura sunt, quod erat futurum uidere potuit quasi iam factum. Præsentialiter quippe in latere fratris ei lancea apparebat, quando digitum applicuit loco uulneris mox futuri, sicut postmodum ipse confessus est, cum ab his interrogaretur, quibus celare non poterat. Cum autem ceteri (ut diximus) prima die in eodem essent cum Bernardo spiritu aggregati, manē intransitibus eis ecclesiam, Apostolicum illud capitulū legebat: Fidelis est Deus, quia q̄ cepit in uobis opus bonum, ipse perficiet usq; in diē Iesu Christi. Quod deuotus iuuenis haud secus accepit, quā si de celo sonuisset. Exultās itaq; spirituales iam pater regeneratū in Christo fratru suorum, & manum Domini intelligens secum operantem, cepit ex hoc prædicationi insistere, & quoscunq; poterat aggregare. Cœpit nouū induere hominem, & cum quibus de literis seculi, seu de seculo ipso agere solebat, de serijs & conuersione tractare, ostendens gaudia mundi fugitiua, uitæ miserias, celerem mortē, uitā post mortē seu in bonis seu in malis perpetuā fore. Quid

multa: Quotquot ad hoc præordinati erāt, operante in eis gratia Dei, & uerbo uirtutis eius, & oratione, & instantia serui eius, primò cunctati, deinde compuncti, alter post alterum credebāt & consentiebant. Inter quos adiunctus est ei etiam Dominus Hugo Matifconensis, qui hodie raptus a Pontiniacensi cœnobio, quod ipse adificauit, Altusiodorensi ecclesiæ præest merito et honore pontificis: hic audiens de cōuersione socij & amici charissimi, flebat quasi perditū, quē seculo mortuum audiebat. Vbi autē primo data est utriq; facultas mutui colloquij, post dissimiles lachrymas & gemitus dissimilium dolorum, uerba uerbis cœperunt conferri, & res rebus cōparari. Cumq; inter ipsa uerba familiaris amicitia Hugoni infunderetur spiritus ueritatis, aliam iam faciem habere cœperunt uerba mutue colloquutionis. Datis itaq; dextris in sodalium nouæ uitæ, longē dignius ueriusq; facti sunt cor unum & anima una in Christo, quā in seculo ante fuissent. Post paucos autem dies nunciatur Bernardo, subuersum ab alijs socijs Hugonem, a proposito resiliire. Qui opportunitate inuenta, quod magnus quidam episcoporum cōuentus illis in partibus haberetur, festinat ut reuocet pereuntem, iterumq; paruriat. Obseruantes autē prædicti sodales & subuersores Hugonis, uiso eo prædam ambiunt suam, & omnē ei loquendi adimunt facultatē, omnē aditū intercludūt. At ille cū ei loqui nō posset, clamabat pro eo ad Dominū. Quo orante cum lachrymis, subita & uehemēs inūdatio pluuie mox erupit. Cōsiderant autē in campo q̄ ac serenus esset, & nil tale speraret. Dispersi igit omnes ad repentīnū imbrē, uicū proximū petunt. At Bernardus Hugonē tenens, mecū, ait, sustinebis huius pluuie guttas. Cumq; solī remāssissent, nō fuerūt soli: sed Dominus fuit cū eis, reddēs eis cōtinuō & aeris & animi serenitatē. Ibi renouatū est fœdus, & propositum confirmatū, quod nō potuit deinceps uiolari. Videbat ista peccator, & irascebat, dentibus suis fremebat & tabescebat: iustus autē cōfidens in Dño, gloriose de seculo triumphabat. Jamq; eo publicē & priuatim prædicante matres filios abscondebant, uxores detinebant maritos, amici amicos auertebant: quia uoci eius spiritus sanctus tantæ dabat uocē uirtutis, ut uix aliquis aliquem teneret affectus. Crescente siquidē numero eorum qui in hanc conuersionis unanimitatē cōsenserant, sicut de primitiuis ecclesiæ filijs legitur, multitudinis eorum erat cor unū & anima una in Domino: & habitabant unanimiter simul, nec quisq; aliorum audebat se coniungere eis. Erat em̄ eis Castellioni domus una propria, & communis omnium, ubi conueniebant & cohabitabant, & colloquebantur, quā ingredi uix aliquis audebat, qui non esset de coetu eorū. Sed etli quis intrabat, uidens & audiens quæ ibi gerebantur & dicebantur, sicut de Christianis Corinthijs Apostolus dicit, omnibus quodammodo prophetantibus cōuincebatur ab omnibus, dijudicabatur

diudicabatur ab omnibus: & adorans Dominū & confitēs quod uere Deus esset in eis; aut ipse unanimitati eorum adhærebat, aut recedens flebat semetipsum, illos autem beatificabat. Hoc enim illis temporibus, & in illis erat partibus inauditum, ut alicuius adhuc in seculo commorantis conuersio præsciretur. Ipsi uero quasi mensibus sex post primum propositum in seculari habitu stabant, ut prōinde plures cōgregarentur, dum quorundam negocia per id temporis expeiebantur. Cum autem iam suspecta inciperet esse multitudo, ne quē de numero eorum subiret quis qui tentat, placuit Deo super hoc reuelare quid futurū esset. Aspiciebat enim quidā eorum in uisu noctis, & uidebat quasi eos omnes confedisse in domo una, & per ordinem singulos quasi communicare de cibo quodā miri candoris & saporis. Quem ceteris omnibus optime suscipientibus, & cum gaudio magno, duos ex omni numero illo notabat a cibi illius salutaris participatione uacuos remansisse. Alter namq; eorum nec sumebat: aliter sumere quidem uidebatur, sed tanquam minus cautē sumeret, spargebatur, utriq; uerò postea probauit euentus. Alter enim priusquā uentū esset ad rē, cōuersus retrorsum in seculum redijt: alter cum ceteris cœpit quidem opus bonum, sed non perfecit. Vidi ego eum in seculo postea uagum & profugum a facie Domini sicut Cain: quantum animaduertere potui hominem humillimum, & miserabilis confusionis, sed nimis pusillanimitatis. Qui tamen in ultimis Claramuallem redijt, infirmitate corporis & inopia cogente, cum homo bene natus ab omnib. cognatis & amicis proijceretur: ibiq; pprietati renunciāns, sed nō omnino propriae uoluntati, obiit non quidem intus sicut frater & domesticus, sed foris misericordiam postulans sicut pauper & mendicus. Iam uerò adueniente die reddendi uoti, & complendi desiderij, egressus est de domo paterna Bernardus pater fratrum suorum cum fratribus filijs suis spiritualibus, quos uerbo uitæ Christo genuerat. Vidēs autem Guido primogenitus fratrum suorū Niuardum fratrem suum minimum, puerū cū pueris alijs in platea: Eia (inquit) frater Niuarde, ad te solū respicit omnis terra possessionis nostræ. Ad quod puer nō pueriliter morus: Vobis ergo (inquit) celum, mihi terra: Non ex æquo diuisio hæc facta est. Quo dicto abeuntibus illis, tūc quidem domi cum patre remansit: sed modico post euoluto tempore fratres secutus, nec a patre, nec a propinquis seu amicis potuit retineri. Supererat de Deo dicata domo illa pater senior cū filia, de quibus etiā suo loco dicemus. Eo tēpore nouellus & pusillus grex Cisterciensis sub abbate degēs, uiro uenerabili Stephano, cū iam grauiter tadio ei esse inciperet paucitas sua, & omnis spes posteritatis decideret in quā sanctæ illius paupertatis hæreditas transfunderetur: uenerantibus omnibus in eis uitæ sanctitatem, sed refugientibus austeritatem, repente diuina hac

uifitatione tam læta, tam insperata, tā subita lætificatus est, ut in die illa responsum hoc a spiritu sancto accepisse sibi domus illa uideret: Lætare sterilis quæ non pariebas, erumpe & clamaque parturiebas: quia multi filij desertę magis q̄ eius quæ habet uirū, de quibus postmodū uisura es filios filiorū usq; in multas generationes.

Capitulum. IIII.

ANNO ab incarnatione Domini. Mxxij. a cōstitutione domus Cister. xv. seruus Dei Bernardus, annos natus circiter xxij. Cisterciū ingressus, cum socijs amplius quā xxx. sub abbate Stephano, suauis iugo Christi collum submisit. Ab illa autem die dedit Dominus benedictionem, & uinea illa Domini sabaoth dedit fructū suū, extendens palmites suos usq; ad mare, & ultra mare propagines suas. Hæc quidē fuerē uiri Dei conuersionis sancta principia. Conuersionis autem eius insignia, quomodo uitā angelicam gerens in terris uixit, neminem enarrare posse puto qui non uiuat, de spiritu de quo ille uixit. Solius quippe donantis & accipientis est, nosse quantum ab ipso mox cōuersionis exordio præuenerit eum Dominus in benedictionibus dulcedinis suæ, quanta repleuerit gratia electiōis, quomodo ab ubertate suæ domus inebriauerit eum. Ingressus est autē domū illā paupere spiritu, & eo adhuc tēpore absconditā, ac penē nullā intentione ibi moriendū a cordibus & memoria hominum, & spe delitescendū & latendū tanquam uas perditum, Deo aliter disponente, & eum sibi in uas electionis præparante: non solum ad ordinem monasticum confortandum ac dilatandū, sed etiā ad nomen suū portandū corā regibus & gentibus, & usq; ad extremū terræ. Ipse uerò nil tale de se æstimans aut cogitans, potius ad custodiam sui cordis, & propositi constantiā, hoc semper in corde, sæpe etiā in ore habebat: Bernarde, Bernarde, ad quid uenisti: Et sicut de Domino legitur, quia cœpit lesus facere & docere a prima die ingressus sui in celam nouitiorum, ipse cœpit agere in semetipso, quod alios erat docturus. Postmodū enim cum iam Clareuallis abbas esset ordinatus, aduentantibus nouitijs & festinantibus ingredi, audire eū soliti sumus prædicantem ac dicentem: Si ad ea quæ intus sunt festinatis, hic foris dimittite corpora quæ de seculo attulistis. Soli spiritus ingrediantur, caro non prodest quicquā. Quod cū nouitijs ad nouitatem uerbi perterritis, parcens teneritudinē eorum, clementius exponēdo quod dixerat, carnalem concupiscentiam prædicare solebat foris dimittēdam. Ipse cum nouitijs esset, in nullo sibi parcens, instabat omnimodis mortificare non solū concupiscentias carnis, quæ per sensus corporis sūt, sed & sensus ipsos per quos fiunt. Cum enim iam interiore sensu illuminatū, amoris dulcius ac frequentius sentire inciperet defursum spirantem sibi suauitatē, sensui illi interiori timēs a sensibus corporis: uix tantū eis per mittebat, quātū sufficeret ad exterioris cū homi-

nibus conuersationis societatem. Quod cū con-
tinui usus instantia in consuetudinem mitteret,
cōsuetudo ei ipsa quodāmodo uertebatur in na-
turam. Totusq; absorptus in spiritū, spe tota in
Deum directa, intentione seu meditatione spiri-
tuali tota occupata memoria, uidens non uide-
bat, audiens nō audiebat: nihil sapiebat gustan-
ti, uix aliquid sensu aliquo corporis sentiebat. Iā
quippe annum integrum exegerat in cella noui-
torū, cū exiēs inde ignoraret adhuc, an haberet
domus ipsa testudinem, quam solemus dicere ce-
laturam. Multo tēpore frequentauerat, intrans
& exiens domum ecclesie, cū in eius capite ubi
tres erant, unam tantum fenestram esse arbitrare-
tur. Curiositatis em̄ sensu mortificato, nil huius-
modi sentiebat: uel si forte aliquando eum con-
tingebat uidere, memoria (ut dictum est) alibi
occupata non aduertebat. Sine memoria quip-
pe sensus sentientis nullus est. Natura quoq; in
eo non dissentiebat a gratia, ut in eo quoq; quo-
dammodo impletum uideretur esse, quod legis:
Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animā bo-
nā: & cū magis essem bonus, ueni ad corpus in-
coinquatum. Ad contemplanda quippe spiri-
tualia queq; seu diuina, cum gratia spirituali, na-
turali quadā uirtute pollebat ingenij, sortitusq;
etiam in hoc erat animam bonam, sensualitatem
non curiose lasciuam, nec superbe rebellem, sed
congaudentē spiritualibus studijs, & in eis que
ad Deum sunt sponte subditam spiritui & serui-
entem: corpus etiam nullius contaminatum cō-
sensu flagitij, etsi non nimis neglectū sicut opor-
tebat curaretur, ad seruendum spiritui in serui-
tio Dei aptissimum instrumentū. Sed cum caro
in eo ex dono prauentis gratie, & adiutorio
subsequentis nature, & usu bono spiritualis di-
scipline uix iam aliquid concupisceret aduersus
spiritum, hoc est quod spiritum læderet: spiritus
supra uires, supra uirtutem carnis ac sanguinis,
tanta aduersus carnem concupiscebat, ut infir-
mum animal, cadens sub onere usq; in hanc diē,
nō adijciat ut resurgat. Quid enim dicā de som-
no, qui in cæteris hominibus solet esse resectio
laborū & sensuū, aut mentū recreatio: Extunc
usq; hodie uigilat ultra possibilitatem humanā.
Nullū enim tempus magis se perdere cōqueri so-
let, quā quo dormit, idoneā satis reputans cō-
parationem mortis & somni: ut sic dormientes
uideatur mortui apud homines, quomodo apud
Deum mortui dormientes. Vnde etiam si quē
fortē religiosum in dormiendo seu durius ster-
tentem audierit, seu minus compositē iacentem
uiderit, patienter ferre uix potest, sed carnaliter
eum seu seculariter dormire causat. In ipso nan-
que tenuem uictum tenuis somnus comitatur.
In neutro enim ullum indulget corpori suo satie-
tatē, nisi quod in utroq; sumplisse aliquid fat ei
est. Quantum enim ad uigilias, uigilariū ei mo-
dus est, nō totam noctē ducere in omnē. Porro
ad comedendum usq; hodie uix aliquando uo-
luptate trahitur appetitus, sed solo timore defe-

A ctus. Etenim comesturus, priusquam comedat,
sola cibi memoria satur est. Sic accedit ad sumen-
dum cibum quasi ad tormentum. A' primo si-
quidem conuersionis suæ anno, seu egressio-
nis de cella nouitiorum, natura eius cum tenera ni-
mis semper, & delicatæ complexionis fuisset, ie-
iunijs multis & uigilijs, frigore & labore, durio-
ribus & continuis exercitijs attrita, corrupto sto-
macho, crudum continuo per os solet rejicere,
quod ingerit. Quod si quid naturali decoctio-
ne digestū transfunditur ad inferiora, ibi nihilo
minus partibus illis corporis non minoribus
infirmis incommotis obfessis, non nisi cū
grauī tormento egreditur. Si quid autem residu-
um est, ipsum est alimentum corporis eius qua-
lecunq;, non tam ad uitam sustentandam, quā
ad differendam mortem. Semper autem post ci-
bum quasi pensare solitus est, quantū comede-
rit. Si quando uel ad modicum mensuram soli-
tam excessisse se deprehenderit, impune abire
non patitur. Sed & usus parsimonie sic ei in na-
turam uersus est, ut etsi aliquādo corporalis sibi
cuiuslibet refectionis plus aliquid solito uelit in-
dulgere, uix possit. Sic autē ab initio fuit inter no-
uitios nouitius, monachus inter monachos, spi-
ritu ualidus, corpore infirmus: nil indulgentiæ cir-
ca corporis quietē, seu refectionē, nil remissionis
de communi labore uel opere fieri, sibi aliquan-
do acquiescens. Ceteros nanq; sanctos esse ar-
bitratur & perfectos: se uero sicut nouitū &
incipientem, nequaquam emeritorū perfectiorūq;
indulgentijs & remissionibus indigere, sed ser-
uore nouitio, & ordinis distictione, & rigore di-
scipline. Propter quod communis uitæ seu con-
uersationis seruentissimus æmulator, cum opus
aliquod manuū fratres acriter agerent, quod seu mi-
nor usus ei, seu imperitia denegabat, fodiendo,
seu ligna cadendo, & proprijs humeris depor-
tando, uel quibuslibet laboribus æquē laborio-
sis illud redimebat. Vbi uerò uires deficiebant,
ad uiltora queq; opera confugiens, laborē hu-
militate compensabat. Et mirum in modū is qui
tantam in contemplatione rerum spiritualiū ac
diuinarum acceperat gratiam, circa talia non so-
lum occupari patiebatur, sed & plurimum dele-
ctabatur. Sed mortificata (ut dictum est) sensua-
litate, cuius seu curiositate, seu infirmitate in hu-
iusmodi laborum corporalium distractionibus,
perfectorum etiam quorumcumq; mentes sæpe
neceffe est, etsi non intentione, certē memoria
& cogitatione, ab interiore unitate spiritus ali-
quam pati dissolutionem, ipse priuilegio maio-
ris gratie in uirtute spiritus simul, & totus quo-
dammodo exterius laborabat, & totus interius
Deo uacabat: in altero pascens conscientia, in al-
tero deuotionē. Laboris ergo tēpore & intus o-
rabat seu meditabatur absq; intermissione exte-
rioris laboris, & exterius laborabat absq; iactura
interioris suauitatis. Nam usq; hodie quicquid
in scripturis ualet, quicquid in eis spiritualiter
sentit, maxime in syluis & in agris meditando &
orando,

orando se confitetur accepisse, & in hoc nullos
aliquando se magistros habuisse, nisi quercus &
fagos, ioco illo suo gratioso inter amicos dicere
solet. Mesis tempore fratribus ad secandū cum
feruore & gaudio sancti spiritus occupatis, cum
ipse quasi impotens, & nescius laboris ipsius, se-
dere sibi & requiescere iuberetur: admodū con-
tristatus, ad orationem confugit, cum magnis la-
chrymis postulans a Deo donari sibi gratiā me-
tendi. Nec sefellit simplicitas fidei delideriū re-
ligiosi. Continuo nanq; quod petijt, impetrauit.
Et ex illo die in labore illo præ cæteris peritū se
esse cum quadam iucunditate gratulatur, tanto
in hoc opere deuotior, quanto se in hoc ipso fa-
cultatē ex solo Dei dono reminiscitur accepisse.
Feriatus autem ab huiusmodi labore uel opere,
iugiter aut orabat, aut legebat, aut meditabatur.
Ad orandū si se solitudo offerret, utebatur: si-
autem, ubicunq; seu apud se, seu in turba esset, so-
litudinem cordis ipse sibi efficiens, ubiq; solus
erat. Canonicas autem scripturas simpliciter &
seriatim libentius ac sapius legebat, nec ullis ma-
gis quā ipsarum uerbis eas intelligere se dice-
bat: & quicquid in eis diuinæ sibi elucebat ue-
ritatis aut uirtutis, in primā sibi originis suæ fon-
te magis, quā in decurrentibus expositionum
ruiis sapere restabatur. Sanctos tamen & ortho-
doxos earum expositores humiliter legens, ne-
quaquam eorum sensibus suos sensus æquabat,
sed subijciebat formandos: & uestigijs eorum si
deliter inhærēns, sæpe de fonte unde illi haufe-
rant, & ipse bibeat. Inde est quod plenus spiri-
tu, quo omnis sancta scriptura diuinitus est inspi-
rata, tam confidenter & utiliter ea usq; hodie (li-
cut Apostolus dicit) utitur ad docendum, ad ar-
guendum, ad corripiendū. Et dum prædicat uer-
bum Dei, quicquid de ea affert in medium, sic
patens & placens efficit, & circa id unde agitur
efficax ad monendum, ut mirentur omnes tam
seculari, quā spirituali præditi doctrina in uer-
bis gratie, quæ procedunt de ore eius.

Capitulum V.

Cum autem complacuit ei qui cum se gre-
gariū a seculo, & uocauit ut ampliore gratia
reuelaret in eo gloriā suam, & multos filios Dei
qui erant dispersi, per eum congregaret in unū,
misit in cor abbatis Stephani ad ædificandā do-
mum Clareuallis mittere fratres eius. Quibus
abeuntibus ipsum etiā dñm Bernardum præfe-
cit abbatem, mirantibus sanē illis tanquam ma-
ioris & strenuis tam in religione quā in secu-
lo uiris: & timētibus ei tum pro tenerioris ætate
iuuentutis, tum pro corporis infirmitate, & mi-
nori usu exterioris occupationis. Erat autē Cla-
reuallis locus in territorio Lingonensi, non lon-
gē a fluuio Alba, antiqua spelunca latronū, quæ
antiquitus dicebatur uallis abinthialis, seu pro-
pter abundantis ibi absinthij copiā, seu propter
amaritudinem doloris incidentiū ibi in manus
latronum. Ibi ergo in loco horrois & uastæ soli-
tudinis confederunt uiri illi uirtutis, facturi de

A spelunca latronum templum Dei, & domum o-
rationis. Vbi simpliciter aliquanto tēpore Deo
seruierunt in paupertate spiritus, in fame & siti,
in frigore & nuditate, in uigilijs multis. Pulmen-
taria sapius ex folijs fagi conficiebant. Panis in-
star prophetici illius ex hordeo & milio, & ui-
cijs erat, ita ut aliquando religiosus uir quidam
appositū sibi in hospitio, ubertim plorans clam
asportauerit, quasi pro miraculo omnibus osten-
dendum, quod inde uiuerent homines, & tales
homines. At uirum Dei minus ista mouebant.
Summa ei sollicitudo de salute multorum, quæ
a prima die conuersionis suæ usq; ad hoc tēpus,
tam singulariter sacrū illud peccus noscitur pos-
sidere, ut erga omnes animas maternum gerere
uideatur affectum. Erat ergo uehemens in præ-
cordijs eius, sancti deliderij & sanctæ humilita-
tis conflictus. Modò enim seipsum deiciens, fa-
tebatur indignū, per quem fructus aliquis pro-
ueniret: modò oblitus sui, æstuabat flagrantissi-
mo ardore, ut nullam nisi ex multorū salute con-
solationem posse admittere uideretur. Sanē fidu-
ciam charitas pariebat, sed eandē castigabat hu-
militas. Contigit autem inter hæc, ut aliquando
temperius solito surgerent ad uigilias. Quibus
peractis, cum usq; ad matutinas laudes aliquan-
to longius superesset noctis interuallum, egres-
sus foras, & loca uicina circūiens: orabat Deum,
ut acceptum haberet obsequium suum, & fratru
suorum; in eo quod diximus spiritualis fructus
desiderio constitutus. Subito uerò stans in ipsa
oratione, modicē interclusis oculis, uidit undiq;
ex uicinis montibus tantam diuersi habitus &
diuersæ conditionis hominum multitudinem in
inferiorem uallem descendere, ut uallis ipsa ca-
pere non posset. Quod quid significauerit, iam
omnibus manifestū est. Hac igitur uir Domini
uisione magnificē cōsolatus, exhortatus est etiā
fratres suos, commonens eos de misericordia
Dei nunquam desperare.

Capitulum VI.

Cum uerò ante instantem hyemem Gerar-
dus frater eius, cellarius domus, apud eum
durius quereretur ad necessaria domus & fratru
multa deesse, nec habere se, unde ea coemeret: et
urgente necessitate iam nullam uerborum reci-
peret consolationem, res autē in promptu non
esset, quæ daretur: uir Dei quantum interim ad
præsentem angustias sufficere posset, inquisiuit.
Ille uerò undecim libras respondit. Tum dimittē-
tens eum, ad orationem confugit. Post paululū
uerò rediens Gerardus, mulierem quandam de
Castellione foris esse, & uelle ei loqui, nūciauit.
Ad quam cum egrederetur, procidens ad pedes
eius, eadem mulier duodecim librarum benedi-
ctionem ei obtulit, orationū suffragia implorās
uiro suo periculose ægrotanti. Quam breuiter al-
locutus dimisit a se, uade, inquiens, sanum inue-
nies uirum tuum. Illa uerò abiens in domum
suam sicut audierat, sic inuenit. Abbas uerò
consolans pusillanimitatem cellarij sui, ad susti-
nendum

nendum Dominum de cetero reddidit fortiorē. Nec tantum semel hoc ei contigisse certum est, sed sæpe cum huiusmodi necessitas instaret, repente unde non sperabatur auxilium ei à Domino affuisse. Propter quod uiri prudentes intelligentes manum Domini esse cum eo, teneritudinem mētis eius à delicijs paradisi nuper egressi, rerum exteriorū sollicitudine grauari cauebant, eas ipsi intra semetipsos ut poterant digerentes, & tantummodo de interioribus conscientijs suis, & causa animarum suarum eum consulentes. In quo tamen penē hoc eis contigit, quod filijs Israel legimus olim de Moyse contigisse, cū diu conuersatus cum Domino in monte Syna, & de caligine nubis egredieretur, & descenderet ad populum, ex colloquio Domini facies eius cornuta appareret & terribilis, adeo ut fugeret populus ab eo. Egressus enim uir sanctus à facie Domini, qua in solitudine Cistercij, & sublimioris altitudine contemplationis in silentio aliquandiu fructus erat, quali de cœlo afferens inter homines miraculum quoddam, conquisita sibi apud Deum plusquam humanæ puritatis homines, quos regere, & inter quos conuersari ueniebat, penē omnes à se absterruit. Si quando namq; de spiritualibus & ædificatione animarum sermonem ad eos habebat, loquebatur hominibus lingua angelorum, & uix intelligebatur. Maxime aut in his quæ ad mores hominum pertinebant, ex abundantia cordis sui tam sublimia eis proponebat, tam perfecta exigebat ab eis, ut durus uideretur sermo, intantum non capiebant quæ dicebantur. Rursum cum sigillatim eos audiret confitentes sibi, & semetipsos accusantes super diuersis illusionibus cogitationum communium humanarum, quas nullus in carne uiuens homo penitus uitare potest: hoc potissimum fuit, in quo luci illi ad tenebras illas conuentio esse non potuit, scilicet quod homines inueniebat, quos in hac parte angelos æstimabat. Angelicam enim magna ex parte degustans puritatem, & conscientia iam olim accepta à Deo gratia singularis, simpliciter præiudicans uniuersæ conditioni humanæ fragilitatis, in tentationes seu inquinaciones cogitationum harum nullū religiosum posse incidere, uel si incideret, uerè religiosum non esse æstimabat. Sed uiri uerè religiosi & piè prudentes, & in prædicatione sermonum eius uenerabantur etiam quæ non capiebant, & confessio nibus suis, licet ad nouum stuperet auditum, eo quod seminarium quoddam desperationis præferre uideretur infirmis, tamen iuxta sententiam sancti Iob, nefas putabant contradicere sermonibus sancti: non excusantes, sed accusantes infirmitatem suam in cōspectu hominis Dei, in quo nemō uiuens iustificari potest in cōspectu Dei. Vnde factum est, ut hieret magistra magistri pia humilitas discipulorum. Cum enim ad nutū arguentis humiliarentur qui arguebantur, coepit etiam spirituali magistro aduersus fratres humiles & subiectos zelus suus esse suspectus, in tan-

tum ut ipse iam potius accusaret ignorantia suā, & defleret necessitate: quod silere nō liceret, cū nesciret loqui: quod non tam alta ad homines, quam indigna hominibus loquendo laderet cōscientias auditorum: quod tam scrupulose perfectionem à fratribus simplicibus exigebat, in quo se nondum inueniret ipse perfectum. Cogitabat namq; eos multa meliora & uiciniora salutis suæ in silentio suo meditari, quam ab ipso audirent, deuotius & efficacius salutem suam operari, q̄ ex eius exemplo acciderent: ex prædicatione uero eius scandalizari potius, quam aliquid concipere ædificationis. Cumq; super hoc uehementius turbaretur & contristaretur, & diuersæ cogitationes ascenderent in cor eius, post multos cogitationum fluctus & cruciatus cordis, decreuit ab exterioribus omnibus ad interiora sua recolligere se, ibiq; in solitudine cordis & secreto silentij continere & præfolari Dominū, donec quocumq; modo misericordiae suæ super hoc ei suam reuelaret uoluntatem. Nec tardauit misericordia Dei auxilium in tempore opportuno. Paucis siquidem euolutis diebus, uidit in uisu noctis puerum cum claritate quadam diuina astantem sibi, & magna auctoritate præcipientē, fiducialiter loqui quicquid ei suggereret in apertione oris sui: quoniam non ipse esset qui loqueretur, sed spiritus qui loqueretur in eo. Et extunc manifestus in eo & per eum loquēs spiritus sanctus, & sermonem ei potentiorē & sensuū in scripturis abundantius suggerens, in apertione oris eius apud auditores quoq; ei gratiam addidit & auctoritatem, & intellectum super egenū & pauperem, peccatorem poenitentem, & ueniam postulantem. Cumq; iam aliquatenus didicisset inter homines cōuersari, & humana agere & tolerare, iamq; inter fratres suos & cū eis inciperet frui fructibus cōuersionis suæ: pater quoque qui solus domi remanserat, ueniens ad filios suos, appositus est ad eos. Qui cum aliquantum tempus ibi fecisset, obiit in senectute bona. Soror quoq; eorum in seculo nupta & seculo dedita, cum in diuitijs & delicijs seculi periclitaretur, tandem aliquando inspirauit ei Deus ut fratres suos uisitare. Cumq; uenisset quasi uisura uenerabilem fratrem suum, & adesset cum comitatu superbo & apparatu, ille detestans & execrans eam, tanquam rete diaboli ad capiendas animas, nullatenus acquieuit exire ad uidentē eam. Quod audiens illa, confusa & compuncta uehementer, cum ei nullus fratrum suorum occurrere dignaretur, cū à fratre suo Andrea, quæ ad portam inuenerat monasterij, ob uestium apparatus stercus inuolutum argueretur, tora in lachrymas soluta, et si peccatrix sum (inquit) pro talibus Christus mortuus est. Quia enim peccatrix sum, idcirco consiliū & colloquiū bonorum requiro. Et si despiciat frater meus carnem meam, ne despiciat seruum Dei animam meam. Veniat, præcipiat: quicquid præciperit, face re parata sum. Hanc ergo promissionem tenēs,

exijt

exijt ad eam cū fratribus suis frater eius. Et quia eam separare à uiro non poterat, primo uerbo omnem ei mundi gloriam in cultu uestium, & in omnibus seculi pompis & curiositatibus interdixit: formam uitæ matris suæ, in qua multo tempore uixit cum uiro, ei indicxit, & sic eam à se dimisit. Illa uerò obedientissime parens præcepto, redijt ad propria, mutata repente secundum omnipotentiam dexteræ excelsi. Stuebāt omnes adolescentulam nobilem, delicatam, subita mutatione in habitu & uictu, in medio seculi uitam ducere eremiticam: instare uigilijs & ieiunijs, & continuis orationibus, & ab omni seculo prorsus se facere alienam. Biennio postea sic uixit cū uiro suo, illo sanè secundo maxime anno dante Deo honorē, nec temerare ulterius præsumente templum spiritus sancti. Qui etiam tandē uirtute eius perseverantia uictus, liberamq; à se dimittens iuxta ritum ecclesiæ, facultatem ei concessit seruiendi Deo, cui se probauit. Illa uerò optata libertate potita, monasterium Iulleium adiens, cum sanctimonialibus inibi Deo seruentibus, reliquum uitæ suæ Deo uouit: ubi tantā ei Dominus luxta ritum contulit sanctitatis, ut nō minus animo, quam carne illorū probaretur uiro- rum Dei esse germana.

Capitulum VII.

Cum autem missus nouiter Claramuallem, Bernardus ordinandus esset in ministeriū, ad quod assumptus erat, & sedes Lignonensis uacaret, ad quā ordinatio ipsa respiciebat: quærentibus fratribus qui eum ducerēt ordinandū, citò de proximo se obtulit bona fama uenerabilis Cathalaunensiu episcopi, opinatissimi illius magistri Gualelmi de Campellis, illucq; eū mittendum esse diffinitū est: sicq; factū est. Abijt autē Cathalaunū, assumpto secū Elbodone monacho quodam Cisterciense. Intrauit ergo prædicti episcopi domum iuuenis, exelsi corporis & moribundi, habitu quoq; despiciabilis, subse- quente monacho seniore, & magnitudine & robore corporis eleganti, alijs ridentibus, alijs iridentibus, alijs rem, sicut erat, interpretādo uenerantibus. Cum autem quæreretur quis eorum esset abbas, episcopus primus oculos in eum apertos habens, agnouit seruum Dei, & suscepit eum sicut seruum Dei. Cum enim primò in priuato colloquio, omni melius locutione prudentiam iuuenis magis magisque proderet uerecundia loquendi, intellexit uir sapiens diuinam uisionem in aduentu hospitis sui: nec defuit hospitalitatis pia instantia, donec usq; ad familiarē fiduciam & libertatem loquendi, producto colloquio ad alterutrum, iam melius eum commendaret conscientia sua quam uerba. Quid multa? Ex illa die & ex illa hora facti sunt cor unum & anima una in Domino, intantum ut sæpe alter alterum hospitem deinceps haberet, & propria esset domus episcopi Claramualis: Claramualenti uerò efficere non sola domus episcopi, sed & per ipsum tota ciuitas Cathalaunensis. Quin-

etiam & Remensis prouincia, & Gallia tota per eum in deuotionem excitata est ad reuerentiam uiri Dei. Ab illo siquidem tanto episcopo ceteri didicerunt suscipere eū, & reuereri tanquā angelum Dei, ita ut huius temporis præsentissē in eo gratiam uideatur homo tantę auctoritatis, sic affectus erga ignotum monachum, & monachū tantę humilitatis. Modico uerò post tempore transacto, cum eousq; infirmitas abbatis ingrauesceret, ut iam nō nisi mors eius, aut omni morte grauior uita speraretur, ab episcopo uisitatus est. Cumq; uiso eo, episcopus se non solum uitæ eius, sed & sanitatis spem habere diceret, si consilio eius acquiescens, secundum infirmitatis suæ modum, aliquam corpori suo curā pateretur impendi: ille uerò à rigore uel usu cōsuetudinis suæ minus facile flecti posset, profectus episcopus ad capitulum Cisterciense, ibi coram pauculis abbatibus, qui conueniāt pontificali humilitate & sacerdotali charitate, toto corpore in terrā prostratus, petijt & obtinuit, ut toto anno uno in obedientia sibi traderetur. Quid enim tantę humilitati in tanta posset auctoritate negari? Reuersus itaque Claramualē, extra claustra & terminos monasterij, domunculam unam ei fieri præcepit, ordinans & mandās in cibo uel potu, siue in aliquo eiusmodi, circa eum nullam ibi teneri ordinis distractionem, nullam de tota cura domus ad eum referri sollicitudinem, sed sibi eū uiuere secundum modum ab eo præstitutum. Eodem tempore & ego Claramuallem, ipsumq; frequentare coepi. Quem cum ibi cum quodam abbate altero uisitare, inueni eū in suo illo tugurio, quale leprosis in cōpitis publicis fieri solet. Inueni autem ex præcepto (ut dictum est) episcopi & abbatum, feriatum ab omni sollicitudine domus tam interiori quam exteriori, uacantem Deo & sibi, & quali in delicijs paradisi exultantem. Ingressusq; regium illud cubiculū, cum considerarem habitationem & habitatorē, tantam mihi, Deum testor, domus ipsa incutiebat reuerentiā sui, ac si ingrederer ad altare Dei. Tantaq; affectus sum suauitate circa hominem illum, tantoq; desiderio in paupertate illa & simplicitate cohabitanti ei, ut si optio illa die mihi data fuisset, nil tam optassem, q̄ ibi cum eo semper manere ad seruiendum ei. Cumq; & ipse uicissim nos cum gaudio suscepisset, & quæreremus quid ageret, quomodo ibi uiueret, modo illo suo generoso arridēs nobis, Optime, inquit. Ego cui hæcenus homines rationabiles obediabant, iusto Dei iudicio irrationali cuidam bestia datus sum ad obediendum. Dicebat autem de quodam homine rusticano & uano, nil prorsus sciente, ipsumq; ab infirmitate, qua laborabat, curaturum se iactitante, cui ad obediendum ab episcopo & abbatibus & fratribus suis traditus erat. Ibiq; cum eo manducantes, cum arbitramur hominem tam infirmū, tantaq; prouidentia commissum, sicut oportebat, procurandū: & uideremus ei agere medico illo suo offerri

SSs 4 cibos,

cibos, quos sanus quis uix præ angustia famis attingeret, uidebamus & tabescebamus, uix regulari silentio nos cohibente, quin in illum quasi sacrilegum & homicidam ira & contumelijs insurgeremus. Ipse autem in quem hæc fiebant, in differenter cuncta sumens, æque omnia approbat, sicut qui sensu ipso corrupto, & pene emortuo sapore uix aliquid discernerebat. Nam & sagimen crudum per errorem sibi oblatum pro butyro multis diebus noscitur comedisse, oleum bibisse tanquam aquam, & multa talia contingebant ei. Solam quippe aquam sibi sapere dicebat, eo quod dum sumeret, fauces & guttur ei refrigerabat. Sic ergo tunc eum inueni, & sic habitabat in illa solitudine sua uir ille Dei. Sed non erat solus, cum quo erat Deus, & custodia & consolatio sanctorum angelorum. Quod etiam manifestis indicijs demonstratum est. Nocte enim quadam solito attentius orando effuderat super se animam suam, cum tenuiter soporatus uoces audiuit tanquam transeuntis multitudinis copiosæ. Euigilans autem & easdem uoces plenius audiens, cellam quoque in qua iacebat egreditur, & prosequitur abeuntes. Haud procul aberat locus densis adhuc spinarum ueprumque frutetis abundans, sed nunc longè mutatus ab illo. Super hæc aliquandiu stabant, uelut alternantes chori hinc inde dispositi, & uir sanctus audiebat & delectabatur. Cuius tamen mysterium uisionis non prius agnouit, quam translatis post aliquot annos ædificijs monasterij, eodem loco positum oratorium cerneret, ubi uoces illas audisset. Mansi autem indignus ego cum eo paucis diebus. quocumque oculos uertebam, miras, quasi caelos me uiderent novos, & terram nouam, & antiquorum Aegyptiorum monachorum patrum nostrorum antiquas semitas, & in eis nostri temporis hominum recentia uestigia. Erat enim tunc temporis uidere Clareuallis aurea secula, cum uiri uirtutis olim diuites in seculo & honorati, tunc in paupertate Christi gloriantes, ecclesiam Dei plantaret in sanguine suo, in labore & ærumna, in fame & siti, in frigore & nuditate, in persecutionibus & contumelijs & angustijs multis præparantes Clareualli eam, quam hodie habet sufficientiam & pacem. Neque enim se tam sibi, quam Christo & fratribus inibi Deo seruituris uiuere æstimantes, pro nihilo habebant quicquid sibi deesset, dum relinquerent post se, quod illis sufficeret & ad subsidium necessitatis, & ad aliquam conscientiam uoluntatis pro Christo paupertatis. Primumque facie ab introeuntibus Clareuallē per descensum montis, Deus in domibus eius cognoscebatur, cum in simplicitate & humilitate ædificiorum, simplicitatem & humilitatem inhabitantium pauperum Christi uallis muta loqueretur. Denique in ualle illa plena hominum, in qua nemini otiosum esse licebat, omnibus laborantibus, & singulis circa inuicta occupatis, media die media noctis silentium à superuentibus inueniebatur, præter laborum sonitus, uel si fratres in laudibus Dei occuparentur. Porro silentij

ipius ordo & fama tantam etiam apud seculares homines superuenientes uel faciebatur reuerentiam, ut & ipsi non dicam praua uel ociosa, sed aliquid etiam quod ad rem non attineret, ibi loqui ueretur. Loci uero ipsius solitudo inter opaca sylvarum, & uicinorum hinc inde montium angustias, in quo serui Dei latebant, speluncam illam sancti Benedicti patris nostri quodammodo representabat, in qua aliquando à pastoribus inuentus est, ut cuius imitabantur uitam, habitationis etiam eius ac solitudinis formam aliquam habere uiderentur. Omnes quippe etiam in multitudine solitarij ibi erant. Vallem namque illam plenam hominibus, ordinis ratione charitas ordinata singulis solitariam faciebat, quia sicut unus homo inordinatus etiam cum solus est, ipse sibi turba est: sic ibi unitate spiritus & regularis lege silentij in multitudine hominum ordinata, solitudinem cordis sui singulis ordo ipse defendebat. Dominus uero & habitaculis simplicibus, uictus in habitatum persimilis erat. Panis non tam fursureus, quam terreus uidebatur, duris fratrum laboribus uix de terra deserti illius sterili productus: cetera quoque cibaria, quæque uix erant aliquid saporis habentia, præterquam fames seu amor Dei faciebat. Sed & ipsi nouitij feruoris simplicitas sibi tollebat, cum quasi uenenum arbitantes, quicquid comedentem utcumque delectaret, recusarent dona Dei propter gratiam, quam in eis sentiebant. Cum enim circa omne genus carnalis tolerantiam cum adiutorio gratia Dei, studium spiritualis patris hoc in eis effecisset, ut plurima quæ homini in carne constituto impossibilia prius uidebantur, iam non solum constanter peragerent, & sine murmuratione sed etiam cum ingenti delectatione, ipsa delectatio aliam in eis pepererat murmurationem eo periculosiorem, quo eam æstimabant quasi remotiorem à carne, spiritui propinquiorē. Persuasum quippe habentes, & quasi cum testimonio conscientia suæ memorię fideliter commendatum, inimicam esse animam omnem delectationem carnis: quicquid carnem cum qualibet delectatione nutrire uideretur, fugiendum arbitrabantur. Quasi enim per aliam uiam reduci se putabant in regionem suam, cum præ dulcedine amoris interioris, amara æque ac dulcia delectabiliter edendo, delectabiliter uiuere sibi uiderent in eremo quam prius uixissent in seculo. Cumque in hoc suspectam aliquatenus haberent spiritualis patris quotidianam correptionem, quasi carni eorum plusquam spiritui deferentem, aliquando ad iudicium prædicti Cathalaunensis episcopi, (qui tunc forte aderat) res delata est. Super quo uir ille potens in uerbo, sermonem ad eos aggressus, ad eum finem perduxit, ut omnem hominem quicumque dona Dei recusauerit propter gratiam Dei, inimicum esse gratia Dei, & spiritui sancto resistere pronunciarer. Adducta siquidem historia de Helisæo propheta & filijs prophetarum, cum eo in desertis locis uitam eremiticam ducentibus, quomodo eum aliquando ad horam refectionis

uentum

uentum esset amaritudo quædam mortis in olla decoctionis eorum inuenta, per uirtutem Dei, & ministerij prophetæ, per infusionem farinae dulcorata est: Olla, inquit, illa prophetica, olla uestra est, nil in se, nisi amaritudinem habens: farina uero amaritudinem in dulcedinem conuertens, gratia Dei operans est in uobis. Sumite ergo securi & cum gratiarum actione, quod cum naturaliter minus aptum fuerit uisibus humanis, ad hoc per gratiam Dei uestris est uisibus aptatum, ut uramini & comedatis. In quo si inobedientes & increduli permanetis, resistitis spiritui sancto, & gratia eius ingrati estis.

Capitulum VIII.

Hæc ergo fuit in tempore illo, sub abbate Bernardo & magisterio eius in clarissima & charissima ualle illa spiritualium schola studiorum: hic feruor regularis disciplinae, omnia eo faciente & ordinante, & tabernaculum Deo in terris ædificante secundum exemplar, quod ei in monte ostensum est, cum in solitudine Cisterciensi cum Deo in nube habitaret. Et utinam post rudimenta primæ conuersionis, postquam didicit aliquatenus & consueuit homo cum hominibus esse, & intelligere super egenum & pauperem, compatiendo infirmitatibus hominum: utinam se circa semetipsum talem exhibuisset, qualem erga ceteros, tam benignum, tam discretum, tam sollicitum. Sed continuo cum ab annua illius obedientia uinculo solutus, & sui iuris effectus est, uelut arcus distentus ad pristinum rigorem: & sicut torrens detentus & dimissus, ad prioris cursus consuetudinem reuersus est, quasi reprensus à semetipso poenas diuiculae illius quietis, & damna laboris intermissi. Videres hominem imbecillum & languidum conari & aggredi quæcumque uellet, minus considerare quid posset, sollicitum pro omnibus: circa seipsum negligentem, omnibus in omnibus, alijs obediētissimum, sed de seipso uix aliquando seu charitati, seu potestati obedientem. Semper enim priora sua nulla reputans, matora moliebatur ad non parcendum corpori, ad studijs spiritualibus, robur addendum: corpus suum uarijs infirmitatibus per se attenuatum, ieiunijs insuper & uigilijs sine intermissione atterendo. Orabat stans die noctisque, donec genua eius infirmata à ieiunio, & pedes eius à labore inflati, corpus sustinere non possent. Multo tempore, & quandiu occultum esse potuit, cilio ad carnem usus est. Vbi uero sciri aduenit, continuo illud abiciens, ad communia se conuertit. Cibus eius cum pane lac, uel aqua decoctionis leguminum, uel pultes, quales infantibus fieri solent. Cætera uel eius infirmitas non recipiebat, uel parsimonie studio ipse recusabat. Vino, si quando utebatur, raro & nimis modico, cum magis aquam & infirmitati suæ, & appetitui competere testaretur. Sic autem affectus & confectus, à comuni fratrum labore, seu diurno, seu nocturno, uix se aliquando patiebat esse excusatum, seu ab occupationibus, & laboribus ministerij sui. Videbant eum & conuersionem eius homines medici, & mirabantur: tantamque uim eum in seipso causabant inferre naturæ, ac si agnus ad aratrum alligatus arare cogerebatur. Nam cum crebra illa ex corruptione stomachi per os eius indigestæ cruditis eruptio alijs inciperet esse molestior, maxime autem in choro psallentium: non tamen illico collectas fratrum deseruit, sed iuxta locum stationis suæ procurato, ac defosso in terra receptaculo doloris illius, sic aliquandiu prout potuit, necessitatem illam transegit. At ubi ne hoc quidem permisit intolerantia rei, tunc de mum collectas deserere, & seorsum secum habitare, compulsus est: nisi quantum siue collocutionis, siue consolationis gratia, siue disciplinae claritalis necessitate, conuentui eum fratrum aliquando oportebat interesse. Et hæc fuit tristis illa necessitas, qua primo sancta illa fraternitas, sanctæ illius paternitatis iugi consortio carere posse coacta est. In quo dolemus quidem & plangimus infirmitatis eius tristem effectum, sed sancti desiderij & spiritualis feruoris affectum ueneramus. Quamquam nec infirmitatis eius effectus usquequaque plangendus sit & dolendus. Quid enim si uoluit sapientia Dei per infirma potius hominis illius tot tantaque confundere fortia mundi huius? Quid uero aliquando pro qualibet infirmitate eius remansit insectum, quod per eum secundum sibi datam gratiam fieri oporteret? Quis enim non frustra ætate, quantumuis robusti corporis, & accuratæ ualitudinis, tanta aliquando fecit, quanta iste fecit & facit moribundus & languidus ad honorem Dei, & sanctæ ecclesiæ utilitatem? Quantum postea numerum hominum uerbo & exemplo traxit de seculo, non solum ad conuersionem, sed ad perfectionem? Quantas ex eis per totum Christianum orbem constituit domos seu ciuitates refugij, ut quicumque peccauerint ad mortem, & æternæ mortis rei iudicati fuerint, reminiscantur & conuertantur ad Dominum, & confugiāt ad eas, & saluentur in eis? Quæ schismata ecclesiæ non sedauit, quas non confundit hæreses, quam pacem inter dissidentes ecclesias & populos non restituit? Et hæc quidem communia sunt. Cæterum quæ bona innumeris hominibus sigillatim præstitit, pro causa, pro persona, pro loco, pro tempore, quis enumeret? Porro si inimicitas in eo reprehenditur sancti feruoris, habet certe apud pijs mentes excessus iste reuerentiæ suam: qua quicumque spiritu Dei aguntur, multum uerentur in seruo Dei reprehendere nimium istam nimietatem. Habet & facilem apud homines excusationem, cum uix audeat quisque eum cõdemnare, quem Deus iustificat, tam multa, tam sublimia cum eo & per eum operando. Felix cui solum reputatur ad culpam, quod ceteri præsumere sibi solent ad gloriam. Fuerit autem bono iuueni suspecta iuuentus sua (beatus quippe qui semper est pauidus) fuerit ei studium tantam uirtutum plenitudinem, quam habebat ex gratia, aliqua etiam laboris sui conscientia cumulare. Sed & uita eius,

quæ

quæ omnibus proponebatur imitanda, frugalis continentia exemplo carere non debuit. In quo seruus Dei etiam nimietate forsitan excessit, pijs certe mentibus non de nimietate, sed de seruire exemplum reliquit. Quid autem eum nitimur excusare, in quo ipse qui uere omnia opera sua, non confunditur usque hodie se accusare: sacrilegij arguens, quod seruicio Dei & fratrum suorum abstulerit corpus suum, dum indiscreto seruire imbecille illud reddiderit, ac penè inutile. Sed conualuit de infirmitate, & infirmus fortior & potens factus est. Virtus namque Dei uehementius in infirmitate eius resurgens, ex tunc usque hodie digniorem quandam apud homines ei efficit reuerentiam, & in reuerentia auctoritatem, & in auctoritate obedientiam. Iam tunc enim ad opus prædicationis diuinitus aptabatur, ad quod (ut supra dictum est) ex utero matris suæ, cū testimonio diuinæ reuelationis olim fuerat præsignatus. Nec tunc tantummodo, sed omni tempore conuersionis & subiectionis & prælationis suæ, ipso ordinante, quo & agente, congruo ordine ad hoc instituebatur: & ignorans quid de se fieret non solum monastico, sed & omni ecclesiastico ordini in hoc preparabatur. Et primum quidem circa resuscitandum in monastico ordine antiquæ religionis seruire, primitiis iuuentutis suæ dedit, exemplo & uerbo in conuentu fratrum intra septa monasterij ad hoc omni studio uacans. Postmodum autem cum ad alium uitæ & conuersionis ordinem infirmitate corporis cogere, & sicut dictum est, necessitas infirmitatis, & ordo necessitatis à communi conuersione conuentus plus solito sequestraret: hæc prima cœpit esse occasio, ut quasi hominibus de seculo expositus, quorum iam ad eum multitudo magna confluxerat, ipse etiam præsentiam suam liberius eis ac liberalius comodans, uerbum uitæ prædicaret. Cumque & longius aliquando à monasterio pro causis ecclesiæ communibus obedientia traheretur, & quocumque ueniret, undecunque locuturus, de Deo silere non posset, & agere quæ Dei sunt non cessaret: sic in breui apud homines innotuit, ut ecclesia Dei tam utili membro in corpore suo reperto, uti ad quodcumque oportebat non dissimularet. Sed & licet à primo flore inuentis ætatis, fructibus spiritus semper abundauerit: ab hoc tamen tempore copiosius ei addita est (sicut Apostolus dicit) manifestatio spiritus ad utilitatem, sermo scilicet sœcundior sapientiæ ac scientiæ cum gratia prophetiæ, operationes uirtutum, diuersarum opitulationes sanitarum. Quorum quædam quæ certa narratione didici, qua fide à fidelibus mihi uiris assignata sunt, eadem ipse legentibus resigno.

Capitulum IX.

Primum ergo signum hoc fuit, quod in manu serui sui mundo celebrè Christus effecit. Cum aliquantos iam in Claraualle expleisset annos, contigit uirum nobilem & ipsius quoque secundum carnem propinquum Iosbertum de Fir-

mitate, quod est oppidum proximum monasterio, grauius infirmari. Qui subito præoccupatus, amittit penitus intellectum pariter & loquelam. Unde & filius eius Iosbertus iunior, & omnes simul amici eo magis affligebatur dolore, quod sine confessione & uatico uir magnificus & magnificentè honoratus obiret. Cucurrit nuncijs ad abbatem: neque enim tunc in monasterio erat. Venit & inuenit eum, iam triduo sic iacentem. Compassus autem homini, sed & motus lachrymis filij eius simul & lugentium cæterorum, confusus est de misericordia Dei, & sermonem magnificentè protulit dicens: Notum uobis est, quod in pluribus homo iste grauauit ecclesias, oppressit pauperes, offendit Deum. Si mihi creditis, ut ecclesiis restituatur ablata, & usurpata in grauamen pauperum consuetudines dimittantur, loquetur adhuc, & suorum confessionem faciet delictorum, diuina quoque suscipiet sacramenta deuotus. Mirantur omnes, lætatur filius, familia omnis exultat: quicquid præcipit homo Dei, firmiter ei promittitur & impletur. Cæterum frater eius Gerardus, & Galdricus auunculus, non parum terribi & turbati, secretius eum super tali promissione conueniunt, durius arguunt, acrius inuehuntur. Quibus breuiter simpliciterque respondens, Facile (inquit) facere potest Deus, quod difficile credere uos potestis. Itaque post secretam orationem, ad oblationem sacrificij immortalis accedit. Quo offerente nuncijs superuenit, qui indicaret præfatam Iosbertum liberè iam loquentem, rogare obnixius, ut uir Dei festinaret ad eum. Cui etiam post oblatum sacrificium uenienti, cum lachrymis & gemitu peccata confessus, diuina sacramenta suscepit, & duobus post hæc aut tribus diebus uiuens & loquens, ea maxime quæ præceperat abbas sanctus, constituit sine ulla retractione seruari. Sed & disposuit domum suam, & eleemosynas dedit, & sic demum Christiano more in bona spe misericordiae Dei animam exhalauit. Reuertebatur aliquando pater sanctus à pratis, & obuiam habuit mulierem, paruulum filium in brachijs deportantem, quem de longè attulerat ad eum, ab utero matris habentem manum aridam & brachium totum. Motus autem lachrymis matris & precibus, iussit puerum deponi: factaque oratione, continuo signans puerum & brachium, & manum eius, dixit mulieri, ut uocaret filium suum. Vocauit illa infantem, & ille accurrit, & utroque brachio amplexatus matrem suam, sanus factus est ex ea hora. Erant autem huius beati uiri fratres & filij spirituales, mirantes super his quæ audiebant & uidebant de eo. Nec tamen more carnalium in gloriam eleuabantur humanam, sed iuuenili eius ætati & nouæ adhuc conuersioni, spirituali solitudine metuebant. In quo nimirum zelo Galdricus auunculus eius, & Guido primogenitus fratrum, cæteros anteibat, ut ipsos tanquam geminos quosdam stimulos carnis suæ, ne gratiarum magnitudo eum extolleret, accepisse diuinitus uideretur.

Nec

Nec enim parcebant uerbis durioribus, exagitantem teneram uerecundiam eius, calumniantes etiam bene gesta, signa omnia annihilantes, & hominem mansuetissimum, nihilque contradicentem, frequenter usque ad lachrymas impropertis & opprobrijs affligentes. Narrare solet uenerabilis episcopus Lingonenis Godefridus, sancti uiri & propinquus sanguine, & conuersione socius, & ex tunc per omnia indiuiduus comes, primo miraculo quod per manus eius fieri uidit, prædictum germanum eius affuisse Guidonem. Erat enim eis uanitus per castrum Nantonis in territorio Senonum, & iuuenis quidam cuius pedem fistula occupauerat, prædicti patris tactum, & benedictionem cum multa supplicatione petebat. Signatus autem statim conualuit, & post paucissimos dies regressi per idem oppidum, sanum eum atque in columen inuenerunt. Cæterum saepe dictus beati uiri frater, ne ipso quidem poterat compesci miraculo, quo minus increparet eum & præsumptionis argueret, quod acquieuerit tangere hominem: tanta liquidem charitate pro eo sollicitus erat.

Capitulum X.

Circa idem tempus accidit, ut auunculus eius Galdricus, qui & ipse zelo simili eius mansuetudinem (sicut prædiximus) duris increpationibus obruebat, grauius febribus laboraret. Demum ingrauescente morbo, ipsa doloris magnitudine superatus, abbatem humili obsecratione compellat, ut sui misereatur & opem sibi ferat, quam cæteris consueuit. At ille cuius spiritus super mel dulcis, primum leniter breuiterque commemorans crebras super huiusmodi obiurgationes ipsius, & imponens ei, ne forte hæc diceret, tentans eum: persistenti tandem manum imponit, & febrem abscedere iubet. Nec mora, ad imperium eius reliquit eum febris, expertum in semetipso quod in cæteris arguebat. Idem quoque Galdricus, cum in Claraualle aliquantos iam perageret annos, seruens spiritu & totius boni æmulator, ex hac luce migravit. Qui ante unam ferè horam mortis turbatus ad momentum, & toto corpore terribiliter motus, infremuit: sed ad pristinam serenitatem reuersus, uultu deinceps placidissimo expirauit. Noluit autem Dominus sollicitum abbatis animum huius rei cognitione fraudari. Siquidem post aliquot dies idem Galdricus apparuit ei in uisu noctis, cum omnia erga se prospera esse sciscitanti responderet, & in magna sese gratularetur felicitate locatus: demum interrogatus est quid nam sibi uoluit tam acerba illa in morte, tamque repentina commotio. Dicebat autem quod ea hora duo spiritus nequam, uelut in puteum horrendæ profunditatis eum precipitare parassent, unde territus ita contremuit, sed beato Petro accurrente, ereptus nihil sensit deinceps læsionis. Longum esset cuncta narrare que super his qui ex hac uita discesserant, & eorum felicitate seu etiam necessitate, diuina ei gratia reuelare ab ipsis initijs consueuit. Vnum tamen dixerim, quod ob fra-

trum commonitionem aliquotiens etiam ipse commemorat. Frater quidem bonæ intentionis, sed durioris erga cæteros fratres conuersionis, & minus compatiens quam deberet, in monasterio defunctus est. Post paucos autem dies uero Dei apparuit uultu lugubri & habitu miserabili, insignificans non ad uotum sibi cuncta succedere. Interrogatus autem quid sibi esset, quatuor dilaceratis sese traditum querebatur. Ad quod uerbum continuo impulsus est, & quasi præcipitanter expulsus à facie uiri Dei. Qui grauius ingemiscens, post tergum eius clamauit: Præcipio tibi in nomine Domini, ut qualiter tecum agatur, in proximo mihi iterum innotescas. Et conuersus ad orationem pro eo & oblationem hostiæ salutaris, aliquos etiam fratrum, quorum ampliolem nouerat sanctitatem, eidem similiter subuenire monebat. Nec uerò desistit, donec post, sicut præceperat, per aliam reuelationem, cognita eius liberatione meruit consolari.

Capitulum XI.

Circa hoc tempus in regno Galliarum & finitimis regionibus fames inualuit, seruatorum autem suorum horrea Domini benedictio cumlauit. Siquidem usque ad annum illum nunquam eis laboris sui annona suffecerat. Sed & tunc quoque post messem collectam, diligenter omnibus suppuitatis, uix usque ad Pascha sibi eam posse sufficere aestimabant. Cum autem emere uellent, sumptus non inuenerunt, quod longè carius solito uenderetur. Itaque ab ipso tempore quadragesimali, pauperum ad eos maxima multitudo confluxit. Quibus erogantes fideliter quod habebant, Domino benedicente, ex modica illa annona usque ad messem ipsi pariter & qui superueniebant pauperes, alacriter sustentabantur. Virum pauperem, non longè à monasterio habitantem, uxor adultera maleficijs cruciabat. Sicut enim ei in ira & furore fuerat comminata, egerat per malignas incantationes, ut miser homo consumptis carnis nec posset mori, nec uiuere sineretur. Sapius denique & uocis usum, & sensum omnem corporis amittebat: iterumque redibat non ad uitam, sed ad mortem prolixiores crudeliter reuocatus. Adducitur tandem homo ad uirum Dei, in monasterio demorantem, & ei tragœdia miserabilis explicatur. Qui uehementer indignans, anti qui hostis malitiam tantum sibi in Christianum hominem usurpasse, uocans duos de fratribus, ante sanctum altare hominem deportari, ibique superposito capiti eius uasculo Eucharistiæ continente, in ipsius sacramenti uirtute, à læsione Christiani iubet demonem prohiberi. Factum est ut præcepit: & miserum hominem post tantos cruciatus, fides perfecta perfectæ reddidit sanitati.

Capitulum XII.

Frater Robertus eiusdem sancti uiri monachus, & secundum carnem propinquus, in adolescentia sua quorundam persuasionem deceptus, Cluniacum sese contulerat. Venerabilis autem pater posteaquam aliquandiu dissimulauit, eundem fratrem

fratrem statuit per epistolam reuocare. Quo dicente, venerabilis Gulielmus Rieuallis, postea monasterij primus abbas, in membrana scribens, eandem exiebat epistolam. Erant autem ambo pariter sub diuo sedentes, ad dictandum quippe secretis septa monasterij egressi fuerant. Subito autem inopinatus imber erupit, & is qui scribebat (sicut ipso referente didicimus) chartam reponere uoluit. Ad quem pater sanctus, opus (inquit) Dei est: scribe, ne timeas. Scripsit ergo epistolam in medio imbre, sine imbre. Cum enim undique plueret, chartam expositam uirtus operuit charitatis, & qui dictabat epistolam, schedulam quoque pariter conseruabat. Et haec quidem epistola ob tam grande miraculum, in codice epistolarum eius a fratribus non immerito prima est ordinata. Agebatur solennitas quadam praecipua, & frater aliquis quem pro secreta culpa ab altaris sacri communionis suspenderat, notari timens, & ruborem non sustinens, ad manum eius cum ceteris nimium presumptuosus accessit. Intuitus autem eum, quoniam causa latens erat, repellere hominem noluit: sed intimo corde orabat Deum, ut de tanta presumptione melius aliquid ordinaret. Itaque sumens homo Eucharistiam, non poterat ad interiora transire, & diu multumque conatus, cum nullo modo praeualeret, anxius & tremebundus clausam ore seruabat. Expleta denique hora orationis sexta, patrem sanctum traxit in partem, cuius pedibus aduolutus, cum multis ei lachrymis quod patiebatur aperuit, & aperto ore ipsam quoque Eucharistiam ostendebat. Increpans autem eum, confitentem absoluit, & sine difficultate recipit Dominica sacramenta. In minimis etiam rebus magna per eum nouimus contigisse. Venerat aliquando Fufniacum, quae est abbatia, una de primis quae ipse aedificauit, in Laudunensi territorio sita. Cumque noui ibidem oratorij dedicatio pararetur, ita illud occupauerat muscarum incredibilis multitudo, ut earum sonitus improbusque discursus, grauem nimis introeuntibus molestiam generaret. Nullo igitur occurrente remedio, dixit sanctus, excommunico eas, & mane omnes pariter mortuas inuenerunt. Cumque pauimentum omne operuissent, palis eijcientes eas, ita demum basilicam mundauerunt. Hoc autem tam notum & tam celebre fuit, ut in ter uicinos quoque, quorum ad dedicationem maxima multitudo conuenit, muscarum Fufniacorum maledictio in parabolam uerteretur.

In eo quoque monasterio, cui Charus locus nomen est, puerum quendam qui incessanter flebat & eiulabat, uir sanctus osculo sanauit. Cum enim per multos dies sine intermissione ploras, nullam reciperet consolationem, quod genus morbi medici non ignorant, miserabiliter deficiens tabescebat. Quem seorsum alloquens, pater sanctus monebat, ut suorum confessionem faceret delictorum. Facta autem confessione, subito uultum serenans, petijt a beato patre sibi osculum dari. Accepto quoque osculo pacis ex ore sancti,

A in omni protinus pace quieuit, & lachrymarum fonte siccato, latus & incolumis est regressus ad propria. Exeunt aliquando abbati post fratres reliquos ad laborem, filium claudum pater obtulit, supplicans ut ei manum imponere dignaretur. Excusabat autem se uir Dei, dicens non se esse illius meriti, a quo talia deberent beneficia postulari, claudis reddere gressum, Apostolicae esse, non suae uirtutis. Vicus tamen patris instantia, signauit puerum, ac dimisit. Qui ex hora conualuit, & intra paucos dies ab eodem iterum patre cum multa gratiarum actione reductus, incolumis oblati est uiro Dei. Diuertit aliquando nobilium cohors militum ad Clarauallum, ut uideret locum ipsum, ac reuerendissimum eius abbatem. Propere autem erat sacrum quadragesime tempus, & illi omnes ferè iuuenes dediti militie seculari, circumibant querentes execrabiles nudinas, quas uulgo tonnetas uocant. Coepit itaque ab eis petere paucos illos qui ante quadragesimam supererant dies, ne armis interum uterentur. Quibus obstinato animo reuenientibus, nec concedere acquiescentibus, confido, ait, in Domino, quod ipse mihi dabit inducias, quas negastiis. Et accessit fratre, iubet eis ceruicem propinari, benedicens eam & dicens, ut potionem biberent animarum. Biberunt ergo pariter, quidam tamen inuiti praeter amore seculi, metuentes cum quae postea sunt experti diuinae uirtutis effectum. Venit enim egressi sunt monasterij fores, mutuis sese coeperunt inflammare sermonibus: quia cor eorum ardens erat in eis. Inspirante igitur Deo, & corrente uelociter uerbo eius, eadem hora reuersi, & conuersi a uiribus suis, spiritali militie dextras dederunt. Quorum quidam adhuc militat Deo, quidam autem cum eo iam regnant, carnis uinculis absoluti. Quid autem mirum quod deuotus hunc hominem colit obsequijs maior etas, in cuius deuotionem diuina uirtus ipsam quoque in fantiam excitat, expertem adhuc rationis, & deuotionis ignarum? Norunt multi illustrem iuuenem Vualtherum de Monte mirabili, cuius patruus frater Vualtherus inter eos quos praediximus milites, sacram in Claraualle militiam est professus. Hunc ergo Vualtherum iuniorem, cum adhuc infantulus esset, adhuc anniculus, et sola posse cognoscere ubera cognosceretur, mater sua benedicendum obtulit uiro Dei: gratulabunda exultans, quod in domo sua hospitium haberetur habere tam sanctum. Cumque uir Dei (sicut semper & in omni loco facere consueuerat) de salute & aedificatione animarum ad circumpositos loqueretur, praedicti mater infantis tenens eum in gremio, sedebat secus pedes ipsius. Accidit autem ut inter loquendum aliquando manum protenderet, & apprehendere eam conabatur infantulus. Aduertitur tandem conatus paruuli, cum sapius id fecisset, & mirantibus uniuersis, datur ei facultas, ut manum possit apprehendere, quam optauit. Tum uero mira admodum reuerentia alteram manum suam supponens,

ponens, altera tenens eam, deuolit ad os suum, & oscularus est eam. Neque id semel tantum, sed totiens faciebat, quotiens beatam manum tenere permiffus est.

Capitulum XIII.

Infirmabatur aliquando homo Dei, & uelut Iriulus quidam phlegmatis incessanter ab eius ore fluebat. Vnde exhausto corpore usquequaque deficiens, paulo minus ad extrema deuenit. Conuenerunt itaque filij & amici eius uelut ad exequias tanti patris, & ego ipse inter ceteros astui, quod me quoque eius dignatio in amicorum numero reputaret. Cumque extremum iam trahere spiritum uideretur, in excessu mentis suae ante tribunal Domini sibi uisus est praesentari. Assuit autem & Satan ex aduerso, improbis eum accusationibus pulsans. Vbi uero ille omnia fuerat prosecutus, & uiro Dei pro sua fuit parte dicendum, nil territus aut turbatus ait: Fateor, non sum dignus ego, nec proprijs possum meritis regnum obtinere caelorum. Ceterum duplici iure illud obtinens Dominus meus, haereditate scilicet patris, et merito passionis: altero ipso contentus, alterum mihi donat, ex cuius dono iure illud mihi uendicans non confundor. In hoc uerbo confusus inimicus, conuentus ille solutus, & homo Dei in se reuersus est. Cumque ex hoc magis dissolutionem sui corporis imminere speraret, uisio altera longe dissimilis est secuta. Siquidem uelut in littore quodam positus, uidebatur sibi nauem quae se transfueheret, expectare. Cumque applicuisset nauis ad littus, festinabat ingredi, & illa sedens impingebat in aquam. Usque tertio ita faciens, tandem relicto eo, nauis ibat & non reuertebatur. Intellexit autem protinus, necdum tempus suae migrationis adesse. Adhuc tamen crescebat dolor, eo utique magis molestus, quo minus iam cum spes imminens exitus solabatur. Contigit autem ad uesperascente iam die, ut ceteris fratribus iuxta consuetudinem accedentibus ad lectionem collationum, solus abbas cum duobus fratribus sibi assistentibus remaneret in diuersorio in quo iacebat. Cumque uehementius affligeretur, & supra uires dolor exerceceret, aduocans alterum e duobus, iubet citius oratum ire. Excusantem denique, & dicentem: Non sum ego talis orator, obedientiae auctoritate compellit. Itum est, & oratum ad altaria, quae in eadem basilica erant tria. Primum in honore beatae Dei genitricis, duo circumposita in honore beati Laurentij martyris, & beati Benedicti abbatis. Eadem igitur hora assuit uiro Dei praedicta beata uirgo, duobus illis stipata ministris, beato scilicet Laurentio, & beato Benedicto. Aderant autem in ea serenitate & suauitate quae eos decebat, et tam manifeste, ut ex ipso introitu cellulae, personas quoque discerneret singulorum. Imponentesque ei manus, & loco doloris tactu pijsimo lenientes, omnem protinus aegritudinem depulerunt. Siccatu est enim illico phlegmatis riuus, & dolor omnis abscelsit,

A Cum autem & ego aliquando aegrotarem in domo nostra, & iam me nimium fatigasset & attriuisset, in longum nimium se protendens aegritudo: audiens hoc, misit ad me fratrem suum, uirum bonae memoriae Gerardum, mandans me uenire ad Clarauallum, spondens me sibi cito aut curandum, aut moriturum. Ego uero quasi diuinitus accepta uel oblata facultate, seu apud eum moriendi, seu aliquandiu cum eo uiuendi, (quorum quid maluerim tunc, ignoro) profectus statim sum illuc, quamuis cum nimio labore ac dolore. Vbi factum est mihi quod promissum fuerat, & fateor sicut uolui. Reddita quippe mihi sanitas est a magna & periculosa infirmitate, sed paulatim uires corporis contulit illa infirmitas, feriae illae, uacatio illa ex parte ad quod uolebam. Nam & cooperabatur necessitati meae toto illo tempore infirmitatis meae, apud eum infirmitas eius, quae & ipse tunc temporis detinebatur. Infirmi ergo ambo tota die de spiritali physica animae conseruabamus, de medicamentis uirtutum, contra languores uitiorum. Itaque tunc disseruit mihi de Cantico canticorum, quantum tempus illud infirmitatis meae permisit, moraliter tantum, intermissis mysterijs scripturae illius: quia sic uolebam, & sic petieram ab eo. Singulisque diebus quaecumque super hoc audiebam, ne mihi effugerent, scripto alligabam, in quantum mihi Deus donabat, & memoria me iuuabat. In quo cum benignè & sine inuidia exponeret mihi, et communitate suae, & multa docere niteretur in expertum, quae non nisi experiendo discuntur: etsi intelligere non poteram adhuc quae apponebantur mihi, plus tamen solito intelligere me faciebat, quid ad ea intelligenda deesset mihi. Sed de his huc usque dixisse sufficiat. Cum autem instante dominica, quae septuagesima denominatur, uespere sabbati dominicam ipsam praecedentis iam tantum conualuissim et ualarem, ut de lecto per me surgere & exire & intrare possem, uespere sabbati ipsam dominicam praecedentis, coepi disporre de reditu nostro ad nostros. Quod ipse auditum omnino prohibuit, & usque ad dominicam quinquagesimam omnem mihi spem reditus & conatum interdixit. Acque uel facile, cum quod praecipiebatur & uoluntas non abnueret, & infirmitas requirere uideretur. Cum autem ultra dominicam illam septuagesimam a carnibus, quibus usque ad diem illam ipso precipiente & necessitate cogente uescerem, uellem abstinere, & hoc ipsum prohibuit. Super quo cum nec monenti acquiescerem, nec rogantem audirem, nec obedire praecipienti: sic uespere illa sabbati abinuit discelsimus, ille tacitus ad completorium, ego ad lectum. Et ecce infirmitatis meae rabies rediuita, quasi resumptis omnibus uiribus pristinis, cum tanta me uehementia & ferocitate inuadens corripuit, tantaque malignitate tota nocte illa deuastando cruciauit, fur-

pra vires, supra uirtutem, ut de uita desperans, A uix saltem usque ad diem, ut uel semel adhuc loquerer uiro Dei, crederem me uicturum. Cumq; in dolore illo totam noctem duxissem, summo mane acerbitus ille aduenit, non tamen afferens mihi quem solebat uultum cōpatientis, sed quasi arguentis. Subridens tamen, quid (inquit) hodie comedetis? Ego uerò qui iam ipso tacente, hesternam inobedientiam certissimè interpretabar causam esse illius afflictionis meae, quicquid inquam praeceptis. Quiescite ergo, ait, nō moriemini modò. Et abiit. Et quid dicam? Con festum omnis dolor abiit, nisi quòd fatigatus nocturno illo dolore meo, tota ipsa die uix delecto surgere praeualui. Quis enim, aut qualis fuit ille dolor? Non recolo simillè me aliquando fuisse perpeffum. In crastino autem sanus factus sum, & vires recepi. Et paucis interpositis diebus, cum benedictione & gratia bona boni hospitis mei ad propria reuersus sum.

Capitulum XIII.

Cumq; dilectus Deo & hominibus Bernar dus in illa ualle sua & uicinis ciuitatibus & regionibus, quas aliquotiens eum inuisere domesticae curae ratio cogebat, tantis floreret uirtutibus & miraculis, coepit etiam seu communibus ecclesiae necessitatibus, seu charitate fratrum, seu obedientia maiorum, ad remotas pertrahi regiones, paces desperatas inter dissidentes ecclesias & principes seculi reformare, causas humanas sensui et consilio interminabiles, auxilio Dei pacificè terminare, & uirtute potius fidei quam spiritu huius mundi de multis huiusmodi impossibilibus possibilia facièdo, quasi montes transferendo, magis ac magis in oculis omnium mirabilis & uenerabilis apparere. Maxime uerò intantum in eo enitescere coepit uirtus praedicationis, ut dura etiam corda auditorum emolliret, & uix aliquando uacuum domum rediret. Postmodum uerò foeliciter proficiente & usu sermonis, & exemplo conuersationis rete uerbi Dei in manu piscatoris Dei, tam copiosas piscium rationalium multitudines coepit concludere, ut de singulis eius capturis, nauicula domus illius impleri posse uideretur. Vnde factum est, ut in breui maiori miraculo praè omnibus quae in hac uita gessit miraculis, per unum hominem languidum & seminecem, & tantummodo loqui ualentem, obscura usq; ad illud tempus illa uallis, & re & nomine Clarauallis efficeretur diuinæ cuiusdam claritatis lumē, quasi de fumo quodam apice uirtutum diffundens inde uexa terrarū. Et ex tunc apud uallem illam, quae prius dicebatur uallis absinthialis & amara, coeperunt montes stillare dulcedinem. Quae uacua fuerat & sterilis ab omni bono, coepit abundare spiritali frumento, & de rore caeli & benedictione Dei, intantum pinguescere omnia deserta eius, & multiplicata gente magnificare laetitiam, ut impletum in ea uideatur, quod olim per Prophetam dictum est ad ciuitatem Hierusalem: Ad-

huc, inquit, dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuae. Angustus est locus, fac locū ut habitemus. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? Ego sterilis & non parturiens, & istos quis enutriuit? Iam enim de locis angustioribus uallis illius domus claustralis habitationis, nō sine diuinis quibusdam reuelationibus translatae in locū planiorem & spaciosum, magnificatae sibi & amplificatee sunt, & adhuc multitudini inhabitantium ipse locus angustus est. Iam domus ordinis illius, filiae domus ipsius citra & ultra alpes & maria deserta plurima impleuerunt, & adhuc sunt & quotidie confluunt, quibus locus quaerendus est. Et petuntur undiq; fratres & mittuntur, cum beatos se aestimant reges gentium & praesules ecclesiarum, ciuitates & regiones quae cunq; de domo illa & disciplina uiri Dei meruerunt contubernium aliquod adipisci. Quid dicor? Ultra homines usq; ad barbaras nationes, in quibus naturalis feritas naturam quodammodo exiit humanam, religio haec profecta est, ubi per eam bestiae syluae, homines fiunt: & cum hominibus assuetae conuersari, discunt cantare Domini no canticum nouum. Quapropter piscator Dei, praecipiente Domino non cessat laxare retia in capturam: & alijs abeuntibus, alijs succedentibus in locum eorū, nunquā sancte illius congregationis minuitur plenitudo. Hoc usq; nunc egerunt, & quotidie agunt miracula eius capturae, Cathalaunensis, Parisiacensis, Maguntia, Leodiensis, et aliarum nonnullarum ciuitatum: Flandriae quoq; & Germaniae, Italiae, Aquitaniae, & aliarum regionum quascunq; quacunq; necessitate contigit aliquando, seu adhuc usq; hodie contigit uirum Dei uisitare. Cooperante siquidem gratia spiritus sancti, quocunq; uadit, plenus redit, & sua eum plenitudo ubiq; comitatur. Nec dimittit suos, quos a se transmittit: sed ubiq; sunt, & ipse semper paterna sollicitudine cum eis est. Et sicut ad locum, unde exeunt flumina reuertuntur: sic ad ipsum quotidie seu laeta, seu tristia filiorum suorum. Saepè etiam sine omni relatione carnis ac sanguinis, paternae eius sollicitudini diuinitus innotescit: quid circa aliquos eorum longè a se distates agatur, si quid eis prouidendum, si quid in eis emendandum sit, tentationes & excessus eorum, infirmitates & obitus, & quarumlibet secularium tribulationum incur sus. Nam & pro absentium fratrum certis necessitatibus, praesentibus circa se fratribus saepè orationem indicit. Nonnunquam etiam morientes in locis alijs, ad ipsum per uisionē accessisse noscuntur, benedictionem eius & licentiam postulant: nimirum hoc agente & obedientia missorum, & charitate mittentis. Veneram aliquando ad eum, & dum loquerer ei, uidi & audiui quod silere nō debeo. Aderat monachus quidam Fusiensis, continuo ad suos rediturus. Cumq; accepto responso super ijs, pro quibus uenerat, iam ab eo egredere, in spiritu & uirtute Heliae reuocans eum Propheta Dei, & nomine fra-

mine fratris cuiusdam de domo illa praemisso, de occultis quibusdam me audiente mandauit illi, ut ea corrigeret: sin autem, super se iudiciū Dei in proximo expectaret. Stupefactus ille, quis hoc ei dixerit, requisiiuit. Quisquis, inquit, dixerit mihi, tu uade, & dic quae ego dico tibi: ne si dissimulaueris, te quoq; inuoluat par poena peccati. Mirabar super hoc, sed miranti mihi, in simi li penitus causa multa mirabiliora de eo narrata sunt. Guido namq; frater eius, maior natu inter fratres suos, cuius grauitatis & ueritatis fuerit uir, omnes sciunt qui eum sciunt. Hic, cum simul aliquando essemus, et de huiusmodi loqueremur, et quaerem ego ab eo, sicut iucundè ad amicos colloctionis esse solebat, fabulae (inquit) sunt quae auditis. Cumq; suo more & solito studio fraternalis uirtutes deprimeret, mihi tamen nollet esse molestus. Quae (inquit) nescio, nō dico uobis, sed unū scio & expertus sum, multa ei in oratione reuelari. Deinde narrauit mihi, quomodo cū primò mellis illa illa spiritualium apum aluearia noua de se examina circumquaque proferre, nouasq; ex eis domos ordinis sui edificare coepisset, petente & agente domino Guilermo episcopo in episcopatu Cathalaunensi, eam quae Trium fontium dicitur, construxerunt. Ad quam cum abbatem cum monachis emisissent, Dominum Rogerium, uirum nobilem se cūdem seculum, sed nobiliores sanctitate, et uiros quosdā similibus formae cum eo, spiritualis pater filios quos emisit, nō dimisit: sed paterna sollicitudine & pia affectione cum eis erat. Vnde cum die quadam soli simul essent abbas & ipse, cuius hoc relatione didici, & de fratribus ipsis ad alterutrum loquerentur, subito altius suspirans, durius aliquid solito de eis corde suo sibi respondere: Vade, ait, fratri tuo, ora pro eis, & quicquid de eis ostenderit tibi Deus, refer ad me. ipse enim grauissima ualitudine ea hora laborans, in lectulo tenebatur. At ille uehementer expauescens, ablit, inquit: non sum qui hoc modo nouerim orare, qui hoc merear impetrare. Perseuerante tamen eo in sententia, itum est & oratum. Orans ergo quantum praeualuit, pro singulis effudit animam suam: tantq; per singulos in orando perfusus est sua uitate conscientiae, cum impetrandi fiducia, & omni gratia spiritualis consolationis, ut in omnibus certa fide exaudiret se exultaret spiritus eius: exceptis duobus, in quibus oratio titubauit, haesitauit deuotio, fiducia defecit. Quod cum retulisset ad eum, a quo missus erat, ille statim pronunciauit de illis duobus, quod postea probauit euentus. Abbas autē Rogerius, & aliqui qui cum eo erant, ipsi fuerunt quos uir Dei aliquando de Cathalaunensi traxerat ciuitate, de quibus, uel in quibus etiam tunc simile quid fuerat factum. Cum enim episcopi gratia Cathalaunum frequentaret, rediens aliquando, traxit secū multitudinem nobilium & literatorum clericorum & laicorum. Quibus adhuc in domo hospitem demorantibus, dum nouellas plantationes coelesti

bus rigaret eloquijs, superuenit portarius monachus, nunciās Stephanum de Vitreyo magistrū eorum adesse, ad renunciandum seculo, & cum eis commorandū. Quis alius de talis uiri aduentu nō exultasset, praesertim cum uallis illa huiusmodi frumento non multum adhuc abundaret? Ipse uerò reuelate sibi spiritu sancto insidias spiritualis nequitiæ, tacitus aliquantulū in gemiscēs, erupit in uocem audientibus uniuersis: Malignus ait spiritus huc eum adduxit. Solus uenit, solus reuertetur. Obstupere omnes qui prius audito eius aduentu, non se capere poterant praelatitia. Veruntamen ne pusillos adhuc scandalizaret filios, suscepit hominem, de perseuerantia, alijsq; uirtutum studijs studiose commonuit, & sciens & prudens omnia promittentem nihil acturum, cum uerè Deum quaerentibus & perseueraturis in cellam nouitiorum probandum introuisit. Sed de omnibus quae praedixerat, nihil cecidit in terram. Vidit idem Stephanus, sicut confessus est, cum in cella nouitiorum adhuc demoraretur, maurulum quendam puerum ab oratorio se extrahentem. Vbi nouem ferme mensibus degens, nouissimè tamen defecit, et ut de eo praedictum fuerat, sicut solus uenerat, sic solus recessit. Frustrata autem est & uersutia inimici, & quem nouitiorū parauerat in ruinā, de ipsius potius ruina illa confirmati sunt. Priusquam a Cathalauno recedamus, cum aliquando pater sanctus inde rediret, frigore & uero tam ipse, quam qui cū eo erant, grauitè laborabant. Cumq; praecedentibus multis, qui tunc fortè in comitatu eius erant, nec praè angustia frigoris ad eum atterentibus, penè solus ipse sequeretur, contigit eum quum unius de duobus, qui cum eo erant, incaute dimissum euadere, et excurrere per planiciem late patentem. Quem cum apprehendere non possent, & intemperies aeris ad hoc non permitteret uacare diutius, oremus inquit. Flexisq; genibus in oratione cum fratre qui cū eo erat, uix adhuc dominicam poterant orationem expleuisse, cum ecce equus ille cum omni mansuetudine rediens, substitit ante pedes ipsius, & reditus est sessori suo. Et ut a Cathalauno ad Remensem ciuitatem pertranseamus, contigit aliquando dissentientibus archiepiscopo & populo Remensi, ad conciliandos eos adesse uirum Dei. Cumq; in palatio eiusdem ciuitatis cum Iohanno Suesionensi episcopo confedisset, & magna cleri plebisq; frequentia repleta domo de pace tractaretur, ecce coram omnibus misera mulier filium suum plenum (ut putabatur) daemone ei offerens, misericordiam precabatur. Si quidem iam ea ipsa die insurgens in ipsam matrem suam, penè eam occiderat, & mutus effectus & caecus, & surdus, apertis oculis non uidebat, & stupentibus in eo sensibus omnibus etiam sine intellectu permanebat. Compassus uerò miseræ matri, quam maxime sensus doloris illius excruciat, misero adolescenti blandiens, & pijs manibus caput eius & faciem demulcens, alloquitur

eū cepit, et quomodo in matrē suam mittere ma-
nus præsumpserit, sciscitari. Ille uerò ad se reuer-
sus, continuo peccatū suum recognouit, & dein-
ceps emendationē promittens, incolumis resti-
tutus est matri suæ. In monasterio quoq; quod
Alpense dicit, inter cæteros qui curā requirebāt
infirmorum, uenit ad eum mulier quæ caduco
morbo laborabat. Hæc in ipsa hora cum staret
coram eo, à repētinō impetu malī illius corruit.
Sed apprehensa uir Domini manu eius, conti-
nuò erexit eam, nec tantū in illa hora, sed perfe-
ctē omnino curata est ab infirmitate sua.

Capitulum XV.

DVcisfa Lothoringiæ, foemina nobilis, sed
non tam nobiliter uicitans, cum uidisset
aliquando in somnis hominē illum Dei serpen-
tes septem horribiles, de utero suo manibus pro-
prijs extrahentem, postmodum ad religiose ui-
uendum eius admonitione conuersa, usq; hodie
se esse, de qua septē dæmonia eiecerit, gloriatur.

Nouit ego clericum quendam, Nicolaum no-
mine, seculo penē desperabiliter deditū, sed per
eum de seculo liberatum. Qui cum in Claraualle
monasticæ conuersationis habitum & ordinem
suscepisset, uidens eos qui de seculi illuc naufragio
confugerant, naufragij sui damna continuū
redimere lachrymis: idemq; ipse facere uolens,
nec ualens præ duritia cordis sui, rogabat eum
cum magno cordis dolore, ut impetraret sibi à
Deo gratiam lachrymarum. Orauit, tantamq; ei
& tam continuam impetrauit compunctionem
cordis cum gratia lachrymarum, ut uix aliquan-
do ultra inuenirentur uultus eius in diuersa com-
mutati, uel oculi eius sine lachrymis, etiam cum
comederet, cum iret per uiam, uel dum cū quo-
libet loqueret. Tot sunt et tantæ, quas in hunc
modū de eo audiuius & uidimus uirtutes, &
circa diuersas hominum necessitates diuersę opi-
tationes, ut si quis omnia uelit uel uerbo pro-
nunciare uel scripto, fastidiosus incredulitatem,
uel incredulis possit generare fastidium. In om-
nibus autē operibus suis quam purus ei sit ocu-
lus intentionis, manifestē denunciat corpus luci-
dæ eius operationis. Summos quippe honores
ecclesiasticos, quasi dignū eum iussit persequē-
tes, non iactanter respuēdo, sed religiose & ra-
tionabiliter declinando, quid in omni operatio-
ne sua semper quesierit, quò ambierit, manifestē
declarat. Cumq; dignus esset ut cogere, nescio
quo iudicio Dei, et singularis reuerentia sanctita-
tis, iam olim apud uoluntatē suam cogat. Sed cum
hoc modo mundi huius fugit honorē, omnium
honorum non effugit auctoritatem, dignus in
conscientijs omnium qui in timore & amore
Dei timeatur & ametur: quo præsentē ubique
que fuerit, nil contra iustitiam audeatur, cui ubi-
cunque aliquid loquitur uel agit pro iustitia, o-
bediatur. Eiusmodi fultus auctoritate in ecclesia
Dei, cum obedientiæ uel charitatis urget neces-
sitas, nullam refugit incommoditatem laboris

fui. Cuius enim uoluntati sic detulit, cuius confi-
lio sic se humiliavit potestas omnis tam secula-
ris, quam ecclesiastica dignitatis: Reges super-
bi, principes & tyranni, milites & raptores sic
eum timēt & reuerent, ut uideat in eis impletū,
quod in Euangelio legitur Dominus dixisse di-
scipulis suis: Ecce, inquit, dedi uobis potestatem
calcandi super serpentes, & scorpiones, & super
omnem uirtutē inimici, & nihil uobis nocebit.
Porro inter spirituales, & ubi spiritualia spiri-
tualiter examinantur, longē ei alia auctoritas
est. Sicut enim dicitur per Prophetam de san-
ctis animalibus, quia cum fieret uox supra fir-
mamentum quod imminēbat capiti eorum, sta-
bant & submittebant alas suas: sic hodie ubique
terrarum spirituales quique, loquente, eo seu tra-
stante, stant, cedendo præcedenti, & sensibus ei-
us uel intelligentijs submitunt sensus & intelli-
gentias suas. Tanta ergo uirum illum sanctum
usque hodie apud Deum & apud homines com-
mendant sacrarum insignia uirtutum, testimo-
nia circumuallant sanctitatis, charismata sancti
spiritus illustrant, quodq; maius his omnibus &
difficillimum est in rebus humanis, hæc ei omnia
sine inuidia adesse uidentur. Compescit autem
ab eo inuidiam, quod omni inuidia maior est, in
quantum nequitia cordis humani, hoc sæpe ces-
sat homini inuidere, quò non potest aspirare: sed
et ipse omnem inuidiam aut mortificat exemplo
humilitatis, aut mutat in melius, prouocatione
charitatis: aut si nequior uel durior est, obruit
pondere auctoritatis. Quis enim tam efficacia
& affectuosa prudentiæ hodie inuenitur ad fo-
uendam charitatem ubi est, ad prouocandam
ubi non est, tam ad quoscunq; potest beneficium,
ad omnes beneuolus, tantam habens gratiam
ad amicos, patientiam ad inimicos? Si tamen ul-
lum aliquando potuit habere inimicum, qui nul-
lū aliquando uoluit inimicari. Sicut enim amici-
tia non nisi duorum est, nec nisi inter duos ami-
cos haberi potest: sic nec inimicitia, nisi duorum
forsitan inimicorum. Qui enim odit uel non
diligit diligentem se, non tam inimicus quam
iniquus est. Sed qui omnem hominem diligens,
nullum aliquando inimicum habet uirtute sua,
nonnunquam tamen est quod patiat, inimi-
cante sibi gratis iniquitate aliena. Charitas au-
tem quæ totum eum possidet, patiens est, beni-
gna est, sapientia uincens malitiam, patientia im-
patientiam, superbiam humilitate.

Subscriptio operis præcedentis, quam authore de-
functo Burchardus abbas Baluensis
apposuit.

PRæscriptum opus quod de uita sanctissimi
uirī Bernardi Clareuallis abbatis conscri-
ptum est, à uenerabili Gulielmo pridem sancti
Theodorici abbate, sed tunc iam monacho Si-
gniacensis cenobij, ad quod desiderio solitudi-
nis et quietis sese cōtulerat, usq; ad tempus schif-
matis aduersus Innocentiū papam, à Petro Leo-
nis consiliati, digestum esse cognoscitur. Fuit au-
tem

tem præfatio fideli uiro specialis causa scribendi
amicitia & familiaritas, quibus uiro Dei multo
tempore coniunctus erat. Vnde & tantam a-
pud illum inuenerat gratiam, ut uix alter magis
intimus inueniretur ad secreta mutua dilectio-
nis communicanda, ad spiritualium mysterio-
rum conferenda colloquia. Cuius familiaritatis
gratia ex eo præcipuē usq; modò prodit ad ma-
nifestationem: quia plures epistolas idem san-
ctus scripsit ad illum, in quibus quid de eo sen-
tiat, manifestē liquet legentibus illas. Scripsit et-
iam ad ipsum librum apologeticum, et alterum
de gratia & libero arbitrio. Fuit tamen eidem
Gulielmo spirituali ualētior generalis causa scri-
bendi, uidelicet utilitas totius ecclesiæ Dei, ne
cum abscondit uas plenum thesauro deside-
rabili, ipse quoq; thesaurus pariter abscondatur:
unde nō immeritò conqueratur, qui exponi de-
siderat, dicens: Thesaurus inuisus, & sapientia
abscondita, quæ utilitas in utrisq; Exponit iste
diuitias salutis, thesaurum desiderabilem, ne la-
teat cum gleba quod gleba non est, sed precio-
sissima margarita. Accidit tamen ei contra de-
siderium suum: quia sicut ipse in præfatione sua
uereri se denunciarat, præoccupatus morte, nō
expleuit, quantum animo cōceperat, stylo man-
dandum. Itaque qui accedit ad lectionem ope-
ris huius, facillè satis intelliget à quanta perfe-
ctione pius puer & religiosus Bernardus uelut
alter Benedictus, primordia conuersionis fuerit
aggressus, qui & in utero matris sanctificatio-
nem uisus est accepisse, de qua cōcepta sunt præ-
sagia futuræ sanctitatis illius, uitæ pariter & do-
ctrinæ. Quid etiam adolecens factus agere coe-
perit, in præscripto narratur opere, ac deinceps
usq; ad uirum perfectionis depingitur diligen-
ter, quantum (sicut iam dictum est) licuit opti-
mo pictori, sed præoccupato.

Libri primi finis.

PRAEFATIO DOMINI BERNARDI

Boneuallis abbatis, in secundum librum uitæ
beati Bernardi Clareuallis
abbatis.

Virorum illustrium gesta nonnulli scriptorum laudi
bus attolentes, uerbis ea solēnibus celebrarūt, quæ-
rum excellentis ingenij, & disertæ linguæ potuere conami-
na. Cumq; tractator et opus iunctis complexibus pari sunt
fœdere coniugati, & ad propositum thema, ordinandū in-
genium & eloquentia conuenerunt, prospere actum est, &
ad quietū tranquillūq; portū directo gressu materia di-
gnè ordinateq; disposita, appulit. Vt uerò sublimitas nego-
cij sub imperito artifice naufraga eliditur scopulis, & succū
bente sensus hebetitudine tractatoris lassatur præsumptio,
serò de correctione inquit consiliū: quia quæ in multos ef-
fusa sunt, nec reuocari possunt nec corrigi, & dissonantiam
scripti & operum uenustius esset abradi, quam emendari.
Hæc ergo mecum reputans & reuoluens, omnino timeo,
ne sicut ipse multorum imprudentiæ soleo indignari, qui
cum scientia & facundia careant, ad scribendum præcipi-
tes, cum se uehementer emunxerint, eliciunt sanguinē: ita
& ego, si quod supra me est, aggrediar, me ipsum derisioni

exponā. Quis enim ego sum, qui ad scribenda gesta sancti-
fimi uiri Bernardi Clareuallis abbatis aspirē, qui nostris tē-
poribus singulari religione floruit & doctrina, cuius odor
exinanitus uniuersam repleuit ecclesiam: cuius gratia, ope-
rante Domino, signis & miraculis declaratur? Quor in mo-
nasterium eius literatos uiros, quot rhetores, quod philo-
sophos seculi huius scholę miserunt ad conuersationē theo-
ricam & mores diuinos? Quæ nō ibi floruit disciplina, ubi
erant examina magistrorū, & egregij uiri exercitato intel-
lectu insignes, qui diuinis studijs inharētes, multis gratia-
rum autoramētis inuicē seipos edocent & accendūt? De-
buerāt utiq; uiri illi, quib. nihil in aliqua gratia deest, hunc
laborē assumere, & uenerabilis patris in sculpere monimē-
ta, ut esset corū studio delectabilis pagina, quam quasi ui-
uentē traderent legendā discipulis, & perpes fieret cōsola-
tio secus positus reliquijs sacri corporis & sermonis. Sed ex-
trema æmulari, & quæ homines lateant, Clareuallis con-
sueuit humilitas: & proferre in publicū aliqua sui indicia,
uiri illi nobiles erubescūt, & quietiores faciunt eos contēptus
et abiectio, quā quilibet oblatio dignitatis, in qua sibi pro-
fessio humilitatis periclitari uidetur. Ob huiusmodi causas
sele intra silentij cardines retinentes, magis in sacco eremi,
quā in sacco palatii delectatur: nec iam in stylo, sed in cruce
gloriā querūt. In hoc ergo, si cut & in cæteris eiusmodi, ne
gociorū suorū sarcinas alijs libet imponūt. Et nunc sub-
lato uenerabilis memoriæ Domino Gulielmo, qui eisdē
uiri sancti gloriosa primordia fideliter & deuotē conscri-
psit, ad meā exiguitatē huius operis deuenit petitio: & im-
posuit mihi dilectæ ecclesiæ charitas, ut coquā pulmentū
filij prophetarū. In quo si colocyntidas miscuero negli-
gens, superiecta, ut confido, farinula, amaritudinem con-
died Heliseus, & excessus insipientiæ, obedientiæ excusa-
bit affectus.

TABVLA SECVNDI LIBRI VITAE

sancti Bernardi abbatis.

Quomodo ad prædicationes sancti Bernardi susceptus sit in
nocentius papa, & qua libertate repressit imperatorem, inuesti-
turis episcoporum requirentem, & quod omnia ecclesiastica
negotia per illum tractabuntur. Capitulum 1.

Quomodo à Lothario rege, papa deductus est in Lateranē-
se palatium, & quomodo abbates Mediolanenses reconciliauit
papa, & mulierem à demone liberauit, & aliam paruulam simi-
liter curauit. Cap. 2.

Quomodo demonem eiecit, opponens in patina sacramen-
tum, & de alijs multis curatis. Cap. 3.

De demone qui Iesum in gloria se uidisse, & cum Lucifero
recidisse fatabatur, & alijs dæmoniis curatis: & quoties in e-
piscopum & archiepiscopum electus nec contempsit, nec con-
sensit. Cap. 4.

De reditu illius Clarauallē, et immutatione prioris loci,
& adiutorij principis Theobaldi. Cap. 5.

De malicia schismaticorum, & quodam demone uxorem cu-
iusdam militis incredibili libidine adulterante, & quando Can-
tica canticorum tractat. Cap. 6.

Quomodo iterum reuocatus est Romam, & per multos la-
bores et uirtutes illius schismaticis partim reconciliatis, partim
mortuis, firma pace uniuersali ecclesiæ acquisita, & abbata san-
cti Anastasii ibidem cōstituta, Clarauallē rursum ingreditur.
Cap. 7.

Quomodo ad fundanda monasteria ab omnibus regionibus
inuitabatur, & quanti de monachis eius tunc episcopi facti sunt,
et Innocentio defuncto abbas sancti Anastasii, Bernardus sancti
Bernardi monachus, uniuersali ecclesiæ papa Eugenius efficitur,
& comes Thobaldus præ cæteris sancto uiro coniungitur.
Cap. 8.

T T t 3 LIBER

Capitulum I.



A tempestate Honorius papa uia uniuersae carnis ingressus est. Nec mora, in electione dissidens cardinalibus, & diuisa ecclesia plures numero & saniores consilio, uita probabiles, uiri uirtutum, presbyteri, diaconi, episcopi, Innocentium elegerunt, cuius uita & fama & aetas & scientia digna summo sacerdotio habebatur. At uero pars altera, infames auius uiolentia, non ratione corroboras, Petrum Leonis ad hunc apicem aspirantem, fraudulentis machinationibus seorsum & precipitanter nominauit Anacleum, & ceteris renitentibus, ordinauit. Qui uero in parte catholica erant, electi sunt solenniter ordinatum collocarunt in cathedra, & per loca illa in quibus sessiones habent ex antiqua consuetudine Romani pontifices, circumdixerunt, & pro tempore honor debitus apostolicae affuit dignitati. Ex tunc sane circa Lateranense palatium morabantur, nec erat iam eis tuta in domibus proprijs mansio, cum eos acerrime Petri satellites infestarent. Ibi etiam diu resistere non ualentes, per confederatos sibi quosdam ex nobilibus Romanis ad tempus in turribus eorum receptacula habuerunt. Sed nec in eis perseuerauit fidelitas. Nam in breui, aut ui aut formidine temerariae multitudinis, aut precio corrupti sunt. Nam Petro tam propria generis uirtute, quam adhaerentium sibi affinitate multitudo tanta erat, ut ferè tota eum ciuitas sequeretur, uel pecunia uel commodis obligata. Congregauerat sane ope innumeratas, tam in exactionibus curiae, quam in legationum negotiationibus, quas ad expectandas nundinas reseruauit. Insuper et paterni census ampla congeries eatenus sigillata, modo distributa in populum, ad fas & nefas uenalem plebem armauerat. Quibus erogatis, donaria regum in ornamentis ecclesiae, ab ipsis euulsit altaribus. Et nam calices frangere, & crucifixos aureos membratim diuidere ipsi prophani Christiani uel timerent uel erubescerent, ludaeos autem esse questitos, qui sacra uasa & imagines Deo dicatas audacter comminuerunt. Igitur quisque pro modo suo secundum maius & minus conducti, ad seclus sacramentis generalibus publice Petro uendiderunt assensum, & in omnem sanguinem manus exposuerunt & arma, & quotidianis congressibus partem quae cum Innocentio erat, male dictis infectabantur & gladis. Habere igitur ferui Dei consilium, & quia ut humana se ueri non potrant, cedere elegerunt. Et procuratis clam nauigijs, de ore leonis & de manu bestiae, per Tyberim in Tyrrenum mare elapsi, prosperis uentis carbasa impellentibus, in portu Pisano feliciter appulerunt. Praemissi in Gallias fuerant nuntii, qui Gallicanae ecclesiae intimarent negotij ueritatem, & hortarentur episcopos ut in ultione praesumptionis accingerentur, et damna parte schismatica, subscriberent unitati. Nec

A dum uero ad plenum tenor operis innotuerat episcopis, nec priuatum quisquam commodare praesumpserunt assensum, donec collecto Stampis generali conuentu in commune decernerent, quid reciperent, quid damnarent. Neque enim Francia ceteris regionibus procliuibus ad schismata, aliquando tali factione foedata est, nec malignorum acquiescit erroribus, nec fabricata in ecclesia idolum, nec uenerata in Petri cathedra monstrum. Nec enim talibus in causis principalia aliquando eos terruerunt edicta, aut generalibus utilitatibus priuata commoda praetulerunt: nec declinantes in partem personis detulere, sed causis. Conuocato igitur apud Stampas concilio, abbas sanctus Clareuallensis Bernardus, specialiter ab ipso Francorum rege, & praecipuis quibusque pontificibus accersitus, sicut postea fatebatur, non mediocriter pauidus & tremebundus aduenit, periculum quippe & pondus negotij non ignorans. In itinere tamen consolatus est eum Deus, ostendens ei in uisu noctis ecclesiam magnam, concorditer in Dei laudibus concinentem, unde sperauit pacem sine dubio prouenturam. Vbi uero ad locum uentum est, celebrato prius ieiunio, & precibus ad Deum fuis, cum de eodem uerbo tractatur rex et episcopi cum principibus cõsederunt, unum omnium consilium fuit, una sententia, ut negotium Dei, Dei famulo imponeretur, & ex ore eius causa tota pederet. Quod ille timens, licet & tremens, monitis tamen uiuorum fidelium acquiescens suscepit, & diligenter prosecutus electionis ordinem, electorum merita, uitam & famam prioris electi, aperuit os suum, et spiritus sanctus impleuit illud. Vnus ergo omnium ore locutus, suscipiendum ab omnibus summum pontificem Innocentium nominauit, & ratum esse omnes pariter acclamarunt. Et decantatis ex more laudibus, Deo obedientiam deinceps polliciti, electioni Innocentij omnes pariter subscriperunt. Interea Dominus papa multis in Pisis et in Tuscia, & in alijs prouincijs potestatiue dispositis, ualefaciens Pisanis & gratias agens, in prouincia nauigio delatus est: & Burgundiam transiens, Aurelianum peruenit. Vbi occurrentibus episcopis, a rege pijsimo Francorum Ludouico alacriter & honorifice susceptus est. Inde a Gaufrido Carnotensi episcopo, magnarum uirtutum uiro Carnotum deducitur, ubi etiam gloriosus Anglorum rex Henricus ei cum maximo episcoporum & procerum comitatu occurrit. Hunc quoque regem uenerabilis abbas ad eum praemissus adduxit. Quem uix persuasit Innocentium recipere, ab episcopis Angliae penitus dissuasum. Cum enim omnimodis recalcitraret & detrectaret: Quid times ait? times peccatum incurere, si obediens Innocentio? Cogita, inquit, quomodo de alijs peccatis tuis respondeas Deo: istud mihi relinque, in me sit hoc peccatum. Ad quod uerbum persuasus rex ille tam potens, extra terram suam domino papae occurrit usque Carnotum. Reuersi in terram de Germania, legati domini papae tam episcoporum,

A scoporum, quam regis assensum & literas detulerunt, & deprecatione publicam ut ad eos transiens, suam eis desiderata exhiberet praesentiam. Facile enim persuasi sunt recipere eum, quem iam ceteri receperant. Sed detinuit eum dilectio & deuotio ecclesiae Gallicanae, & singuli et omnes uisitatione apostolica expetebant. Perlustrata igitur Francia, Remis conuocauit concilium, in quo multis ad honorem Dei dispositis, regem Ludouicum uiuente patre, pro Philippo fratre coronauit in regem. In omnibus his dominus papa abbatem a se separari non patiebatur, sed cum cardinalibus rebus publicis assidebat. Sed & priuatum quorquor habebant negotia, uirum Dei secretius consulabant. Ipse uero audita referebat ad curiam, & oppressis patrocinijs exhibebat. Igitur soluto concilio, Leodium dominus papa Romanorum regi occurrit. Et honorifice quidem susceptus est, sed uelociter obnubilata est illa serenitas. Si quidem importune idem rex insitit, tempus habere se reputans opportunum, episcoporum sibi restitui inuestituram, quas ad eius praedecessore imperatore Henrico, per maximos quidem labores, et multa pericula Romana ecclesia uendiderat. Ad quod uerbum expauere et expalluere Romani, grauius sese apud Leodium arbitrati periculum offendisse, quam declinauerint Romae. Nec consilium suppeditabat, donec murum se opposuit abbas sanctus. Audacter enim resistens regi, uerbum malignum miralibertate redarguit, mira autoritate compescuit. Rediens autem Leodio, Claramuallense dominus papa per seipsum uoluit uisitare. Vbi a pauperibus Christi, non purpura & bysso ornatis, nec cum deauratis euangelis occurrentibus: sed panosis agminibus scopulosam baiulantibus cruce, non tumultuantium classicorum tonitruo, non clamorosa iubilatione, sed suppressa modulatione affectuosissimè susceptus est. Flebat episcopi, flebat ipse summus Pontifex, mirabantur congregationis illius grauitatem, quod in tam solenni gaudio oculi omnium humi defixi, nusquam uagabunda curiositate circumferrentur: sed complolis palpebris ipsi neminem uiderent, & ab omnibus uiderentur. Nihil in ecclesia illa uidit Romanus quod cuperet, nulla ibi suppellex eorum sollicitauit aspectum, nihil in oratorio nisi nudos uiderunt parietes. Solis moribus poterat inhiare ambitio, nec damnosa poterat esse fratribus humifusmodi praeda, cum minui non posset asportata religio. Gaudebant omnes in Domino, & solennitas non cibis, sed uirtutibus agebatur. Panis ibi apirus pro simila, pro careno sapa, pro rumbis olera, pro quibuslibet delicijs legumina ponebantur. Si forte piscis inuetus est, domino papae appositus est, & aspectu, non usu in commune profecit. Inuidit diabolus, & seruator Dei gloriam, quos tanti hospitis nobilitabat praesentia, ferre non ualens, dum in choro alacriter psalleret & deuote, praesentibus etiam nonnullis ex cardinalibus, qui in auditu & aspectu eorum delectabantur, aliquantos fratrum horribili pauore tur-

A bauit. Nam & unus praeter ceteris occupatus, blasphemus quaedam uerba locutus est: Dicite, inquit, ego sum Christus. & alij plures territi & tremebundi, ad beati patris uestigia cofugerunt. At ille conuersus ad ceteros: Orate inquit, ac deinceps sub silentio eos qui turbati uidebant, eduxit atque copescuit: ut nequissimus ille qui conuentum pietatis transferre conabatur in theatrum, & scholam innocetij in derisum, non putabat existimationem religiosorum hominum corrumpere posse, sed se proderet, & conatus suos experiretur infirmos. Tanta siquidem celeritate omnia sunt sedata, ut personas illas quae propè astabant, omnino latuerit quod acciderat: et malignus hostis uelociter increpatus, non modo scandalum eis quod parabat, inferre nequiuertit, sed nec ad illum notitiam rem perferre. Factumque est ex eo, ut ampliori sese custodia fratres muniterent, & merito & numero, & possessionibus, deinceps cresceret: Clarauallis: & multiplicatis conuentibus, ferè per omnem latitudinem loci illius dilataretur religio, ipse etiam abbas sanctus ex tunc amplius solito miraculis clareret & signis.

Capitulum II.

Longas in Gallijs facere moras dominus papa non potuit, sed sicut cum Lothario rege condixerat, Romam ei occurrit, & ut exercitus in Lateranense palatium deductus est. Multi etiam ex nobilibus Romanis fideles ecclesiae, eum honorifice susceperunt. Verum Petrus Leonis non ponens Deum adiutorem suum, sed confederatorum stipatus malicia, in editionibus & turrioribus turribus manens, Lotharii iudificauit uirtutem: & interdicens suis congressus publicos, nec sibi securitatis suae fecit periculum, nec causam conflictus hostibus dedit, sed tantum liberum eorum discursum machinis superioribus & obstaculis uarijs impediuit. Vitauit etiam obstinatissimè Imperatoris colloquium, nec minis, nec blandimentis flexus est, nec de statu suo consilium cuiuslibet personae admisit. Relicto igitur Romae Innocentio, alias Imperator digreditur. Petrus uero post eius discessum crebros mouens per urbem excursus, fidelium caedibus inhiabat. Intelligens ergo Innocentius Romae sibi infructuosam eo tempore moram, ne praesentia sua illius bestiae rabiem efferaret: rursus Pisas reuertitur, ibique aggregatis totius Occidentis episcopis, alijsque religiosis uiris, magna gloriae synodus celebratur. Assuit per omnia & consilij & iudicij & diffinitionis, omnibus sanctus abbas, impendebaturque ei reuerentia ab omnibus, et excubabant ante eius limina sacerdotes, non quod fastus, sed multitudo communè prohiberet accessum: & alij egredientibus alij introibant, ita ut uideret uir humilis, & nihil sibi de his honoribus arrogans, non esse in parte sollicitudinis, sed in plenitudine potestatis. Actiones concilij longum est prosequi: summa tamen in excommunicatione Petri, & irregressibili fautorum eius deiectione constitit, et usque hodie haec sententia per-

feuerat. Soluta concilio, ad reconciliandos Mediolanenses dominus papa abbatem Clareualis, quem multis supplicationibus expetierant, et Guidonem Pisanum, et Matthæum Albanensem episcopum à latere suo direxit, qui schisma per Anselmum in eadem urbe factum ablueret, & ad unitatem ecclesiæ deuios reuocarent. Abbas igitur cum prædictis uiris, quos à domino papa collegas acceperat, addidit consortio & cōmuni consilio uirum uenerabilem Gaufridum, Carnotensem episcopum, cuius innocentiam et sinceritatem in multis probauerat. Et uisum est cardinalibus bonum, ut tanto adiutore negotiū tantū ponderis fulciretur. Transcens itaq; Apennino, ubi aut dierūt Mediolanenses abbatem desideratum suis finibus propinquare, longè à ciuitate miliaribus septē, omnis ei populū obuiat, nobiles, ignobiles, equites, pedites, mediocres, pauperes, quasi de ciuitate migrarent, proprios lares deserunt, & distinctis agminibus incredibili reuerentia uirum Dei fulcipiunt. Omnes pariter delectantur aspectu, foelices se iudicant qui possunt frui auditu. Deosculantur pedes eius uniuersi: & licet hoc ille molestè acciperet, nulla potuit pronos & deuotos ratione compelescere, nulla interdictione repellere. Vellicabant etiam pilos, quos poterant de indumentis eius, & ad morborum remedia, de pannorum lacinijs aliquid detrahebāt: omnia sancta iudicantes, quæ ille tetigisset, & se sanctificari tactu eorum uel usu. Præcedentes itaq; et subsequentes, lætabundis acclamationibus applaudebant abbati, & diu intra agminum spissamenta detentū, tandem solenni reddidere hospitio. Et cum tractatū esset in publico de negotio, propter quod tam uir Dei, quam cardinales aduenerāt, oblita fortitudinis suæ ciuitas, omni ferocitate deposita, se ita abbati substrauit, ut obedientiæ eorū nō incongruè ille posset aptari poetæ uersiculus: Ius fa se qui tam uelle mihi quā posse necesse est. Patatis omnibus, reconciliata ecclesia, firmatis inter plebes concordia pactioibus, alia ceperūt nasci negotia: & infanti diabolo, et in quibusdam oblectis corporibus debacchanti, oppositū est Christi uexillū, & increpate uiro Dei, de possessis atrijs superueniente eminentiori uirtute, territa & tremebūda diffugere dæmonia. Ecce noua legatio, nō Romanum pragma circumferēs, sed diuinis legibus fidei pragma allegans, prolatis in mediū literis sanguine Christi conscriptis, et bulla crucis impressis, quæ figura autoritate sua terrestria & inferna sibi subdit & curuat. Inaudita est nostris temporibus tanta populū fides, tanta in homine uirtus, inter quos religiosa erat contentio: cum signorū gloriā abbas credulitati eorum, illi uero sanctitati abbatis ascriberent, et hoc de eo indubitātē sentirēt, ut quicquid à Domino peteret, impetraret. Adducunt igitur ad eum, nihil hesitantes, mulierē omnibus notam, quam annis septem immūdus uexauerat spiritus: et postulant supplices, ut in no-

mine Domini, demoni imperet fugam, et mulieri restituat so spitate. Que populū fides non minimam uerecundiam uiro Dei ingerebat, & humilitate magistra, incōsuetā experiri non præsumebat: & instāte petitione populū, erubescerebat, si charitati postulanti obstinatus resisteret: & uidebatur ei quod offenderet Deum, & omnipotentiam eius diffidentia obnubilare uideretur, si à fide populū fides propria dissentiret. Aestuabat igitur secum, & licet signa non fidelibus, sed infidelibus fieri oportere assereret, ausus suos spiritui sancto cōmittit: & orationi incumbens, cœlitus elapsa uirtute, satanā in spiritu fortitudinis increpat & fugat, mulieremq; reddit incolumē & quietā. Lætantur qui aderant, et leuantes manus ad sidera, Deo qui de excelso eos uisitauit, gratias agunt. Auditum est hoc uerbum, & percirebruit fama, & repente totam percult urbem, per ecclesias, per prætoria, per compita omnia conueniunt undiq;. De uiro Dei sermo ubique habetur, dicunt publicè nihil ei impossibile esse, quod à Domino postulet, & ad preces eius apertas Dei aures dicunt & credunt, & prædicant, & affirmant. Nec possunt aspectu eius uel auditu ullo modo satiari. irruunt alij in præsentiam eius: alij donec exeat pro foribus, prætolantur. Cessatum est ab officijs & artibus: tota ciuitas in hoc spectaculū suspensa manet, concurrunt, postulant benedicti, & tetigisse eum singulis salutare uidetur. Tertia die ad ecclesiam sancti Ambrosij diuina celebraturus mysteria, feruus Dei procedit. Vbi expectate innumera populū multitudine, inter ipsa missarum solennia, dum clericis canētibz ipse secus altare sederet, puellam ei paruulā offerentes, quam uehementi impetu uexabat diabolus: orant ut misellæ subueniat, & diabolū in ea debacchantē elidat. Audita supplicatione antantium, & intuitus personam frendentē dentibus & stridentem, ut etiam intuentibus esset horror: compassus est ætati, et uehementiæ anxietatis illius condoluit. Patinam igitur calicis, in quo diuina celebraturus erat mysteria, accipit: & digitis latice superfuso, orans intra se: & de Domini uirtute cōfidens, ori puellæ salubrem potum applicat, et corporis eius stillam medicinalē infundit. Nec mora, quasi ureretur Satanas, infusionis illius uirtutē ferre non potuit: sed urgente intrinsecus crucis antidoto, festinanter egrediēs, uomitu fordidissimo tremebūdus erupit. Sic purgata persona, diabolus profugo & confuso, laudes debitas Deo canit ecclesia, & post acclamationes lætabundas, alacer populus ibidem, donec diuina compleantur mysteria, immobilis perseverat. Sub aspectu itaq; omnium incolumis puella à suis domū redūcitur, et uix tandem à populo dimissus, ad hospitium uir Dei reuertitur. Diuino iudicio ea tempestate in Mediolano iuxta illud Esaiæ uerbum: Pilosi clamabant alter ad alterum, et occurrebāt onocœtauris dæmonia, & effrenatis decursibus plurimos infestabāt: nec erat qui insolentiæ eorū resisteret,

resisteret, cū diu sub Anselmi schismate, qui Petri fautor Mediolanensem occupauerat cathedram, sacerdotes gementes, uirgines squalidæ, sanctificationis maledictæ, altare pollutū, iram Dei in populum prouocassent. At uero in aduentu uiri Dei, abdicatis Anselmi præstigijs, & in sedis apostolicæ obedientiam sub Innocentio reuocata ecclesia, impedita est illa dæmonum licentia, et quotidie dabat locum, et ad preces uiri Dei diffugiebat diabolus: & si quando resistere conabatur, in ipso cōflictu succubens, gloriolius uincebatur.

Capitulum III.

Inter eos igitur qui uexabantur, mulier grati-dæua cuius Mediolanensis, & honorata quondam matrona, usque ad ecclesiam beati Ambrosij post beatum uirum à multis tracta est. In cuius pectore pluribus annis diabolus federat, & iam ita suffocauerat eam, ut uisu & auditu & uerbo priuata, frendens dentibus, & linguam in modum promuscidus elephantina protendens, monstrum non femina uideretur. Sordida ei facies, uultus terribilis, flatus foetidus, inhabitatoris Satanæ colluuiā testabantur. Hanc cum aspexisset uir Dei, nouit inharētem ei & inuiscatum diabolū, nec facile egressurum de domo, quam tanto possederat tempore. Conuersus ad populum (cuius innumera aderat multitudo) orare iubet attentius, & clericis & monachis secum iuxta altare consistentibus, mulierē ibidem iubet constitui & teneri. Illa uero reluctans, & uir diabolica non naturali uirtute recalcitrans, non sine aliorum iniuriā, ipsum abbate pede percussit. Quem diaboli ausum mansuetē ille contempsit, ad expulsionem nō indignatione iræ, sed pacifica & humili supplicatione Deū inuocat adiutorem, et ad immolationem hostiæ salutaris accedit. Quoties tamē eandem sacram hostiam signat, toties ad mulierem quoq; conuersus, eodem signo crucis edito, spiritū nequā athleta fortis impugnat. Nam & ille malignus quotiens aduersus eum signum crucis intendit, percussum se indicans, acrius seuit, & recalcitrans contra stimulum, quid nam toleret, prodit inuitus. Expleta autem oratione Dominica, efficacius hostem aggreditur uir beatus. Patinæ siquidem calicis sacrum Domini corpus imponens, et mulieris capiti superponens, talia loquebatur: Adest inique spiritus, iudex tuus: adest summa potestas, iam resiste si potes. Adest ille qui pro nostra salute passurus: nunc, inquit, princeps huius mundi ejicitur foras. Hoc illud corpus quod de corpore uirginis sumptū est, quod in stipite crucis extensum est, quod in tumulo iacuit, quod de morte surrexit, quod uidentibus discipulis ascendit in cœlum. In huius ergo maiestatis terribili potestate, tibi spiritus maligne præcipio, ut ab hac ancilla eius egrediens, contingere eam deinceps nō presumas. Cumq; eam inuitus deserens, & manere ultra non ualens, atrocius afflicta: tam magnam iram, quam mo-

dicum tempus habens, rediens pater sanctus ad altare, fractionem hostiæ salutaris ritè complet, diffundendamq; in populum pacem, ministro dedit, & confestim pax & salus integra redita est mulieri. Sic ille nequā, diuina mysteria quantæ sint efficacis & uirtutis, non confessione, sed fuga coactus ostendit. Fugato diabolo, mulier quam in tantorum sartagine tormentorum carnifex pestilens tanto tempore frixerat, mentis suæ compos effecta, redditis sensibus & ratione, reuoluta intra fauces lingua Deum confessa, gratias egit, & intuita curatorē suum, pedibus eius aduoluta est. Ingens per ecclesiam attollitur clamor, omnis ætas iubilat Deo, personant æramenta, benedicitur ab omnibus Deus: excedit ueneratio modum, & seruum Dei supra hominem (si dici fas est) liquefacta charitate ciuitas ueneratur. Audiebantur hæc quæ Mediolanifiebant, & per totam Italiam uiri Dei discurrere opinio, et diuulgabatur ubiq; quod surrexisset propheta magnus, potens in opere et sermone, qui inuocato Christi nomine & infirmos curaret, & obsessos à dæmonibus liberaret. Maxima quidem ei in curationibus ægritudinum gratia, sed in dæmonibus eliminandis frequentior operatio erat: quia copiosior uexatorum numerus ad experta subsidia concurrebat, & maiorū operatio uirtutū, minores obscurabat effectus. Iam uero præ frequentia populū, qui à mane usque ad uesperam foribus adsidebant, oppressiones uulgi præ corporis imbecillitate non ferens, ad fenestras domus procedens, se eis conspicendum præbebat, & eleuata manu benedicebat eis. Panes quoque & aquam deuehebant secum, quibus benedictioni eius suppositis, pro beneficijs ea sacramentalibus referebant. Ex uicinis sanè castellis & uicis & urbibus multi confluxerant, & cōmunia tam aduenarum quam ciuium in Mediolano studia erant prosequi sanctum, expetere beneficiū, audire uerbum, uideresignum: & doctrina & miraculis ultra quam credibile est delectabantur. Aderat inter eos quidam ex suburbanis, qui puerum dæmoniacum illuc aduexerat. Qui repētē corā omnibus ad signum crucis, quod uir sanctus edidit, de bati sui brachijs ruit, & elisus humi quasi mortuus, sine ullo sensu immobilis uisus est: neque uox neq; halitus erat in eo, tantum circa præcordia exiguus ei supererat uapor. Dant igitur ceteri locum ut posset procedere, & admitti ad uirū Dei, seminecis pueri baiulus: & attonita multitudo tam miserabilis casus præstolabat euentū. Ingressus igitur ad uirum Dei homo est, & puerum stupidum nec aliquid sentientē, ante pedes abbatis exposuit, & ait: Puer iste domine pater, quem ante tuos posui pedes, iam per triennium à dæmonio acerrimè uexatus est: & quoties uelesiam ingredi, uel salibus exorcizatis aspergitur, uel signum ei crucis imponitur, uel Euangelium audire compellitur, uel diuinis interest sacramētis, offenditur habitator eius diabolus, & torquetur

torquetur atrocius. Dumq̄ modò cum cæteris ego pro foribus expectarem signum sanctæ crucis, figurante te & extendente in populos manū, sacramentaliū signorū uir tute exacerbatus diabolus, uehementius solito totus ad pueri uexationem se cōtulit: et sicut uides, totū corpus eius occupans, ferè ei etiā uitalē spiritū intercludit. Sed & ipse puer, cum audita esset apud nos gratia, quam à Deo accepisti opinio, ex aliorū curationibus suam sperās salutē, rogauit me ut eum ad te adducerē. Obsecro igitur per misericordiā Dei, ut & laboribus meis qui in eius custodia operam damnosam & periculosam impēdo, & illius miseriam, quæ tanta est, quantā ipse oculis p̄bas, pio & cōsuetō affectu subuenias, & rabiem demonis nō usquequaq̄ procedere patiaris. Flebat igitur, & lachrymis ora perfusus, præsentēs quosq̄ cōmouit, ut omnes pariter supplicarent. Tum uir Dei confidere eos in Dei misericordia iubens, baculo cui innitebatur, collū pueri leniter tangit. Sed & frater eius Gerardus, uolēs experiri quæ ab homine dicta fuerāt, latenter dorso eius signū crucis impresit. Cumq̄ prius sine motu et sensu nec uidentis nec audientis, ante pedes abbatis diu extēsus pauimēto hæsisset, ad tactū baculi & ad signū crucis infremuit, & turbatus ingemuit. Iubet igitur abbas super proprium lectulum eum poni. At ille quasi ex iniuria offensus, reiecit se in pauimentum, & stridebat dentibus, & mordebat procuratorē suum: & capillis eorum qui aderant manus iniiciens, quo poterat conatu se ab eorum manibus abstrahere, & ab eis uix teneri poterat. Eia, inquit abbas, ad lectū nostrum eum reducite. Orante itaq̄ abbate, & fratribus in oratione prostratis, quasi ardētibus paleis, quæ in lecto cōtinebantur, diabolus uretur, tormenti æstuantis, uel diuina propinquante, passionē clamoribus testabatur. Iubet igitur uir sanctus aquam benedictā in os patientis infundī, quam ille pressis labijs, & dentibus non admittens, uix tandem cuneo infixō, dissolūte pressurā, uellet nollet, intra fauces & guttur recepit. Confestimq̄ ut penetrans sanctificatio ad interiora descēdit, quasi infuso antidoto uis maligna erupit, & uomitu sordidissimo quasi torrentis impulsu, festina præcipitatione rotatus, cum ingenti contumelia dæmon exiuit. Repente qui uidebatur mortuus uiuit, & de lecto abbatis quietus & incolumis surgens, patrumq̄ suum amplexatus, Deo gratias, sanus sum, inquit. Gratias agunt omnes communiter Deo, et qui modò flebant, lætantur. Foras clamor effunditur, res intus gesta super tecta solenniter prædicatur: tota ad spectaculum cōuenit ciuitas, benedicunt Deo, gaudet populus, in abbate tanti operis patratore totius plebis requiescit affectus. Febricitantibus multis idem sanctus manus imponens, & aquam benedictam porrigens ad bibendū, sanitatem obtinuit: aridas manus & membra paralyti dissoluta tangens, incolumitati restituit: cæci etiā sub multorum testi-

2658
monio in eadem ciuitate ut uiderent, imposito signo crucis, à patre luminū potenter obtinuit. Per idem tempus hospitiū Albanensis episcopi (quem dominus papa in eadē legatione sibi collegam dederat) gratia tractandorū negociorum intrauerat, et de ijs quæ iniūctā fuerant, cōferebant: cum repētē irruit super eos adolescēs, cuius arida manus erat & retorta ad brachiū, & aduolutus pedibus eius, suppliciter postulat sanitatem. Ille aliās occupatus, benedixit quidē, & abire præcepit, et ne amplius sibi molestiā faceret, uerbis solito seuerioribus interdixit. Recebat ille, nō consecutus quod quaesierat, cum uenerabilis episcopus sub manu celeritate eum regredi iubet, & manu arreptum tradit abbati. Huic, inquit, qui minimè beneficiū consecutus, tibi ut discederet, obediuit, tu ne claudas uiscera misericordiæ: quin potius tu obedi, & uirtute obedientiæ me iubente asfrictus, fac quod postulat, largire quod petit, & confidens in eius uirtute, per quem expetit sanitatem, postula & imprecabis, ut & nos de Dei munere, & ille de optata gloriatur salute. Ad præceptū episcopi abbas apprehensa pueri manu, inuocauit Dominū, & exaudiuit eum: & signo crucis edito, nerui qui obriguerant, extensi sunt: & caro quam asidēs cōgelauerat morbus, redeunte sospitate ignita, mobilis facta est & flexibilis, & dicto citius languidum diu membrū conualuit. Obstupuit episcopus, tam repentinæ uirtutis admirās effectū, & ampliori etiā extunc ueneratione uirū Dei coluit, & miraculorū illius ipse testis extitit & relator. Compulit autem eum, ut ibidē eanocte cœnaret. Cuius rei assensum, cum magna difficultate obtinuit, ea duntaxat ratione suauem, q̄ intolerabilis undiq̄ populus expectaret, nec sine periculo posse egredi uideretur. Inter cœnandum uerò paropsidē, in qua abbas comederat, episcopus ministro familiari seruandā tradidit, & præcepit, ut seorsum reconditā cum omni diligentia custodiret. Elapsis exinde aliquot diebus, episcopus idem febrili uehementi ardore corripitur. Et recordatus hominis Dei, familiarē iuberet accersiri ministrum. Discum, inquit, abbatis quem tibi nuper tradidi cōseruandū, huc asferre ne cūcteris. Cumq̄ ille obtulisset allatū, infunde, inquit, aquā in eo, et panis exiguas buccellas cōscinde. Quod cū factū esset, cōfidēs in Domino, & abbatis precibus se cōmendās, comedit & bibit, & absq̄ ulla dilatione cōualuit. Augebat aduentantiū numerus, et mirifica opera ad se populos inuitabāt, nec usquā uiro Dei dabatur requies, dū ex eius lassitudine alij sibi requiē procurarēt. Abeuntibus occurrerāt adueniētes, & succedebant sibi beneficia mendicantes. Inter quos miles quidā in ulnis suis puellulā ad uirū Dei attulit, quæ ita exofam lucē habebat, ut semper clausis palpebris, etiā brachiū opponeret oculis, ne aliquo modo aliqua lucis particula se ei se ingereret. Auellebant aliquando opposita brachia uiolenter, & cum se ei lumen infunderet, cla-

ret, clamabat & flebat: et erat ei claritas p̄ cruciatu, & lux uisa quasi aculeos eius cerebro infigebat. Benedicte infantule uir Dei, et signaculū crucis facies super eam, tranquilliorē dimittit: & dū domum referretur, ultro aperit oculos, & pedes sine uectore ipsa reuertitur. Et ipso in loco, mulieri à dæmonio uexatæ, multis astantibus à patre misericordiarū idē sanctus obtinuit sanitatē.

Capitulum 1111.

Am Papiam aduenerat, et fama uirtutum aduentum eius præcellerat, & cum debito gaudio & apparatu tantæ gloriæ uirū ciuitas lætābunda suscepit. Et ne diu populi desiderū dilatio suspenderet, qui sicut Mediolani miracula facta audierat, signū ab eo optabat uidere: aduenit repente post eum rusticus quidā, qui de Mediolano secutus eum fuerat, uxorem dæmoniacam secum adducens, quam ante pedes eius lachrymabili uoce intrinsecas protestans anxietates deposuit. Nec mora, in contumeliā abbatis per os miseræ mulieris diabolus locutus est, & irridens seruum Dei: Non, inquit, me de canicula mea hic porculos edens, & brassicas deuorans pellet. Multa in hunc modū in uirum Dei iaculabatur cōiucia, ut blasphemijs prouocatus, impatiēter ferret opprobria, & confunderet in præsentia populi, cum indignis se audiret sermonibus lacessiri. Sed uir Dei astū eius intelligens, irrisorē irrisit: et ultionē non ipse expetens, sed ad Deum remittēs, ad ecclesiam sancti Syri dæmoniacam duci præcepit. Voluit quippe curationis illius gloriā dare sancto, & primitias operationum uirtuti eius ascribi. At uerò sanctus Syrus ad hospitiū suum remisit negociū, nec in ecclesia sua quippiam sibi deserens, intractū opus reduci uoluit ad abbatem. Reducitur igitur mulier ad abbatis hospitiū, garrīte per os eius diabolo, et dicēte: Non me Syrus eijciat, nō expellet Bernardulus. Ad hæc seruus Dei respondit: Nec Syrus, nec te Bernardus eijciat, sed Dominus Iesus Christus. Et conuersus ad orationem, pro salute mulieris Domino supplicabat. Tum uerò spiritus nequam, uelut priori improbitate mutata: Quam libēs, inquit, egrederer ab hac canicula, grauius molestatus in ea: quam libens egrederer, sed non possum. Interrogatus causam: Quia necdū uult magnus Dominus, ait. Cui sanctus: Et quis est magnus Dominus? Et ille: Iesus Nazarenus. Ad quē rursum uir Dei: Unde enim Iesus nosti, aut si unquam uidisti eum? Vidī, inquit. Vbi nā eum uidisti? In gloria. Et tu in gloria fuisti? Fui quidem. Et quomodo in de existi? Cum Lucifero, inquit, multi cecidimus. Hæc autem omnia uoce lugubri, per os uetule audientibus omnibus loquebat. Respondēte autem abbate sancto: Nunquid nō in illam redire gloriā uelles, & restitui in gradum pristinum? Rursum uoce mutata, et miro modo cachinnans: Hoc, inquit, tardatū est. Et nihil ultra locutus, orante at tentius uiro Dei, nequissimus ille uictus abscessit, & mulier sibi reddita, quantas potuit, gratias

egit. Reuertitur igitur uir cum muliere, & per totam uiam incolumitati eius congaudēs, expectantibus amicis, domui suæ reddidit. Lætabantur omnes qui ordinem rei gestæ audierant, sed repente gaudiū uertitur in mœrorem: quia ubi domus suæ limina mulier attingit, rursus eam intrat diabolus, et infestior solito, miseram discerpit atrocius. Quid faceret miser maritus? quod se uerteret, nesciebat. Cohabitare cum dæmoniacā, molestissimū: relinquere, impiū uidebat. Surgit igitur, et assumpta secum muliere, rursum Papiam reuertitur. Vbi cum uirū Dei non inuenisset, usq̄ Cremonam profectus abeuntē. Indicat quid factum sit, & ut gratiā inueniat, lachrymabiliter deprecā. Nec deest piæ petitioni abbatis clementia, sed præcipit ut ecclesiam ciuitatis illius ingrediatur, orans expectet, donec ipse sequatur. Itaq̄ memor promissi, circa noctis crepusculum, cæteris dormitum euntibus, ipse uno tantum prosequente, ecclesiam ingreditur, et tota nocte illa orationi uacans, obtinuit à Domino quod petebat: & impetrata mulieri sanitate, iubet eam securam reuerti ad propria. Sed cum illa reditum ad se diaboli, sicut iam experta fuerat, formidaret, collo eius alligari chartulam, hæc uerba cōtinentem præcepit: In nomine Domini nostri Iesu Christi præcipio tibi dæmon, ne hanc amodo mulierem præsumas contingere. Quod mandatum sic expauit diabolus, ut mulieri regressæ ad propria, nunquam deinceps appropinquare præsumpserit. Erat enim in eadē ciuitate dæmoniacus quidam, cuius passio multos ad risum mouebat, cum alij qui seuerioris animi erant, clementissimo ei compatenter affectu. Hic ita latrabat, ut si audires, nec uideres personam, canem crederes. Quem sibi exhibitū uir Dei, cum latrantē audisset, ingemuit: qui eodem modo latrabat, quo solēt percussī, uel obruti canes irasci, & ringere in percussores. Sed et in præsentia uiri Dei anhelans & latrans, acris solito turbabat. Inrepto itaq̄ diabolo, & in uirtute Christi expulso, homini imperat ut loquat. Purgatus homo intrat ecclesiam, interest sacramentis, crucis signo semunit, audit Euangelia, confiteretur & orat, et cætera sanæ mentis officia Deo reddit & consecrat. Cum secundo per Mediolanum eodem anno pater sanctus transiret, oblata est ei dæmoniacā mulier. Nam eo tempore aberat, quo primū uir Dei ciuitatem prædictā sua illustrauit præsentia. Hanc possidebat dæmonium, quod modò Italica, modò Hiberna lingua loquebatur: nec satis certū, utrum unus esset bilinguis, an duo sui quisque sermonis idiomate utens, sed tam proprie modò hæc, modò illa sonabat, ut diceret, hic qui loquitur Lygur est, hic Hispanus. Hæc etiam genu passione, & poplitis tremore perturbabat. Quæ cum ad uirum Dei adducta fuisset, saltu concito scamnum in quo sedebat, inopinata celeritate transiit. Reducta & interrogata quid sibi uellet & saltus & fuga, & unde ægrotanti & uetulæ tanta uirtus

& uelo.

& uelocitas aduenisset: respondit hanc sibi agilitatem ex presentia inesse diaboli, ut currentes comprehenderet equos, & eorum dorso sine ullo adminiculo insiliret. Hæc sequenti die dum in ecclesia diuinis, quæ ille celebrabat officijs interesset, crudelissimè & diutissimè coram omnibus uexata est. Compassus abbas mulieri, iam sæpe in talibus expertus Dei clementiã, imperat diabolo ut recedat. Ille ad imperiũ serui Dei tremebundus euanuit: mulier uerò non solum à uexatione, sed etiã à neruorũ contractione in momento cõualuit. Hæc & alia multa intra alpes constitutus, operatus est uir Dei, & diuersa loca perlustrã, benefaciebat ijs qui infirmabant: illum inando cæcos, erigendo debiles, curando febri citantes, maximè oppressos à diabolo diligentiõri studio purgans: & quæ malignus fœdauerat spiritus pectora, templa Deo acceptabilia consecrabat. Plurima autè in eum probabilia & laude digna cõcurrunt. Alij namq; doctrinam, alij mores, alij mirant miracula. Ego quidem congruum his omnibus honorè defero, sed præ omnibus quantum in me est, hoc sublimius duco, hoc propensius prædico, quod cum esset uas electionis, & nomẽ Christi coram gentibus & regibus ferret intrepidus, cum obediret ei princeps mundi, & ad nutũ eius in omni natione starent episcopi: cum ipsa Romana ecclesia singulari priuilegio eius ueneraret cõsilia, & quali generalis legatione cõcessa, subiecisset ei gentes, & regna: cum etiã (quod gloriosius iudicat) facta eius et uerba confirmarent miraculis, nunquam excessit, nunquã supra se in mirabilibus ambulauit, sed de se semper humiliter sentiens, uenerabilem operũ non se authorẽ credidit, sed ministrum: & cum esset omnĩ iudicio summus, suo sibi iudico constituit infimus. Soli Deo quicquid fecit, ascripsit: imò se nihil boni aut uelle aut posse, nisi in spirite & operante Deo & sensu & dixit. Sed aderat uis diuina in tẽpore accepto, & in die salutis, segregas in Euangelium suum seruum suum, cuius humilitatẽ respexerat, cuius animam spiritus sanctus ornauerat: & quia syncretitatem eius nulla maculabat duplicitas, nec interrumpebat bonum eius quaelibet conspersio falsitatis, in loco suo idem spiritus manebat immobilis. Qui ut semper splendidior esset & purior, quotidie in fornace probabat: & ne quid ei rubiginis obreperet, crebris malleorum ictibus in incude tundebatur, flagellabatur & arguebatur, non ad poenã pro crimine, sed ad gloriam pro uirtute, nunquam ei defuit stimulus agritudinis. Et cum sciret uirtutẽ in infirmitate perficĩ, sufficientem sibi in hoc experiebatur gratiam, quod uideret suos omnes quantulumcunque extraordinarios motus lima illius quotidiana afflictionis abradi. Erat quidem caro infirma, sed spiritus promptus: & quo minus in corpore poterat delectari, amplius delectabatur in Domino: nec aliqua seculi huius ambitione pulfabatur, qui solis celestibus inhiabat. Quot ec-

clesiæ destitutæ pastoribus, eum sibi in episcopum elegerunt: Elegit eum domestica Lingonensis ecclesia, elegit Cathalaunensis. Intra Italiam ciuitas lanuenis, & Mediolanum metropolis Ligurum, hunc optauerunt pastorem & magistrum. Remis nobilissima Franciæ ciuitas, secundæ Belgicæ prouinciæ caput, eius dominationem ambiuit. Omnibus his uocationibus postpositis, non sollicitauit animam eius honor oblatu: nec motus est pes eius, ut inclinaret se ad gloriam: nec magis eum delectabat tyara & annulus, quã rastrum & sarculus. Petentibus se, nec annuẽs aliquando, nec insolenter aut improbè reuens, dicebat se non esse suum, sed aliorũ seruitio deputatum. Quæ res cum referretur ad fratres, respondebant: Nos omnibus quæ possidebamus uenditis, inuentã preciosam margaritam comparauimus. Ad patrimonia distracta redire non possumus. Quod si precium & apreciaturum nobis perierit, & substantijs & margarita priuati fuerimus, expectationi nostræ male prouisum est, si oleo nostro effuso, clauis ianuã sicut fatui mendicemus. Prouiderant etiã sibi ex consilio sanctissimi fratres, & domini papæ auctoritate muniti erant, ne quis gaudium suum tollere posset ab eis, & aliorum consolatio eis fieret tribulatio: & eorũ inopia aliorum plenitudinem cumlaret. His alijsq; rationibus serui Dei expugnaverant petitores: & iam diuulgatum erat ubique, abbatem sic statutum in ecclesia à Deo, sicut in Hebræorum populo Moy ses fuit, qui cum non esset pontifex, Aaron tamen unxit & sacrauit pontificem, & dispositionibus eius tota Leuitica omni tempore successio paruit.

Capitulum V.

Am alpes transcenderat, & descendebant in occursum eius de summis rupibus pastores & armentarij, & aggressæ hominũ genus: et clamabant à longe, benedictionẽ petentes, & reptabant per fauces montiũ, regredientes ad caulas suas, colloquentes adinuicem & gaudentes, quod sanctum Domini uidissent, & manu eius super se extensa, optatæ benedictionis gratiam accepissent. Tandem Chrysolim ueniens, usq; Lingonas solẽniter deducitur, circa quos fines, fratres eius Clareuallenses occurrunt. Prouoluiti genibus surgunt ad oscula, & uicissim ei colloquentes, Claramuallem eum deducunt alacriter. Ad sunt fratres cõgregati in unum, et mira deuotione dilectum patrem suscipiunt. Agitur sine tumultu cum omni gravitate, lætitia. Facies quidem purior hilaritatem dissimulare nõ poterat, sed castigatus actionũ et locutionũ modus, metas proprias non transgrediebat: & cohibebant se affectiones ipsæ, ne quid agerent, in quo dissolutionis nota, religionis maturitatẽ offenderet. In tanta abbatis mora nihil in Claramualle potuit diabolus texere, nihil interim rubiginis synceris affricuit mentibus: nec in aliqua parte domus Dei, supra petram fundata, mota est. Ita opus suum

Luce 14.

suũ seruus Dei absens corpore, præsens spiritu, orationum instantia munierat et solidarat, ut nec rima aliqua in tantis constructionibus dehiscere uideretur. Nulla in aduentum eius lites seruatae sunt, non odia enutrita in presentia iudicis eruperunt. Nihil iuniores aduersus priores de austeritate uel duritia, nihil priores aduersus iuniores de dissolutione aliqua uel remissione causati. In rege uniuerforum status, concursus societas, inera unitas, omnes unius moris in domo Dei, in pace & sanctimonia inuenti sunt, ascendentes scalam Iacob, & festinantes ad intuitum Dei, cuius delectabilis aspectus in superioribus eminebat. Abbas itaq; non immemor eius qui ait: Videbã Satanam sicut fulgur cadentem de celo: eo humilior erat, & subiectior Deo, quo intelligebat desiderijs suis Deum adesse propitium. Nec de hoc in se gloriabatur, quod subijciebantur ei demonia: quin potius in Domino gaudebat, quod nomina fratrum suorũ scripta uidebat in celo, quorum unanimitas immaculatum se ab hoc seculo custodiret. Aderant ei in consilijs uenerabiles fratres sui, aderat Godefridus prior eiusdem loci, propinquus eius in carne & spiritu, uir sapiens et constans, qui etiam religionis et prudentiæ meritò postea in ecclesia Lingonensi factus episcopus: & sanctitatis formam retinens, & dignitatis in qua est, honorem non minuens, usq; hodie ingrediens et egrediens laudabiliter perseuerat. Hic ergo atq; alij plures uiri prouidi, & de cõmuni utilitate solliciti, uirum Dei cuius cõuersatio in caelis erat, aliquando descendere compellebant & indicabant ei quæ domus necessitas exigebat. Insinuant itaq; ei locum angustum & incommodum, in quo confederant, nec capacem tantæ multitudinis: & cum quotidie cateruarum aduentantium numerus augeretur, non posse eos intra constructas recipi officinas, & uix oratorium solis sufficere monachis. Addunt etiã se cõsiderasse inferius aptam planitiem & opportunitatem fluminis, quod infra illabatur, ibiq; locum esse spaciosum ad omnes monasterij necessitates, ad prata, ad colonias, ad uirgulta, & uineas: etsi syluæ uideat deesse clausura, facile hoc parietibus lapideis, quorum ingens ibi copia est, posse suppleri. In primis uir Dei non acquieuit cõsilio. Videtis, inquit, quia multis expensis & sudoribus iam domus lapideæ consummatae sunt, aqueductus cum maximis sumptibus per singulas officinas traducti. Si hæc omnia confregerimus, poterunt homines seculi male de nobis sentire, quod aut leues sumus & mutabiles, aut nimia (quas tamen nõ habemus) diuitiæ nos faciunt insanire. Cumq; certissimum uobis sit, penes nos non esse pecuniam, uerbo euangelico uobis dico, quia ædificatio turrum, futuri operis necesse est supputare expensas. Alioquin cum coeperit et defecerit, dicetur: Hic homo fatuus cepit ædificare, & non potuit cõlummare. Ad hæc fratres respondent: Si cõsummatis ijs quæ ad monasteriũ pertinent;

habitatores cessasset mittere Deus, stare posset sententia, & cessandum ab operibus rationabilis esset cõsura. Nunc uerò cum quotidie gregẽ suum Deus multiplicet, aut repellẽdi sunt quos mittit, aut prouidẽda mansio in qua suscipiant. Nec dubium est, qui parat mansiones, quin præparet mansiones. Absit autem ut pro dissidẽtia sumptuũ, cõfusionis huius incurramus discrimina. Audiens hæc abbas, fide & charitate eorum delectatus est, & aliquãdo tandẽ cõsilijs acquieuit: plurimis tamẽ prius super hoc ad Deũ precibus suis, nonnullis quoq; reuelationibus præostensis. Grauis sunt fratres, ubi effusum est uerbum in publicum. Audiuit hoc sancte memoriẽ nobilissimus princeps Theobaldus, & multa in sumptus dedit, & ampliora sponndit subsidia. Audierunt episcopi regionum, & uiri in clyti, et negotiatores terræ, & hilari animo sine exactore ultrò ad opus Dg copiosa cõsulere suffragia. Abundantibus sumptibus, conductis festinanter operarijs, ipsi fratres per omnia incumbebant operibus: alij cedebant ligna, alij lapides cõquadrabant, alij muros struebant, alij diffusis limitibus partiebant fluuium, & extollebant saltus aquarum ad molas: sed & fullones & pistores, & coriarij, & fabri, alijq; artifices, congruas aptabant suis operib. machinas, ut scaturiret & prodiret, ubicunq; opportunum esset, in omni domo subterraneis canalibus deductus riuus ultrò ebulliens, & demũ congruis ministerijs per omnes officinas expletis, purgata domo ad cardinalem alueum reuerterentur, quæ diffusa fuerant, & flumini propriam redderent quantitatem. Inopinata celeritate consummati sunt muri, totum monasterij ambitum spaciosissimè complectentes. Surrexit domus, et quasi animam uiuentem atq; motabilem haberet, nuper nata ecclesia, in breui profecit & creuit.

Capitulum VI.

Aborabat ea tempestate sub schismaticorũ oppressione tota Burdegalensis prouincia, et non erat in Aquitania qui posset resistere principi, cuius animum indurauerat Deus: qui annuente Girardo Engolismensi episcopo, & instillante in cor eius dissensionis semina, factus erat schismatis defensor & author. Quicunq; susceptioni Petri Leonis non subscribebant, persecutionibus expositi, alij damnis, alij proscriptio nibus mulctabantur: alij à sedibus proprijs pulsati, exulare compellebantur. Sibilabat in auribus comitis illius crebris suggestionibus, quasi serpens antiquus ueterator ille, qui diu in partibus illis sedis apostolicæ fuerat legatus, et nũc à magistratu tanto deiectus, nõ poterat se pati suæ solius ecclesiæ episcopum, qui se uiderat totius Aquitanix principem & magistrum. Erubescat enim ad primam domum redire, cuius potestati & Turonica & Burdegalensis & Anxienis prouincia subditæ fuerant, & quicquid à collibus Iberorum usq; ad Ligerim complectitur & claudit Oceanus, paruerat eius imperio. Consi-

2665
 tus igitur prædari prouincias, & sub titulo iustitiae de caulis emergentibus facere quæstum, aggregarat pecunias, quæ erant sibi in idolum, & in apostasie simulacrum. Videns itaque perissem sibi exactiorum autoritatem, & solam domum quæ nuper multis stipata clamoribus iam carebat erarijs, impatienter ferens quod manus eius non implerentur muneribus: homo serpentinae astutia festinat ad Petrum Leonis misit, ut ei legationem concederet, & ipse ei fidelitate iurata obediret, insuper & principem terræ et quoscumque posset ad eius imperium inclinaret. Gauisus homo perditionis, quia locum in quo dilaret malitiam suam se inuenisse putauit, citò annuit & libenter etiam in astipulatione erroris, Gilonem Tusculanum cardinalem episcopum, qui solus de Romanis cum Petro Portuensi episcopo ei adhererat, celeriter delegauit. Porro Girardus ipse qui prius se mutilatum dolebat, resumpsit cornua, et deinceps coepit securior et audacior apparere. Nam & quod ante non fecerat, publice procedebat mitratus, ut ipsa sacri officij insignia ampliore ei reuerentiam in populos uendicarent. Aggreditur igitur comitem multis pecunijs, inuadit animam eius persuasionibus uenenatis, & hominem leuem seducit leuiter, & corrumpit. In primis ab urbe Pictauesi Gulielmus episcopus, uir honestus, homo catholicus, in societate & defensione uniuersalis ecclesie stabilis, uiolenter expellitur, & a Girardo & cardinali adiutore suo, quia Petrum abdicabat, damnatur. Erant & alie familiares cause, pro quibus ei comes in sensibus, data occasione libentissimè eum persequitur & abiurat. Visum est autem tam Girardo, quam comiti, ut ad confirmationem partis sue, sine mora Pictaui crearent episcopum. Et inuenerunt hominem ambitiosum, nobilem quidem genere, sed degenerem fide: quem, ut genus suum cum eo in causa ponerent, quibusdam ex clericis consentientibus elegerunt: & prophanas ei imponentes manus, execrabile eius caput non tam unxerunt, quam contaminauerunt. Simile huic monstrum in Lemouicensi ecclesia intruserunt, Rannulfum quendam Doratensem abbatem, quem non multo post ultio diuina secuta est: quia cadens resupinus de equo in uia plana, uno tantum lapide ultore, qui ad hoc ibi erat relictus, infixio capiti eius, et quassato cerebro, expirauit. Audiens hæc et huiusmodi uir uenerabilis Gaufridus Carnotensis episcopus, cui a papa Innocentio Aquitaniae legatio fuerat commendata, uehementer indoluit, & succurrendum periclitanti ecclesie, postpositis alijs negocijs, sine ulla dilatione decreuit. Abbatem igitur Clareuallensem petit & obsecrat, ut sibi ad tanta mala eliminanda succurrat. Assensit uir Dei, & se in proximo congregationem monachorum in Britanniam, in locum quæ iuxta Nannetum comitissa Ermengardis parauerat, ducturum intimat, & promittit disposita illa domo secundum genus & species suas, se cum eo in Aquitaniam profecturum, ibant igitur simul, et

2666
 A ne multis ambagibus utar, simul Nannetum uenerunt. Erat autem in regione illa, misera mulier quæ a quodam petulante diabolo uexabatur. Habebat autem uirum, huius tamen tam execrabilis commercij prorsus ignarum. Abutebatur igitur ea, etiam in eodem lecto cubante marito inuisibiliter impurissimus ille adulter, & incredibili uexabat libidine. Sex annis tantum latuit malum, nec detexit mulier perditam tantis criminis probum. Septimo uero anno confusa est in se ipsa, & expauit, tum propter collusionem tam continuam turpitudinis, tum propter timorem Dei, cuius iudicio singulis momentis timebat intercipi & damnari. Confugit ad sacerdotes, & piaculum confitetur. Peragrat loca sancta, & sanctorum implorat suffragia: sed nulla ei confessio, nulla oratio, nulla elemosynarum largitio suffragatur. Quotidie ut prius & importunus a damone infestatur. Denique in publicum, scelus tantum effusum est. Quo audito & cognito, maritus eius contubernium excoerit. Interea locum prædictum uir Dei cum comitatu suo aduenerat, cuius ut adiuuaret aduentum infelix mulier, se ad pedes eius tremebunda proiecit. Aperit ei lachrymis perfusa horribilem passionem, & iudificationem inueneratam, & quod nihil ei profecissent, quecumque fecisset, sibi à presbyteris imperata. Addit sibi ab oppressore suo aduentum eius prædictum & minaciter interdictum, ne ante eius ueniret presentiam: quia nihil ei prodesset, & ipse (recedente abbate) qui fuerat amator, crudelissimus fieret persecutor. Audiens hæc uir Dei, blandis uerbis consolatur mulierem, & de celo promittens auxilium, præcepit ut die altera (iam enim nox instabat) confidens in Domino reuerteretur. Reuerfa mane, cum uiro Dei blasphemias & minas quas eadè nocte ab incubo suo audierat retulisset, ne cures (inquit uir Dei) minas eius: sed uade tolle baculum hunc nostrum & pone in lectulo tuo, & si quid potest, agat. Egit mulier quod iustum fuerat, & recubans in lectulo suo, signo crucis munita iuxta se baculum ponit. Adest ille continuo, sed nec ad consuetum opus, nec ad ipsum cubile præsumit accedere: minatur tamen acerrimè, quod discedente uiro Dei, ipse in eius supplicia reuertetur. Instabat dies Dominica, & uoluit uir Dei per edictum episcopi populum in ecclesiam accersiri. Cumq; ipsa die maximus populus ad ecclesiam conuenisset, inter missarum solennia comitantibus episcopis, Gaufrido Carnotensi & Bricio Nannetensi, ipse ambo nem cõscendit, & ut omnes qui in ecclesia erant accensas candelas in manibus teneant, locutus edicit. Quod & ipse cum episcopis et clericis faciens, inauditos diaboli ausus publice aperit, & fornicatorem spiritum, qui in tam horrenda inquinamenta etiam contra naturam suam exarserat, cum omnium fidelium qui aderant subscriptione anathematizat, & autoritate Christi tã ad illam, quam ad omnes mulieres deinceps interdicit accessum. Extinctis itaque sacramentalibus

2667
 libus illis luminibus extincta est deinceps tota uirtus diaboli, et mulieri post confessionem communicanti nunquam postea apparuit inimicus, sed irregressibiliter eliminatus aufugit. His ita patris, simul abbas et legatus ingrediuntur Aquitaniam. Interim Gerardus assensu comitis Burdegalem archiepiscopatum occupauerat, & simul Burdegalem & Engolismensem detinebat ecclesiam. Sed effluentibus pecunijs quas in assentatorum manus iniecerat, et magis ac magis cognita ueritate, iam defluebant ab eo subsidia principum, & perfidia eius timebant existere defensores. Morabat itaque in locis illis in quibus securior se putabat, nec iam facile publicis sese cõuentibus præsentabat. Ut enim prius gesta breuiter repetamus, ubi primum coepit audiri, quid aduersus ecclesiam Dei Gerardus ille machinaretur, ab Innocentio papa adhuc in Gallijs demorante, missi sunt abbas noster Clareuallensis et Ioslenus uenerabilis episcopus Suesionensis, & Pictaui usque uenerunt, ut tam ipsum quam prædictum principem conuenirent. At ille iam eodem principe persuaso, impudenter in ecclesiam catholicam, à qua se precidebat, cõuicia iaculari, & pollicita prius Innocentio subtrahere obedientiam, Anacletum suum electum dignius, & quicumque non obedirent, erroneos & acephalos prædicare. Vnde factum est, ut animati & armati in infaniam clerici, publice ex ea die persecutione catholicis intenterent. Prius tamè quam sic eorum propalata fuisset & obfirmata perfidia, obtulerat abbas sanctus in eorum ecclesia sacrificium Deo. Post cuius discessum decanus ecclesie altare, in quo diuina mysteria celebrat, impie quidè, sed non impune cõfregit. Siquidè post breue tempus percussus à Deo, cum animam exhalaret, domum in qua moriebatur plenam uidit demonibus: & se à demonio iugulari clamantem, cultellum à circumstantibus postulabat, quem immergeret gutturi suo, ut extracto damone ueretur. Sed diabolus cui datus erat, eum inter hæc uerba extinxit, & pestilentem animam in infernum demersit. Archipresbyter quoque qui Petri inuastoris Pictauesis ecclesie synodum denunciabat, coram ipsis quos ad conuentum perfidiae inuitabat, à diabolo correptus est. Sed & in alios multos qui in schismate illo feruentiores extiterant, manus diuina manifestam exercuerat ultionem. Propter hæc & alia huiusmodi, ante homines confundi coeperat Gerardus, & timens opponi sibi quæ negari non poterant, conuentus publicos euadebat. Significatum est interim comiti per uiros illustres, qui ad eum securius audebant accedere, quod abbas Clareuallensis & episcopus Carnotensis, alijq; episcopi & religiosi uiri colloquium eius ex peteret, quorum erat studium ut secum de pace ecclesie, & de malo remouendo tractarent. Persuasumq; est illi ne tantorum uirorum deuitaret colloquium, quia poterat fieri ut communicato cum eis consilio, & facile esset, quod modò putabatur difficile: & quod uidebatur im-

2668
 possibile, repentino prouentu possibile redderetur. Itaque apud Pertinacum hinc & inde conueniunt, & in primis de diuisione ecclesie, & de scissuræ obstinatione, quæ infra alpes in sola Aquitania quasi nebulæ corruptela confederat, multis modis & rationibus à seruis Dei comiti intimatum est, quod ecclesia una est, et quicquid extra eam est, quasi extra arcam iudicio Dei necesse est interire & dilui. Adducta quoque exempla Dathan & Abyron, quos reatu schismatis terra uiuos absorbit, nec tanto malo uindictam Dei aliquando desuisse monstratum. His auditis comes ex parte sano usus consilio, respondit se in obedientiam Innocentij papæ posse dare cõsensum: sed in restitutionem episcoporum, quos de sedibus suis expulerat, nulla ratione induci, quoniam implacabiliter eum offenderant, & iurauerat se eorum pacem nullo tempore suscepturum. Diu per internuncios protractus est sermo, & dum uicissim uerbis se mutuo occupant, uir Dei efficaciora arma corripiens, ad altare sanctum oblaturus & supplicaturus accedit. Intrauerat ecclesiam quibus licebat diuinis interesse mysterijs, comes sustinebat pro foribus. Peractis igitur consecrationibus, & pace data et diffusa in populum, homo Deitam non se agens ut hominem, corpus Domini super patenam ponit, & secum tollit: atque ignea facie, & flammis oculis, non supplicans, sed minax foras egreditur, & uerbis terribilibus aggreditur ducem. Rogauimus te, inquit, & spreuisti nos. Supplicauisti tibi in altero, quem iam tecum habuimus conuentu seruatorum Dei ante te adunata multitudo, et contempsisti. Ecce ad te procepsit filius uirginis, qui est caput & Dominus ecclesie, quem tu persequeris. Adest iudex tuus, in cuius nomine omne genu curuatur, celestium, terrestrium, & infernorum. Adest iudex tuus, in cuius manus illa tua anima deueniet. Nunc quid & ipsum spernes? Nunquid & ipsum sicut seruos eius contemnes? Lachrymabantur uniuersi qui aderant, & orationibus intenti præstolabantur exitum rei: & omnium suspensa expectatio, nescio quid diuinum fieri cœlitus expectabat. Videns comes abbatem in spiritu uehementi procedentem, & sacratissimum Domini corpus ferentem in manibus, expauit & dirigit, membrisq; tremebundis metu & dissolutis, quasi amens solo prouoluitur. Euectus à militibus, rursus in faciem ruit, nec quippiam alicui loquens, aut intendens in aliquem, saluus per barbam defluentibus, cum profundis efflans gemitibus epilepticus uidebatur. Tum uir Dei ad eum propius accedit, & pede pulsans accliuem surgere iubet, & stare supra pedes, & Dei audire sententiam. Præsens est, inquit, Pictauesis episcopus, quem ab ecclesia tua expulisti, uade & reconciliare ei, & in osculo sancto, pacis cum eo iungito fœdera, & ipse ad sedem suam eum reducat: et satis facies Deo, redde pro contumelia gloriam, & in uniuerso principatu tuodiuosos & discordes ad charitatis reuoca unitatem.

Subdere Innocentio papæ, & sicut ei uniuersa obedit ecclesia, tu quoque electo à Deo tanto pare pontifici. Audiens hæc comes, auctoritate spiritus sancti, & sanctorum sacramentorum presentia uictus, nec audebat respondere, nec poterat: sed statim occurrit, & in pacis osculo recepit episcopum, et eadē qua eum abiurauerat manu, cum totius exultatione ciuitatis ad propriam sedem reduxit. Sed & deinceps abbas cum comite iam familiariter et suauiter loquens, paternē eum monuit ne ad tam impios & tam temerarios ausus ultra exurgeret, ne Dei patientiam in tantis irritaret flagitijs, ne pacem factam in aliquo uolaret. Pace itaque omni Aquitanicæ ecclesiæ redita, solus Gerardus perseuerat in malis: sed non multo post adueniente die iræ in domo sua miserabiliter extinctus est. Et cum dicat scriptura: Est peccatum ad mortem, pro eo non dico ut roget quis: impoenitens & subito mortuus sine confessione & uatico, de corpore egredientem spiritum ei reddidit, cuius minister usque in finē extiterat. Corpus eius à nepotibus suis, quos in ecclesia illa honoribus sublimauerat, inuentum in lectulo suo exanime, & enormiter tumidum, in basilica quadam humatum est: sed postea à Gaufrido Carnotensi episcopo sedis apostolicæ legato inde extractum est, aliasque proiectum. Nepotes quoque eius ab eadem ecclesia postea eliminati sunt, & omnis progenies & plantatio à radice auulsa, per externa regna tanti iudicij circumferens querimonias exulauit. Tanto igitur malo obruto, & schismate Gerardi redacto in cineres, uir Dei cum gaudio magno Claramuallē reuertitur. Adfunt fratres circumfusi pedibus eius, gratias agunt Deo, qui bonis inijtis foeliciores prouetus accumulatur, & serui sui humilitatem ubique glorificat et exultat. Natus uero uir Dei aliquod quietis tempus, alij se negocijs occupauit, et secedens in casulam pisatis torquibus circumtextam, solus meditationibus diuinis uacare disponit. Et repente occurrunt ei in diuersorio humili quasi ad præsepe Domini consistenti amatorij cantica, & spiritualium ferula nuptiarum. Considerat & expatiens, quod ille speciosus forma præ filijs hominum, in quem etiam angeli prospicere desiderant, fuscā adamauerit sponsam, & decoloratam à sole tanto extollat præconio, ut dicat eam totam formosam, nec ullam in ea maculam esse. Ipsam quoque sponsam dilectione languere miratur, & inquit diligenter quæ sit illa charitas, cuius oscula dulciora sunt uino, ad quorum delibationem tanto affectu anima impatienter anhelat. Cumque sponsus multis laudibus sponsam attollat, non tamen in omnibus plenam ei sui copiam præbeat, nec usque ad plenitudinem satisfactionis se sponse desideranti concedat: quæ situs aliquando non inueniat, & post longos circuitus repertus, teneat ne fugiat: multo tempore in harum rerum meditatione animam suam effudit. Et multipliciter hæc exponens, quantum in se profecerit, qui quotidie in illis epulabatur delicijs, quæ

tum nobis profuerit, quibus eiusdem benedictionis reliquias in scriptura seruaui, manifestum est legentibus eam.

Capitulum VII.

Interea literæ apostolicæ uirum Dei uocant, et ut absit laboranti ecclesiæ, supplicant cardinales. Intermittuntur studia, & quæ modò continua erant, interpolatis discursibus resumuntur. Nulla uacatio superest, seruus Dei aut orat, aut meditat, aut legit, aut cõcionatur. Videns igitur excusationes frustra expendi, conuocatis à multis partibus, fratres diu profundeque suspensissimè affatur: Videtis fratres, in quantis tribulationibus laboret ecclesia. Pars quidem Petri & in Italia & in Aquitania auctore Deo elisa, iam non parturit, sed abortit. Enfati sunt in his regionibus schismatis defensores. Romæ magna pars nobilitum Innocentium sequitur, et fauent ei multi fidelium: qui tamē temerarij multitudinis impetum formidantes, non audent publicè confiteri, quem Innocentio firmare consensum. Coniuratos habet Petrus homines perditos, quos corrupti pecunia, & munitionibus eorum occupatis, non Simonis Petri fidem, sed Simonis Magi repræsentat præstigia. Contra unam gentem occidit edomito superest lucta. Orantibus uobis et iubilantibus Hierico ruet: et cum extenditis ad Deum cum Moyse manus, Amalech uictus aufugiet. Iosue pugnat, & ut ad consummationem uictoriæ dies sufficiat protelata, soli ut stet non tam orat quam imperat: & meretur fides tam solis obedientiam, quam de hoste prostrato uictoriæ. Nobis igitur pugnantibus uos ferte præsidium, & auxilium de celo supplicibus animis implorate. Agite quæ agitis, & stete in gradu quo statis: & licet nihil uobis conscij sitis, iudicio tamen uestro non aestimetis uos iustos: quia solus Deus quos iustificat iudicat, & perfectissimus quisque, iudicij diuini districtum examen ignorat, iudicari autem ab humano die non multum curetis, neque uestra propria, neque aliena iudicia approbantes, sub timore Dei sic stete, ut nec uos quempiam iudicantes aliquando extollamini, nec aliorum curantes iudicia excidatis in nugas, singula uero prosequentes uos seruos inuitiles reputetis. Eundem est autem quod nos obediētia uocat, & huius domus paternitatē, & uestri custodia Deo pro quo hunc laborem assumimus, cõfidentes de eius clementia tradimus & cõmendamus. Hæc dicens & benedicēs flentibus uniuersis discessit, & cum multa reuerētia ubique susceptus, demum Romam peruenit. In curiæ aduentu tam dominus Papa, quam fratres letati sunt, & cõmunicatis cum eo consilijs secundum rerum prouentus & statum causarum, abbas alia uia opus aggrediē, nec in curibus, nec in equis spem ponēs, sed colloquia quorundam suscipiēs, sciscitatur quæ sit eorum facultas, qui fautorum animi, utrum errore an malitia seducti tantum scelus protrahant et protelent. Inteligit ex secretis, clerum qui cum Petro erat, de

fratu

fratu suo sollicitum, scire quidem peccatum, sed non audere reuerti, ne perpetua notatus infamia, uilis inter ceteros haberetur: & malle sub umbra honestatis interim sic esse, quam expelli à sedibus suis, et publicæ mēdicatū exponi. Eorum qui de Petri profapia erant, hæcerat responso, quia iam credi eis à nemine posset, si demēstrarent genus suum, & eum relinquerent qui cognationis suæ caput esset & Dominus. Ceteri iuramento fidelitatis excusabant perfidiam, nec aliquis ex sana conscientia parti illi conferebat suffragia. Denunciabat itaque abbas eis colligationes impietatis esse sacrilegas, et prophanas conspirationes legibus & canonibus condemnatas, iuramentis non posse muniti, nec posse nec debere ueritatis sacramenta mendacio suffragari. Insanire autem eos qui rem illicitam sacramenti patrocinio constare existimant, cum oporteat extraordinarias pactiones quocumque religionis obuentu sanctitas reuocari in irritum, & a ueritate diuina dissolui. Auditis his, alijque uiri Dei sermonibus defluebant à Petro, & quodidē partis illius dissociatis agminibus, uincola rumpebantur: ipsius quoque Petri animus tabescebat, quia se quotidie minui, Innocentium uero crescere minimè dubitabat. Defecerat pecuniæ, contabuerat curiæ amplitudo, aruerant ministria domus, rarus mensam eius frequentabat conuiuia, delicia in plebeia cibaria commutata, cultus obsequentium uetustate obscurus, stipendia rij ære alieno oppressi, et tota domus effigies pallida dissolutionem proximam indicabat. Interea rex Sicilia Rogerus, qui solus iam ex principibus obedire papæ Innocentio detrectabat, ad eum mittit, petens ut Aimericum cancellarium suum et abbatem Clareuallis ad se mitteret, nihilominus à Petro Leonis idem petēs, ut Petrum sibi Pisanum à suo latere delegaret. Aiebat autē se dissensionis huius quæ iam diu induruerat uel se scire originem, & cognita ueritate aut corrigere errorem, aut sancire scientiam. Mittebat autē in dolo. Audierat enim Petrum Pisanum eloquentissimum esse, & in legum & canonum scientia nulli secundum, putabatque si eloquentiæ eius in publico consistorio audientia præberetur, declamationibus rhetoricis simplicitatem abbatis posse obrui, & silentium ei, ut uerborum, & pondere rationum imponi. Ne diu morer, uenit pars utraque Salernum, sed militauerat ultio, & præuenerat tanti sceleris machinamentum. Parato namque ad bellum innumerabili exercitu aduersus Rannulphum ducem, idem rex in campum armatas produxerat acies: cum subito uiso duce audacter obuiam procedente, territus fugit, effusumque exercitum prædæ & cædibus exposuit, et innumeris militibus captis et interfectis, inuitus ducem ditauit opibus, gloria sublimauit. Quæ quidem ei iuxta uerbum uiri Dei omnia contigerunt. Cum enim primus eorum qui uocati fuerant, abbas sanctus adueniens, regem in castris positum inuenisset, per multos dies uicinas acies

ne prælium cõmitterent, impediuit: denunciāns regi, quia si conflictum inieris, uictus & confusus abibis. Nouissimè uero cum eiusdem regis plurimum creuisset exercitus, ignorās quod non in multitudine foret euentus belli, uirum sanctum quærentem ea quæ pacis erant, ulterius audire contempsit. At ille ducem Rannulphum, & catholicorum aciem uerbis potentibus adhortatus, sicut regi fugam, sic illi uictoriæ pollicitus est, & triumphum. Cumque ad proximam uillulam declinasset, & instaret orationi, repente fugientium et insequētium clamor auditur. Si quidem per eundem locum fugientem regis exercitum Rannulphus persequēbatur. Egressus itaque frater quidam ex his qui cum abbate erant, uni ex militibus occurrit, & quid accidisset, interrogabat. At ille, si quidem literas nouerat: Vidi, inquit, impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. Nec mora, dux ipse secutus, ut monachum uidit, sicut erat armatus, equo desiliit, & eius pedibus adoluit: Gratias, inquit, ago Deo & fidei seruo eius, quia non nostris uiribus, sed eius fidei collata hæc uictoria est. Iterumque insiliens equo, hostes insequēbatur. Nec tamē hac plaga sibi inflata coelitus correctus est animus regis, nec detumuit procella quam conglomerarat prauæ mentis elatio: sed post fugam reuersis qui euaserant, simulans alacritatem, regio se ornatu attollens, stipata militibus curia utranque partem præcipit accersiri: & prius instructo Petro, & multarum promissionum authoramentis accenso, de causæ suæ rationibus eloqui iubet. Prius itaque Petrus electionem domini sui canonicam probare contendit, & uerba sua multis legum & canonum assertionibus munit. At uero uir Dei non in sermone, sed in uirtute regnum Dei esse intelligēt Scio, inquit, Petre, te uirum sapiētem & literatum esse, & utnam sanior pars, et honestiora te occupassent negocia. Vtinam te patroni causa foelicior obtineret, et sine dubio rationabilia allegantem, nulla posset impedire facundia. Et nos quidem agresstes ligonibus magis, quam declamationibus alluati, si causa fidei non urgeret, institutum silentium teneremus. Nunc autē cogit nos charitas eloqui, quia tunicam Domini, quam in tempore passionis nec ethnicus præsumpsit scindere, nec iudeus, fauore hoc domino Petrus Leonis lacerat & dirumpit. Vna est fides, unus Dominus, unum baptisma. Nos neque duos Dominos, nec geminam fidem, nec duo baptismata nouimus. Ut ab antiquis ordiat, una arca tempore diluuij fuit: in hac octo animæ ceteris omnibus perirentibus euaserunt, & quotquot extra arcam inuenti sunt, perierunt. Arcam hanc typum habere ecclesiæ, nemo qui ambigat. Arca alia nuper fabricata est: & cum sint duæ, altera necesse est esse aduiteram, & in profundum demergi. Arca quam regit Innocentius, obruat. Peribit ergo orientalis ecclesia, peribit occidentis torus, peribit Francia,

V V u 3 peribit

peribit Germania, Iberi & Angli, & Barbarae
 gna in profundum pelagi demergentur. Reli-
 gio Camaldrensis, & Cartusienfis, & Cluniacen-
 sis, & Grandimontensis, & Cisterciensis, & Pre-
 monstratensis, aliq; innumerabilia seruatorum &
 ancillarum Dei collegia necesse est ut sub uno
 turbine corruant in abyssum. Episcopos & ab-
 bates & reliquos ecclesiae principes collo praeci-
 piti mola asinaria alligata pelagus uorax exci-
 piet. Solus ex principibus mundi arcam Petri in-
 trauit iste Rogerus, & ceteris omnibus eneca-
 tis solus ipse saluabit. Absit ut totius mundi re-
 ligio pereat, & ambitio Petri, cuius uita palam
 est, qualis extiterit, regnum caelorum obrineat.
 Ad haec uerba non ultra se poterant, qui praesen-
 tes aderant, continere, sed abominati sunt & ui-
 tam Petri & causam. Abbas autem tenens man-
 um Petri eleuauit eum, & simul ipse surrexit:
 Tutorē, inquitens, si mihi credas, intrabimus ar-
 cam. Et sicut iam pridem mente conceperat, salu-
 raribus illum aggrediens monitis, cooperante
 gratia Dei, protinus persuasit ut ad urbem re-
 diens, Innocentio papae reconciliaretur. Soluta
 concione rex necdum uoluit obedire, quia fan-
 cti Petri patrimonium quod in Calsinēsi et Be-
 neuentana prouincia amplissimū est, cupidus
 occupauerat: putabatq; huiusmodi suspensioni
 bus aliqua à Romanis extorquere priuilegia,
 per quae in ius propriū deinceps sibi stabiliretur
 hereditas. Sic Herodes uisum Saluatorē cōtem-
 psit, & quē desiderauit absentē, cōtempnit praes-
 entē. Sic omnipotēs Deus claritatē quā accepit
 à patre, dedit hominibus: & cōtēnētes se, facit
 inglorios, & erigit in sublimē humiliatos. Igi-
 tur circa curationē uisus uiri nobilis, & in ur-
 be Salernitana notissimū, succubentibus medi-
 cis, quorū ibi praecipuē ars uiget & studiu, eidē
 uiro de medicorū auxilio desperanti, noctu qui
 dem per somnium apparēs intumuit aduenisse
 Salernum, uirum sanctum, & in curationibus ef-
 ficacem. Hunc inquirere iubetur, & de lauacro
 manuum eius bibere. Quasi uisus, inuenit, aquam
 petijt, bibit, conualuit. Hoc uerbum per totam
 urbem diuulgatum, ad aures regis & procerum
 eius peruenit. Cum omnium igitur populorum
 fauore, solo rege in malitia permanente, abbas
 Romam reuertitur, praedictū quoq; Petrum Pi-
 sanum & quosdam alios reconciliat ecclesiae, &
 Innocentio papae confederat. Adueniat tem-
 pus in quo completa Amorraei malicia, angelus
 percutiens gladiū iam uibrabat, & pertransiens
 domos quarum superliminaria sanguis agni im-
 buerat, ad domum Petri Leonis ueniēs, saluta-
 re in ea non reperit signum. Percussit igitur mi-
 serum, nec tamē illico defungitur, sed datur per
 triduum poenitentiae locus. Ille patientia Dei a-
 butitur, & in peccato suo moritur desperatus.
 Miserabili pompa corpus eius effertur, cadauer
 eius in latebris sepelitur, & usq; hodie fouea illa
 à catholicis ignoratur. Attamen pars ipsius Pa-
 pam sibi pro illo alterum statuerūt, non tam ex-

2674
 A pertinacia schismatis, quam ut opportunius per
 aliquam temporis moram papae Innocentio re-
 conciliarentur. Quod sine mora per manum ser-
 uui sui Christus effecit. Nam et ipse ridiculus po-
 tiffex Petri Leonis heres, ad eundem uirum Dei
 nocte se contulit, & ille eum nudatum quidem,
 usurpatis insignibus ad domini Innocentij pe-
 des adduxit. Quo facto ciuitas gratulabunda
 letatur, Innocentio ecclesia redditur, Romanus
 populus ut pastorem & dominum Innocen-
 tium ueneratur. Abbas Clareuallis in mira reue-
 rentia habetur, ab omnibus author pacis, & pa-
 ter patriae praedicatur. Procedentem uiri nobiles
 prosequuntur, acclamat populus, matronae se-
 quuntur, & omnes ei prompto animo obsequun-
 tur. Sed quandiu ille gloriam tolerauit? Quan-
 diu pace fructus est post tam diuturnum laborē?
 Nec diem pro anno recipere acqueuit. Sedatis
 omnibus & compositis, uix quinque dies teneri
 potuit, qui septem annis & ultra pro resarcienda
 eadē scissione sudauit. Exeuntem Roma pro-
 sequit, de ducit clerus, occurrit populus, uniuersa
 nobilitas comitatur. Nec poterat sine commu-
 ni mœnore dimitti, qui colebatur amore cōmu-
 ni. Igitur firmata pace, uir Dei regreditur, & du-
 plex exhibens gaudium cum exultatione uni-
 uersae terrae suscipitur. Interea Romae Innocen-
 tius potestatiue agēda disponit, undiq; uisitato-
 res occurrūt. Alij cum negocijs, alijs tantū gratia
 cōgaudēdi adueniūt: processiones per ecclesias
 solenniter celebrantur, depositis armis ad audiē-
 dum uerbum Domini plebes accurrunt. Post
 multiphasias egestates, in breui ciuitas opulenta
 refloret: quae discordia tempore distracta fue-
 rant, pax solidata reuocat & reducit. Arantur so-
 litudines, & deserta pinguescunt. Requietunt
 singuli sub uita & ficulnea sua, nocturnae silent
 excubiæ, & apertis ianuis omnis timor excludi-
 tur. Dato tempore Innocentius ecclesiae ruinas
 restaurat, recolligit exules, ecclesiae antiqua ser-
 uitia, depopulatas colonias expulsis restituit, in
 super & congrua dona largitur. Monasterium
 etiā apud Aquas saluas in sancti Anastasij mar-
 tyris honore constituit: quod quidem ibi prius
 fuerat, sed hoc tempore sola ecclesia, deerat habi-
 tator. Constructis itaq; cœnobialibus mansioni-
 bus, et reformata ecclesia, assignatis etiam ad ali-
 monias domus agris & uineis, à Clareualle ab-
 batem & conuentū fratrum sibi mitti dominus
 Papa petijt & obtinuit. Mittitur igitur Bernar-
 dus Pisanus olim ecclesiae uicedominus, & reli-
 giosus cum eo fratres, qui secundum beati Bene-
 dicti regulam in eodem loco Domino deserui-
 rent. Citò profecit illa plantatio, & associatis si-
 bi uiris indigenis, seruatorum Dei multiplicatus
 est numerus, & pasqua cōgrua nutrimentis mul-
 tiplex in breui produxere peculium.

Capitulum VIII.

A Bbas sanctus ad studia sua reuersus, dile-
 ctum amplectitur epithalamium. Et diuer-
 sis etiam regionibus, odore religionis illius ubi-
 que dif-

que diffuso, fratres ad fundanda monasteria in-
 uitantur. Fundata quoq; & statuta ditioni eius
 sese subiiciunt, & arctioris ineunt regulas disci-
 plinae. Sed & diuersarū regionū ciuitates ex hoc
 collegio meruere episcopos. In primis Roma
 summo ornat pontifice. Praeneste Stephanū ha-
 buit totius gloriae uirum. Ostia uirū magnū Hu-
 gonem. In ipsa quoq; Romana curia Henricus,
 Bernardus alter presbyter, alter diaconus ordi-
 nati sunt cardinales. Prope urbem Romam, Ne-
 pa sub Hoberto refloruit. In Tuscia, Pisis nata-
 lis soli gloria, & magnū ecclesiae lumen Baldui-
 num effulsit. Citra Alpes Laufannae datus est A-
 medeus. Seduno, Garinus. Lingonis, Godefridus.
 Antiodoro, Alanus. Namnetis, Bernardus.
 Beluaco, Henricus. Tornaco, Giraldu. Eboraco
 Henricus. In Hybernia duo episcopi,
 re & nomine Christiani. In Allemanno ciuitate
 Curia, Algoutus, sapientia, aetate & gratia re-
 uerendus. Haec luminaria de Claraualle assump-
 ta, fulgore puro praedictas urbes sua illustra-
 re praesentia, & pastoralis officij elucidantes glo-
 riam, exemplum ceteris episcopis facti sunt, &
 in altitudine sua humiles constiterunt. Defun-
 cto siquidem Innocentio papa, & successoribus
 eius Celestino & Lucio quam uelociter con-
 summatis, Bernardum quem prius apud sanctū
 Anastasium abbatem diximus ordinatum, Pa-
 pa urbis efficitur. Hic seditione orta in populo,
 puluerem pedum in litigantes excussit, & reli-
 ctis eis in Franciam uenit. Cumq; Romae se co-
 mederent ac morderent, & ad inuicem consu-
 merent, expectauit in pace, donec fatigati con-
 stitibus & damnis afflictis, eius praesentiam cur-
 perent & optarent. Qui interim celebrato Re-
 mis concilio, Clarauallem humiliter uisitauit, et
 gloriam pontificatus Romani pauperū praesen-
 tat aspectibus. Mirantur omnes in tanta altitudi-
 ne humilitatem immobilē, & in tam excellenti
 culmine propositi, sancti permanere uirtutē, ut
 altitudinē sociata humilitas, pro officio exterius
 splendeat, & pro uirtute nequaquam interius ina-
 nesceat. Adherbat carni eius lanea tunica, et die-
 bus & noctibus cuculla uestitus sic ibat, sic cuba-
 bat. Intus monachi habitū retinens, extra se pon-
 tificem & moribus & uestibus exhibebat: rem
 difficilem agens, diuersarū in uno homine pro-
 prietatem exprimens personarū. Segmentata ei
 circumferebantur puluinaria. Lectus ei pallijs o-
 pertus, cortina ambiebatur purpurea, sed si re-
 uolueret operimēta, inuenires superiectis laneis
 complosa stramina, & paleas conglobatas. Ho-
 mo in facie, Deus uidet in corde: ipse uero bona
 coram Deo & hominibus prouidedit. Alloqui-
 tur fratres non sine lachrymis, miscens sermoni-
 bus auulsa à corde suspiria: hortatur et consolatur,
 & se inter eos fratrem & socium non domi-
 num exhibet, uel magistrū. Cumq; eum ibi mo-
 rari diutius non patēret magna eum prosequēs
 comitantium multitudo, salutatis fratribus, iter
 in Italiam dirigens abscessit, & ad urbem perue-

2676
 nit. Scripsit ad eundem Papam uir sanctus li-
 brum multae utilitatis, qui appellatur liber de
 Consideratione, in quo acutissima indagine tā
 ea quae circa eum, quam quae infra sunt profe-
 quens: etiam ad ea quae supra ipsum sunt ascen-
 dens, tanta de natura diuina differuit, ut uideatur
 in tertium caelum assumptus, audisse quaedā
 uerba quae non licet homini loqui, & regem in
 decore suo uidisse. In his quae infra, & quae circa
 ipsum sunt, morum societas, naturae aequalitas,
 officiorum distantia, cōsideratio meritorum, di-
 iudicatio prouectū subtilissimē distinguit, &
 singulis in suo genere sui cognitio intimatur. In
 his quae supra hominē sunt speculatur caelestia,
 non eo modo quo angeli, qui semper adherent
 Deo, considerant: sed eo modo quo potest ho-
 mo puri animi & mentis syncerae diuina contin-
 gere, & conformari hierarchiae caelesti sacerdoti-
 um temporale. Cum enim in caelesti milita cō-
 stet alios alijs principari, et ministeriales spiritus
 ad nutum superiorum potestatum ad diuersa of-
 ficia delegari, quidam uicinijs assistentes, ab ip-
 so accipiūt quae alijs uel agenda, uel intelligenda
 insinuent. Cumq; exigat homo propositurae
 suae reuerentiam exhiberi, ad honorem summā
 potestatis cuncta referri necesse est: quia cum
 sit subditus homini homo, uel spiritui spiritus,
 subdī maxime oportet Deo, de cuius munere i-
 sta datur praelatio, et quo docēte, fit ut pateat ho-
 mini tam cognitio sui, quam per fidem & spem
 ad diuinā contemplationis pro modo dato in-
 dulta accessio. Dicebat uir Dei, & nonnunquam
 scribebat in tabulis cœreis, mella restituens &
 quidē gratiora prioribus. Sedabat lites ecclesiarum,
 & appellationes importunas, quas inter se
 discordes clerici concitabant, blando spiramine
 cōponebat. Interdum etiam durius increpate eo
 redibat tranquillitas, et detumescentibus procel-
 lis qui sedeitiosi ante eum uenerant, et bile distilla-
 sa scaturientes declamationibus, pacifici reuertebantur.
 Adhaesit ei praeter ceteris quidē principibus
 comes Theobaldus, & dilectionem operae
 profecutus, se & sua in subsidia Clareuallis expo-
 suit, & in manibus abbatis posuit animā suā, de-
 posita altitudine principalis: se inter seruos Dei
 cōseruū exhibēs, nō dominū, ut obediret ad om-
 nia quae domus illius infimi postulassent. Eme-
 bat igitur fundos, construebat domos, abbatibus
 nouis praebat impensas: et ubicunq; serui Dei
 extēdissent ppagines, delegabat pecunias, non
 unam domum sicut Salomon Hierosolymis sta-
 tuens, sed ubicunq; huius schematis cōfēdissent
 personae, satagebat eis ministrare necessaria, qua-
 si Christo in terris praesenti propria faceret man-
 sionem. Sed & hoc in arbitrio uiri Dei posuit, ut
 quibuscunq; egentibus, eo mādante ad opus Dei,
 sumptus praeretur. Videns igitur abbas proptum
 principis animū, pietatē pietate accendit: et ma-
 ximē quidē domesticis fidei uoluit eum esse ob-
 noxium, & immortalia templa fundare consu-
 luit, & elemosynas ea sagacitate disponere, ut
 VV u 4 semper

semper fructificantes rediuis et renascentibus a celsionibus nouas semper elemofynas parturient. Deinde egenis quos hac atque illac quasi uespæ pungentes stimuli paupertatis exagitat, omnimodis docuit misereri, alijs indumenta, alijs alimenta largiri. Monuit & iuggerit ut per seipsum xenodochia uisitare, nec horreret aspectus languentiū: quia hoc duplicaretur clementiæ bonum, si & uideret & foueret, si consolaretur & reficeret. Humiliare pauperum oppressores, defendere pupillum & uiduum, misereri & cōmodare, sermones in iudicio disponere, pro uidere quieti ecclesie, rationem gladij intelligere, quasi elementariū instruxit, summam principalis officij ei intmans, & hoc à principe exquiri ex debito, ut laudi bonorum, & uindictæ malorum intendat. Hæc & alia huiusmodi salubria monita homo rationalis reuerenter accipiens, luxum curiæ & fastum altitudinis in humilitate & honestate conuertit, nec erat qui in presentia eius auderet aliquid indecens uel agere uel loqui: sed in hoc etiam ei placere studentes, siue si cetero siue puro animo, ea in quibus dominū suū delectari uidebant, ipsi quoque sapius factitabant. Intro ducebant igitur ad eum qui familiaris ei assidebat, pauperes patientes calumnia, nunciabant languentes in plateis iacentes, & quoscunq; in amaritudine & miseria cōstitutos: & ipse oblata sibi occasione clementiæ lætabat, & altiori gratia amplectebat quos de huiusmodi rebus uidebat magis esse sollicitos: et quia suorum neminem uel in illa curia, uel pro causa illa uir Dei passus est demorari, duos religiosos uiros de Premonstratensi ordine euocatos, elemofynæ suæ prapositione, ad quorum curam spectaret circuire castella & uicos, in quibus ipse maneret: et de propria mensa languentes et leprofos qui ibi manebant, quandiu in illis locis esset, abundanter refici iussit: sed & alijs pauperibus largas & cōgruas personis elemofynas siue in cibis siue in uestibus eorum, ministerio eorum donari instituit. Et illis quidem tantū in domo sua uoluit esse dominium, ut potestati uel pincernis & pistoriibus & coquis & reliquis ministerialibus quæ uellent iuberent, quæ placeret tollerent: nec esset qui aliquid prohiberet, uel referret ad comitē, si in aliquo prodigi uideretur. Sed et uir ipsi timentes Deum, & tam ei placere quam comitū cupientes, nec magnificentiam principis minuebant, qui charitatis plenitudinem de suis impleri præceperat: nec Deo ingrati esse uolebant, si inuenirent desides et auari, ubi eos proptos & expeditos dispensatores esse tam uoluntas, quam principis sufficiens bonitas iniunxisset. Erat præterea horum officio deputatum, ut monachis & religiosiis uiris, quos ad curiam diuersa mittebant negocia, hospitia prouiderent, & de penu et horreo comitis necessaria ministrarent. Circumferebant etiam rigente bruma apertis sarcinis pauperū indumenta, & pelles, & birros, & calceamēta, in quibus nec axiungia dee-

rat, quæ per uicos indigis erogabant. Nullum in comitatu illo clementiæ deerat opus, ad portum illum naufragi omnes tutum habebant refugium. Temporibus famis non sicut Pharao frumenta uenundedit populo, nec in seruitutē sibi erogatis annonis subiecit Aegyptum: sed abbate sancto quasi altero Ioseph diuiniore usus consiliario, gratis egenis aperuit horrea, nec exhaustit pecunia populū, nec astu circumuenit afflictos, nec republica ad se translata, priuatos in terramulauit thesauros: sed in cœlo potius thesaurizans infatigabilis distributor, cum magna alacritate & pecunias distribuit & annonas. Nec desuit utro inhiantī cœlestibus magni ponderis & horredī tentatio, sed aggressus est eum tam rex quam principes, & cōmota est & cōtrēmuit terra: & quasi iratus esset ei Deus, rapinis & incendijs ferē omnia ad eum pertinetia depopulatoribus exposita erant, & operuit faciem terræ regis exercitus, & passim omnia uassabant. Nec erat ei tutū resistere uel obuiare persecutoribus, quia & sui deseruerant eum, manifeste infestantes: & qui remanserāt, in insidijs nō ad subsidia erant: undique angustia graues, quia nec domi sibi ca uere, nec extrā poterat congrua prouidere, cum omnino qui sui essent neciret, et iam de perfidia refugari, quam de duplicitate suorū prorsus dis fideret. Inter has autē angustias cōuersus ad Dominum, de cœlo quæsiuit auxiliū, & accito uiro Dei (cuius cōsilio maxime utebatur) nec despirans de clementia Dei, hoc ex eius responsione accepit, ut intelligeret, quia flagellat Deus omnem filiū quem recipit, & huiusmodi correptiones uel purgant uel probant animā: et gloriosior rem fuisse Iob cum sederet in sterquilinio, quam fuisset cum circumstante exercitu sedisset illatus in solio. Ostēdit ei uir sanctus Salomonē peccasse in ocio, & abusus bono pacis, desluxisse in inuitia, cū Dauid pater eius, Absalon filio persequente, & uniuerso Israele aduersus eum animato, permāssisset in gratia. Intimauit etiam quomodo ipsum Satanas colaphizauit Apostolum, in qua tribulatione immobiliter perseuerans, meruit audire, quia uirtus in infirmitate perficit, & quia in presenti uita segniores nos faciūt prospera, et circūspectiores aduersa. Audiēs hæc uenerabilis comes, magnificē animatus, duo immensi ponderis & miri operis uasa aurea, in quibus preciosissima gemmæ habebant in cluse, quæ in solennitate coronæ suæ rex Anglorū Henricus, auctulus eius ad ostentationē diuitiarū suarum & gloriæ suæ, in mensa coram se habere cōsueuerat, sub omni celeritate proferri iussit in mediū, & à corde suo delectationē huiusmodi auellēs, gemmas à retinaculis suis iussit abstrahi, & aurum confringi præcepit ut uenderent, et de pretio eorum dilecta Domino super aurū & topazion tabernacula fundarent. Nec desistebat Amalech ab infestatione Israel, sed Moyses eleuatis in cœlum manibus potius est uictoria: & retrahētib; se hostibus, abbas sanctus sequēter sollicitus,

sollicitus clamantibus ad Deum & domi plorantibus fratribus, irrupit in acies, & in tempore iracundiæ factus est recōciliatio, et allegationibus diuinis intercurrentibus detumescere procellæ, & reuerfa est inter regem & principem tranquillitatis & pacis desiderata serenitas.

Finit liber secundus de uita sancti Bernardi Clareuallensis abbatis.

INCIPIT PROLOGVS DOMINI GOSFRIDI MONACHI CLAREUALLENSIS, IN ULTIMOS TRES LIBROS DE UITA EIUSDEM.

Clarissimi patris nostri Bernardi Clareuallensis abbatis memoriam, uiri insignis et laudē Christi, & multorum ædificationē literis cōmendarunt. Inuenta sanè materia uberi, prout cuiq; licuit, & certior ei gestorum innouit ueritas, non eam totā, sed partes aliquas digessere. Videtur autem nonnullis, quod multo minus eum silere debeat puer sanctitatis ipsius, dignationis filius, benignitatis alumnus. Quem ab eius uberibus post annos circiter xiiij. (quod sine singultu nec meminisse debeo, nec proferre queo) sola tandem, quæ sola potuit, mors auulsi. In quo tibi utinā sic cōplaceat etiā nunc pater sancte, sicut aliquādo uidebatur, & aliquādiu cōplacere. Et quis alter tibi tā debitor, quis tā obnoxius, quis tā tuus? Momordit, fateor, et dure momordit mors improba, sed non totū pariter deglutit. Amputauit, non extirpauit, sine misericordia portionē quæ se cōtingebat accepit. Tulit aspectū, tulit eloquiū, corporale etiam tulit obsequiū: sed non rapuit fidem presentis etiam nunc opitulationis, non absorbit spem futuræ aliquando uisionis, non denegit in præteritorū memoria alius radicatum filialis absumpsit deuotionis affectum. Ceterū mihi quidem, ut optime noui, præsertim tanto idonea operi nec scientia nec eloquentia supererit. Sed tua sanè magnalia, & tuas dignè eloqui laudes, non Origenis ingenium, non Ciceronis lingua sufficeret. Nec deiperandū tamen, quod tuorū magis operum fructus carpere prudens lector, quam uerborum nostrorū folia indigna debebit: ut illorum magis suauitate gustata, quam istorum ariditate culpata, non tam nequiter ista mordeat, quam illos delectabiliter edat. Nam & securius & syncerius uisā solent, quam audita narrari, & in tertium uas transfusa facilius coacciscunt. Sed & dulcius ea bibitur aqua, quæ ab exiguo licet aluo fontis hauritur, quem confestim repleuerit uenascariens: quam quæ ex riuo rullitur longius iam progresso, uel ex flumine etiam copioso. In de est quod intactis eorum libris qui de eiusdē beatissimi patris nostri inujs, seu etiā medijs cōscripserunt, ne tanquā super alienū edificasse uidear fundamentū, circa ea potissimum noster sermo uerfatur, quibus penē omnibus præsens affuit, interdū etiam licet pauca interserens, quæ fidelissima fratū qui aderant relatione cognoui. Veruntamē opus istud libellis tribus partitum lector inueniet. Quorum primus quidē ea maxime quæ ad habitū, mores, atq; doctrinā huius beati patris uidentur pertinere, prosequitur. Secundus autē, uirtutes multas per eum factas eloquitur. Tertius, in eiusdē bono fine cōpletur. Illud etiam admōnendū, in rerum narratione generatim coherentiam similitudinis magis quam temporis obseruari. Siquidem nec signa ipsa, nec opera quædam ordine scripta, quo facta sunt: sed interdum aliqua prout occurrere locis opportunioribus uidebantur, inserta. Firmior enim uidetur, et haberi acceptior (silet oratio, quæ sū is innititur & illustratur exemplis, uelut fabrica quæ dā idoneis fulta columnis. Nonnulla quoq; transposita sunt, ut similibus alijs iungerentur, & quæ erant eiusdem generis, sibi aptius cohererēt. Verum hæc in duobus quidē libellis prioribus: nam in tertio penē per omnia ordini ipsi ipsius temporis series narrationis obsequitur.

Capitula libri tertij.

Quod præ cæteris miraculis quæ fecit ipse, primum et maximum fuit in moribus, uictu & habitu, & aspectu oculorum, ut nec sellam, super quam in equo sedebat, sed nec lacū secus quem tota die equitauerat, considerauerit. Capitulum 1.

Qualis in uestitu, in incessu, in risu, & locutionibus suis. Cap. 2.

Qualis in nugis aliorum, & quod sanctam scripturam totam sub se expositam uiderit, nec cathedram affectauit, & alia plurima. Cap. 3.

Quæ & qualia de itinere Hierosolymitano & dixerit, & fecerit. Cap. 4.

Quantus & qualis in catholicis corrigendis, et schismaticis comprimendis, & hæreticis, & nominatim Petro Abailardo, et Gilleberto Porretano, & Henrico. Cap. 5.

De clerico sanato, & mira interpretatione suorum miraculorum, et quod totius orbis uota in eum cōcurrerant. Cap. 6.

Quos libros, & quibus de causis scripserit, omnium pater, & omnia eius magnalia non posse scribi. Cap. 7.

LIBER PRIMVS, QVI ET TERTIVS.

Capitulum I.



Numerois quidem signis atq; miraculis, ut orbis comperit uniuersus, fidelem famulum Deum Bernardum Clareuallensem glorificauit abbatem, sicut gloriosus semper in sanctis suis, & in sua mirabilis est maiestate. Ceterū sicut Malachiam sanctum idem imple commendat, primum maximumq; miraculum quod exhibuit, ipse fuit: serenus uultu, modestus habitu, circūspectus in uerbis, in opere timoratus, in sacra meditatione assiduus, in oratione deuotus: & sicut alios ipse monebat, crebra siquidem experientia persuasus, de omni re magis fidens orationi, quam industria propria uel labori. Magnanimus in fide, longanimis in spe, profusus in charitate, summus in humilitate, præcipuus in pietate. In consilijs prouidus, in negocijs efficax, nunquā tamen minus quam in ocio ociosus. Lucundus ad opprobria, ad obsequia uerecundus. Suauis moribus, meritis sanctus, miraculis gloriosus, affluens deniq; sapientia & uirtute & gratia apud Deum & homines. Cuius sanctæ animæ adiutorium simile sibi fecerat Deus, & speciali præuentum benedictione corpus aptauerat. Apparebat in carne eius gratia quædam, spiritalis tamen potius, quam carnalis: in uultu claritas præfulgebatur, non terrena utique, sed cœlestis: in oculis angelica quædam puritas, & columbina simplicitas radiabat. Tanta erat interioris eius hominis pulchritudo, ut euentibus quibusdā indicijs foras erumperet, & de cumulo internæ puritatis & gratiæ copiose perfusus homo quoq; exterior uideretur. Corpus omne tenuissimum, & sine carnis erat, ipsa etiam subtilissima cutis in genis modicè rubens. Illò nimirum quicquid caloris inerat naturalis, assidua meditatio & studium sacræ compunctionis attraxerat. Casarius ex flauo colorabatur, & candido. Barba subrufa, circa finem uitæ eius resperfa canis. Statura mediocritatis

tatis honestæ, longitudini tamen vicinior appa-
rebat. Aliàs autem thesaurus iste in vase fictili e-
rat, contrito penitus & undiq; conuassato. La-
borabat siquidem caro eius multiplicibus infir-
mitatum incommodis, ut in eis uirtus animi per-
ficeretur. Quarum periculosior quidem in me-
tu arctissimè gutturis, nil penitus siccū, uix soli-
dum aliquid admittētis: molestior erat defectus
stomachi, uiscerumq; corruptio. Hæc continuæ
illi præter alias sapius incidentes. Summum e-
rat huic famulo Dei studium, fugere admiratio-
nem, & tanquam unum sese agere ceterorū. At
prosequeretur gloria fugitantiem, sicut è regio-
ne captantes sese alios fugere consuevit. Prover-
bium illud in ore ei frequēter, semper in corde:
Qui hoc facit quod nemo, miratur omnes. Quo
nimirum intuitu uitam regulamq; communem
amplius æmulabatur, nil in suis actibus præfe-
rens obseruantia singularis. Ob hoc denique et
cilicium quod pluribus annis occultè gestate-
rat, ponere maluit quàm ut ferre sciretur, minus
illum latere uelle cōtestans, qui cum ceteris eius-
dem professionis sibi cōmunia non seclatur. In
ipsis tamen cōmunibus erat illi singularis puri-
tas, et deuotio non cōmunis. Nihil negligens, et
minima quæq; cum studio & intentione tracta-
bat, ex propria siquidem experientia diffinire so-
litus sapientem, cui quæq; res sapiūt prout sunt.

A primis ferè annis sic euasit ille cebras gulæ,
ut ipsam quoq; saporum discretionē ex magna
parte perdidit. Quotiens sibi pia ministrantiū
fraude deceptus, liquores pro alijs alios sumpsit.
Nam & oleum sibi per errorem aliquando propi-
natum bibit, & penitus ignorauit. Nec prius
id cognitum quàm superueniens quidam, labia
eius miraretur inuncta. Cibus eius buccella pa-
nis in aqua calida penitus emolliti cum exiguis
forbitiunculis erat. Modicus ille quidem, sed nō
modicam eius partem crudam rejiciebat stoma-
chus, ne qua illi foret in cibo uoluptas, quem su-
mere periculum, sumptum tenere dolor, rejicere
miseria. Sic nimirum fideli seruo iuxta desiderū
cordis sui dispensatio superna prouiderat, ut nec
fructus ei deesset abstinentia singularis, & odio-
sam semper admirationem declinaret sub um-
bra necessitatis. De uino quidem sapius nobis
ipse dicebat, decere monachum quando sume-
re oporteret, sic gustare illud ne exinanissē cali-
cem notaretur. Quod sic ipse seruabat, quotiens
sibi uinum patiebatur apponi, ut nō modò post
unum potum, sed post totum qualecunq; pran-
dium, suum uasculum in quo ei propinabatur,
uix aliquando uideretur minus plenum à men-
sula reportari. Minus quidē stare poterat, sed
erat sedēs penè iugiter, & rarissimè mouebatur:
quotiens subtrahere se negocijs poterat, aut o-
rans, aut legens, aut scribens, aut insistens do-
ctrine & fratuū ædificationi, aut in sacra medita-
tione persistens. In quo nimirum studio spiritua-
li obtinuerat gratiam singularem, ut non tædū
in illo, nō difficultatem aliquam sustineret: libe-

rè secum habitans, & deambulans in latitudine
cordis sui, & ibidem exhibens Christo (ut mo-
nere alios ipse solebat) cœnaculum grande stra-
tum. Omnis ei ad meditandum hora breuis, lo-
cus omnis congruus erat. Frequenter tamen li-
cet sic affectus, diuino urgente metu, imò urgen-
te spiritu, studium hoc lucris uberiorib. postipo-
nebat, doctus quærere non quod sibi erat utile,
sed quod multis. Alioquin in quolibet cœtu ho-
minum uel tumultu, nisi eius intētionem causa
deponeret, tota facilitate animum colligens, in-
teriori quadam, quam ubiq; ipse sibi circumfere-
bat, solitudine fruebatur, nil prorsus attendens
quod sonare uel appareret exterius. Cum iam
Dei famulus annos aliquot in Claraualle pereg-
gisset, subiit animum eius ut sanctū Hugonem
Gratiopolitanum episcopum, & Cartusien-
ses fratres deuotionis gratia uisitare. Quē præ-
dictus episcopus tam gratanter & tam reueren-
ter suscepit, diuinam intelligens in eiusdem ho-
spitis uisitatione præsentiam, ut prostratus solo-
tenus adoraret. Videns autem seruus Christi e-
piscopum ætate grandæuum, celebrem opinio-
ne, sanctitate cōspicuum, coram se procedentē,
uehementè expauit: ipse quoq; pariter corruens
ante eum, & ita demum susceptus in osculo pa-
cis, humilitatē suam tanti uiri ueneratione con-
fusam, non sine graui gemitu causabatur. In cuius
pectore singularem obtinuit ex eo tempo-
re locum, ut fierent deinceps duo illi filij splen-
doris cor unum & anima una, & se inuicem frue-
rentur in Christo. Sicut enim regina Saba de
Salomone testatur, uterque sese in altero longè
amplius quàm fama uulgasset, inuenisse gratula-
batur. Cartusie quoque à uero reuerendissimo
Guidone priore, & à ceteris fratribus eodem af-
fectu & eadem ueneratione susceptus est seruus
Christi, exultantibus illis in gaudio: quia qua-
lem eum per epistolam prius nouerat, talem in-
uenerunt & præsentem. Ceterum cum in re-
liquis omnibus ædificarentur, unum fuit quod
prædictum priorem Cartusiensem aliquatenus
mouit, stramentum uidelicet animalis cuiusdem
uir uenerabilis insidebat, minus neglectum, mi-
nus præferens paupertatem. Nec silētio prescit
æmulator uirtutis, quod mente conceperat, sed
locutus uni è fratribus, aliquatenus super hoc
moueri sese confessus est & mirari. Cumq; ille
ad patrem sanctum quod audierat retulisset, nō
minus ipse miratus, quale illud esset stramentū
quærebat: quod ita scilicet à Claraualle Cartu-
siam usque uenisset, ut nunquam illud uidisset,
nunquam cōsiderasset, & usque in horam illam
quale esset, omnino nesciret. Neque enim suum
erat animal illud, sed à quodam monacho Clu-
niacensi auunculo suo, & in sua uicinia demorā-
ti fuerat commodatum, & erat sicut sibi sternere
ille solebat. Quod uerbum sæpe dictus prior au-
diens, in eo potissimū mirabatur, quod sic ille Dei
famulus foris oculos circuncidisset, intus ani-
mum occupasset, ut quod ipse primo offenderat
uisu,

2653
uiu, hoc ille tanti itineris spacio non uidisset. Iuxta
lacum etiam Laufenensem totius diei itinere
pergens, penitus eum non uidit, aut se uidere
non uidit. Cum enim uespere facto de eodem la-
cu focij colloquerentur, interrogabat eos ubi il-
le lacus esset, & mirati sunt uniuersi.

Capitulum II.

Desiderauerat tamen ab initio omnimodo
subtrahere se negocijs, & nusquam egredi-
di, sed in monasterio residere. Quod & post-
modum ex defectu corporis occasionem inue-
nisse se reputans opportunam, aliquando sta-
tuit, & aliquandiu tenuit, donec illum exire co-
git necessitas grauis ecclesie Dei, & summi pon-
tificis atque omnium abbatum sui ordinis ius-
sio, quibus per omnia tanquam patribus dese-
rebat ipse omnium pater. Ex quorū etiam man-
dato nouissimis quidem annis, præter cucullam
& tunicam laneo panno in modum chlamydis
decurtatæ, & pileo simili utebatur, inter tantos
languores corporis & labores nullis unquam
uti pellibus acquiescens. In uestibus ei pauper-
tas semper placuit, sordes nunquam. Nimirum
animi fore indices aiebat, aut negligentis, aut
inaniter apud se gloriantis, aut gloriam foris af-
fectantis humanam. Incessus eius et habitus om-
nis modestus & disciplinatus, præferens humi-
litem, redolens pietatem, exhibens gratiam,
exigens reuerentiam, solo uisu lætificans & æ-
dificans intuentes. De risu dicimus, quod ex o-
re eius frequenter audiuimus, dum cachinnos
religiosorum hominum miraretur, non memi-
nisse se à primis annis suæ conuersionis aliquan-
do sic risisse, ut non potius ad ridendum, quàm
ad firmandum sibi uim facere oporteret, & ri-
su suo stimulum magis adhibere, quàm frænū.
Vocem illi in inualido corpore ualidam satis in-
telligibilemq; contulerat, qui in opus prædica-
tionis segregauerat illum ex utero matris suæ.

Sermo ei, quotiens oportuna inueniebatur
occasio, ad quascunq; personas de ædificatio-
ne animarum, prout tamen singulorum intelli-
gentiam, mores & studia nouerat, quibusque
congruens auditoribus erat. Sic rusticanis ple-
bibus loquebatur, ac si semper in rure nutritus:
sic ceteris quibusque generibus hominum, ue-
lut si omnem uestigandis eorum operibus ope-
ram impendisset. Literatus apud eruditos, apud
simplices simplex, apud spirituales uiros perfe-
ctionis & sapientia affluens documentis, om-
nibus se coaptabat, omnes cupiens lucrifacere
Christo. Cautus erat artificiosissimè obseruare,
quod ad papam Eugenium scribens, de sui cor-
dis plenitudine eruclauit.

Capitulum III.

NVgæ si incidant interdum, inquit, feren-
dæ fortassis, referendæ nunquam. Inter-
ueniendum cautè et prudenter nugacitati. Pro-
rumpendum sanè in serium quid, quod non mo-
dò utiliter, sed & libenter audiant, ut superse-
deant ociosis, Quàm uerò placabilem & per-

suasibilem, quamq; eruditam linguam dederit et
Deus, ut sciret quem, et quando deberet profer-
re sermonem, quibus uidelicet cōsolatio uel ob-
secratio, quibus exhortatio congrueret uel in-
crepatio, nosse poterunt aliquatenus qui ipsius
legerint scripta, etsi longè minus ab eis qui uer-
ba eius sapius audierunt. Si quidem diffusa e-
rat gratia in labijs eius, & ignitum eloquium e-
ius uehementer, ut non posset ne ipsius quidem
stylus, licet eximius, totam illam dulcedinē, to-
tum retinere feruorem. Mel & lac sub lingua e-
ius, & nihilo minus in ore eius ignea lex, iuxta
illud Cantici canticorum: Sicut uitta coccinea
labia tua, & eloquiū tuum dulce. Inde erat quod
Germanicis etiam populis loquens, miro audie-
batur affectu, & ex sermone eius quem intelli-
gere, utpote alterius linguæ homines non uale-
bant, magis quàm ex peritissimū cuiuslibet post-
eum loquentis interpretis intellecta locutione,
ædificari illorum deuotio uidebatur, & uerbo-
rum eius magis sentire uirtutem. Cuius rei cer-
ta probatio tunisio pectorum erat, & effusio la-
chrymarum. Utebatur sanè scripturis tam liberè
commodèq; ut non tam sequi illas, quàm præ-
cedere crederetur, & ducere ipse quod uellet, au-
thorem earum ducem spiritum sequens. Quam
nimirum ut in medio ecclesie aperiret os eius, sic
impleuerat Deus spiritu sapientia & intellectus,
ut secundum quod in libro Iob legitur, profun-
da quoque fluuiorum scrutaretur, & abscondi-
ta proferret in lucem. Nam & confessus est ali-
quando sibi meditati uel oranti, sacram om-
nem uelut sub se positam & expositam sibi ap-
paruisse scripturam. Ceterum quàm gratis e-
uangelizauit, quis dignè prædicet, quis dignè
miretur? Minus fore creditur nullas sibi ab au-
ditoribus transitorias petere facultates, nisi ob-
latas sapius refutaret ecclesiasticas dignitates.
Parum illi fuit nulla quærere stipendia militan-
tem, ne insignia quidē recipere acquireret. De-
nique uelut alter Dauid processurus ad bellum,
bellica arma sibi grauiora causatus est, quibus
multos suo præsertim tempore cerneret prægra-
uari, & in simplicitate sua gloriosius triumphaba-
bat. Tantam enim gratiam uirtus ei diuina con-
tulerat, ut licet abiectus esse elegisset in domo
Dei, uberius tamen fructificaret in ea, quàm a-
lij quilibet in sublime porrecti: & lucens am-
plius illustraret ecclesiam uelut de sub modio suæ
humilitatis, quàm ceteri super candelabra con-
stituti. Nimirum quo humilior, eo semper uti-
lior fuit populo Dei in omni doctrina salutari,
in quo tamen noluit locum tenere doctoris.

Beatus planè, qui sicut ipse de quodam san-
ctorum ait, legem dilexit, & cathedram non
affectauit. Quàm felicius siquidem in uirtu-
tum cathedra sedere meruit, dum noluit præsi-
dere in cathedra dignitatum. Denique sicut fu-
sus & fortis in prædicatione euangelica labo-
rauit, sicut prudēs & temperās cauit sibi semper
ab ecclesiastica prælatione. Nec enim contuma-
citer

citer unquam renuit, sed frequenter & ad maximum electus honores, prudenter egit, diuina sibi cooperante gratia, ne aliquando cogeretur. Moses quidem sanctus celsit Aaron fratri suo pontificium, sed linguæ erat impeditior. Bernardum nostrum non ab opere euangelistæ necessitas aliqua, sed ab honore solo sola humilitas reuocauit. Merito proinde apud Deum & homines obtinuit gratiam singularem, qui non modo sine sumptu temporalis facultatis, uerum etiam sine gradu ecclesiasticæ dignitatis, non autem sine fructu fraternæ salutis euangelium posuit, & populo Dei semper prodesse studuit, nunquam præesse sustinuit. Rarò tamen, nisi forte ad loca proxima, ut prædicaret, exiuit: sed quotiens eum necessitas aliqua traheret, seminabat super omnes aquas, publicè & priuatim annuncians uerbum Dei. Quod tamen ipsum ex mandato summi pontificis actitabat, ad nutum quoque præfulum cæterorum, ubicumque eorum aliquem contigisset adesse. Nimirum quanto magnus erat, humilians se in omnibus, eo magis sacerdotibus deferrebat, quo plenius intellexerat quæ ministris Christi reuerentia deberetur.

Capitulum IIII.

Nec tacendum quòd ex prædicatione itinertis Hierosolymitani, graue contra eum quorundam hominum uel simplicitas uel malignitas scandalum sumpsit; cum tristior sequeret effectus: quòd tamen uerbum dicere possumus ab eo quidem inuitum non sumpsisse. Cum enim multorum iam animos permouisset audita necessitas, à rege Francorum semel & iterum propter hoc expetitus, apostolicis etiam literis monitus, nec sic acquieuit super hoc loqui, uel consilium dare, donec per ipsum tandem summi pontificis generalem epistolam iussus ab eo est tanquam Romanæ ecclesiæ lingua exponere populis atque principibus. Cuius epistolæ tenor fuit, ut in poenitentiam & remissionem peccatorum iter arriperent, aut liberaturi fraires, aut suas pro illis animas posituri. Hæc & huiusmodi super hoc poterant ueraciter dici, sed dicendum potius id quod potius fuit. Euidenter enim uerbum hoc prædicauit, Domino cooperante; & sermonem confirmante sequentibus signis. Sed quantis, et quam multiplicibus signis: Quanta uel numerare, nedum narrare difficile foret. Nam & eodem tempore scribi coeperant, sed ipsa demum scriptorem numerositas scribendorum, & materia superauit authorem: nimirum cum aliquando una die uiginti seu etiam plures ab incommodis uarijs sanarentur, nec facile ab huiusmodi dies ulla uacaret. Denique plures eo tempore Christus per serui sui tactum et orationem ex ipsis etiam matrum uteris cæcos uidere, claudos ambulare, aridos conualescere, surdos fecit audire, & mutos loqui, mirabilius restituentem gratia, quod minus præstitum fuerat à natura. Nec tamen ex illa profectio Orientalis eccle-

siæ liberari, sed celestis meruit impleri & latari. Quod si placuit Deo tali occasione plurimorum eripere, si non Orientalium corpora à paganis, Occidentalium animas à peccatis, quis audeat dicere illi, quid fecisti sic? Aut quis rectè sapiens, illorum sortem magis non doleat, qui ad priora uel peiora fortè prioribus seclera redierunt, quam eorum mortem, qui in fructibus poenitentiae, purgatas uarijs tribulationibus Christo animas reddiderunt? Alioquin quilibet dicant Aegyptij, dicant filij tenebrarum, qui ueritatem nec uidere ualeant, nec proferre, callidè eduxit eos, ut interficeret in deserto: patienter tolerat Saluator opprobrium, quod tantarum animarum salute compensat. Meminit huius uerbi ipse quoque uenerabilis pater, inter cætera dicens: Si necesse sit unum fieri è duobus, malo in nos murmur hominum, quam in Deum esse. Bonum mihi si dignetur me uti pro clypeo, libens excipio in me detrahentium linguas maledicas, & uenenata spicula blasphemorum, ut non ad ipsum perueniant. Non recuso inglorius fieri, ut non irruatur in Dei gloriam. Hæc quidè ille in libro de Consideratione secundo. Accidit autem, ubi primum de eiusdem exercitus dissipatione lamentabilis intra Gallias infonuerat rumor, ut illuminandum Dei famulo filium cæcum offerens pater, multis precibus uinceret excusantem. Et imponens sanctus puerò manum, orabat ad Dominum quatenus si ab eo uerbum prædicationis illius exierat, si prædicanti spiritus eius affuerat, in illius illuminatione ostendere dignaretur. Dum uerò post orationem orationis præstolaretur effectum, quid facturum sum? ait puer. Video enim. Attollitur illico clamor astantium: plures enim non modo è fratribus, uerum etiam è secularibus aderant, qui ut puerum uidere uidentem, multipliciter consolati, Deo gratias referebant. Sed de his hæc tenus.

Capitulum V.

Nam & illud propter posteros memorandum, quam multipliciter ecclesiæ sanctæ uiri Dei doctrina profuerit in catholicorum moribus corrigendis, in schismaticorum furoribus comprimendis, in hæreticorum erroribus confutandis. Siquidem præter eos quos docuit sobrie & iuste & pie uiuere in seculo, quantos etiam perfectius ualedicere seculo persuasit, uel ex hoc liquet, quòd non cessauit quandiu, uixit deserta seculi, seculi desertoribus implens. Cuius ministerio uidetur propheticum illud etiam corporaliter exhiberi. Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic esurientes, & constituerunt ciuitates habitationis, & seminauerunt agros, & plantauerunt uineas, & fecerunt fructum natiuitatis, & benedixit eis, & multiplicati sunt. Sane in diebus schismatis generalis, quam fideliter seruus Domini stetit in consuetudine in conspectu eius, ut auerteret iram eius, quam efficaciter

citer stetit: & placuit, & cessauit quassatio, quam denique euidenter in tempore iræ factus est reconciliatio, non modo latius prosequendum. Sufficere interim potest, si ipsius super hoc scribentis ad eum Innocentij papæ uerba ponamus. Quam firma, ait, perseveranti que constantia causam beati Petri & sanctæ matris tuæ, Romanæ ecclesiæ, incandescente Petri Leonis schismate, seruator tuæ religionis & discretionis susceperit defendendam, & se murum inexpugnabilem pro domo Dei opponens, animos regum ac principum, & aliarum tam ecclesiasticarum, quam secularium personarum ad catholicæ ecclesiæ unitatem, & beati Petri ac nostram obedientiam frequentibus argumentis & ratione munitis inducere laborauerit, magna quæ ecclesiæ Dei & nobis prouenit utilitas manifestat. In quibus autem pro fide quoque, quam magnificè egerit seruus fidelis & prudens, breuiter intumendum. Fuit in diebus illis Petrus Abailardus, magister insignis & celeberrimus in opinione scientiæ, sed de fide perfidè dogmatizans. Cuius cum blasphemis plena grauissimis uolitate undique scripta coepissent, prophanas nouitates uocum & sensum uiri eruditi atque fideles ad Dei hominem retulerunt. Qui nimirum solita bonitate & benignitate desiderans errorem corrigi, hominem non confundi, secreta illum admonitione conuenit. Cum quo etiam tam modeste tamque rationabiliter egit, ut ille quoque compunctus ad ipsius arbitrium correcturum se promitteret uniuersa. Cæterum cum recessisset ab eo Petrus idem, consilij stimulat iniquis, & ingenij sui uiribus, plurimoque exercitio disputandi infeliciter fidens, resiliit à proposito saniori. Experens denique Senonensem metropolitanum, quòd in eius ecclesiâ celebrandum foret in proximo grande concilium, Clareuallensem causatur abbatem suis in occulto detrahere libris. Addit quoque, paratum se esse in publico sua defendere scripta, rogans ut prædictus abbas diciturus, si quid haberet, ad concilium uocaretur. Factum est ut postulauit. Sed uocatus abbas, uenire penitus recusauit, suum hoc non esse, renuncians. Postea tamen magno uirorum monitis flexus, ne uidelicet ex ipsius absentia scandalum populo, & cornua crescerent aduersario, demum pergere acquieuit, tristis quidem, nec sine lachrymis annuens, sicut in epistola ad papam Innocentium ipse testatur, in qua plenius lucidiusque negotium omne prosequitur. Affuit dies, & ecclesiâ copiosa conuenit, ubi à Dei famulo Petri illius in medium scripta prolata sunt, & erroris capita designata. Demum illi optio data est, aut sua esse negandi, aut errorem humiliter corrigendi, aut respondendi, si posset obijciendis sibi rationibus pariter & sanctorum testimonijs patrum. At ille nec uolens relinquit, nec ualens resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur ut tempus redimeret, sedem apostolicam appellauit. Sed & postea

ab egregio illo catholice fidei aduocato monitus, ut uel iam sciens in personam suam nihil agendum, responderet tam liberè quam securè: audiendus tantum & ferendus in omni patientia, non sententia aliqua ferendus, hoc quoque omnimodis recusauit. Nam & confessus est postea suis, ut aiunt, quòd ea hora maxima quidem ex parte memoria eius turbata fuerit, ratio caligauerit, & interior fugerit sensus. Nihilominus tamen ecclesiâ quæ conuenerat, dimisit hominem, multauit abominationem, à persona abstinens, sed dogmata praua condemnans. Quando uerò Petrus ille refugium inueniret in sede Petri, tam longè dissidens à fide Petri: Et ipsum ergo authorem eadem sententia cum erroribus suis apostolicus præful inuoluens, scripta incendio, scriptorem silentio condemnauit. Fuit item Gillebertus, quem cognominare Porretanum, Pictauiorum episcopus, in sacris literis plurimum exercitatus, sed sublimiora se etiam ipse scrutatus ad insipientiam sibi. Siquidem de sanctæ trinitatis unitate & diuinitatis simplicitate non simpliciter sentiens, nec fideliter scribens discipulis suis, panes proponebat absconditos, furtiuas propinabat aquas: nec facile quid sciret, imò quantum desperet, personis authenticis fatebatur. Timebat enim, quòd apud Senonas Petrum ei dixisse ferunt: Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet. Nouissimè tamen cum iam fidelium super hoc inualesceret scandalum, crederet murmur, uocatus ad medium est, & librum tradere iussus, in quo blasphemias euomerat graues quidem, sed uerborum quodam inuolucro circumseptas. Igitur in concilio quod in urbe Remorum papa uenerabilis Eugenius celebrauit, egit cominus aduersus hunc Gillebertum ecclesiæ sanctæ, suo tempore singularis athleta Bernardus, primò quidem totum quòd ille uerborum cauillationibus occultare nitetur eliciens: deinde uerò tam suis ratiocinijs, quam sanctorum testimonijs biduana disputatio redarguens, considerans sanè nonnullos ex his qui præsidebant, iam quidem animaduertentes blasphemiam in doctrina, adhuc tamen auertentes iniuriam à persona, accensus est zelo, & domesticam sibi ecclesiam seorsum conuocat Gallicanam. Comuni denique consilio, à parentibus decem prouinciarum, alijs autem episcopis & abbatibus plurimis, dictante uiro Dei, nouis dogmatibus opponitur symbolum nouum. Cui etiam subscribuntur nomina singulorum, ut eorum uidelicet omnium sicut irreprehensibilis, sic irreprehensibilis zelus cæteris innotescat. Ita demum apostolico iudicio & autoritate uniuersalis ecclesiæ error ille damnatus, episcopus Gillebertus an eidem damnationi consentiat, interrogatur. Consentiens, & publicè refutans quæ prius scripserat & affirmauerat, indulgentiam ipse consequitur, maxime quòd ab initio cautus fuisset ea lege eandem ingredi disceptationem, ut promitteret sine ulla

sefe obſtinatione pro eccleſiæ ſanctę arbitrio cor-
recturum liberę ſuam opinionem. In partibus
Toloſanis Henricus quidam olim monachus,
tunc apoſtata uilis, peſſimę uitę, pernicioſa do-
ctrinę, uerbis perſuaſibilibus gentis illius occu-
pauerat leuitatem, & ut prædixit Apoſtolus de
quibusdam in hypocriſi loquens mendacium,
fiſtis uerbis de eis negotiabat. Erat autem ho-
ſtis eccleſiæ manifeſtus, irreuerſer eccleſiaſticis
derogans ſacramentis pariter & miniſtris. Nec
mediocriter in ea iã malignitate profecerat. Sic
enim de eo ſcribens pater uenerabilis ad princi-
pem Toloſanũ, inter cętera ait: Paſſim inuenie-
bantur iam eccleſiæ ſine plebibus, plebes ſine ſa-
cerdotibus, ſacerdotes ſine debita reuerentia, ſi-
ne Chriſto deniq; Chriſtiani. Paruulis Chriſtia-
norum, Chriſti uita intercludebatur, dum ba-
ptiſmi gratia negabatur. Ridebantur orationes
oblationesq; pro mortuis, ſanctorum inuocatio-
nes, ſacerdotum ex communicationes, fidelium
peregrinationes, baſilicarum ædificationes, die-
rum ſolenniũ uacationes, chriſmatis & olei con-
ſecrationes, & omnes deniq; inſtitutiones eccle-
ſiaſticae ſpernebãtur. Hac neceſſitate uir ſanctus
iter arripuit, ab eccleſiæ regiõis illius ſæpius iam
antẽ rogatus, & tunc demum à reuerendiſſimo
Alberico Oſtienſi epifcopo, & legato ſedis apo-
ſtolice perſuaſus, pariter & deductus. Veniens
autem, cum incredibili deuotione ſuſceptus eſt à
populo terrę, ac de cœlo angelus adueniſſet.
Nec morã facere potuit apud eos, quod irruentium
turbas reprimere nemo poſſet, tanta erat
frequenta diebus ac noctibus aduentantiũ, be-
nedictionem expetentium, flagitantium opem.
Prædicauit tamen in ciuitate Toloſa per aliquot
dies, & in cęteris locis quę miſer ille frequen-
taſſet amplius, & gratius inſeciſſet, multos in fi-
de ſimplicis inſtruens, nutantes roborans, er-
rantes reuocans, ſubuerſos reparans, ſubuerſo-
res & obſtinatos autoritate ſua premens & o-
primens, ut nõ dico reſiſtere, ſed ne aſiſtere qui-
dem & apparere præſumerent. Cæterum eſti
tunc fugit hæreticus ille & latuit, ita tamen im-
pedita ſunt uia eius, & ſemita circumſcripta, ut
uix alicubi poſtea tutus, tandem captus & cate-
natus epifcopo traderetur. In quo itinere pluri-
mis etiã ſignis in ſeruo ſuo glorificatus eſt Deus,
aliorum corda ab erroribus impijs reuocans, a-
liorum corpora à languoribus uarijs ſanans. Eſt
locus in regione eadem, Sarlatum nomen eſt il-
li, ubi ſermone completo plurimos ad benedi-
cendum panes, ſicut ubique fiebat, Dei famulo
offerebant. Quos ille eleuata manu & ſigno cru-
cis edito, in Dei nomine benedicens, in hoc (in-
quit) ſciatis uera eſſe quę à nobis, falſa quę ab
hæreticis ſuadentur, ſi inſirmi ueſtri guſtatis pa-
nibus iſtis adepti fuerint ſoſpitationem. Timens
autem uenerabilis epifcopus Carnotenſium ma-
gnus ille Gaufridus, ſiquidem præſens erat, &
proximus uiro Dei, ſi bona (inquit) fide ſum-
pſerint, ſanabuntur, Cui pater ſanctus de Do-

A mini uirtute nil hæſitans, non hoc ego dixiſſem,
ait: ſed uerẽ qui guſtauerint ſanabuntur, ut pro-
inde ueros nos & ueraces Dei nuncios eſſe co-
gnofcant. Tam ingens multitudo languentium
guſtato eodem pane conualuit, ut per totã pro-
uinciam uerbũ hoc diuulgaretur: & uir ſanctus
per uicina loca regrediens, ob concurſus intole-
rabiles declinauerit, & timuerit illõ ire.

Capitulum VI.

PRimum ſanẽ miraculũ quod per famulum
ſuum in urbe Toloſa Chriſtus exhibuit, pa-
ralytici cuiuſdam clerici curatio fuit. Hunc in do-
mo regularium clericorũ ſancti Saturnini, quo-
rum unus ipſe erat, ad petitionem abbatis & fra-
trum circa noctis crepuſculum uifiſans homo
Dei, moribundum inuenit hominem, qui extre-
mum ſpirituũ trahere uideretur. Conſolatus itaq;
miſerum, & data benedictione egrediens, ſicut
poſtea confeſſus eſt, loquebatur in corde ſuo fi-
delis ſeruus ad Dominũ tam fiducialiter, quã
B fideliter dicens: Quid expectas Domine Deus?
Generatio hæc ſigna quarit. Alioquin minus a-
pud eos noſtris proficimus uerbis, niſi abs te fue-
rint confirmata ſequentibus ſignis. Eadem ho-
ra exiit paralyticus de grabato, & accurrens ſe-
cũtus & conſecutus eſt eum, ſacra ueſtigia deuo-
tione qua debuit amplexatus. Cui ſubito proce-
denti obuians ex canononicis unus expauit &
exclamauit, ſiquidẽ phantaſma putabat. Quan-
do enim de leſculo eum crederet ſurgere po-
tuiſſe? Egreſſam magis à corpore, eius animam
phantaſticẽ ſibi apparuiſſe arbitratus, aufugit
ſed ipſa demum tam ei, quã cæteris rei ueritas
fidem fecit. Egreditur exinde ſermo inter fra-
tres, curritur ad ſpectaculum tam iucũdum, ipſe
etiã inter primos accurrat epifcopus & lega-
tus: inde pergitur ad eccleſiam, eo ipſo qui con-
ualuerat præeunte, exclamatur in laudes Dei,
eodem pariter concinente, ruit undique popu-
lus, benedicunt Chriſtus, triumphat fides, infi-
delis quiſque confunditur, exultat pietas, & im-
pietas contabefcit. Porro uir Dei cellam ubi ma-
nebat ingreſſus, diligenter omnes obſerari adi-
tus, obſeruari ianuas iubet, ne quis pateat introi-
tus populo concurrenti. Cum autem per to-
tum ab eadem provincia reditum, uiri ſancti ma-
gis magisq; ſigna crebreſcerent, & multiplica-
rentur indies, non prætereũdum quid nam ipſe
inter hæc animi gereret, qui à Chriſto humili-
tatem cordis & manſuetudinem didiciſſet. Di-
ſputans enim ſecum in cogitationibus ſuis, & ex
ipſa demum locutus abundantia cordis ſui, do-
meſticis ſibi religioſis quibusdam fratribus aie-
bat: Plurimum miror quidnam ſibi hæc mira-
cula uelint, aut quid uiſum ſit Deo talia æſtitare
per talem. Nil mihi uideor in ſacris paginis ſu-
per hoc genere legiſſe ſignorum. Siquidem ſa-
cra ſunt aliquando ſigna per ſanctos homines,
& perfectos, facta ſunt & per fictos. Ego mihi
nec perfectionis cõſcius ſum, nec fictionis. Scio
enim ſanctorũ mihi non ſuppere merita, quæ
miraculis

miraculis illuſtrentur: conſido autem nec ad eo-
rum fortem me pertinere, qui uirtutes multas in
nomine Domini operantur, & à Domino igno-
rantur. Hæc & huiusmodi crebrius ſecretiusq;
cum uiris ſpiritualibus conferebat. Nouiſſimẽ
uerõ opportunum ſibi met uifiſ exitum repe-
riſſe, ſcio, inquit, huiusmodi ſigna non ad ſan-
ctitatem unius, ſed ad multorum ſpectare ſalu-
tem: & Deum in homine, per quem talia opere-
tur, non tam perfectionem conſiderare, quã
opinione, ut in eo cõmendet hominibus quæ
illi creditur ineſſe uirtutem. Neque enim pro eis
ſiunt hæc per quos ſiunt, ſed pro eis magis qui
uident illa uel ſciunt. Nec eo ſine per eos ita Do-
minus operatur, ut ipſos probet cæteris ſanctio-
res, ſed ut cæteros magis amatores & æmulato-
res faciat ſanctitatis. Nihil ergo mihi & ſignis
iſtis, quãdoquidem meæ illa fama magis quã
uitæ nouerim exhiberi: nec ad meam fieri cõm-
mendationem, ſed ad commonitionem potius
B aliorum. Satis, ni fallimur, huius uiri mirabatur
animum, quiſquis hoc diligenti conſideratione
penſauerit, nec præſtantius reputabit æſtimator
quiſque fidelis, ſigna atque prodigia mirabiliter
operari, quã perpetrata taliter interpretari.
Sibi quoque non minus utile iudicabit imitan-
dos eius affectus, quã mirandos actus, & mo-
rum inſignia, quã oportũ inſignia cognofcere.
Sed ad hæc quis idoneus? In huius ſiquidem pe-
ctore uiri Dei, pari foedere puritas ſuauiſq;
confederant: ſatis quidem utraq; mirabilis, ſed
mirabilior utriuſque complexus. Inde nimirum
tam ſingulariter in unum hominem totius orbis
uota pariter concurrerant, quod puritatem ſua-
uitas amabilem faceret, ſuauitatem puritas acce-
ptabilem, ut difficile fuerit æſtimare, gratiæ an
reuerentię amplius obtineret. Quis enim tam
rigida conuerſationis, qui Clareuallentem non
ſublimiter reuereretur abbatem? Quis tam di-
ſoluta, qui non erga eundem dulciter afficeret-
C tur? Dulciſſimis enim affectibus plentũ pectus
ipſe gerebat, ſed quã liberẽ eos quotiens cau-
ſa depoſceret coercerat: humaniſſimus in affe-
ctione, magis tamen fortis in fide. Et ut breuẽ
aliquod huius rei proferamus exemplum, ſicut
ipſe quoque teſtatur in ſermone ſuper Cantica
canticorum xxvi. ſiccis oculis germani ſui, &
germani tam neceſſarij tam dilecti Gerardi ui-
delicet celebrauit exequias, ſiccis oculis corpus
eius tradidit ſepulturæ, ne affectus fidem uince-
re uideretur. Nam extraneũ quemlibet uix aut
nunquam ſine lachrymis ſepeliuit. Talem ſibi il-
lum uerius, perinde fructificaturum manus di-
uina formauerat, ut auſteritatem ſuauiſſas mor-
um tolleret, autoritatem ſanctitas conſerua-
ret. Cui enim uel tanta benignitas eſſet oneri,
uel tanta bonitas non eſſet honor? Legimus de
Salomone, quod omnis terra deſiderauit uidere
uultum illius. Grande præconiũ, ſed forſitan
in hæc parte nõ minus quã Salomon hic. Ne-
que enim ſatis credibile eſt Salomonem illum

A in omni gloria ſua tam uniuerſalem orbis obti-
niſſe fauorem, quã hunc in ſua humilitate.
Imõ uerõ difficile omnino uidetur ex hiſtorijs
aliquibus inuenire hominem unũ conuerſariẽ
adhuc cum hominibus in uniuerſa terra, tam ce-
lebre & amabile obtinuiſſe nomen à ſolis ortu
& occaſu, ab aquilone & mari. Ut enim illas me-
moremus prouincias, ex quibus uſq; hodie mo-
nimenta certiora ſuperreſſe noſcuntur, & in ec-
cleſia orientali, & apud ſoles occiduos Hyber-
norum, & à meridie in remotis finibus Hiſpa-
niarũ, & ab aquilone in infulis quæ procul ſunt
Dacię Suecięq;, celeberrima eius opinio fuit.
Crebras undique recipiebat epiftoſas & redde-
bat. Undique ei xenia mittebantur, undique
eius benedictio petebatur. Poſtremõ quali uitis
abundantiſſima ſuos undique palmites propa-
gauit, excepto quod in terram Hieroſolymita-
nam, quamuis locus eſſet à rege paratus, ob in-
curſus paganorum & aeris intemperiem nõ ac-
quieuit mittere fratres ſuos. Neque uerõ epifco-
pus ille incongruũ aliquid uſurpaſſe uideẽ, qui
poſt ſacrum eius obitum, dum fratres conſolare
tur, inter cętera hoc quoq; in ipſius proſequu-
tus eſt laudem: quia in omnem terram exiuit fo-
nus eius, & in fines orbis terrę uerba illius. Vin-
cebat tamen ſublimitatem nominis humilitas
cordis: nec tam poterat uniuerſus cum mundus
erigere, quã ſeiſe deiſcere ſolus. Summus re-
putabatur ab omnibus, inſimum ipſe ſe reputas:
& quem ſibi omnes, ipſe ſe nemini præfererat.
Denique ſicut nobis ſæpius fatebatur, inter ſum-
mos quoſque honores & fauores populorum
uel ſublimium perſonarum, alterum ſibi mutua-
tus hominem uidebatur, ſeq; potius reputabat
abſentem, uelut quoddam ſomnium ſuſpicatus.
Vbi uerõ ſimpliciores ei fratres, ut aſſolet, ſidu-
cialius loquerentur, & amica ſemper liceret hu-
militate frui, ſibi ſe inueniſſe gaudebat, & in pro-
prium rediſſe perſonam. Innata ei à puero ue-
recundia, uſq; ad diem perſeuerauit extremum.
Inde erat quod licet tam magnus eſſet & excel-
ſus in uerbo glorię, nunquam tamen (ſicut ſæ-
pe eum audiuiſſimus proteſtantem) in quamlibet
humili coetũ ſine metu & reuerentia uerbum fe-
cit: tacere magis deſiderans, niſi cõſcientiæ pro-
pria ſtimulis urgeret, timore Dei, charitate fra-
terna. Patientiam eius maxime quidem flagellis
Dominicis exercitatum nouimus, & probatam,
qui nimirum ab ipſo ſuę conuerſionis initio uſ-
que ad diem ſacrę depoſitionis tanta ſuſtinuit,
ut uita eius his qui nouerant, non niſi quædam
mortis protelatio uideretur. Cæterum erga ho-
mines quoq; eſt rarior ei occaſio minora forſi-
tan patientiæ potuit experimenta præſtare, di-
cendum tamen uel breuiter, ne huius quidẽ ap-
paruiſſe eum uirtutis immunem. Et quia genus
hoc patientiæ ſolitus erat dicere triperitum, ui-
delicet ad uerborum iniurias, ad damna rerum,
ad corporis læſionem, de ſingulis ſaltẽ ſingula
proponamus exempla, quæ interim nobis oc-
currunt.

currunt. Scripserat aliquando Dei famulus ad episcopum aliquem de curia & consilio regis, monens eum super quibusdam uerbis regi suadere & consulere meliora. At ille uehementer exacerbarus, amarissimam ei reddidit epistolam, dicens in ipsa salutatione prima, salutem & non spiritum blasphemiae, tanquam uidelicet uir sanctus (quod horror est dicere) ex blasphemiae spiritu illa scripisset. Ad quod uerbum manifestissimus Christi seruus, memor Dominicae responsionis: Ego daemionium non habeo, sicut hodieque extans eius epistola continet: Minime quidem, ait, spiritum blasphemiae habere me credo, sed nec maledixisse cuiquam aut maledicere uelle me scio, praesertim principi populi mei. Nec minus postea charum, nec minus familiarem eundem episcopum habuit, sed elogium illud praedictum apud eum sic fuit, quasi non dictum. Abbas Farcensis conuentum fratrum a Claraualle uocauerat, monasterium eis aedificaturus: sed Romanus impediuit antistes, & sibi tollens eos in loco altero ordinauit. Vnde plurimum dolens praedictus ille uir magnus & magna deuotionis, collectam pecuniam sexcentarum ferè marcarum argenti deposuit sub chirographo, quas ad Dei hominem ueniens obtulit ei, rogans ut quod non meruerat in partibus suis, uel citra alpes nouum exinde coenobium conderetur. Missum est pro argento, & totum profusus amissum. Nec respondit aliud homo Dei, cum ei nunciaretur, quam benedictus Deus qui nobis peperit ab onere. Nam & illis, inquit, qui tulere, leuitus indulgendum. Sunt enim Romani, & pecunia uidebat immanis, ac uehemens fuit ipsa tentatio. Gratulari etiam consueuerat decem circiter monasteria, uel aedificandis monasterijs, loca congrua numerans, fraudulenter & uiolenter sibi ablata, dum cõtere nolle, & magis eum uincti, quam alios uincere delectaret. Veniens aliquando Clarauallem clericus quidam ex his quos regulares uocant, importunè satis instabat ut in monachum reciperetur. Suadente patre sancto, ut ad suam reuerteretur ecclesiam, nec acquiescente recipere eum, ut quid ergo (ait ille) in libris tuis tantopere perfectionem commendasti, si eam desideranti, opem renuis exhibere? Et maligno spiritu iracundiae uehementius instigatus, sicut postmodum euidenter apparuit, iam (inquit) si illos tenerem, discernerem libros. Cui uir Domini, puto, ait, in nullo eorum legisti non possite in tuo claustrò esse perfectum. Morum correctionem, non locorum mutationem, si bene meminì, in libris omnibus cõmendauì. Tum uerò impetum faciens homo uelut insanus in eum, percussit maxillam eius, idque tam grauius, ut succederet statim rubor tui, tumor rubori. Iam qui aderant, in sacrilegum inuolabant, sed praenit eos seruus Domini clamans & adiurans per nomen Christi nullatenus eum tangere, sed educere caute, & curam eius habere, ne ab aliquo ei, uel in aliquo noceret. Quid tam districte praee-

pit, ut miser ille timens & tremens absque omni inuirtia educatus sit & deductus. Et quid in libertate spiritus Dei famulus excellenter enituit cum humilitate & mansuetudine, ut quodammodo uideretur & uereri neminem, & omnem hominem reuereri. In reprobatione rarius utebatur, monitis potius & obsecrationibus agens. Quam uerò inuitus & non ex cordis amaritudine uerbum proferret amarum, ex eo maxime animaduertebatur, quod per facile huiusmodi impetum cohiberet. Siquidem mirabatur hominum improbitatem, quos aliquando forte turbatos, excusationem quamlibet rationabilem, satisfactionem quamlibet humilem admittere grauat, quod ipsa suae turbationis passio miseris sic delectet, ut oderint omne remedium, ut contineant aures, claudant oculos, obijciant manus, & omnimodis flagrant, ne semel orta commotio sedari ualeat & sanari. Eius tamen obiurgationem non minus facile aliquando cõpescere grauis & turbulenta responsio, quam humilis & modesta, ut ab aliquibus proinde dicere cedenti insisteret, cedere resistenti. Dicebat enim ubi resonat utrinque modestia, dulce esse colloquium: ubi uel ex parte altera utile, ubi ex neutra perniciosum. Vbi enim hincinde duritia sonat, iurgium est non correctio: nec disciplina, sed rixa, ut deceat magis interim dissimulare praelatum, & commotione nata utilius castigare subiectos, aut certe si ita res exigit, obseruare consilium sapientis, quia stultus non corrigitur uerbis. Loquitur ipse de increpationibus minus utiliter, minus patienter acceptis, in sermone super Cantica canticorum xliij. inter cetera dicens: Vtinam neminem obiurgare necesse sit. Hoc enim melius. Sed quoniam in multis offendimus omnes, mihi tacere non licet, cui ex officio incumbit peccantes arguere, magis autem urget charitas. Quod si arguero & fecero quod meum est, illa autem procedens increpatione minime quod suum est faciat, neque ad quod mihi illam: sed reuertatur ad me uacua tanquam sacculum feriens & resiliens, quid me animi tunc habere putatis fratres? Nonne angor? nonne torqueor? Et ut mihi usurpem aliquid ex uerbis magistrì, quia de sapientia non possum, profusus coarctor e duobus, & quid eligam nescio, placere ne mihi in eo quod locutus sum, quoniam quod debui feci: an poenitentiam agere super uerbo meo, quia quod uolui non recepi. Et infra: Dicat forsitan mihi, quod bonum meum ad me reuertatur, & quia liberaui animam meam, & mundus sum a sanguine hominis, cui annunciaui & locutus sum, ut auerteretur a uia sua mala, & uiueret. Sed etsi innumera talia addas, me tamen minime ista consolabuntur, mortem filij intuentem. Quasi uerò meam illa reprehensione liberationem quaesierim, & non magis illius. Quae enim mater, etiam si omnem quam potuit curam & diligentiam aegrotanti filio adhibuisse se sciat, si demum se frustratam uiderit, & omnes labores suos esse penitus inefficaces: illo nihilo minus morientem

rientem, propterea unquam a fletibus temperabit: Et haec haec tenus. De cetero tantus amulator erat mansuetudinis & pacis, ut si forte improbus quisque petitor durius extorsisset a negante responsum, haud facile deinceps cum eadem repulsa dimitteret inanis. Siquidem uelut naturaliter, ut fatebatur, oderat omne scandalum, & grauamen cuiuslibet hominis sustinere, ei admodum graue, non sentire impossibile erat. Ad eum neminem spreuit, nullius hominis scandalum parauit, etsi ueritatem Dei, iustitiamque praetulerit. Nam & quoties oporteret noxios aliquorum uel reprehendere actus, uel impedire conatus, tam considerate fiebat, ut abundanter ipsi quoque qui laesi uiderentur, haberent unde sibi pro eo satisfacerent in cogitationibus suis. Sanè uideamus ex ipsis quoque nonnullos, & de quibus minus id uidebatur posse sperari, ampliori deuotione eius postmodum uel obsequijs deseruisse, uel etiam adhaesisse uestigijs. Dicitur tamen & inuidos habuisse, ut haberet meritum & ex eis. Ceterum tam singulariter eminebat gloria nominis eius, ut pestis illa magis desperatione quam liuore tabesceret, & timeret agnosci. Quin etiam humilitate eius & mansuetudine uincebatur, beneuolentia suffocabatur, obreuebatur obsequijs. Nimirum doctus erat uincere in bono malum, sicut ad quosdam fratres scribens, inter cetera ait: Adhaerebo uobis, etsi nolitis, adhaerebo, etsi nolim ipse. Inuitus praestabo, ingratis adhaeream, honorabo & contemnentem me. Usque adeo si quidem omnes homines germano amplectebatur affectu, ut eorum scandalo (sicut ipse fateri solebat) grauius ureretur, quibus nullam uideretur occasionem scandali praebuisse. Plus enim pijsimum peccatum, gratuitum affligebat alterius scandalum, quam propriae immunitas conscientiae solabatur. Siquidem minus sperabat posse sanari, quod unde procederet non uidebat, magnum sibi e regione solatium fore perhibens, quotiens inueniret unde satisfacere posset uel homini pro se, uel Deo pro homine non sine occasione turbato. Erga omnium quidem hominum spirituale commodum incommodum uel amplius affliciebatur, & summum ei desiderium, summum gaudium erat animarum fructus, conuersio peccatorum. Et corporeas tamen necessitates pijsimum mo miserabatur affectu. Cuius tanta erat humanitas, ut non modò hominibus, sed irrationalibus etiam animantibus, a uibus compateretur, & feris, nec cõpatienter deerat uirtutis effectus. Contigit enim aliquotiens, ut iter agens, fugitantem, & ut uidebatur, protinus capiendam uel lepulem a canibus, uel auiculam ab accipitribus, signo crucis edito mirabiliter liberaret, diceretque sequentibus frustra sese conari, nec ulla tenus se praesente eiusmodi exercere posse rapinam. Haec nos quidem de sacris moribus patris nostri, pro modulo nostro sub breuitate perstrinximus.

Capitulum VII.

Ceterum longè eminentius in suis ille libris apparet, & ex literis proprijs innotescit. In quibus ita suam uidetur expressisse imaginem, & exhibuisse speculum quoddam sui, ut illud quoque Ambrosianum merito illi posse uideatur aptari: Laude ipse se sonet, & laureatus spiritu, scriptis coronetur suis. Si quis enim nosse desiderat quam sollicitus ab initio suis ipsius diiudicator & scrutator extiterit, primum opus illius de Gradibus humilitatis inspiciat. Inde si queritur pia mentis religiosa deuotio, transeundum ad homilias in laudibus uirginis matris, et illum quem de Diligendo Deo edidit librum. Si feruens contra suorum uel aliorum uitia zelus, legatur is quem Apologeticum uocat. Si iurgis in zelo cordis & circumspicere discretio, de Praecepto & dispensatione differens audiatur. Quam uerò fidelis cuiuslibet pie conuersationis commendator fuerit & auditor, Exhortatorius ad milites templi sermo declarat. Quam non ingratus gratiae Dei, ex his liquet, quae de Gratia & libero arbitrio tam fideliter, quam subtiliter disputauit. Quam liber in uoce, quam disertus & in rerum superiorum pariter inferiorumque scientia locuples, in his quae ad Papam Eugenium de Consideratione scripsit, diligens considerator agnosceret. Quam deuotissimus praedicator alienae sanctitatis, tam diligenter episcopi sancti Malachiae uitam profecutus ostendit. Nam in sermonibus super Cantica, & indagator mysteriorum, & morum aedificator magnificus innotescit. In epistolis quas ad diuersas personas ob negocia diuersa dictauit, prudens lector aduertet, quo feruore spiritus iustitiam omnem dilexerit, omnem aequè oderit iniustitiam. Fidelis etenim seruus Christi non quarebat aliquid suum, quicquid tamen erat Christi, sic curabat ut suum. Quae enim scelera non arguit, quae odia non extinxit, quae scandala non compefcuit, quae schismata non resarciuit, quas haereses non confutauit? Quid uerò sanctum, quid honestum, quid pudicum, quid amabile, quid bonae famae, quid uirtutis aut laudabilis disciplinae suis ortum in qualibet regione diebus non roborauit eius auctoritas, non fouit charitas, diligentia non promouit? Quid ante promotum dilatare amplius non optauit, quid forte collapsum non totis pro loco & tempore uiribus egit, ut repararetur? Quis malitiam quancunque disponens, eius zelum & auctoritatem non timuit? quis proponens quodcunque bonum, eius si potuit non consuluit sanctitatem, non desiderauit fauorem, opem non flagitauit? Quis ad sacrum in eius peccatore habitantis templum diuinitatis, de quacunque tribulatione fideliter clamaturus accessit, & inefficaciter laborauit? Morsus ab eo solatium, afflictus auxilium, consilium anxius, aeger remedium, pauper subsidium reportabat. Ita sese omnium fecerat seruum, ac si toti gentis orbi: ita tamen

liber ex omnibus, conscientiae suae curam gerens, tanquam soli deditus curae & custodiae cordis sui. Oliua speciosa, uitis fructuosa, palma florida, cedrus multiplicata, platanus exaltata: uas electionis, uas honoris in domo Dei, uas auri solidum, ornatum omni lapide precioso, fide & sanctitate solidum, sed & uarijs charismatibus tanquam gemmis preciosis ornatum. Quo praesente omnis sanctitas exultabat, omnis erubescibat impietas, iuxta illud: Videbunt recti & latrabuntur, & omnis iniquitas opilabit os suum. Quo praesente celebris quisque conuentus uelut quodam sole resplenduit, absente caliginosus & quodammodo mutus apparuit. Cuius denique medicinalis manus & lingua morbos utraque curabat, illa corporum, ista morum. Et nunc iam super his quae in signis exterioribus & uirtutum multiplici exhibitione consistunt, secundus (ut praesertim est in praefatione) libellus aliquanta narrabit.

Finit liber primus, qui et tertius.

LIBER SECVNDVS, QVI ET QVARTVS. Capitula libri quarti.

De reliquijs sanctorum, & de sancti Caesarij, & miraculo per tunicam sancti Bernardi factis, & quod spiritu circueiuit choros psallentium, & de his qui per illum absentem sanati sunt.

Capitulum. 1

De multis quae praedixit & praedixit, & de illis qui post mortem illi apparuerunt, & de multis alijs.

Cap. 2

De pace in sperata comitis Theobaldi, & conuersione cuiusdam clericij & Henrici fratris regis qualia praedixerit.

Cap. 3

Quod sanctum Malachiam dum missam celebraret, sanctorum catalogo aggregatum uidit, & collectam mutauit quae dicitur de sanctis, & de alijs pluribus miraculis.

Cap. 4

De illis curacionibus sibi praestentis & alijs animi uirtute praesentis, & alijs ad quas non rogatus accessit, nec posse uniuersa scribi uel enumerari.

Cap. 5

Capitulum primum.



Sicut sermone super Cantica canticorum xxiiij. seruus Domini Bernardus Clareuallensis gratulatur, & gratias agit illi: tertio quidem ab urbe reditum suum clementior e caelo respexit oculis, & ierentior tandem uultus arrisit, quod quae uisiterabies leonina, accepisset sinem malitia, recepisset ecclesia pacem. Tanta uero exultatione ecclesia illum Gallicana recepit, ut non minorem uideretur de suo reditu exhibere, quam de pace reddita nunciare laetitiam. Vnde etiam mirari ipse saepius causari, quod dum sibi post tam graues frequentias hominum & tumultus uelut ab exordio ualefaciendum seculo iudicaret, & tanquam de nouo adoriendum sacrae propositum conuersationis, tunc potissimum uberioribus exciperetur gaudijs, obsequijs coleret. Rediens autem pater sanctus ab urbe, & sanctorum Apostolorum martyrumque corporibus xenia secum retulit preciosa: haud modicum hunc sibi reputans fructum esse laboris. Inter quos beati Caesarij dentem quoniam modo receperit, memorandum, Cum

A enim integrum ei praedicti martyris caput exhiberetur, ut tolleretur inde quod uellet, dari sibi petijt dentem unum. Frustra uero aliquandiu fratres qui cum eo uenerant laborantes, concessum sibi trahere penitus non ualebant. Fractis enim cultellis duobus aut tribus, quos applicuerant, nihilo minus adhuc dens immobilis permanebat. Tum ille: Orandum nobis, ait, nec enim habere possumus, nisi martyr ipse concedat. Facta denique oratione, reuerenter accedens, incredibili facilitate duobus tulit digitis, quod ferreis antea moueri non poterat instrumentis. Fratres autem Hierosolymitani templi fidelis militiae professores, cum nouam habere eo tempore domum in urbe coepissent, redeunte praedicto patre specialique patrono suo, tunicam eius pro eximia benedictione seruabant, apud quos eodem anno sacerdos quidam grauissima febre correptus desperabiliter aegrotabat. **V**t autem omnino deficiens deuenisse uisus est ad extrema, portari sese in oratorium, & praedictam beati uiri tunicam superponi sibi fecit, in sola positus expectatione exitus mortis: cum subito raptus in quendam mentis excessum, ac ueluti iam carne solutus, uidere sibi uisus est corpus suum eodem quo iacebat in loco exanime iam, circumdatum multitudinem sacerdotum apertos tenentium libros, & celebrantium exequias ex more solennes. Nec mora in uultu habituque praedicti patris sancti, reuerenda quaedam persona prodians, ex altari manu illis innuit ut tacerent, uoce pariter prohibens ne mortuum reputarent, cuius uitam Clareuallensi abbati donauerat Deus. Confestim denique ad se rediens, sanum se reperit, & quod uiderat, fratribus indicauit. Qui quidem, ut a fidelibus uiris nuper accepimus, hodieque superstes, & in partibus Aquitaniae degens, beneficium quod accepit sedule consistetur ipsius praecognitionis cuius merito uiuens. Si quis hoc minus miratur, animaduertat de beato Nicolao ex innumeris quibus est decoratus miraculis, in natalis eius annua commemoratione tanquam eximium commendari, quod imperator Constantinum ab interitu quorundam longe constitutus per uisum deflexit. Nec illud dissimile est quod annectimus. Abbas Gerardus de Moris (quod est monasterium proximum Clareualli) testatus est nobis uidisse se eum aliquando psallentium fratrum circuire choros, & sicut frequenter agebat, excitare torpentes, ita ut affectuolius & uiriliter psalleretur quod reliquum fuit uigiliarum. Cumque die sequenti apud eum familiariter catusaretur tardius illum quam oportuerat ea nocte uisitasse psallentes: Ego, ait, nocturnis horis corporeo occupabar incommodo, sed quod non potuit corpus, spiritus uenit. Expauit ille, audiens non affuisse in corpore, quem tandiu ipse corporeo spectasset obtutu, circueuntem utrumque chorum, & ut consueuerat, singulis manum imponentem. Ad multorum aures famam credimus peruenisse uiri uenerabilis Gulielmi, qui olim montis Pessulani Dominus, nunc uerus Christi pauper & humilis monachus

Unachus degit in cenobio quod Grandissylua uocatur. Ipsius relatione didicimus, quod dicturi sumus, sicut ab eius ore cui contigerat, se accepisse dicebat. In ciuitate Auxitanorum quae metropolis est Vasconiae, miles quidam infirmabatur: cuius cum inferiores corporis partes a renibus, & deorsum morbus saeuies occupasset, erat diebus multis lectulo decubans non modica parte praemortuus. Compunctus denique & confusus de misericordia Dei, ad seruum eius cuius circumquaque tam celebris sese uirtutum fama diffuderat, quocumque labore se praecipit deportari. Iam per dies aliquot processerat, profeceratque non minus in fide & deuotione quam in itinere ipso, cum miseratus hominem Deus mirabiliter satis & infirmitati eius subuenire dignatus est, & parcere fatigationi. Occurrens enim quidam in uia, quissimam esset, aut quo tenderet, inquisiuit. Accipiens itineris eius necessitate: Ego, ait, ex parte sancti illius tibi praecipio ut reuertaris, sciens quod ubi domum ueneris, sanus eris. Persuasit illi Deus ut crederet, cuius nimirum dispositione omnia gerebantur. Redijt, rediensque paulatim recepit eam quae sibi promissa fuerat misericordiam, ut non prius domum pertingeret quam plenarie donum perciperet sospitatis. Verum ille quod tiens tale aliquid contigisset audire, non minus humiliter quam iucunde refutans dicere consueuerat. Hoc enim mihi sic imputandum, sicut ei qui conscius omnino non fuit. In monasterio cui nomen est Bellauallis, prope urbem Chrysopolim, homo quidam a demone uexabatur, mira eum instigante faciens, mira loquens. Post multas igitur orationes fratrum cum improbe persisteret illa nequitia spiritualis, recordatus est uenerabilis abbas loci illius Pontius, hodieque superstes habere se stolam, quae beatus pater aliquandiu usus fuerat in oblatione hostiae salutaris. Nec cunctatus tulit protinus arma potentia Deo, & fiducia liter aggressus est inimicum. Vix limen attingerat cellulae in qua miser homo iacebat, cum subito ille malignus horrendis uocibus uictum se proficiens: En, inquit, egredior, recedo protinus, manere ultra non possum. Respondente autem abate: Per nomen Domini & ipsius beati uiri meritum, cuius haec stola fuit, tibi praecipio exitum, ne moreris: continuo daemon fugatus ab homine, homo liberatur a demone. Quis alter non periculose forsitan exultasset, usque adeo sibi spiritus esse subiectos ut crederent & absentis? Verum ille abate ipso nunciante nil motus, magis quae subannans eos quos uidebat magna super hoc admiratione moueri, haec eadem uerba respondit: Quidni facile nos duo praualuissimus in unum? Leuiter illum eijcere potuit Deus, praesertim cum ego ei socius datus sim & adiutor. Huiusmodi nempe responsis, in huiusmodi rebus saepius utebatur. Nouerat siquidem uerus & uerax non ostentator, sed aemulator humilitatis efficacius dissuaderi posse hominibus quod stupebant, obliqua quadam & artificiosa obie-

A ctione quam aperta excusatione, quae humilitatem magis praedicabilem praeferebat aestimatio nem non minueret hominum, sed auerget. Vnde quodam loco ex propria loquens experientia: Verus, inquit, humilis, uilis uult reputari, non humilis praedicari.

Capitulum. II.

Illud quoque nonissimum fuit, quod adhuc in carne degens, apparens autem in spiritu fratri cuidam, obitus sui praenunciauerit diem. Infirmitate nouitius quidam frater in Claraualle, bonae conuersationis & bonae indolis adolescens: nec longē aberat dies qua post annuam ex more probationem nouum indueret hominem, si non prius hominem exuisset. Si quidem consummatus, in breui expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius. Quinto igitur die ante ultimum diem suum, uisitante se fratre quodam, idem nouitius exhilaratus plurimum inter alia spiritualis gratiae uerba: Ecce (inquit) quinta moriar die. Hodie enim mihi pater noster, dominus abbas apparuit dispositione monachorum, & blanda consolatione refouens, quinto die moriturum me esse dicebat. Exijt sermo inter fratres, & antequam impleteretur divulgatum est uerbum. Expectabatur ab omnibus dies illa, sed praeter omnibus ille beatus in expectatione sua fuit. Iam dies quinta inclinabat ad uesperam, illius autem spiritus magis ac magis eleuabatur ad Dominum. Demum circa undecimam horam in ipso mortis agone positus, obducto prorsus, ut assolet, lumine oculorum, & nemine iam intendens, ad exitum festinabat. Interim uisitans eum pater sanctus, uelut ab alto somno reuocat, & quasi retrahit comiteantem, nec in salutatum abire permittit. Ad cuius uocem aperies oculos, & mirum in modum facie serenata, aliquandiu intedebat in eum. Mirabamur omnes mortalem hominem, imo iam morientem eatenus triumphare de morte, ut in ipso mortis articulo exultaret in gaudio, pulcherrime nobis exhibens illud Poetae: Incipe parue puer risu cognoscere matrem. Tum uero consolans eum pater sanctus, nihil timeere iubet, sed recto protinus cursu pertingere ad Dominum Iesum Christum, et offerre ei humilem pauperis suae familiae salutationem. Ad hanc uocem qua potuit capitis inclinatione & motu annuens labiorum, iterum clausit oculos, & eadem hora in pace quieuit. Multa quidem huic famulo Dei reuelata per spiritum, multa sine praecedenti reuelatione mirabiliter ab eo praedicta cognouimus. Ex quibus, exempli gratia, pauca subnectimus. Cum esset aliquando pater sanctus in urbe Nouiomensium in domo episcopi Simonis, adductus est ad eum Herueius de Baugēcio, puer admodum gratiosus, ortus ex regio sanguine, & ipsius episcopi nepos: de quo sequenti nocte famulo suo Christus ostendit, quod erat post tempora longa futurus. Si quidem uidebat sibi tanquam in missarum celebratione angelo cuidam pacis osculum dare, quod

ad puerum deferretur. Nec dubius de reuelatione, eundem Herueium renunciaturum seculo, & futurum aliquando deuotum Christi famulum promittebat. Quæ promissio tam celebris extitit & uulgata, ut ipse quoque Herueius nobis postea fateretur, adolescenti sibi ad omnes arguentis conscientia stimulos semper occurrere, impossibile esse ut post uiri sancti tale promissum in seculari habitu moreretur. Nec fraudatus est à spe sua. Siquidem uenerabilis Gualerannus Vrsicampi cenobij primus abbas monachum illum fecit, & angelico functus officio, pacem quam ex ore patris sancti ipse susceperat, communicauit Herueio. Cuius talis postmodum apparuit conuersatio, ut tali dignus osculo uideretur. Nam & prædicto Gualeranno in regimine monasterij Vrsicampi ille successit, & nouissimè obitum suum imminetentem sanus adhuc & incolumis eodem Gualeranno per reuelationem sibi annunciantem præsciuit atque prædixit. Et quod addimus, huic simile fuit. Patrem sanctum fines Parisiorum aliquando peragrante, ut ad ipsam diuenter ciuitatem episcopus Stephanus, & ceteri omnes qui pariter aderat obnixè rogantes, non poterant obtinere. Magno siquidem zelo nisi causa grauis urgeret, cõuentus publicos declinabat. Cumque uespere iter suum alias ordinasset, mane ubi primum locutus est fratribus, dice re iubet episcopo, quia Parisios ibimus ut rogasti. Conueniente igitur clero admodum copioso, sicut semper ab eo solebat expetere uerbum Dei, continuo tres ex illis compuncti sunt, & conuersi ab inanibus studijs ad ueræ sapientia cultum, abrenunciantes seculo, & Dei famulo adherentes. Quorum ille primum intuens, cum subito inter loquendum surgeret peteretque uestigia eius, inclinauit se modice, & fratri cuidam propius assidentem in aure locutus est dicens: Istum ego sicut nunc uideo, uenientem nocturna uisione preuidi, propter quem etiam Dominus nos adduxit. Qui nimirum nouitius in multa postmodum puritate & deuotione conuersatus, plurimumque acceptus Deo & hominibus, in Claraualle post annos aliquot beato sine quieuit. Apparuerunt aliquando uiro Dei in Trecentium urbe posito uenerabiles eius filij, iam quidem carne soluti, Galdricus & Gerardus: quorum etiam secundum carnem alter germanus, alter auunculus eius extiterat. Cumque uelut accelerantes, ocyus pertransirent, reuocati & retinere uolenti, respondebat eundem sibi pro fratre Gaufrido monacho, qui eorundem à prima conuersione socius strenue fati in multis cenobijs extruendis militauerat Deo. Continuo pater sanctus excitatis fratribus, accelerari iubet, & ad monasterium ueniens, ipso die sicut eis prædixerat, eundem Gaufridum iam positum reperit in extremis.

Capitulum III.

Idelissimum principem comitem Theobaldum in magna tribulatione probatum, non minus mirabiliter, quam misericorditer Dominus,

anus liberauit. Is nimirum potentissimus in regno, & secundus à rege, totus tamen eleemosynis deditus, & studio pietatis intentus, omnium seruorum Dei, sed specialiter Bernardi Clareuallensis amator deuotissimus erat. Quem eatenus impugnari & affligi passus est Deus, ut rege pariter & uicinis potentibus ferè cum cõs aduersus eum coniurantibus usque ad eum de eius euasione desperaretur, ut publice quoque iam insultaretur religioni, pietati detraheret, eleemosynis derogaretur. Monachi, & conuersi inuites eius milites & balistarij dicebantur. Nec modò apud extraneos, sed in ipsis quoque eius ciuitatibus & castellis eiusmodi iam blasphemiarum personabant. Denique congregatis aliquando episcopis pluribus, alijsque personis, presente etiam uiro Dei, dum super his agerent & colloquerent, episcopus quidam eo tempore autoritate & opinione prudentia celeberrimus aiebat: In manu regis est comes Theobaldus, non est qui possit eum eruere. Respondente alio quodam antistite: Est qui possit liberare eum, multum ille miratus, quisnam crederetur posse quebat. Demum audiens, quia potest uim eripere, qui omnia potest Deus, non parum sub stomachans: Potest, inquit, si manifestus appareat, si clauem teneat, si hinc inde percutiat, sed hæc ista non fecit. In tanta igitur desperatione cum prædictum principem uehementer urgerent extranei, grauius tamen impugnarent qui ab eo defecerat uniuersi, penè potentes homines sui, nec minus illi affligerent pauci qui residui uidebantur ex aliorum defectu: ipsi quoque suspecti, Lingonensis episcopus Godefridus trequenter & familiariter dei hominem cõsulebat quidnam sibi Dominus super his reuelaret. Cui ille cum iam sapius respondisset, nihil sibi apparere nisi tribulationem super tribulationem, demum aliquando suscitanti ait, quia quinto mense pax erit. Sanè ultima die quinti mensis reformata est pax, ipso quidem & orante & operante, ut non esset ambiguum eius potissimum studio & merito pijsimum illum principem à iam grauibus imminentibusque periculis liberatum. Ingressus aliquando seruus Christi, Germaniarum regnum festinabat ad partes Maguntinorum pacem reformaturus inter regem Lotharium, & prædecessoris eius imperatoris Henrici nepotes, Conradum scilicet qui Lothario postea successit in regnum, & Fridericum patrem huius Friderici, qui post Conradum electus obtinet hodie principatum. Venerabilis autem metropolitanus Maguntinorum Albertus honorabilem quendam clericum, nomine Mascelinum uiro Dei obuiam misit. Hic igitur Mascelinus cum à domino suo missum se esse diceret ad seruiendum ei, paulisper intuitus illum uir Dei: Alius, inquit, dominus ad sibi seruiendum te misit. Expauit Teutonicus, & miratus quid dicere uellet, firmius asserbat à domino suo Maguntino sese archiepiscopo destinatum. Econtrà seruus Christi: Fallexis ait, maior est Dominus qui misit te Christus,

stus. Tunc demum intelligens homo quorsum uellet uibrare setmonem, putas, inquit, quòd monachus fieri uelim? Ablit à me, non cogitavi, nec ascendit super cor meum. Nihilominus tamen reuente illo, Dei famulus affirmabat omnimodis fieri oportere non quòd ipse de se cogitauerat, sed quòd de eo disposuerat Deus. In eodem denique itinere conuersus ad Dominum seculo ualefacit, & cum alijs pluribus literatis honoratisque personis quas collegit eo tempore seruus Christi, ipse quoque sicut sibi prædictum fuerat, secutus est eum. Henricum quoque germanum regis Francorum, qui Beluacensem hodie cathedram ornat, non dissimili Dominus conuersione mutauit. Accidit enim, ut ueniens idem Henricus ad hominem Dei super quodam seculari negotio locutus, conuentum etiam fratrum uisitans, eorum sese orationibus cõmendaret. Cui pater sanctus inter uerba sancta exhortationis: Confido, ait, in Domino nequaquam in eo te moriturum, in quo nunc positus es, sed uelociter experimento proprio probaturum quantum tibi istorum prolic oratio, quam expetisti. Quod eodem postmodum die non absque multorum admiratione completum est, & de tanti iuuenis conuersione cenobium omne exultatione repletum. Lugentibus autem socijs, & familia tota ac si mortuum illum cernerent eiulante, præ cæteris Andreas quidam Parisiensis Henricum ebrium, Henricum uociferabat insanum nec cõuicij nec blasphemij parcens. Econtrà sanè idem Henricus pro illius potissimum conuersione Dei hominem dare operam precabatur. Cui uir sanctus audientibus multis: Dimitte, ait, hominem: modò anima eius in amaritudine est: nec pro eo multum sollicitus sis, quia tuus est ille. Cumque amplius spe concepta Henricus instaret ut loqueretur Andree, seuerius intuitus eum uir Dei, quid hoc est? ait. Nunquid non iam dixi tibi, tuus est ille? Audiens hæc Andreas (astabat enim & ipse) sicut plurimum improbus erat, & à sacra conuersatione uehementer abhorrens, talia secum ut hodieque fatetur, tacita cogitatione uolebat: In hoc nunc scio falsum te esse prophetam. Hoc enim certus sum, quia locutus es uerbum, & non fiet. Hoc tibi ego coram rege & principibus in celebri quocumque conuentu improperare non parcam, ut tua omnibus falsitas innotescat. Cæterum quàm mirabilis Deus in consilijs super filios hominum, ridens eorum uana conamina, ut propositum suum quando & quomodo ipse uoluerit impleatur. Siquidem die altera ibat Andreas, mala omnia imprecans monasterio, ubi Dominum dimittebat, ipsam quoque desiderans uallem funditus subruat cum habitatoribus suis. Nec parum moti sunt & mirati qui prædictum uiri sancti de ipso audierant uerbum, cum taliter uideretur abire. Sed non diu pusillanimitatem eorum & fidem modicam tentari passus est Deus. Illa tantum die procedens & rebellens quodammodo, gratiam Dei nocte proxima uictus & quasi

uictus trahente se & uim faciente spiritu Dei, diem expectare non potuit, sed exurgens ante diluculum, uelociter que rediens ad monasterium, alterum nobis Saulum, uel magis de Saulo altero Paulum alterum exhibebat. Inter cæteros quos de uana conuersatione huius seculi per ministerium serui sui Christus eripuit, de partibus Flandriae multi aliquando nobiles, multi sapientes & literati uiri sub ipsius magisterio sacram professi sunt seruitutem. Quorum primus uidebatur Gaufridus ille de Perona, qui postmodum in Claraualle prioris officio functus est, & defunctus in eo. In quibus euidenter satis Euangelicum illud impletum est: Multi dicent uobis, ecce hic est Christus, ecce illic. Plurimis enim persuasionibus actum est cum eis, ut aliam magis eligere professionem & loca alia debuissent, donec occurreret Dei famulus iam propè disperlis, & in uerbis gratia quæ procedebat de ore eius, pristina omnis hæsitatio facta de medio, & omnium pariter in ipsius consilio irrefragabiliter est firmata uoluntas. Quòd quidem non sine subita & penitus insperata quorundam ex ipsis mutatione factum est animorum. Denique cum iam Dei hominem sequeretur prædictus ille Gaufridus, grauisissima cepit tæratione pulsari. Intuitus autem illum unus è fratribus. Quid est (inquit) quòd facies tua exterminata & tristitia quodam nubilo grauius obuoluta uidetur? Cui Gaufridus: Scio (inquit) scio, quòd nunquam amplius lætus ero. Quod uerbum cum ad Dei famulum idem frater satis anxius retulisset, uidens ille basilicam prope uiam, per quam gradiebatur diuerit, & ingressus orabat. Cæteris autem deforis præstolantibus, Gaufridus ille grauatus tædio super lapidem obdormiuit. Demum cum ambo pariter surrexissent, ille de oratione, iste de somno, apparuit idem Gaufridus tantum iucundior & hilarior cæteris, quantum tristior prius. Cumque ei prædictus frater uerbum cœlestia, quod locutus fuerat, amicabilem improperaret, etiam tunc, inquit dixi, nunquam amplius lætus ero: sed nunc dico, nunquam amplius tristis ero. Idem quoque Gaufridus primo tempore tyrocini sui pro patre suo, uiro nobili & potenti, quem in seculo reliquerat, filiali pietate sollicitus, patrem sanctum pro eius conuersione rogare Dominum affectuosius exorabat. Cui uir Dei: Ne timeas (inquit) ego illum probatum monachum manibus meis in hac Claraualle sepeliam: utrunque secutum est, & perfectus monachus factus est, & à patre sancto (sicut ipse prædixerat) in Claraualle sepultus. Tanquam enim mori illo absente non posset, quinque mensibus infirmatus, & celeberrimum, imò continuum responsum mortis in seipso habens, sustinuit donec pater sanctus rediret, qui ut olim promiserat, eum traderet sepulturae. Dominus abbas Rainardus Cisterciensis, quem ex Claraualle assumptum pater sanctus & amplectebat ut filium, & reuerbatur ut patrem, ob quorundam monasteriorum ordinationem prouincia

partes intrauerat. De quo uir Dei in Claraualle consistens, dum fratri cuidam loqueretur, subita inspiratione permotus: Dominus, ait, Cisterciensis aut mortuus est, aut in proximo moriturus. Nec parum frater ille miratus est audiens uerbum, magis tamen obstupuit cum eiusdem abbatis obitum post dies paucos audiret nunciari. Pernoctabat aliquando Dei famulus in oratione, in suo Clareuallensi cœnobio constitutus, & solita intentione Dominum precabatur. Contigit autem eadem hora pauperem quendam & uere pauperem spiritu in cella hospitiū mori, cuius animam cum uocibus canoris in cœlū deferrī pater sanctus audiuit, & interrogatis mane fratribus qui assuerant, illam fuisse horā obitus eius comperit, qua prædictas audierat in sublimetendentium uoces.

Capitulum. III.

Cum beatus Episcopus Malachias, cuius uitam uirtutibus plenam uir sanctus studiose descripsit, iuxta desiderium cordis sui in Claraualle beatam cœlo animam reddidisset, offerens pro eius transitu uenerabilis abbas hostiā salutarem, gloriam eius Domino reuelante cognouit: & eodem inspirante, sacrificio iam expleto formam mutauit orationis, & collectam intulit quæ ad sanctorum pontificum celebritates, non ad commendationes defunctorum pertinet, ita dicens: Deus qui beatum Malachiam pontificem sanctorum tuorum meritis cœquasisti, tribue quesumus, ut qui preciosæ mortis eius festa agimus, uitæ quoque imitemur exempla. Deinde reuerenter accedens, sacra eius uestigia deuotissimè osculabatur. Modum tamen & seriem uisionis nec cuiquam aperire, nec in eiusdem episcopi uita scribere acquieuit: hoc tantū respondens, cum plurimum rogaretur, nimis ad propriam sui ipsius pertinuisse personam. Super his quæ ad gratiam pertinent sanitatū, multa insignia per hunc famulū suum operatus est Christus, ut in eo quoque uideretur exhibere quod de ipso Ioannes euangelista testatur: Si omnia scriberentur, ne ipsū quidem mundū capere eos qui scribendi fuerant libros. Cæterum nos saltem pauca de pluribus exempli gratia proferamus. Castrum Villanum accolæ uocant, quod à Claraualle (ut aiunt) sex miliarib. distat. Vbi mulier prægnās tempus omne transierat partendi, & aliquantis mensibus iam decursis cum necdū pareret, amplius mirabatur. Cuius eō usque dilatus est partus, ut morbus potius uideretur, nec iam crederetur esse prægnans, sed tumens. Quis enim credere posset infantulum anno integro intra uiscera posse materna teneri? Desperata igitur mulier ad monasterium uiri Dei ducitur, sic se habens. Sistitur ad portam misera, & portario fratri causa tam miserabilis intimatur. Rogatus ille & inauditō cōpassus incommodo, supplex adiit patrem sanctum, fideliter ei necessitatem indicans mulieris, fideliter explens negocium susceptæ legationis. Et o mira diuinæ uirtutis

operatio, mirabiliter accelerantis, quod mirabiliter tardabatur. Tanquam enim hoc solum tanto tempore nasciturus infans expectauerit, hora eadem scemina peperit, & præcurrente remedio ad portam rediens frater ille, incommodū quod nunciauerat, non inuenit. Alio tempore in territorio Antifiodorensi apud oppidū quod Cona uocatur, mulier quædam periclitabatur multis diebus, quod uenisset filius usque ad partum, & uires non haberet parturiens. Cumque superuenisset interim seruus Christi, postulanti benedictionem, aquam benedictam misit. Gustauit mulier, & confestim natus est puer. Quem uenerabilis episcopus Carnotensis Gaufridus baptizauit, Bernardi ei nomen imponens. In eodem itinere & in territorio eodem, dum febricitantiū multitudo, sicut ubique solebat, à Dei homine panem petere benedictum, Girardus quidam clericus ex castro, cui nomen est Clamiceitū, male sciolus & subannans fidem populi blasphemabat. In ipsis autem uerbis blasphemias grauissimas febre correptus usque, Antifiodorum abeuntem sequi coactus est uirum Dei, & poenitentiam agens apud eum, ipsam cui detraxerat multis obtinuit precibus benedictionem. Tam multis uero gustata eiusmodi benedictio reddidit sanitatem, ut solius Dei cuius hac uirtute fiebant, posset notitia comprehendī. Vidimus in Meldensi territorio militem deuotissimas referentem gratias uiro Dei, quod ad primum gustum panis ab eo benedicti, plenam receperit hospitalem à febre quartana, qua sic grauiter laborauerat mensibus decem & octo, ut in hora accessions quasi phreneticus, nec matrem agnosceret suam. Virum quoque uenerabilem Gerardum Lemouicensem episcopum testantem audiuius, iuuenem quendam de familia sua lethali ter in capite faucium, cū iaceret spumans & impositis mentis immissa sibi in os buccellula panis, quem benedixerat homo Dei, tam celerem sensisse uirtutem, ut incolumis surgeret ipsa hora. Neque illud tacendū, quod ipsam quoque substantiam panis ab omni corruptionis iniuria eadem benedictio uendicabat, adeo ut plures uiderimus qui per septennium & ultra eosdē seruauerint panes, nec colore nec sapore mutato. Ante hos paucos dies, uenerabiles abbates Girardus & Henricus de Suecie partibus uenientes, dum super his conferremus, testati sunt nobis panem ante annos xi. eius benedictione signatū manere adhuc apud se penitus incorruptum. Nec dissimilem apud aliquos nostrū usque hodie nouimus, & apud alios multos credimus esse repositum. Et nunc idoneum satis & euidentis huius rei testimoniū proferamus. Vir magnus & magnificentè honorandus, Danorum archiepiscopus Heskilus patrem sanctum unico uenerabat affectu, unica deuotione colebat. Nec contentus est in filiis eum uidere, cum noui cœnobii extruxisset, & impetuasset ab eo desideratum sacre congregationis examen. Præualuit apud eum desiderium uehementis,

uehementis, ut homo tantæ authoritatis, & in infulis illis tam ecclesiastica quam seculari auctoritate singulariter potens, expositis suis omnibus, etiam semetipsum periculis multis traderet & labori. Nam de expensis dicere non est magnū, quamuis eundē audierimus protestantē, quod expenderit in itinere ipso argenti marcas amplius quam sexcentas. Venit ergo Clarauallem tam humilis & sublimis, quem à finibus terræ non curiositas audiendæ sapientiæ, sed fidei zelus & plenitudo deuotionis attraxerat. Vbi quantum fleuerit, qualem sese non modò erga eum quem tam unice suspiciebat, sed etiam erga minimos quoslibet fratrum exhibuerit, non est facile dictū. Demum rediturus ad propria, ut benedictum à Dei famulo panem ferre posset & diutius conseruare, humano sensu præcipit ut in cibano recoquatur, sicut solent qui maria transeunt panem ferre bis coctum. Audiens autē sanctus, non est passus errare hominem tam deuotum, sed amicabilem arguens in hac parte fidem eius modicam inueniri, ita ne (inquit) non poterit panem ipsum benedictio magis quam recoctio conseruare? Et non acquieuit benedicere illum, sed communem sibi panem præcipiens exhiberi, benedixit, & dixit: Ecce hunc tolle tecum, nihil deinceps de corruptione sollicitus. Tulit, & ad suos rediens usque hodie gloriatur, fidei suæ defectū euidentissima rei ueritate conuincti. Nec enim passus est patris sancti non uisitare sepulchrum, nec minus erga eum nunc afficitur, nec minus quam olim in uiuente confidit, nimirum quæ uerius uiuere omnino nō ambigit. Confessus est etiam nobis de pane quæ retulit, quod nunc usque cū iam tertius annus transierit, illæsum eum beati uiri fides & benedictio custodiuit. Narrauerunt etiam nobis uiri religio si qui cum eodem archiepiscopo uenerant, miraculum dignū memoria nuper factum in cœnobio, quod, ut supra meminimus, in terra sua ipse fundauit. Erat enim (inquit) in regione eadem adolescens nobilis, ipsius quoque archiepiscopi secundum carnem propinquus, sed ob multa sua flagitia minus charus. Correptus autem grauissima ualitudine, uisitacione eius uix impetrauit, & per manum eius ad monasterium, quod fundauerat ille, se contulit. Vbi & cum maxima cordis compunctione renuncians seculo, per dies aliquot in humili & fidelissima confessione persistens, magis ac magis eadem aegritudine laborabat. Qua demum inualecente exitum sibi innere cognoscens, abbatis & fratrum presentiam miro amplectebat affectu, mira eos deuotione monebat, ut spiritalia arma corripere, egressuram protinus animam sibi cōmendatam efficaciter protecerent, & exhibitori fideliter necessarium prorsus inter imminentiū hostiū crudelissima tela conductum. Cumque in huiusmodi supplicatione diuinis iam sacramentis munitus, & de eorundem seruatorū Dei patrociniō & Domini miseratiōe pijsissima deuotione præsumens,

ac proinde circumstantibus omnibus multā suæ salutis relinquens fiduciam expirasset, offerrebant fratres pro commendatione animæ eius, quam deuotissime poterat Dominici corporis hostiā salutarem. Tum subito inimicus humanæ salutis, ex eiusdem (sicut indubitabile esse uidetur) liberatione animæ, quam ex multis diebus irreparabiliter sese occupasse credebat, iram magnā concipiens, & eandem permittente Deo crudeliter satis exercens, unum è fratribus repentino furore peruasit. Clamabat igitur horrendis uocibus miserabilis homo, & uix multotum manibus tenebatur. Demum cum maximo quidē labore asportatus, & in lectulo religatus, tam suam quam altantium membra dentibus appetens dirissimè uexabatur. Nec illa quæ prius nosset lingua, sed noua quadam (quam nec altantium quicquam nouerat) loquebatur. Et cum nihil quod diceret intelligerent, tam liberè tamē & sine offendiculo non inconcinnas eū audiebant edere uoces, ut indubitanter crederet quod lingua aliqua loqueretur. Post aliquantas igitur horas, cū uehementer confusi fratres quid agere possent, anxie cogitarent, & studiosè conquireret, unus ex eis salubre consiliū Domino inspirante concipiens, sacra pignora ab ipso archiepiscopo eodem anno istic deposita, uidelicet de capillis & barba, & dentem unum beati patris nostri Bernardi afferri monet, & eius pectori superponi. Quod ut factū est, germanica lingua per os eius cœpit horrendis uocibus nequam spiritus exclamare, tollite, tollite, amouete Bernardum. Et dicebat: Hec, quam ponderosus factus es Bernardus, quæ grauis, quæ intolerabilis factus es mihi. Cumque hæc & similia aliquandiu clamitans loqueretur, factum est breue silentium, & subito frater idem Domino miserante purgatus, aperuit oculos, ac uelut de graui somno euigilans, circumstantes fratres & sua plurimum uincula mirabatur, uerecundè satis quid nam sibi uellent hæc, uel quid accidisset interrogas. Ex ea igitur hora pristinam sanitatē mentis & corporis per beati patris merita sancta recepit, nil penitus quod in illo tam graui casu fecerit aut locutus fuerit recordatus. Hæc quidē à nobis de testimonio uiri reuerendiss. Heskili Danorū archiepiscopi occasione panis à Dei homine benedicti, non sine quadam anticipatione sunt dicta. Non modò autem hominibus, sed pecoribus etiam & armentis tam frequenter eius benedictio profuit, ut monasterij sui cellarium durè aliquando increparit, quod sibi non indicans mori animalia permisisset, unde fuerant pauperes sustentandi. Dehinc, ut solitus erat, benedixit sal, & animalibus iussit apponi, ac prius lues orta cessauit. Quod in alijs quoque monasterijs uidimus & cognouimus, ut audiens fratrum animalia mori, interdū etiam nō rogatus, sed ipse prior admonens eos eodem remedio subueniret. Gaudū dicitur locus quidam Caziacensium monachorū, ubi uir sanctus cum aliquando pernoctaret, exhibitum sibi

sibi iuuenem claudum oratione & benedictione sanauit, ita ut post dies paucissimos per eundem locum redeunti, incolumis & deuotus astaret. In eisdem partibus uico cui nomen Algorium, mulierem phreneticam populus obtulit transeunti. Cui manus imponens & orans, sanā dimisit & abiit. Hanc in eodem uico postea uidi mus uiro Dei cum gratiarum actionibus occurrantem. In remotis etiam regionibus quocumque eum ecclesiarum sanctarum necessitas traxit, uirtus est profecuta signorum. Apud Viride folium (sic enim dicitur castrum territorij Tolosani) quod ut superior libro meminimus, aliquando pater sanctus introiens, multis ibidem uirtutibus claruit: puer mancus & claudus ex utero matris suae, ad cuiusdam memoriam martyris, utriusque pedis & alterius manus receperat sospitatem. Huius alteram manum adhuc inuadam tanquam diuinitus seruatum sibi, pater sanctus benedicens fanauit, ut sanctorum innotesceret particeps esse uirtutis. Caturcium dicitur ciuitas Aquitaniae, per quam uiro Dei ipso tempore transitus fuit. Ibi praeter alia beneficia quae praestitit infirmantibus multis, unus de pueris episcopi ciuitatis ipsius, qui ex uulnere graui alterius oculi lumen amiserat, sub manu eius uisum recepit. In pago quoque Engolismensi, loco cui nomen est Castellare, post oblationem hostiae salutaris, astantibus uenerabilibus episcopis Lamberto Engolismensi & Gerardo Lemouicensi, puerum ex matris utero claudum & mancum, cuius in modum pilae cubiti cum genibus umbilico, pedes autem natibus adhaerissent, Dei famulo offerebant. At ille singula membra, edito prius signo crucis attrectas mira facilitate extendit protinus & sanauit. Apprehendens denique manum eius, erexit illum, & dimisit liberē gradientem. Populus autem protantis nimirum uirtutibus, magnis uocibus Dominum collaudabat. Nam & die sequenti in pago Lemouicensi, in uico quem sancti Geniani nomine uocant, signa per eum plurima claruerunt. Undique enim confluebant qui incommodis uarijs laborabant, & uirtus erat Domini ad sanandum eos. Vbi inter ceteros puer ferme de cennis, caecus ex utero matris suae, coram omni populo oblatum est uiro Dei. Qui in digitos suos expuens, & liniens oculos eius, breuem fecit orationem, & in nomine Christi aperuit oculos caeci nati. Regnum quoque Germaniae cum introisset aliquando uir beatus, tam excellenter enituit in gratia sanitarum, ut nec uerbis exprimi, nec credi ualeat si dicatur. Nam & testati sunt qui affuere in territorio Constantiensi, circa uicium quae Doinguent nominant, ex ijs qui diligentius uestigiarunt & uiderunt oculis suis, una die illuminatos ad eius impositionem manus caecos undecim, sanatos etiam mancos decem, & claudos erectos decem & octo. Ceterum ne fecisse nos inopes copia uideatur, ex innumera multitudine saltem pauca memoriam commendamus, quae in locis celebrioribus facta noscuntur. Cum ue-

nisset Constantiam homo Dei, & undique se uirtutum eius fama diffunderet, abbas Augensis (quod intra Lemanum lacum antiquum exiat & nobile monasterium) hominem (quem suis elemosynis sustentabat) caecum misit ad eum, & confestim uidentem illum recepit. Heytereseim dicitur locus ad eiusdem dioecesis pertinens ciuitatis, sed plurimum a ciuitate remotus. Ibi quoque sicut & in ceteris illius prouinciae per quae transit locis, multis in seruo suo miraculis glorificatus est Deus. Vbi etiam caecus natus, sub manu eius uisum recepit. Item alteri a natiuitate surdo & mutus auditus redditus est, & loquela. In ciuitate etiam Basilea, cum ex more sermonem habuisset ad populum, ut impleretur in eo quod de sanctis apostolis legitur, qui uidelicet praedicauerunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, oblata est ei foemina muta, & confestim orante eo, locuta est. Oblatus est claudus, et ambulauit: oblatus est caecus, & uidit. Apud Spirensium ciuitatem, praesente Romanorum rege Conrado, qui Dei hominem ab ecclesia ad hospitium deuotissimi me deducebat, offerebant puerum claudum, rogantes ut ei manum imponere dignaretur. Quae signatum protinus erigens, super pedes statuit, & liberē gradiebatur, in Dei laudem acclamantibus uniuersis. In capella episcopi ciuitatis ipsius, rege ipso uidente, uisum reddidit caecae cuidam mulieri, & claudum nato gressum donauit. Multa quidem & alia in manu eius ibidem Christus effecit, sed ad exemplum pauca sufficiant. Nonnullos etiam pauperulos etiam pueros rex ipse deuotus suis illi manibus offerens, de multorum curatione meruit gratulari. Nec modò apud praedictam Spirensium urbem, sed apud Francouardum Maguntinae dioecesis locum, ubi innumeris uirtutibus idem Dei seruus effulsit. De tota siquidem regione quotquot patiebantur, afferebant ad eum: & tantus erat concursus, ut praedictus rex cum aliquando populū comprimentē exercere non posset, deposita chlamyde, uirum sanctum in proprias ulnas suscipiens, de basilica asportauit. Inter plurimos sane qui ibidem adepti sunt sanitatem, senex quidam paralyticus de uicinia illa, homo notus & honoratus, multis suorū precibus, non sine multo labore introductus est ad hominem Dei, a quo post breuissimam, ut solebat, orationem erectus protinus & sanatus: non modò incolumis, sed & fortis apparuit, ut posses credere, si uideres, non tamen alteratum hominem esse quae alterum. Iamque eo uiriliter procedente, parabant alij tollere lectum eius, in quo aduectus erat, cum reuocans eum unus ex circumstantibus Hugo, Tullensis ecclesiae archidiaconus, Evangelici illius paralytici memor: Non sic, ait, non sic uacuus reuerteris: tolle grabatum tuum, & ambula. Et impo-nens in humeros eius, dimisit eum liberē procedentem: sed omnis plebs ut uidit, dedit laudem Deo. Ibidem etiam puer surdus & mutus ex utero matris suae, subleuatus per scalam, & in fenestra accedens

accedens ad uirum Dei, sub manu eius auditum recepit pariter & loquelam. Sed & paralytica quaedam mulier de eadem regione diuites & honorata, ibidem recepit amissam ex multo tempore sospitatem. Dumque exiliens ambularet, omnes quidem laetati sunt qui uidebant: sed praeter ceteris, exultauerunt milites qui attulerant eam. Nam & ipsius sibi particeps esse uirtutis, religiosa deuotio uidebatur. Per idem tempus transeunte sancto prope uicum in littore Rheni positum, quem Bobardum uocant, & uarios per uniuersam prouinciam curante languores, oblatus est paralyticus in grabato. Audita siquidem fama uirtutum a praedicta uico, in occursum eius se fecerat apportari. Cui in medio populi manus imponens, erexit hominem, incolumemque remisit ad propria. Eodem anno ingredienti urbem Treuerensium seruo Christi, ex more obuiam ruit populus uniuersus. Offerunt autem ei sorores duas, quae ab annis quatuor, amborum lumen amiserant oculorum. Quarum ille utrique imprimens signum crucis, uisum reddidit lucis, & uidentes uirum Dei cum ceteris sequebantur. In eiusdem basilica ciuitatis, cum ad altare beati Petri apostoli uir apostolicae gratiae immortalem hostiam immolasset, oblatus est ei claudus, & ambulauit: oblatus est caecus, & uidit: oblata est surda mulier, & audiuit. Haec in somnis admonitam se esse dicebat, ut Dei hominem peteret, cuius beneficio receptura esset auditum. Apud Confluentiam Treuerensium dioecesis nobile castrum, Mossellam fluiuium, qui ibidem in Rhenum labitur, Dei famulus pertransibat. Cumque paululum processisset, oblatus sibi & signatum hominem claudum deponi iussit & ambulare, & non fuit qui obediret. Nec mora, claudus idem retractum foemoris neruum clamat sponte laxari, & dum ne scit extendi uelut ab altero genu suum, quod quilibet ante conatus nullo modo potuisset. Mirantur omnes, probatur sub omni uelocitate quod dicitur: deponitur illico, illico graditur, illico sanus & incolumis innotescit. Non est nobis Colonia transeunda. Magna est ciuitas, magna illic Dei famulo uirtus affuit, magna illius deuotio coluit populorum. Ostenditur usque hodie in claustrum beati Petri (sicut a personis ueridicis nuper accepimus) adolescens olim claudus, nunc liberē gradiens, qui oblatus uiro Dei, ad impositionem manus eius, gressum recepit, unde etiam filius eius publice cognominatur. Abbas Henricus de Suecia (cuius nos supra fecimus mentionem) nuper retulit nobis foeminam nobilem, germani sui olim uxorem, cum post obitum uiri sui praedolore phrenesim incurrisset, & multo tempore sic se habens, in uinculis teneretur, eidem patri sancto in praefata urbe oblatam, & uix tenuiter in turba circumstrepente signatam, dum ex more religata reuehitur, mentem pristinam atque integram recepisse salutem. In eadem etiam ciuitate, filiam surdam eidem patri sancto parentes nobiles obtulerunt, hanc aiebant a pueritia tra-

ditam sanctimonialium monasterio foeminarum: ibidem amississe prorsus auditum, & annos plures in eodem incommodo peregrisse. Cuius aures signo crucis edito, pater sanctus attrectans, protinus & auditum ei, & parentibus eam reddidit audientem. Accedens inter haec mulier honorata, Colonienfis itidem ciuis, quae alterius oculi lumen amiserat, plurima iam per quinquentium inutiliter sese in medicos expendisse dicebat. Et ipsam quoque continuo per signum crucis illuminans uir beatus, quod gratis acceperat, gratis dedit. Sed & matronam alteram in beati Petri basilica oblatam in lectulo, idem Christi seruus erexit protinus, & incolumem suis pedibus abire praecipit. Huius ex multo tempore nerui foemorum fuerant sic retracti, ut nec erigi ullatenus posset, nec consistere pedibus suis. Nam ex personis alijs perhibebant, qui studiosius obseruauerunt, ad eiusdem uiri sancti orationem & manus impositionem, in ciuitate praedicta infra triduum quod ibi fecit, duodecim claudos erectos, mancos duos sanatos, quinque caecos illuminatos, loquelam redditam mutis tribus, & decem surdis auditum. Aquisgranum sede regia, dum in illa famosissima toto Romanorum orbe capella uir beatus missarum solennia celebraret, claudum homini gressum, & caecis quatuor uisum sub manu eiusdem serui sui, rex regum & Dominus dominantium potenti uirtute restituit. Eodem etiam tempore intra Leodiensium fines, praeter innumera alia, quae breuitatis studio praeterimus, iuxta oppidum quod Fontanas uocant, orante eo aperuit Dominus oculos caeci nati. Huius non modò oculi caeci, sed etiam ipse quoque palpebrae clausae & emortuae erant. Quas sacratissimis digitis suis aperiens uir beatus, diuino munere & uigorem palpebris, & pupillis praestitit claritatem. Confestim denique idem puer lucem miratus ignota, maxima cum exultatione clamabat: Video diem, uideo omnes homines, uideo capillatos. Paudens quoque manibus & tripudians: Deus (inquit) ex hoc iam non offendam ad lapides pedes meos. In urbe etiam Cameraco celebranti missarum solennia, uiro Dei surdum & mutum a natiuitate puerum offerebant. Quem audientem protinus & loquentem qui propius aduentem, super gradum lignum statueret, ut de loco eminentiori nouo sermone populum saluaret. Nec mirum quod mira plebis deuotio, mira protinus uociferatio sit sequuta. Et haec quidem super ijs quae in regno Germaniae in manu serui sui mirabiliter operatus est Deus, pluribus pauca sufficiant. Nam & in Hispanijs, ubi praesens ipse non fuit, sanctitatis eius indicia claruerunt. Cum enim fidelis seruus & prudens, preciosum Dominicae crucis fructum undique colligeret, atque iterum propagaret ubique, contigit ut de filiis suis in Hispanias mitteret, in illis quoque sicut in ceteris gentibus, fructum aliquem habere desiderans. De quorum numero Albertus quidam faber, in loco cui nomen est Superadum, grauisima ualetudine occupa-

tus, per multū iam tempus iacebat paralyticus in grabato. Interim per abbatem suum, incommodum suū nunciat patri sancto, & ut sui miseretur, exorat. Eadem autē die, qua uir beatus in Clara ualle pro eodem paralytico ad petitionē suā illius abbatis orauit, currente uelociter uerbo uirtutis, & uirtute orationis, ille in Hispanijs repente conualuit, tanquā uas plenum aqua, suo sentiens capiti superfundī. Regressus liquidē abbas, cū prādictū fratrem incolumē reperisset, diligenter sciscitatus ab eo modū & tēpus suae liberationis, certissimē cōperit extante in Gallijs Dei famulo, illum in Hispanijs esse curatum. Et quia semel ad Hispanias uertimus stylum, illud quoque quod contigit de uiro Dei reuerendissimo Petro Asturienſi episcopo, prosequamur. Is qui dem Petrus, nobilis genere, monachus professio- nis, pietate deuotus, in cōnubio quodā mutū, eo tempore ipse regebat, tam uehementi dolore capitis laborabat, ut nec regulam obseruare ieiunij, nec sine pelliceis posset pileis stare. Audiens autem celeberrimā uirtutum famā, quae per Dei hominem efficebantur: per quendam fratrem legationem mittit suae supplicationis, & operi flagitat suae intercessionis. Cui uir sanctus lan- eum, quo ipse utebatur, pileum misit, & promissit agro capiti de Domini uirtute remediū. Suscepit ille missam sibi benedictionem maxima cū reuerentia & deuotione. Confitens enim quam sollicitē potuit delicta sua, & stola sese induens sacerdotali, ita demum uelut Christi simbram tan- gens, serui Christi pileum sumpsit, & imposuit capiti suo. Nec tardauit fidei fructus, & benedi- ctionis effectus: sed miratus et ipse est, celerē p- ti- nus sentiens medicinam: & ex tunc usq; hodie ab huiusmodi languore sanus, & incolumis an- nunciat omnibus, quam experiri meruerit ipse uirtutem. Nam & episcopus factus, xenia illa di- uisit, partem mediam suis secum in scripijs hono- norificentissimē ferens, mediam in monasterio sub eadem ueneratione deponens: nec locū sci- licet unde uocatus, nec sedē cui praelatus est, uo- lens tanta benedictione fraudari. Ex hoc no- bis ad ea quoq; quae mirabiliter egit in regione propria, redeundum. Nam in eo forte etiā plus- quam propheta dici posse uideē, quod propheta- cus ei non defuerit honor, ne in patria sua qui- dem. Mussium dicitur uilla super Sequanā flu- uium, paucis à Claraualle miliaribus distans. Ex hac uirum hydropicum ad Dei hominem addu- xerunt, cui manus imponens & orans, proprio quoq; cingulo tumentem enormiter uterū eius accinxit: praecipēs ut incolumitate recepta, praestitum sibi cingulū reportaret. Nec tardauit sani- tas, sed paulatim tumor abscessit. Deniq; circa uicesimum diem gracilis incolumisq; reuersus, cingulum simul & gratias multas suo retulit cu- ratori. Exeunt alio tēpore monasterij claustra, senem paralyticū ex proximo uiculo (qui Mun- diuilla dicitur) obtulerūt. Subsistens autem ab- modico, & breuiter orans, tetigit hominem, & inco-

lumem suis pedibus abire praecipit. Quo abeun- te, populus multus qui in occursum uiri Dei cō- fluxerat, non sine lachrymis Dominum collau- dabat. Item redeunt aliquid de uia, praefor- tibus monasterij oblati est puer surdus & mu- tus. Expuens igitur, tetigit linguam eius, & digi- tos immisit in aures. Protinus autem aurium eius obstacula facta de medio, & solutum est uinculū oris eius. Malenuilla dicitur uicus, tribus circi- ter miliarijs à monasterio distans. Hunc quādo- que pertransiens uir beatus, mantam puellā teti- git & curauit: quam nunc usq; superstitem & in- columem esse nuper accepimus. Per idem tem- pus in finibus illis, apud castrū quod nominant Burdementem, duo milites de beati patris uir- tutibus conferebant: sed minus credulus alter, si hunc, inquit, sanauerit puerum, ex tunc firmius credam. Dicebat autē surdum quendam & mutū, qui apud eos nutritus, nec locutus fuisset aliqū- do, nec audisset. Post dies paucos trāseuntē pro- pius patre sancto, ambo pariter puerum tollunt & offerunt ei. Imposita igitur manu puero, & si- gnans os illius & aures, allocutus est eum, & lo- quentem protinus & audientem dimisit. Apud Risnelmum oppidum regionis eiusdē, usq; mo- do cernere est adolescentem Simonem, nomine satis notum, qui praefato Dei famulo claudus ob- latus est, & sub eius manu gressum recepit.

Barrū super Albam dicitur oppidum, tribus, ut aiunt, leucis distans à monasterio Clareuallis, ibi quoq; saepius per hunc hominem Dei, diui- nae uirtutis opera claruerunt. Siquidem praeter ea quae minus diligenter curauimus uestigare, quod omnis nostra curiositas signorum multi- tudine uinceretur, quatuor illic claudos ad ip- sius orationem & manus impositionem diuersis temporibus Christus erexit: cacos duos illumina- uit, duobus aequē surdis & mutis auditū praestitit & loquelam. Sed & iuxta alterum Barrum super Sequanam, ad eius tactū illuminatus est caecus: conualuit etiam paralyticus, gressum re- cepit puer claudus ex utero matris suae. Cum re- uerendissimus papa noster, Eugenius tertius ex monacho Clareuallensi, & abbate sancti Ana- stasii, in urbe Roma ad apostolicam assumptus cathedram, Gallias introisset, ibat cū eo uir san- ctus, nec minus apostolica uirtus in illo, quā in illo dignitas praeminebat. Tantus enim ad bea- tum uirum concursus erat incommodis uarijs la- borantium, ut cum aliqūdo summus pontifex basilicam, ubi ille missarū solennia celebrabat, deuotus intrasset, expleto sacrificio ex more, ac- cedentibus eis qui curā desiderabant, paulomī- nus idē papa cōprimeret à turbis, & uix potue- rit per ministrorū manus educi. E plurimis sanē quae in eiusdem apostolici uiri facta sunt comita- tu, duo scribimus quae nos obliuisci ipsa quā ui- dimus, magnitudo laetitiae nō permittit. Chaleta dicitur uicus inter Prouignū castrū & Sequanā flu- uisū constitutus, ubi puer ferme decennis ab an- no priore paralyticus sic iacebat, ut nec ipsum caput

caput flecteret, nisi ab altero moueret. Quae effe- rentes in culcitra, mater eius caeteriq; propinqui offerebant uiro sancto, prope eundem locū per- stratam publicam transeunt. At ille signatū eri- gens, statuit supra pedes suos, & ire praecipit. Nec mora, exiit puer & ambulabat, magnificās Deum, qui tandiu sanctū persecutus est abeun- tem, donec ille, inuitum licet & renitentem, redi- re praecipit. Vbi non immerito quidem magna admodum facta est admiratio, magna exultatio omnium qui uidebant: sed praeter caeteros frater iu- nior in ipsius tanquam rediuiui oscula ruēs, mul- tos eorū ad lachrymas usq; permouit. Hunc qui dē puerū & post annos quatuor in eodē uico be- ato uiro mater eius offerens, sacros monebat o- sculari pedes. Hic est, inquit, pater tuus, qui ti- bi uitam reddidit, & te mihi. Eodem anno apud Cistercium, iuxta morē abbatibus congregatis, praedictus papa uenerabilis affuit, non tā autho- ritate apostolica praesidens, quam fraterna cha- ritate residens inter eos quasi unus ex eis. Vbi cum ad cellulam in qua iacebat, factis uespere & conuentu soluto, Dei famulus diuertisset, surdū ei puerum obtulerunt. Erat autē puer ille de uici- nia eadē, & sicut postea didicimus ex longo an- te tempore, uigilans in custodia gregis sui, sub- ito terrore percussus, amiserat prorsus auditum. Orans itaq; pater sanctus, & puero manus im- ponens, utrū audiat sciscitatur. At ille mira de- uotione proclamans: Audio domine, audio, tā firmiter complexatus est eum, ut uix ab eo posset auelli. Auditū est uerbum, oblati est puer sum- mo pontifici alijsq; personis, celeberrimumq; hoc miraculū fuit. Venerat pater sanctus ad mo- nasterium in dioecesi Bisuntina, cui nomen est Carus locus, & erant cum eo ex abbatibus sui or- dinis multi, ubi matrona quaedam de finibus il- lis ex multo iam tēpore clauda, in carro allata & oblata est ei. Orans uerō breuiter, & signans eā in nomine Domini erexit & sanauit, ut eadē ho- ra incolumis remearet ad propria. Eodem tem- pore in monasterio moribundo, quae est Cister- ciensis ordinis abbatia unā de primis, monachus quidam iacebat usq; ad eodē paralyti dissolutus, ut omnibus penē membris officio proprio destitu- tis, non manum posset mouere, non pedem. In- terea superueniens uir beatus, paralyticū uisit, manum postulatus imponit, & continuo opem sensit egrotus. Ut tamen gratius esset miraculū, uelut gradatim prius alteram manum, secundo alteram recuperauit. Exinde profecturus pallio suo operuit postulantem, & subito in breui ob- tinuit etiam reliqui corporis sospitatem.

In monasterio Alberipae, monachus quidam adolescens usum uocis amiserat, ut nec psallere inter fratres, nec à quoquam (nisi multum proxi- mo sibi) intelligi posset quid loqueretur. Cui uir sanctus dum idem monasteriū uisitaret, aquā cum uino benedicens potum dedit, & post pau- lulum frigidus ex eius pectore mira cum suauita- te sudor erupit, Deinde ipsa die ab eodē incom-

A modo liberatus, psallere coepit quasi unus de ce- teris fratribus, & hoc illi beneficium usq; hodie perseuerat. Cum uenisset aliquando pater san- ctus ad monasterium trium fontium, oblati est ei clericus quidā ex his qui regulares nominan- tur, homo grandaeuus & caecus. Imposuit ei ma- num, & breuem ex more fecit orationem, & ea- dem hora uidentē illū remisit ad ecclesiam suam.

In Trecentiū urbē, multa per hunc Dei famu- lum miracula claruerunt. E quibus duo quae pre- sentibus episcopis Godefrido Lingonenſi, & Henrico Trecenti facta sunt, memoramus. Puel- lam curuam in praedicti Trecentis episcopi do- mo, propinqui & noti cū multis ei precibus of- ferebant. Tanta uerō concursus erat, ut cū eam signatam Dei famulus, ac si molle lutum intra sa- cras manus mirabiliter formans erexisset, & ere- ctam incedere praecipisset, locus nō potuerit in- ueniri. Demum super mensam magnā quae pro- pē posita erat, statuerunt illam, & erecta liberē gradiabatur, magnificē Dominum collaudanti- bus uniuersis. Hanc quoq; adhuc superstitē ab his qui eam nouere, nuper audiuimus. In eadem urbē filiam mutā patri sancto obtulit mater, cui morbus epileptiae loquendi ademerat facultatē. Nec mora, seruo Christi imponente ei manus, solutum est uinculum oris eius, & loquebat re- ctē. In eiusdem urbis dioecesi loco cui nomen Domnamant, cum uir sanctus missarum solen- nia celebrasset, caecum illi filiū obtulit pater. Ex- puens autem in digitos suos, & palpebras eius li- niens, eadem hora uidentem illum reddidit pa- tri suo. Nec longē ab eodem uico apud oppidū Argillerias, post missarū similiter celebrationē, foeminā claudam, quae ibidem multo tempore mendica uiuebat, cum basilicam egrederetur, si- gnans & sanans, populum multum qui undiq; fuerat congregatus, admiratione & exultationē repleuit. In exitu quoq; oppidi, quod Rosnauū uocant, paralyticū hominem sic extenuatū cor- pore, ut solam circūferre uideretur pallidē mor- tis imaginem, impositum plaustrum, transeuntū ui- ro Dei offerunt. Is quoq; ubi signatus est, depo- ni & incedere iussus, plaustrum suum suis pedi- bus incolumis sequebatur, uehementer stupen- tibus, & in Dei laudem acclamantibus uniuersis. Alio tempore proximum castrū Brenā tran- siens, obuiam habuit populum multum, sicut u- biq; semper & undiq; in ipsius occursum cōstue- bat innumera multitudo. Vbi cernentib. cūctis, foeminā claudam ex eodem oppido tetigit & e- rexit, quā & ibidem postea uidimus occurrentē ei, cum caeteris & praeter caeteris gratias referentem.

In pago Senonico apud castrum, quod trian- gulum uocant, inter missarum sacra solennia, fo- mina cuius ibidem per annos decem cecitas om- nibus innotuerat, sub manu uiri Dei mirantibus omnibus usum recepit. Apud monasteriū quoq; ubi Yona & Sequana conflunt, presen- te pijsimo principe comite Theobaldo, alijsq; astantibus non paucis potentibus uiris, offeren-

ri diuina sacrificia uiro Dei, paralytica foemina obtulerunt: qua expletis solennibus tangens & erigens, ipsa hora sana remisit ad propria, ita ut suis illa pedibus abeunte, grabatum in quo fuerat apportata, in eadem basilica uacuum remansisse uiderimus. Eiusdem quoque dioecesis castrum Iouiniacum transeunti eidem famulo Christi, in strata publica caecam foeminam offerebat, substitit, & breuiter orans, eidem foemine manus imposituit, & Dominus aperuit oculos eius. Ut autem uidere uisa est, exultatio magna secuta est omnium qui aderant, & clamantes alter ad alterum: Anna uidet, Anna uidet (hoc enim eidem foeminae nomen erat) copiosius undique confluere.

Interea uir sanctus accelerans, declinabatur bas, & egrediebatur, cum iuuenis quidam altero oculo caecus ab utero matris suae, secutus est & consecutus est eum. Qui quidem & ipse continuo ad eius benedictionem, uisum recepit, & geminata est laetitia populi prosequens. Chableia nomen est uico, qui insignem beati Martini basilicam habet. Nam & fundus ipse ad possessionem spectat ecclesiae Turonensis, & eiusdem gloriosissimi confessoris. Hunc uero uicum Dei famulo transeunti, claudum adolescentem populus offerebat. Quem ad eius orationem erectum protinus, & liberem gradientem, ad praedictam beati Martini basilicam deduxerunt, magnifice Dominum collaudantes, qui Martini sui spiritum suscitauerat in Bernardo.

Capitulum. V.

Nonnullas etiam sanitates, quas in manu fidelis serui mirabiliter Christus effecit, per uisum ei mirabiliter praestendit: multas ipse cum fieret, animi uirtute pensit, ad aliquas etiam spiritu suggerente non rogatus accessit. E quibus ne uideatur in immensum processisse narratio, exempla pauca subiicimus. Illud etiam e regione monentes, ne quis forte tam breuiter scribi opera tanta miretur. Siquidem multa ex his in tam breui fieri uidimus, ut tam celeriter ea proloqui nequeamus. Et cum dici soleat, nihil esse facile dictu, huic tamen Dei famulo per gratiam quam acceperat, signa facere magis facile uidebatur, quam nobis facta narrare. Egredienti aliquando monasterium patri sancto, homo quidam de finibus illis occurrens, sanandum filium offerebat. Nam intra monasterium quidem infirmis imponere manum, difficultius acquiescebat, ne uidelicet si concursus illuc hominum fieret, quies coenobii turbaret, & disciplina periret. Erat autem praedictus puer ille fatuus, & mentis inops, claudus quoque & surdus & mutus. Qui eadem hora per ipsius orationem & manus impositionem, ab omni simul incommodo liberatus, audiebat, loquebatur & ambulabat: & sane mentis effectus, a priori penitus in quietudine & furore cessabat. Cumque eundem iam incolumem filium, pater deuotus ad oratorium beatae Dei genitricis cum gratiarum actione deduceret, loquebantur mutuo fratres, de tam multiplici unius incommodo pueri conqueren-

tes. Ad quos pater sanctus, flagellum, inquit, Dei erat, & maligni spiritus dira uexatio. Vidi enim nocte praeterita hoc eodem in loco, erat autem iuxta fluuium Albam, ubi sanatus est puer, hic, inquit, uidi oblatum mihi puerum talem, exeunte ab eo spiritu nequam, omnem protinus recipere sospitatem, uisumque membrorum. Addit etiam uir beatus, de eadem scilicet uisione. Cumque paululum processissem in eodem itinere, quo nunc pergimus iuxta proximum uicum dicebat (autem de eo quem nominant longum campum) ostendebatur mihi puella clauda, & Dominus ei gressum reddebat. Audierunt & mirati sunt fratres, futuri magis attoniti expectatione miraculi, quam recordatione praeteriti. Quid enim unquam simile mundus audiuit. Ventum est ad locum, inuenta est ibi protinus puella clauda, expectans Dei hominem transiturum, & a simul transeuntibus iuxta uerbum quod ipse dixerat expectata. Oblata igitur ab eis qui attulerant eam, signata ab homine Dei, ex Dei munere gressum recepit, & ibat gratias agens. Anno altero, causa extitit ut uir sanctus Lingonas peteret, inter episcopum & clerum ciuitatis illius orta graui admodum simulate. Vbi cum prima die inefficaciter laborasset, & mane facto pararet abire, dicebat fratribus, quia uidi per uisum noctis introeunt mihi ecclesiam offerri claudam foeminam, & sanari. Post unam ferè horam, cum iterum clerici conuenerent, praeter spem omnium reformata pace, multis precibus coegerunt illum beati Mammetis martyris intrare basilicam, & quia fames inualuerat populum ad elemosinam exhortari. Vbi inter loquendum (sicut praedixerat) oblata est ei clauda mulier, & erecta, mirantibus quidem omnibus, sed eis amplius qui sicut uidebant factum, ita sese recordabantur audisse futurum. In pago Treuerensi antiquum extat coenobium, quod Rutinense uocatur, ubi celebrante aliquando missarum solennia uiro Dei, innumerabilis aderat multitudo. Inter ea Guntrannus de Sura, quod est oppidum eidem proximum monasterio, claudam foeminam fecit afferri. Haec ex multo iam tempore repens humi, erigi penitus non ualebat, sed scabellula tenens manibus, renes emortuos post se trahere consueuerat. Cum autem praemultitudine populi ad Dei hominem introduci foemina non ualeret, in basilica media repente conualuit: & exiens ambulabat, non sine lachrymis agens gratias Deo. Cuius scabellula populus turbilans ruit protinus ad altare, ut stisterent ea Domino & Bernardo seruo eius. De cuius nobis curatione confessus est pater sanctus, quod praecedenti nocte sibi praestensa fuisset. Videbatur enim sibi in eadem basilica, in medio populi circumstantis clandestinum & ignotum eiusmodi foeminam tangere & transire, ac protinus eandem uidere sanata, plurimum sibi ipse congratulans & exultans, quod agnitus non fuisset. Eadem etiam die rutilauit Rutinae in beati uiri praesentia lux caelestis, cuius benedictio alijs quoque claudis duabus foeminis

bus foeminis gressum, uisum reddidit caecis aequè duobus. Sapissimè uerò contigit, ut inter orandum indubitanter Dei seruus agnosceret uirtutem adesse diuinam: cuius tamè modum cognitionis, nullis se posse uerbis exprimere fatebatur. Nonnunquam uerò, cum signasset aliquos & transisset, sanatos esse dixit: & regressus aliquis ex his qui audierant, sicut dictum erat, inuenit. Egredens aliquando Basileam urbem, surdum quendam signauerat & transierat. Cumque paululum processisset, uocans Alexandrum Coloniensem: Reuertere, ait, quaere utrum audiat homo, redijt ille, & illum reperit audientem. Similiter ipso die cum signasset alium caecum altero oculo, & abiret, Deus, inquit, aperuit oculum eius. Hoc etiam praedictus Alexander cum ad inquiredum reflexisset iter, ita esse cognouit. Ille est Alexander qui in eisdem diebus ad uiri Dei sacra monita, ostensionemque uirtutum cum alijs ferme triginta seculo ualefecit, & secutus est eum. A quo etiam post modicum tempus abbas est ordinatus in monasterio Tolosanae dioecesis, quod Grandis sylua uocatur. In Constantiensi quoque dioecesi, prope castrum Frieberg, cum homini caeco in uia manum imposuisset, remisit qui uideret eum, & inuentus est uidens. Quod de duobus alijs caecis in pago Coloniensi, prope monasterium quod Brumuillare dicitur, similiter fecit, & cum uidere nunciarentur, confessus est se quoque sensitisse uirtutem. In territorio etiam Senonensi, in oppido quod sancti Florentini nomine uocant, oblata est uiro Dei mulier surda, cui manus imponens, per spiritum sensit uirtutis effectum: cum illa adhuc stupida & tumultuosa (ut est genus illud) & ut ipsa ante solebat, nihil se audire clamaret. Mane autem facto, cum nec illa rediret, nec alter aliquid indicaret de ea, sciens sanctus diuinam illi misericordiam affuisse, accersit foeminam iubet. Inuenta igitur auditum recepisse, uenit glorificans Deum, & Dei famulo gratias agens. Egrediebatur idem pater Metensium ciuitatem, & ex more deuotus eum populus deducebat cum episcopo eorum Stephano, et frater eius Reinaldo Barrensi comite, alijsque personis tam ex clericali, quam ex militari ordine multis. Interim causa extitit, ut rogaret nobilem uirum Henricum de Salinis super uerbo quodam quod ipse ei episcopus, & alij qui conuenerant, suggererent: ut uidelicet Metensi ciuitati & populo pacem daret, cui grauer inimicabatur. Ille uerò reuere penitus, & abiurare, nec ullis precibus flecti. Inter haec superuenientes alij offerebant beato uiro hominem surdum, obsecrantes ut ei manum imponere dignaretur. At ille fidei zelo succensus, sicut interdum ob causas necessarias terror quidem & auctoritas supra hominem in eius facie rutilabat, conuersus ad militem: Tu nos inquit, audire cõtemnis, quos continuo coram te audire surdus: & imponens manus homini, signauit eum, & in aures eius digitos misit. Quo protinus audiente, pauens Henricus & tremens, ruit

ad pedes hominis Dei, humiliter satisfaciens, & liberè annuens quicquid fuerat postulatus. Transiens aliquando seruus Christi Brenam oppidum, mendicantem in platea uidit foeminam caecam. Quam aliquantisper intuitus, cum ex more a transeuntibus elemosinam flagitaret: Tu inquit, petis argentum, & Deus tibi uisum donabit. Accedens ergo tetigit eam, & oculos eius aperuit. Quae beneficiū sentiens in speratum, non minus misericordiae magnitudinem, quam lucem insolitam mirabatur. Inter primas propagines quas haec abundantissima uitis emittit, in Remorum parocchia monasterium Igniacense planatum feliciter radicauit. Quod aliquando uisitans idem sanctus, uicum Maternae fluuii proximum, quem Riutolum nominant, pertransibat. Vir quoque magnificus & deuotissimus eius, amator Sancti Remorum archiepiscopus comitabatur illum, solita ueneratione deducens. Senex autem claudus ad mendicandum positus erat in uia, cui unus e fratribus elemosinam dedit. Secutus abbas sanctus, cum iam hominem pertansisset, conuertit se, & paulisper intendens in eum, quid patitur interrogat circumstantes, & sibi illum praecipit exhiberi. Dispicati homines quod esset ei amplius aliquid ipse daturus: Domine, inquit, claudus est, nec moueri potest, nos ad eum ferimus quod uolueris dare. Quo respondente uerbum & dicentem: Tollite eum & afferte ad me: primo quidem praedmiracione mutuo sese intuebantur, ignorantes quid esset facturus. Demum agnoscentes eum, clamabant adinuicem, Abbas est Clareualis, & protinus illum sanabit. Nimirum solitus erat, quoties poterat operam dare, ne in uicis agnosceretur: & interdiceret socijs, ne cui ex occurrentibus manifestaret eum, aut de eo aliquid loquerentur: sed quarentibus quis transiret, dicerent monachos esse, aut aliquem de personis simuleuntibus nominaret. Igitur agnito Dei famulo, ruunt undique, & leuantes hominem, ferunt & offerunt ei. Qui imponens utranque manum capiti eius, & in caelum suspiciens ac breuiter orans, deponi illum iubet, & ambulare. Excusante eo & dicente, non possum: ego tibi, ait, in nomine Domini, & eius uirtute praecipio, uade & sanus esto iam ab hac hora. Quid plura? Statim depositus, statim sanatus est, statim liberè gradientur, repletus stupore & extasi in eo quod contingerat sibi. Sed & uicini eius & noti pariter congratulantes, Dominum collaudabant, qui miserabilis hominis & meritum simul & uotum abundantia suae pietatis excessit. Vnde etiam usque hodie locus ab incolis demonstratur, ubi signum tam euidentem diuinae uirtutis effulsit, ubi senex claudus ex multis annis tota inferiori corporis sui parte praemortuus, & a renibus deorsum omni profus membrorum destitutus officio, dum sitam postulat, sanitatem recepit. Hic fuit uiri sancti nouissimus in Remorum partes ingressus, siquidem factum est hoc ante sacram eius depositionem corporis anno uno. De qua felicitate eius

actuum felicissima consummatione erit nobis iam, sed sub alia narratione dicendum. Nimis enim fallitur, si quis arbitratu huius sanctissimi uiri facta mirifica posse tunc narrari, & tam necesse est multa fieri, quam impossibile omnia comprehendere.

Finit liber secundus, qui et quartus.

LIBER TERTIUS, QUI ET QUINTUS. Capitula libri quinti.

Quod sanctus Bernardus transitum suum praesciuit, et de pace Metensium, et miraculis ibidem factis. Capitulum. 1. Promittit Clareuallensibus, nunquam se eis aliquando desu- turum, et quomodo, et quo anno transierit, et quo regnante rege. Cap. 2.

De reuelationibus et miraculis post eius transitum factis. Cap. 3.

Capitulum. 1.

Vm post multos iam labores Dominus dilectio suo Bernardo Clareuallensi abbati diu desideratum preciosa mortis somnum dare dispone- ret, & fidelem seruum in requiem in- troducere sua, coepit magis ac magis promptus in ipsum pficere spiritus, caro infirma deficere. Cognoscens enim uir sanctus prope esse iam bra- uium, solito currebat alacrius, & terrestri- bus habitationis dissolutionem sentiens imminere, uotis uberioribus aspirabat ad habitationem ex Deo domum non manu factam aeternam in caelis. In cuius purissimo pectore sacri sese desiderij flamma non capiens, crebris erumpebat indicijs & ignitum elo- quium uehementer feruoris interni uehementiam declarabat, sicut in sanctis animalibus, per prophetam inter caetera describuntur scintillae quasi aspectus aeris candentis. Corpus lectulo decubans uarijs exercebatur incommodis, animus ta- men nihilominus liber & potens, qui Dei erant exercebat inuictus, non cessans in medijs quoque doloribus meditari sacrum aliquid aut dicere, orare affectuosius, fratres studiosius exhortari. In oblatione hostiae salutaris, quam usque ad dese- ctum ultimum uix aliquando intermisit, artus sibi uix coherentes uigore spiritus sustentabat, semetipsum pariter offerens acceptabilem hostiam Deo in odo- rem suauitatis. Quo tempore ad auunculum suum Andream militem templi, qui & reginonis Hierosolymita- nae maxima columna habebat, epistolam scribens, inter caetera ait: Ego enim delibor, nec puto me longum facere super terram. Cum adhuc pater sanctus in suo Clareuallensi coenobio, licet lectulo decubans, cursum uite uiriliter consummaret, gra- uis admodum plaga Metensi populo superuenit. Egressi enim in multitudine graui aduersus uici- nos principes, a quibus praeter morem lacesitum se esse tanta ciuitas indignabat, traditi sunt mul- ti in manus paucissimorum. Conclusi denique in- ter Frigidimontis (sic enim eum appellant) & Mosellae amnis angustias, ac mutuo sese impetu collidentes, una hora (sicut dicebatur) plusquam duo milia corruerunt: quidam gladijs trucidati, plu- res amne submersi, uehementi igitur indigna-

tionem concepta, nobilis illa ciuitas totis ad ultio- nem uiribus parabatur, cum e regione aduersa- rios quoque & fortiores praeda copiosa, & auda- ciores fecisset euentus. Imminebat totius provin- ciae certa uastatio, cum uenerabilis eorum metro- politanus Illinus archiepiscopus Treuerensis, do- lens anxie de praeteritis: sed adhuc grauiora for- midans, unicum in tanta necessitate refugium pe- tijt & expetijt uirum Dei. Veniens ergo Clara- uallem, ipsius atque omnium fratrum uestigijs to- ta humilitate prostratus, rogabat & obsecrabat ut se tantis dignaretur opponere malis, quibus alter nemo posse modum ponere uideretur. Do- minus autem, sicut semper fidelis serui sui dixe- rat uias, & in praecipuis quibusque causis aptissi- mo usus fuerat instrumento, ex paucis ante die- bus aegritudinem corporis eius aliquatenus re- leuarat. Quibus diebus cum ad literas uenerabi- lis Hugonis Ostiensis episcopi rescriberet, ait: Verum est quod audistis. Infirmatus sum usque ad mortem, sed interim, ut sentio, reuocatus ad mor- tem, atque hoc ut me sentio non diu. Vita quippe mortalem, mortem magis, quam uitam reputans, non a morte, sed ad mortem reuocatum se sentiebat, cum ab exitu reuocaretur, licet sentiens haud diutius re- tinendum. Quod quidem saepius erga eum prouidentia diuina disposuit, in cuius manu erat ei placita a- nima illius, ut quotiens eum grandis aliqua neces- sitas euocaret, uincere omnia animo uires corpo- ris non deessent, mirantibus qui uidebant eum, & robustos homines in tolerantia superare. Ex- pletis namque negocijs, uelut in se rediens, multi- plicibus in firmitatibus laborabat, ut uix uiueret feriat, qui occupatus deficere nesciebat. Cui in opere nouissimo tam manifeste tamque magni- ficentia diuina affuit uirtus, ut ex laboribus uires ca- pere uideretur. Accidit autem cum in praedicti Mosellae fluuij litore residentibus hinc inde par- tib. mediator fidelis rogaret quae ad pacem erant, ut pars altera, ex tanta siquidem hostium strage ferocior, quod exigebatur obstinata animositate renueret. Subito denique tanquam agitati furij discesserunt, uirum Dei in salutatum, solam uero caeteris omnibus relinquentes desperationem pa- cis. Nec sane ex contemptu aliquo, sed ex metu reuerentiae eius iniere fugam: siquidem uereban- tur ne praesentium mentes (quamlibet impro- bas) facile flecteret, minus considerantes quid ille per spiritum nusquam absentem posset etiam in absentes. Iam conuentus in magno turbine soluebatur, sola utrinque meditantur arma, sola inibant consilia malignandi, cum uir sanctus eos qui secum uenerant, consolatus fratres, ne turbe- mini, inquit, licet enim permultas difficultates, omnino tamen pax desiderata proueniet. Quibus etiam unde id noscet, innotuit dicens: Videbar mihi per nocturnum soporem missam celebrare so- lennem. Cumque expleta paulominus oratione prima, recordarer angelicum ex more canticum (id est, Gloria in excelsis Deo) praecedere de- buisse, erubui, & quod oblitus omiseram, canticum inchoans

inchoans, uobiscum pariter ad finem usque compleui. Iam medium noctis transierat, cum uir sanctus de praedictorum poenitudine principum legatione suscepta, iucunda satis conuersus ad suos: Agnos- cite, ait, promissae nobis canendae gloriae & can- tici pacis preparationem. Interim ergo partibus conuocatis, per dies aliquot de pace tractatum est, & ob maximas difficultates occurrentes utrinque saepius desperatum, nisi quod omnes iam consolaba- tur, quae omnibus innotuerat, abbatibus sancti tam certa de reformanda pace promissio. Nec parum ipsa dilatio profuit, his praesertim qui uarijs incommodis laborantes, remedia conseruebantur in carne, seu etiam qui uidentes aedificabantur in fide. Tantus enim concursus erat, ut multitudinem pariter atque importunitate sua ipsum quoque nego- cium componendae pacis penes desperabiliter impediret, donec quiescit tandem in medio flumi- nis insula, partis utriusque primarij in nauiculis accesserunt. Vbi compositis omnibus secundum quod fidelis arbiter diffiniuit, datis sibi inuicem dextris, reconciliati sunt in osculo pacis. Inter omnes sane, quae per manum serui sui ibidem pre- stitit Dominus sanitates, celeberrima fuit cuius- dam curatio mulieris. Haec ab annis octo pessima aegritudine laborabat, uehementi tremore et ualidis motibus uniuersa pariter membra concu- tiens. Cum autem uideretur grauioribus ortis dif- ficultatibus propemodum excidisse spes pacis, Domino disponente uenit mulier ita tremens, nec minus horribilis, quam miserabilis, & omnes pariter ad spectaculum conuenerunt. Orante denique Dei famulo, sub oculis omnium paulatim con- uulsionem sedata, perfectam adeptam est protinus sospitatem. Quae res in tantam admirationem etiam durissimos quoque permouit, ut percuti- entes pectora sua, per horam ferè dimidia cum la- chrymis acclamarent. Tantus denique factus est impetus & concursus prociuentium & deoscu- latium uiri Dei sacra uestigia, ut propemodum con- primeretur, donec tollentes eum fratres, & im- ponentes in nauiculam, a terra modice subduxerunt. Cumque accedentes ad se principes (ut coeperat) pro pace rogaret, suspirantes dicebant: Oportet nos libenter audire eum quem (ut ipsi cernimus) Deus diligit & exaudit: & audito eo, multa face- re, pro quo tanta facit in oculis nostris. Quibus ille (ut semper cautus erat competenter huiusmo- di gloriae declinare) non propter me, inquit, sed propter uos facit. Simili quoque miraculo & in simili opportunitate, ipsa etiam die Metensium animos Dominus inclinauit ad pacem. Ingres- sus enim sanctus Metensium ciuitatem, episco- pum simul & populum ad ea quae pacis erant, uehementer urgebat. Grauius autem urebat il- los uulnus acceptum: quibus enim ualide satis reponere cogitauerant, secus quam uellent remitte- re cogebantur. In ipsa hora oblata est ei multi- er paralytica de ciuitate eadem, cui manus impo- nens & orans, dignatus est palliolum quoque pro- prium, quo utebatur ipse, superextendere ei, te-

nendūque episcopo tradere prope astanti, & sub eodem uelamine debilia tangere membra. Exple- ta autem oratione & benedictione data, erexit illam, omnibusque mirantibus per medium illorum incolumis ibat, quam attulerant in grabato. In flumine quoque Mosella, dum ob intolerabilem con- currentium multitudinem uir beatus nauicula ueheretur, unus ex his qui curari desiderabant, caecus clamabat in litore, obsecrans ut duceretur ad eum. Cumque ille iam pertransiret, audiens ho- mo nauigantem post eum in nauicula altera pi- scatorem, distibulatam protinus chlamydem qua erat operatus, porrigens dabat illi, ut in nauicula reciperetur. Factum est, & ut peruenit ad sanctum iuxta suae fidei magnitudinem, magna uelocitate sub manu eius uilu recepto, miratus clamabat uidere se colles, uidere homines, uidere arbores & caetera uniuersa. Paucis ab eodem medio mi- liaribus distat coenobium, quod sancti Benedicti nomine uocant. Vbi puer claudus, & a renibus infra omni prorsus membrorum destitutus officio, solis ad mouendum manibus utebatur & renibus, pedes emortuos post se trahens. Quem ex Burgundiae partibus pater aduectum, ante annos quatuor ibi reliquerat, & ex tunc fra- trum eleemosynis alebatur. Itaque cum beati pa- tris aduentum, & uirtutes quas Dominus ope- rabatur in ipso, per omnem circa prouinciam ce- lebris fama uulgaret, impositum plaustro eun- dem puerum, fratres praedicti coenobij adduxe- runt ad eum, rogantes ut solita pietate misero sub- ueniret. Acque uenit, imposuit manus, orauit, & eadem hora sanum reddidit, firmiter stantem, fir- miter ambulantem. Denique sicut ab eiusdem lo- ci abbate nuper accepimus, usque hodie fratrum pe- cora idem puer incolumis sequitur & custodit, & si quis desiderat scire, Ioannes est nomen eius.

Alter etiam claudus in eiusdem monasterij uicina degens, eodem tempore ad praedicti pa- tris sancti benedictionem sanatus est, & gressum recepit. Sed & prope Leucorum urbem, loco cui nomen est Gundruilla, idem uir Dei foemi- nam caecam illuminauit sub oculis plurimorum qui de tota confluerant regione. Carterum ni- mis difficile, aut omnimodis impossibile foret itineris illius magnalia uniuersa complecti. Sed neque propositi nostri est eiusmodi modo pro- sequi signa, & narrandis uirtutum operibus ope- ram dare. Hic enim uirum tuarum pater dulcissimi me, finis beatus, & hic labor ultimus fuit. In hoc opere non minus utili, quam difficili, nec minus desperata, quam necessariae pacis labores tuos gloriose compleuit, qui magnifice semper hone- stauit te in laboribus tuis, te in suo nomine, & nomen suum in te glorificans, rex gloriae Domi- nus Deus tuus.

Capitulum. 11.

VT expleta Metensium reconciliatione, & prouincia illi pace reddita, abbas sanctus ad monasterium redijt, graui admodum iamque de- ficientis incommodo corporis occupatus, in tan-
YYy 4 ta ant.

ta animi suauitate & dulcedine spiritus quoti-
die propinquabat ad exitum, ac si in portu nauis
gans paulatim uela deponeret. Euidenter quo-
que fratribus aiebat: Hæc sunt uerba quæ loque-
bar ad uos, cum præterita hyeme ægrotarem, nō
uobis esse quod adhuc timeretis, ætate proxi-
ma imminere me, mihi credite, huius corporis
dissolutionem. At quam euidenter proprio didi-
cimus experimento, quod de sanctis apostolis
Euangelia sacra testantur, quod dum suam illis
prædicaret Dominus passionem, erat uerbū ab-
sconditum ab eis, & capere non ualebant. Nimi-
rum quod tā uehementer horrebat animus, mi-
nus facile persuadebatur ut crederet, præsertim
cum & ipse cōpatiens filijs eiusmodi uerba sup-
primeret. Cæterum factis quodā modo clamās,
opera cōsummaui, quæ dedit mihi pater ut face-
rem, magis ac magis actus omittere, affectus re-
trahere, & sacrorum funibus desideriorū sedula
intentione præiacctis, uicino iam littori hære
firmius, & commodius applicare. Deniq; cū ue-
nabilis antistes, sedis Lingonicæ Godefridus
de quibusdā eum sollicitaret agendis, & minus
apponere animū mirāretur: Ne mireris, inquit,
ego enim nō sum de hoc mundo. Videns autē
pater sanctus compassionis & misericordiæ ui-
siceribus affluens charissimos sibi fratres, & fili-
os miserabiliter admodum tabescentes, & are-
scentes præ timore & expectatione superuenien-
tis desolationis grauissimæ, & lamentabilis or-
bitatis, dulcissimis eos consolationibus refove-
bat. Et monens eos in tuto diuinæ clementiæ
sinu spei, fideiq; suę anchoram per in conuulsibi-
lem charitatē humius radicare, se quoq; promit-
tebat nec post mortem aliquādo defuturū. Pro-
pensius autē, quā noster queat exprimere ser-
mo, rogans obsecransq; per multas lachrymas,
timorem Dei & sacræ puritatis ac totius perfe-
ctionis amorem nostris imprimere animis cona-
batur. Sed & monebat & cum lachrymis obte-
statur, ut si quid forte uirtutis aut exēplo no-
bis aliquādo commendasset, aut uerbo, id æmu-
laremur, id firmiter teneremus, & proficeremus
in eo, alijs quidem uerbis, sed eodē spiritu illud
apostolicū loquens: Rogamus uos & obsecra-
mus in Domino Iesu, ut quemadmodū accep-
istis a nobis quomodo uos oporteat ambulare,
placere Deo per omnia, sic & ambuletis, ut abun-
detis magis. Atq; utinā tā efficaciter persuaserit,
quā affectuose suasisit. Modū autē ægritudinis
eius si quis nosse desiderat, extat epistola quā ad
amicū quendā paucissimis diebus ante sacrā a
nobis profectiōne suā ipse dictauit, quam nimi-
rum huic nostrę narrationi duximus inferendā:
quod uidelicet et si aliena quoq; de ipso, ampli-
us tamen nos ipsius de se uerba delectent.

*Epistola ad Arnaldum Boneuallis abbatem, qui ex qua-
dam xenia mittens, de ualitudine eius
fuerat sollicitatus.*

Suscipimus charitatem uestrā in charitate,
& nō in uoluptate. Quæ enim uoluptas, ubi

A sibi totū uendicat amaritudo? Nisi quod solū ni-
hil comedere, utcumq; delectabile est. Somnus
recessit a me, ne uel beneficio sopiti sensus dolor
unquam recedat. Defectus stomachi, ferē totū
quod patior est. Frequenter in die & nocte exi-
git confortari modico admodum qualicumque
liquore. Nam ad solidum omne inexorabiliter
indignatur. Hoc parum quod dignatur admit-
tere, non sine graui molestia sumit: sed timet gra-
uiorem, si sese uacuum omnino dimiserit. Quod
si plusculum quid interdū admittere acquiescat,
id grauissimum. Pedes & crura intumuerunt,
quemadmodum hydropicis contingere solet.
Et in his omnibus ne quid lateat amicū, de statu
amici sollicitum, secundum interiorem hominē
(ut minus sapiens dico) spiritus promptus est in
carne infirma. Orate Saluatorē, qui nō uult mor-
tem peccatoris, ut tempus iam exitum nō
differat, sed custodiat. Curate munire uotis cal-
caneum nudum meritis, ut is qui insidiā, inueni-
re nō possit unde figat dentē, & uultus infligat.
Hæc ipse dictauit, sic me habens, ut per notā uo-
bis manū agnoscat is affectum. Hoc exēplar epi-
stolæ, quam, ut nos diximus, & ipsa quoq; eius-
dem uerba declarant, pater sanctus exitu iam
imminente dictauit. Ex cuius tenore possit nimi-
rum diligens lector sacrum illius uel ex parte ali-
qua peccus agnoscere, quanta illi in ipsa sui rui-
na corporis, tranquillitas mentis, serenitas ani-
mi, suauitas spiritus, quanta sub fiducia culmine
radix humilitatis. Sed & nostros ei inter hæc ani-
mos, aliquatenus æstimare ac sibi met exhibere
licebit, uultus exangues, singultus graues, cre-
bra suspiria, anxias cogitationes. Nimirum cum
thesaurus tantus & tā amabilis adhuc nobis es-
set in manibus, & tamen nec spes esset diutius re-
tinendi, nec facultas pariter cōmeandi. Ne lu-
gendum nobis ullatenus super illum, qui in gau-
diū Dñi Dei sui feliciter inuitatus intrabat: sed
super nos utiq; quibus erat iam uita tædio, & ad
huc mors timori. Iam enim tibi serue bonæ, bo-
num illud euge dicebatur a bono domino: sed
nostra grauis erat in hac separatiōe cōditio, post
mirificā lucē horrere magis tenebras subintran-
tes, post aurea secula grauius ferre ferreū quod
succesit. Igitur ante patris huius excessum, accedē-
tes ad eū filij, quos per euangeliū genuerat, pijs-
simū eius animū lachrymabili supplicatione pul-
sabat, & hæc atq; huiusmodi loquebantur: Nun-
quid non misereris huic monasterio pater, nun-
quid non compateris nobis, quos tanto pietatis
affectu maternis lactasti uberibus, paterna cōso-
latione fouisti? Quomodo sic exponis labores
tuos, quos in loco hoc laborasti? quomodo tam
dilectos hæcenus filios sic relinquis? Tunc ue-
rō flens ipse cum silentibus, & columbinos oculo-
los in cœlū porrigens, ac mente tota apostolicū
illum concipiens spiritū, testabat coarctatū se ē
duob, & qd eligeret ignorantē, diuine totū tribu-
ere arbitrio pietatis. Nā & hinc paterna illū urge-
bat charitas filiorū uotis annuere, ut maneret, &
inde

inde trahebat Christi desiderij ut migraret. Cui
tamen ab olim iam atq; altius radicata in pecto-
re eius humilitas persuaserat, ut ex intimo cordis
affectu seruum inuilem se esse diceret, & arbo-
rem sterilem reputaret, ex cuius uita nullus sibi
fructus, nullus alteri cuiquam proueniret. Nam
& solitus erat in familiarī colloquutione fateri, uix
credere se hominibus, quod sic eum sibi utilem
crederent ut dicebant. Sed nec paruū sese in suis
super hoc cogitationibus perhibebat aliquādo
sustinuisse cōflictum, quod nec tam ueraces ho-
mines fallere uelle, nec tam prudentes falli posse
uerisimile uideret, cū alterutrū excusare nō pos-
set. Quem enim totus mirabat orbis, solus ipse
(quod erat mirabilis) non uidebat: suæ uideli-
cer operationis, opinionis uel splendorem, sicut
ille quondā uir simplex & rectus, nec solē cum
fulgeret, nec lunā incedentem clarē uidisse seme-
morabat. Nouissimē cum exterioris habitaculi
indiq; iam soluta cōpago, desideranti animæ li-
berū præstaret egressū, magnus ille dies illuxit,
quo perpetuus illi ortus est dies: ad cuius exitū
uicini episcopi cū abbatū & fratrū copiosa multi-
tudine fuerat cōgregati. Hora autē diei penē ter-
tia, singularis lucerna suæ generationis, sanctus
ac uerē beatus abbas Bernardus a corpore mor-
tis in terrā uiuentū feliciter Christo duce migra-
uit ex filiorum circūstantium, & inter graues sin-
gultus ac lachrymas uberes utcumq; psallentiū
choro, ad multorū, quos ipse præmiserat, cœtus
transiens latitudos, ad sanctorū cuneos gratu-
lantes, ad obuia agmina angelorū. Felix anima,
quam sic leuabant excelsa suorū priuilegia me-
ritorum, quam sic pia filiorū prosequēbatur in-
feriorum uota, sic quoq; superiorū desideria sa-
cra trahebant. Felix illi & uerē serenus dies, quo
plenus ei meridies Christus illuxit. Dies cunctis
uitæ suæ diebus tantis ab eo expectatus deside-
rijs, expetitus suspirijs, frequentatus meditatio-
nibus, orationibus præmunitus. Felix transitus
de labore ad refrigeriū, de expectatione ad præ-
mium, de agone ad brauium, de morte ad uitā,
de fide ad notitiam, de peregrinatione ad pa-
triam, de mūdo ad patrem. De quo transitu eius
multa nouimus apparuisse quā multis, & qui-
dem non indigna relatu: sed difficile nimis lin-
gula uestigare, & scribere omnia nimis longum.
Nam & usq; modō multipharie multisq; modis
paternus erga filios amor, uerē etiam nunc, in dō
nunc uerius uiuens & uigens crebris reuelatio-
nibus eorum dignatur solari lachrymas, releua-
re mœstitiam, ut quo dulcius ei gaudent, minus
anxiē doleat sibi. Si qua tamē ex his minus pro-
lixam desiderantia narrationem, lector scire de-
siderat, pprio magis & nouissimo credimus re-
seruanda capitulo. Interim cetera prosequentes,
quanta possumus uolentia animos auertamus
ab illo tam graui gemitu & rugitu, quo nimirū
grex miserabilis pastore migrante perfonuit. Par-
camus paginæ, & quantum possumus stringa-
mus oculos, palpebras complo damus aduersus

A lachrymas, quibus in illo suæ claritatis abscessu
uallis nostra fluebat, ecclesiæ protinus uniuersæ
calicē sui propinatura mœroris, cui hæcenus cō-
sueuerat stillare dulcedinē, gaudia fundere, flue-
re consolationes. Cum fidelis minister & sacer-
dos altissimi feliciter ingreditur in locum taber-
naculi admirabilis, ad altare Dei, sacrā ei & acce-
ptabilem hostiam sui spiritus oblaturus: corpus
etiam ritē paratū & ornatū sacerdotalibus indu-
mentis, oratorio beatæ Dei genitricis inferi. Plu-
rima quoq; nobilitū & ignobilium de uicinis qui-
busq; locis gemebunda protinus turba cōuenit,
& uallem totā ploratus & ululatus multus im-
plebat. Amarius tamen pro foribus monasterij
lamentabatur sexus miserabilior mulierū, quod
accidentib. ad beata uestigia uiris, monastici or-
dinis disciplina inexorabiliter eis etiā tunc nega-
ret ingressum. Biduo mansit in medio gregis pa-
stor extinctus, dum pristina illa dulcissimi gra-
tia uultus nil minorata, sed aucta magis, omniū
in se figeret oculos, animos traheret, sepeliret af-
fectus. Crescebat autē supra modum, ruens un-
dique populū multitudo, & intolerabilis iam fie-
bat impetus concurrentium, ac desiderabilis te-
nentium pedes, osculantiū manus, applicantiū
panes, baltheos, nummos, & alia quæq; seruāda
sibi pro benedictione, et uarijs necessitatib. pro-
futura. Maximē autem parati in diem tertium
solennem per loca proxima præsolabantur re-
ponendi sacri corporis eius horam, copiosius
undiq; conuenturi. Nam & secunda die tantus
circa meridiem populus fuerat congregatus, &
tanto pietatis zelō stipati undique sacrum cor-
pus obfederant, ut nulla penē episcopis reue-
rentia, nulla fratribus haberetur. Vnde ueritē
ne quid simile aut fortē grauius accideret die ter-
tia, præoccupantes horam, & mane diuina ex-
more sacrificia cōsummantēs, sicut & biduum
iam in celebratione missarū & iugi fecerant pas-
modia, purissimum illud balsamum suo uasculo
cōmisere, in lapide reponentes lapidem precio-
sum, optimam margaritam. Consummatas ergo
feliciter uitæ suæ diebus, & annis circiter lxiij.
expletis, dilectus Domini Bernardus Claraual-
lensis cœnobij primus abbas, aliorū quoq; am-
plius quā centum lx. monasteriorū pater, xiiij.
Kalend. Septembris inter filiorū manus obdor-
miuit in Christo. Sepultus est autem xi. Kalend.
eiusdem mensis ante sanctum altare beatæ uir-
ginis matris, cuius fuerat deuotissimus ipse sacer-
dos. Sed & pectori eius ipso in tumulo capsula
superposita est, in qua beati Thaddæi apostoli
reliquiæ cōtinentur. Quas eodem anno ab Hie-
rosolyma sibi missas, suo iusserat corpori super-
poni, eo utiq; fidei, & deuotionis intuitu, ut eidē
Apostolo in die cōmunis resurrectionis adhæ-
reat. Facta sunt hæc eodem anno, quo batus pa-
pa noster Eugenius tertius eiusdem patris sancti
in conuersatione sancta filius, ab hac luce uel ab
hac magis caligine migravit ad lucē, cuius meri-
rita in ipsa cui insigniter præfuit urbē, miracu-
lis pluri-

lis pluribus illustrata coruscant, successore eius Anastasio Romane ecclesie presidente: regnantibus autem in Romanorum imperio Friderico illustri, in Francorum regno pijsimo rege Ludouico filio Ludouici, principatum ecclesie uniuerse ac totius creaturæ uisibilis & inuisibilis, monarchiâ tenente Dei filio Iesu Christo. Anno ab incarnatione sua, millesimo clix. Qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus in secula seculorum: Amen.

Capitulum. III.

Iam de supra memoratis reuelationibus paucis dicturi, ab eo sumamus initium, quod predictum est anno septimo antequam fieret. Erant duo fratres in monasterio, de sacra beati patris uita, & felicibus eius actibus colloquētes. Quorum alter ab ineunte adolescentia educatus ibidem, ad alterum ait: Nostri quot annos sit uicturus hic beatissimus pater noster? Cui ille: Nescio, inquit. Et alter: Ego, ait, noui eum sex aut septem annos adhuc in carne uicturum. Hoc autem unde sciret, minimè iam scire possumus: quia nec tunc indicauit, & ante patrem sanctum ipse decessit. Porro alterius hodieque supersitis relatione hoc uerbum nobis innotuit, qui tunc magis miratus est se audisse, quando ut ab olim audierat, ita uidit. Talis uero ille est, de cuius testimonio nec nos ambigimus, nec cuiuslibet alteri qui eum uerit, credimus dubitandum: neque id solum, sed quod non minori dignum admiratione uideatur, nomen quoque & personam successoris ipsius indicante sibi eodem fratre, ex tunc innotuisse testatur. Manifestè enim eadem hora frater ille prædixit: quia dominus Robertus, qui hodie abbas est de Dunis, post hunc beatum patrem abbas futurus est Clareuallis. Nam quod disium est sex uel septem annos uicturum dicebat, ad hoc pertinuisse uidetur, quod inuentus sit terminus idem ultra sextum annum, intra septimum tamen. Propè erat iam tempus, & festinabat pater sanctus ad metâ. Infirmabatur enim, sicut in huius libelli principio memorauimus, adeo ut illa iam infirmitate ipsius perfici uirtus, iam imminere exitus uideretur. Interea fratres instare supplicationibus & obsecrationibus, quibus poterant apud Deum. Vnde etiam sanctus ipse cognoscens eorum precibus desiderium suum differri, cum aliquanto melius secundum corpus habere cœpisset, congregatis fratribus, hæc eadem uerba loquutus est: Quid tenetis miserum hominem? Fortiores estis, & inualuistis. Parcite quæso, parcite, sinite me abire. Prius tamen cum in summo periculo & timore fratres omnes in orationibus humiliarent animas suas, uni eorum uisio talis apparuit. Occurrebat cum multa exultatione uiro Dei extra monasterij claustra innumerabilis multitudo. In qua tamen processione, solos quatuor præeuntes, idem frater qui uidebat agnouit, magnum illum dilectorem eius atque dilectum, cuius & ipse in libro quarto de Consideratione cum laude meminuit, Gaufridum episcopo-

A pum Carnotensem, Humbertum quoque qui Igniacensis cœnobij fuerat primus abbas, & duos eius fratres germanos, Guidonem scilicet et Gerardum. Exceptus itaque reuerenter, & post osculum pacis amica diu colloquia miscens pater sanctus ac beatus cum his quatuor stabat, expectante seorsum multitudine cæterorum. Nouissimè salutantes eum prædicti uiri, ex hoc sibi iam redeundum esse dicebant. Tum uerò expalluit ille, & circumfusa sibi mœstitia, internum declarans animi dolorem: Quid ergo, ait, sine me uultis abire? Et illi: Non potest adhuc tuo & nostro satisfieri desiderio, donec ueniat tempus nouorum. Dicebant autem tempus nouorum, quo fruges nouæ colligerentur, sicut euidenter postmodum probauit euentus, dum in Augusto mense decessit. Mane ergo frater ille cui hoc ostensum fuerat, consolatus est cæteros, uelut iam imminuentem patris obitum formidantes, & quod uiderat & audierat indicauit. Adhuc autem hyems erat. Eodem tempore altera quoque uisio prioris confirmatio fuit, nisi quod euidentius iam utriusque completa ueritas probat, quam euidenter in utraque quod futurum erat Dominus reuelauit. Videbat enim frater quidam, & ecce parabat uir beatissimus ascendere Hierosolymam, iamque ipso in procinctu itineris erat. Ad quem uenerabilis Odo, qui à primis ferè annis strenuè satis & laudabiliter conuersatus in monasterio absentium consueuerat præpositorum supplerere uices, reuerenter accedens, dicebat se præcessurum. Cuius uisionis sic ostensa est ueritas, ut prædictus uir Deo dignus ad cœlestem Hierosolymam, ubi uerè uisio pacis, parantem iam egredi, & paulo post securum patrem sanctum, felici functus legatione præiret. Sed & abbas quidam satis ei habitatione uicinus, nec minus affectione deuotus, paucis diebus ante felicissimum patris huius excessum, uidebat eum preciosissimis ornatum sacerdotilibus indumentis, & excellenti perfusum gloria, cum ingenti solennitate ad altare deduci. Ad cuius introitum ecclesia magna, magnis resultans uocibus exclamabat: Puer natus est nobis. Verè etenim puer ipse erat, mitis & humilis corde, & sicut paruulus accipiēs regnum Dei: in cuius merito gratulabunda natali angelica multitudo, & omnis pariter sanctorum ecclesia, dum nobis uideretur mori, sibi illum nasci: dum hic consummaretur, ibi incipere, non tam sonoris uocibus, quam uotis paribus cœnens exultabat. Si enim ad unius poenitentiam peccatoris rota illa cœlestis regio in lætitiâ suscitatur, quæ nam illi gaudia exhibuisse credendus est, per quem gaudia tanta receperat de tam multorum conuersione & poenitentia peccatorum? Quis enim ualeat æstimare, quantis in seculari habitu & conuersione manentibus, quantis etiam ad alias uirorum seu foeminarum congregationes transeuntibus, per huius fidelis famuli ministeriū dedit Dñs poenitentiam ad salutem? Aut quis numeret eos, qui sub eius cura in centum sexaginta monasterijs

per

per Dei benignitatem ad poenitentiam sunt adducti. Nam ex his solis qui speciales eius filij uidebant, præter eos qui iam cursum uite feliciter cœsummauerant, præter eos qui per alia loca fuerant propagati, ea die qua felicissimus pater ex Clara ualle montem ascendere meruit clariorè, reliquit habitates in ea septingentas ferme animas Dominum seruientes. Quid igitur mirum si gratia curiæ, si acceptus regi, si exceptus cum lætitiâ & exultatione credatur, in quo gratia Dei usque adeo uacua non fuit, qui tam feliciter, tam efficaciter plus omnibus sui temporis & multarum retrò generationum laborauit, qui talentum sibi traditum tam copiose multiplicauit, tanta denique lucra retulit de negotio? Sed de his hæcenus, ne quis nos arguat eius quæ polliciti sumus, metas excedere breuitatis. Sanè in monasterio prædicti illius abbatis, qui sic eius natale præuiderat, ea nocte quæ nobis scum pater sanctus mane profecturus ultimam fecit, uenerabili eius præposito apparens, ualefecit illi, & ait: Noueris, quia iam migro, nec ulterius hic morabor. Quod ut ille indicauit abbati, acceleras abbas & Clara ualle ueniens, ipso die abbatè sanctum, sicut dixerat, reperit iam migrasse. Frater Gulielmus de Monte Pessulano, cuius et supra fecimus mentionem, uir magnificus olim in seculo fuit, sed magnificentior in seculi fuga. Hic in monasterio Grandisyluæ monachus factus, patrem sanctum deuotissime uisitauit. Rediurus autem, lachrymabiliter querebat, quod non esset eum ultra uisurus. Cui uir Dei: Ne timeas ait, ad huc sine dubio me uidebis. Huius effectum promissiois deuotissimus ille Gulielmus expectas, ipsa nocte cum beatus pater ex hac uita decessit, in monasterio Grandisyluæ apparentem sibi uidere meruit & dicentem: Frater Gulielme. Et ille: Ecce ego Domine. Veni inquit, mecum. Iabant igitur pariter, & ad montem quendam altissimum peruenērunt. Interrogabat autem sanctus, an sciret quod uenissent. Ille uerò se nescire professus est. Cui ipse: Ad radices inquit montis Libani uenimus. Et nunc manebis hic, ego autem ascendam in montem. Interrogatus qua de causa uellet ascendere: discere uolo, inquit. Miratus ille, quid inquit, uis discere pater, quem nulli hodie in scientia credimus esse secundum? Ad quem sanctus: Nulla ait, hic scientia, nulla ueri cognitio, sursum scientiæ plenitudo, sursum uera notitia ueritatis: & in hoc uerbo dimittens eum, in montem altissimum subiit coram illo. Cumque intueretur euntem illum, experges factus est, & occurrit protinus ei uerbum illud, quod ad Ioannem olim de cœlo sonauit: Beati mortui qui in Domino moriuntur. Ut ergo manè locutus est abbati suo & fratribus, patrem sanctum ex hac uita migrasse dicebat. Et notantes diem, ac diligentius inquirentes, ut audierant, inueniunt. Euge pater sancte, qui ascensionem in corde disposuisti in ualle lachrymarum, feliciter iam ascendisti de Clara ualle in montem Libani, montem candidationis, plenitudinem lucis, celsitudinem claritatis.

A Innocens manibus & mudo corde, ascendisti in montem Dni, ad diuitias salutis, ad thesauros sapientiæ & scientiæ peruenisti, ubi purè puram uideas ueritatē, ubi unus tibi cum omnibus sanctis magister est Christus, ubi omnes iam docibiles Dei. Trahe nos post te quæsumus, & de monte excelsio misericorditer respice uallē tuā. Adesto laborantibus subueni periclitantibus, ascendenti. manū porrige. Dat fiduciā tuā nobis ab olim experta, nec exinanita modo, sed amplius cumulata benignitas. Quin etiā uisio quæ subnectimus, ab eadē nostra præsumptione non discrepat. Proxima nocte, postquam sacrum corpus sepulture traditum fuerat, quantā adhuc pro filijs sollicitudinē gereret pater sanctus, & quomodo suos quos in mudo dilexerat, in finem quoque diligeret, euidenter ostendit. Apparens enim cuidam fratri in multa gloria & fulgore magno uestis ac uultus, & desiderantē tenere, cito pertransiens, aiebat: quia pro quodam fratre simplice ueni. Audierunt hoc fratres & mirabantur: sed circa horā diei tertiam, ueritas comprobata est uisionis. Defunctus est enim quidam frater laudabilis admodum simplicitatis: & sicut omnino credibile est, animam eius tanto duce felicem, qui pro eo se uenire dixerat, secum tulit. Paucis quoque expletis diebus, alteri cuidam fratri magnificè satis apparēs, & arguens de suis nos doluisse discessu, post uerba multæ consolationis, & promissionem felicitatis æternæ, in sua perseverantibus obedientia & doctrina: hoc etiam scito ait, & dicit fratribus, cuiusdam uerè sancti corpus, cuius & ego habeo uestem, in oratorio esse sepultum. Dicebat autem episcopum Malachiam. Ipsius enim tunicā, in qua sanctus ille feliciter obdormierat, ad missarum sibi serua uerat celebrationem: & moriturus in ea sese iulserat sepeliri, sicut & sanctum illum in sua sepelierat ueste. Quod tamen uerbum & ipsi fratri, & quam pluribus alijs usque ad hanc uisionem profusus erat ignotum. Felix pontifex, cuius merita pater sanctus & uiuens prædicauerit & defunctus. Felix charitas, quæ in morte non excidit. Felix societas, quam nec illud diuortium tam crudele diremit. Gloriosi siquidē patres, quem admodum in uita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. Nam & post dies circiter xl. abbas quidam ex maioris Britannia insula, sacre illius societatis uirtutē feliciter experiri meruit in seipso. Qui eodem tempore cum cæteris coabbatibus suis, ex more Cisterciū petens, in Clara ualle remanserat: gemino quodam desperabiliter occupatus in commodo, pleuritidis scilicet, & febris quotidiana. Iamque eatenus longa uexatione defecerat, ut solum animæ eius exitum fratres qui ei nunquam deerant, obseruarent. Cumque animam eius angeret non tam desiderium uite præsentis, quam absentium desolatio filiorum, quod peregrinè moreretur: obnixè petijt, ut ad tumulum sancti deportaretur abbas. Vbi cum orasset tota deuotione qua potuit, beati quoque episcopi Malachia in Aquilonali ipsius oratorij

latere

larere positum, cogitavit uisitare sepulchrū, auxiliū flagitare: sed fatigationem ueritus, & quasi iam securus de incolumitate, quod cogitauerat non impleuit. Die altera iterū fratres aduocans, ut ad oratorium ueniat, opem sibi postulat exhiberi. Causantibus illis (periculum siquidem uerebatur) omnimodis, inquit, oportet ut sancti Malachiae tumulum petā. Cum enim nocte praerepita uix tenuiter obdormissem, expergefactus subito, audiebam uocē dicentem mihi: Sanatus iam ab aegritudine tua, si ab altera uis sanari, episcopum pete. Fecerunt illi ut ille uoluit, & contūdo factum est sicut dictū erat ad illum. Eadem die sanus factus, post paucissimos dies iter arripuit, & incolumis reuersus est ad suos: tuum in hoc opere spiritum, tuum agnoscimus pater dulcissime zelum, tuam considerationem. Tuum hoc opus sic deserere collegae tuo, ut hunc quoque ei communicares honorem & amorem, cum quo uerius & feliciter honorificaris in caelis. Imo uero tui sunt haec omnia operis, tui muneris Deus noster. Tu enim omnem replesti ab initio temporis terram praesentia diuinitatis, omnem aliquando repleturus gloria maiestatis, cuius tamen partes interim quaedam & aeterno preelecta loca consilio excellentius uisitas, repleti speciali gratia sanctitatis. Fac Domine spirituali semper abundare frumeto uallem, quā ut faceres re quam nomine clariorem, dignatus es tam eximia claritatis sideribus illustrare duobus. Custodi domū, in qua tibi geminum hoc tam preciosum depositum custoditur. Fiat nobis denique iuxta uerbum tuum, ut ubi est thesaurus tuus, ibi sit & cor tuum: ibi gratia & misericordia, & respectus assidue pietatis omnibus adsit in tuo ibidem nomine congregatis, quod est super omne nomen, sicut & tu super omnia, Deus benedictus in secula: Amen.

CANONIZATIO SAN-

CTI BERNARDI ABBATIS PER
Alexandrum papam tertium, anno
Christi, millesimo centesimo
sexagesimo quarto.

*Littera apostolica de uita & commendatione sancti Bernardi,
quanto praecentio excipiendus sit. Et primo ad praesentem
ecclesiae Gallicanae.*



Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, uenerabilibus fratribus, uniuersis archiepiscopis, episcopis, & dilectis filiis abbatibus, aliisque ecclesiarum praelatis in regno Francie constitutis, salutem & apostolicam benedictionem. Contingit olim dum essemus Parisijs constituti, ut magni quidam ac uenerabiles uiri de canonizando sanctae recordationis Bernardo quondam Clareuallensi abbate facerent mentionem, optantes utique & pijs nobis precibus suggerentes, ut in concilio quod de proximo erat Turonis celebrandum, digno huic & laudabili uoto celebrem

darem effectum. Cumque nos eidem negotio fauorabili satis intenderemus affectu, superuenit multitudo & frequentia petitorum, qui in diuersis prouincijs rem similem postulabant. Vnde cum uideremus non posse congruenter omnibus satis fieri, statutū fuit pro scandalo deuitando etiā in hoc differri, quod oportebat pro tempore ceteris denegari. Nuper autem ex instantia & deuotione Clareuallensium fratrum, & aliarum sublimium personarum, eisdem apud nos precibus inuouatis, reduximus ad memoriā nostram eiusdem beati uiri sanctam ac uenerabilem uitam: qualiter ipse singularis gratiae praerogatiua suffultus, non solum in seipso sanctitate ac religione praefulserit, sed etiam in uniuersa ecclesia Dei fidei & doctrinae lumine radiarit. Fructum uero quem in domo Domini & uerbo operatus est & exemplo, nullus ferē terminus sanctae Christianitatis ignorat, cum usque ad exteras quoque barbaras nationes sanctae religionis instituta transierit, atque monasteriorum foundationem extenderit, & infinitam multitudinem peccatorum per uitae secularis latitudinem incedentem, ad spiritualis uitae rectitudinem reuocarit. Specialiter autem sacrosanctam Romanā ecclesiam, cui auctore Deo praesidemus, ita quondam sub grauius persecutionis turbine laborantem, tā uitae merito, quam datae sibi caelitus sapientiae studio sustentauit, ut dignē quidem & nobis & omnibus eiusdem ecclesiae filiis in memoria habendus sit, & deuotione perpetua uenerandus. In afflictione uero corporis sui usque ad eodē sibi mundū seque mundo reddidit crucifixum, ut cōfidamus martyrum quoque eum merita obtinere sanctorum, quem confessionis ordine, & parsimonia uitae, tam longum constat duxisse martyrium. Quibus omnibus pia consideratione pensatis, & in concilio fratrum nostrorum expolitis, consili de misericordia Dei, cui perseueranter & fideliter militauit: necnon & de beatorum Petri & Pauli apostolorum, & eiusdem beatissimi confessoris meritis praesumentes, eum Apostolicae sedis auctoritate catalogo sanctorum ascribi mandauimus, & commemorationis suae festū decreuimus amodo publicē celebrandum. Vos ergo qui & eiusdem sedis apostolicae instituta suscipere, & Deum in sanctis suis consueuistis gloriosius honorare, sic memoriā sancti huius celeberrimi in terris, ut precibus eius & meritis digna praemia recipiatis in caelis. Datum Anagninae, xv. Kalendas Februarij.

Apostolica littera ad Regem Francie.

Alexander episcopus, seruus seruorum Dei, illustri Francorum regi Ludouico salutē & apostolicā benedictionē. Nouit (ut credimus) regalis tuae magnificentiae celsitudo, quod ea quae cum honore Dei grata tibi acceptaque cognouimus, ad utilem semper effectum magno & uolenti animo promouemus. Maxime autem hoc in illis operibus obseruamus, in quibus specialiter et honor Dei, & suorum gloria sanctorum declaratur: scientes

scientes quoque tibi fore gratissimum, quicquid ad decorem ecclesiae, & superni regis honorem auctoritate fuerit apostolica constitutum. Vnde quoniam sanctae recordationis Bernardus quondam abbas Clareuallis, & Deo semper charus, & tam tibi quam uniuerso regno tuo gratus extitit, & acceptus, eum ad gloriam Dei, & exaltationē ecclesiae, ac totius regni tui canonizandum decreuimus, & inter beatissimos confessores festiua celebritate colendum, tam de misericordia Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius consilii meritis, quae suae conuersationis & sanctimonie non ignari. Monemus igitur Christianissimae serenitatis tuae regiam pietatē, ut hoc caelestis gratiae donum regno tuo te regnante collatum, laeta deuotionis brachijs amplectaris, eoque iam caelesti beatitudine perfruenti solita pietate deuotus existas, quem pro sua uenerabili sanctitate adhuc in terris positum diligebas: Clareuallense uero monasteriū quod fundauit, in quo etiam corpus eius uenerabile requiescit, ita te ob reuerentiā eius habere uoluntus commendatum, ut eum semper merearis habere patronum. Datum Anagninae, xv. Calend. Feb.

Eiusdem ad omnes abbates Cisterciensis ordinis.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Cistercij, de Firmitate, & Pontigniaci, et Clareuallis, & Morimundi, atque uniuersis abbatibus Cisterciensis ordinis, salutē & apostolicam benedictionem. Quoties honesta nobis opportunitas exhibet, ut fidei & deuotioni, quae circa ecclesiam Dei nostris temporibus habuistis, possimus in aliquo pro meritis respondere, opportunitatem ipsam libenter amplectimur: & in his maxime quae specialiter noscuntur redolere uirtutem, uestris occurrere profectibus non moramur. Contigit autem hoc tempore, ut uerbum quod ab olim fuerat de beati Bernardi quondam Clareuallis abbatis canonizatione propositum, et pro quorundam similia postulantium scandalo a Turonenis concilij celebratione dilatum, ad nostram reduceretur, Deo uolente, memoriam, & faciente nobiscum signum in honorem, qui hoc pietatis opus nostris seruauit manibus, consummandum. Nos enim uitam & sanctitatem eiusdem beatissimi confessoris recordatione sollicita memorantes, quomodo scilicet & in seipso religionis & sanctimoniae praerogatiua magnificus, & uniuersae ecclesiae Dei, specialiter autem ordini uestro fide & doctrina utilis extiterit, & copiosissime fructuosus: consilii de misericordia Dei, & beatorum apostolorum Petri & Pauli, necnon de eiusdem sancti confessoris meritis praesumentes, eum (fratrum nostrorum communicato consilio) auctoritate apostolicae sedis sanctorum catalogo duximus ascribendum, & diem depositionis ipsius in ecclesia publicē celebrandum, Vnde quoniam hoc ita in gloriam & ho-

nozem summi conditoris exuberat, ut in uestra quoque aedificationem consolationemque redundet, uestra potissimum interest, omnipotenti Deo gratias agere, qui modernis temporibus uirum perfectae & praedicabilis sanctitatis in uestro ordine uoluit suscitare. Vos igitur munificentiae donum, speciali deuotione suscipite, & Deum in sanctorum suorum glorificatione mirabile, in huius celebratione specialiter honorate. Datum Anagninae, xv. Calend. Februarij.

Eiusdem ad Clareuallenses.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Gerardo abbati, & uniuerso conuentui Clareuallis salutē & apostolicā benedictionem. Sicut de religione & pietate quam circa Deum geritis, nihil nobis restat ambiguum, sic exhibitae circa nos robur deuotionis & fidei clara semper est certitudine manifestum. Non enim poteratis, sed nec deinceps, Deo auctore, poteritis a gratia sanctitatis apparere degeneres, quos sancti patris constat esse haereditarios: cui & gratia spiritualis abundauit ad meritum, & operum efficacia non defuit ad exemplum. Scitis namque & pia ueneratione recolitis qualiter beatae memoriae Bernardus coenobij uestri primus abbas praecipuusque fundator, Deo quidem pro uirtute religionis acceptus, & ecclesiae Dei pro plenitudine deuotionis & fidei extiterit gratiosus, ita ut merito deberetis haberi culpabiles, si imitationis & uenerationis ipsius effectus in aliquo negligentes. Placuit ergo nobis, quod pro eo tanquam pro pio patre sollicitudinem habuistis, & canonizationem ipsius uoto laudabili postulastis. Nos quibus cordi semper est pro multis (fili abba) tuae deuotionis obsequijs, & totius domus uestrae studijs religiosis & pijs, uestris iugiter obtemperare precibus, & profectibus aspirare, uoto huic clementer annuimus, ut nostram circa uos gratiam & beneuolentiam comprobemus. Vita igitur eiusdem beatissimi confessoris ad memoriā reuocata, quomodo scilicet fide & religione atque doctrina praefulserit, quantoque in ecclesia Dei perspicuae claritatis lumine radiarit: eum (fratrum nostrorum consilio habito) consilii de misericordia Dei & beatorum apostolorum Petri & Pauli, atque de eiusdem sancti meritis praesumentes, catalogo sanctorum duximus ascribendum, diemque depositionis eius festiuum decetero & celebrem obseruandum. Vnde quia uestra potissimum interest eius & imitari uitam, & gloriam uenerari, satagite in omnibus, & studete ipsius sancti patris & inharere uestigijs, & festum excolere sanctitatis, ut cuius conuersationis meruistis esse participes, digni habeamini eiusdem beatitudinis fore consortes. Datum Anagninae, xv. Calend. Februarij.

FINIS.

ZZZ SCRIPTURAE

SCRIPTURAE SACRAE LOCA, QUAE SPARSIM INVENIUNT IN OPERIBUS BEATI BERNARDI explicata.



Gen. 1. Infirmus in faciem eius spiraculum uitae 1076 a
Gen. 2. Inspiraui in faciem eius spiraculum uitae 1076 a
Gen. 3. Serpens callidior reliquis animalibus 529 a. 554 a
Gen. 3. Ex omni ligno paradisi comedes 93 b
Genes. 3. Nequaquam moriemini 154 b. 1667 a. 1969 b. 1971 b
Gen. 3. Vidit mulier lignum 377 c
Gen. 3. Eritis sicut dii 127 a
Gen. 3. Suanctoria sibi fecerunt 119 c. 120 b
Genes. 3. Adam fugit uocem Domini 514 c
Gen. 3. Adam ubi es 876 b
Genes. 3. Timui, eo quod nudus essem 154 b
Genes. 3. Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis 914 b
Gen. 3. Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, et comedi 25 c. 338 a
Gen. 3. Pro eo quod obedisti uoci uxoris tuae 672 a
Genes. 3. Terra es, et in terram ibis 479 b
Gen. 3. Inimicitias ponam inter te et mulierem 26 b
Genes. 3. Insidiabitur calcaneo eius 311 a
Gen. 3. Ad uirum tuum conuersio tua erit 1739 b
Gen. 3. Cherubim ad custodiam posuit Deus 368 c
Genes. 4. Concidit uultus Cain 852 a
Gen. 4. Si recte offeras, et non recte diuidas, peccasti 219 c
Genes. 4. Maior est iniquitas mea. 1278 b
Gen. 5. Iustus in generatioe sua. 926 c
Gen. 6. Non permanebit spiritus meus in homine 201 b. 225 a. 914 c
Genes. 12. Egredere de terra tua. 2225 b
Gen. 18. Abraham uidit tres, et unum adorauit 263 a
Genes. 19. Est ciuitas hic iuxta. 2225 b
Gen. 22. Tolle filium tuum unigenitum 2225 b
Genes. 25. Da mihi de coctione tua. 2003 c
Gen. 27. De uessitu Esau 729 a
Gen. 27. Esau pilosus 874 b. 874 c

Gen. 27. Ut sensit uestimentorum eius fragrantiam 616 b
Gen. 27. Num unam tantum benedictionem habes pater 1728 b
Genes. 28. De scula Iacob 1652 b. 211 c
Genes. 28. Terram in qua dormis, tibi dabo 716 c
Genes. 28. Verè Dominus est in loco isto, et ego nesciebam 398 c
Gen. 32. Vidi Dominum facie ad faciem 1735 b
Gen. 34. Dina ad pascendum hodos egreditur 1666 b
Gen. 37. De somnio Ioseph 1670 d
Gen. 40. Tres in carcere erant 1726 b
Genes. 49. Ruben primogenitus meus non crescat 581 c
Gen. 49. Expectabo salutare suum Domine 464 a
Exod. 1. Paleas ministrabat laborantibus 677 a
Exod. 3. Solue calcamenta 311 b
Exod. 12. Agni festinauerunt comedendum 2228 b
Exod. 32. Dele me de libro tuo 788 b
Deuter. 6. Diliges Dominum Deum tuum 578 a
Leuit. 10. Aaron et filij eius unum bibere prohibentur 589 b
Leuit. 12. Mulier que suscepto semine est 128 a
Num. 12. Maria lepra candenti percussit. a Deo 629 a
Num. 21. Fac serpentem aereum. 2014 c
Deut. 3. Utinam saperent et intelligerent 272 a
Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis 2272 a b
Deut. 15. Non arabis in primogenito bouis 1032 c
Iudic. 6. de uellere Gedeonis 27 b
Iudic. 20. Peccauit Benjamin 1525 a
1. Reg. 3. Si peccauerit uir, in uirum 1608 b
2. Regum. 6. Ludam, et uilior suam Dominum 602 b
2. Reg. 16. Quid mihi et uobis filij Saruie 911 a
3. Reg. 4. Mors in olla 1726 c
3. Reg. 19. Timuit Helias Elizebel, et surgens abiit quocumque tulit eum uoluntas 702 b
4. Reg. 2. Oro ut fiat spiritus tuus duplex in me 223 b. 238 c
4. Regum. 4. Mors in olla, uir Dei. 703 b
4. Reg. 5. De Naaman leproso 205 b
2. Paralip. 20. O Iuda et Hierusalem, nolite timere 524 c
Iob 1. Circuiuit terram 443 b
Iob 5. Homo natus ad laborem 502 c
Iob 5. In sex tribulationibus liberaberis 576 b
Iob 7. Si dormiero, dico, quando con-

Psal. 39. Expectans expectaui Dominum 1002 b
Iob 7. Quid est homo, quia magnificas cum 394 c. 395 a. 395 b
Iob 7. O custos hominum, quare posuisti me contrarium tibi 1117 b
Iob 7. Quare me posuisti contrarium tibi 1047 c
Iob 14. Homo natus de muliere 176 a
Psal. 1. Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum 677 c
Psal. 1. In cathedra pestilentiae non sedet 678 c
Psal. 1. Arbor plantata ad riuos aquarum 471 a. 977 b
Psal. 4. Irascimini, et nolite peccare 2174 c
Psal. 4. In pace in idipsum dormia et requiescam 343 b. 977 a
Psal. 5. Asperges me hyssopo. 949 c
Psal. 8. Minuisti cum paulo minus angelis 326 c. 1081 c
Psal. 9. Quoniam tu laborem et dolorem consideras 502 c
Psal. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam 629 b
Psal. 13. Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt 680 c
Psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo 345 b
Psal. 15. Non derelinques animam meam in inferno 300 a
Psal. 15. Multiplicatae sunt infirmitates eorum 681 b
Psal. 17. Dies diei cruciat uerbum. 1759 c
Psal. 17. Populus quem non cognoui, seruauit mihi 682 a
Psal. 17. Filij alienigeniti sunt mihi 1110 b
Psal. 20. Praeuenisti eum in benedictionibus dulcedinis 681 c
Psal. 23. Quis ascendet in monte Domini 584 b. 668 b
Psal. 23. In uano acceperis animam tuam 1639 a
Psal. 23. Haec est generatio quae eremum Dominum 602 b
Psal. 30. Obluioni datus sum tanquam mortuus a corde 1202 c
Psal. 31. Conuersus sum in arumna mea 561 c
Psal. 32. Omnis homo mendax. 1659 c
Psal. 33. Custodit Dominus omnia ossa eorum 516 c
Psal. 33. Mors peccatorum pestilentia 683 a
Psal. 35. Apud te est fons uitae 2159 a
Psal. 35. Et ueritas tua usque ad nubes 988 a
Psal. 38. Misericordia et ueritas obuiauerunt sibi, iustitia et pax osculate sunt 152 a. b. 977 c
Psal. 38. Remitte mihi ut refrigerer. 994

Psal. 43. Adhaesit in terra uenter ioster 1047 c
Psal. 44. Eructauit cor meum bonum. 1048 c
Psal. 44. Audi filia, et uide, et inclina aurem tuam 35 a. 977 b
Psal. 45. Vacate et uidete 506 a
Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit 1427 c
Psal. 48. Mors depascet eos 548 c
Psal. 49. Numquid mendicabo taurorum carnes 907 c
Psal. 49. Arguam te, et statuam contra faciem tuam 1725 c
Psal. 50. Misere mei Deus 532 a
Psal. 50. Spiritum sanctum tuum ne auferas a me 242 a
Psal. 52. Dixit insipiens in corde suo. 680 a
Psal. 57. Si conuerteris Israel 1737 b
Psal. 61. Semel locutus est 514 b
Psal. 67. Et posteriora dorsus eius in pallore auri 1021 b
Psal. 71. Descendet sicut pluuia in uelut 27 c
Psal. 72. Vt iumentum factus sum. 422 c
Psal. 72. Tenuisti manum dexteram meam 233 a
Psal. 76. Memor fui Dei, et delectatus sum 583 c
Psal. 84. Passer inuenit sibi domum. 1759 c
Psal. 88. Misericordias Domini in eternum cantabo 278 a
Psal. 90. Scuto circumdabit te ueritas eius 381 a
Psal. 90. Qui habitat in adiutorio altissimi 400 c
Psal. 92. Decorem induit 590 b
Psal. 94. Hodie si uocem eius audieris 515 a
Psal. 94. Semper hi errant corde. 627 c
Psal. 101. Quia cinerem tanquam panem manducabam 306 c
Psal. 102. Misericordia Domini ab eterno 1295 a
Psal. 105. Dixit ut disperderet eos, si non Moyses electus eius stetit, et c. 995 c
Psal. 111. In mandatis eius uolet nimis 1659 a
Psal. 115. Quid retribuam Domino 2204 b
Psal. 115. Credidi propter quod locutus sum 1658 c
Psal. 115. Preciosa mors sanctorum. 670 a
Psal. 128. Anima nostra sicut passer erepta est 979 b
Psal. 124. Conuertere anima mea in requiem tuam 343 b

Psal. 132. Ecce quam bonum 683 c
Psal. 140. Iuncti petrae iudices eorum. 428 a
Psal. 142. Non intres in iudicium cum seruo tuo 1209 c
Psal. 142. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens 370 a
Psal. 144. Generatio et generatio laudabit opera tua 1633 a
Psal. 149. Laus eius in ecclesia sanctorum 2208 c
Prouer. 1. Fili si te lactauerint peccatores 1259 c
Prouer. 1. Ego in interitu uestro ridebo 427 a
Prouer. 4. Omni custodia serua cor tuum 684 c
Prouer. 9. Sapientia edificauit sibi domum 659 a
Prouer. 20. Diuitias et paupertates ne dederis mihi 147 c
Prouer. 24. Iustus septies in die cadit 403 b
Prouer. 25. Qui scrutatur maiestatem Dei 1025 a
Prouer. 25. Mel inuenisti, noli multum comedere 688 c
Prouer. 31. Mulierem fortem quis inueniet 26 c
Eccles. 3. Vnus exitus homini et introitus 1121 b
Eccles. 7. Noli nimium iustus esse 409 a
Eccles. 9. Nescit homo si sit dignus amore an odio 130 a
Eccles. 11. Qui obseruat uentum, non seminabit 2191 a
Eccles. 11. Sine ad Austrum, siue ad Aquilonem arbor ceciderit 687 a
Cantic. 1. Osculetur me osculo oris sui 682 b
Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum 1013 b
Cant. 1. Introduxit me rex in cellarium suum 699 a. 977 b
Cant. 1. Vt haec os pascat 1665 c
Cant. 2. Sub umbra eius quem desideraueram, sedi 318 a
Cant. 2. Leua eius sub capite meo 61 c
Cant. 2. Et dextera illius amplexabitur me 2020 c
Cant. 2. Quoniam ecce stat post parietem 66 a
Cant. 3. In lectulo meo quiesui 580 a
Cantic. 3. Ascendit sicut uirgula summi 696 a
Cant. 3. Egredimini filiae Sion 654 a
Cantic. 4. Quam pulchra es amica mea 2120 c
Cantic. 4. Oculi mei sicut columbae. 2117 a. 977 b
Cant. 4. Dentes tui sicut grex tonsurarum 700 c
Cant. 4. Quam pulchrae sunt mammae tuae 2045 b

Esa. 26. Saluator fouetur in ea murus et autemurale 387 c
Eccles. 27. Stultus ut luna mutatur. 250 c
Esa. 33. Qui excutit manus suas ab omnium uiuere 2126 c
Esa. 34. Ibi habitabit foucau cricuius. 2167 a
Esa. 38. Ego dixi in dimidio dierum meorum 507 b
Esa. 40. Et cecidit flos 914 c
Esa. 40. Omnis caro fennum 22 a
Esa. 41. Erit in die illa germē Domini in magnificentia et gloria 242 b
Esa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit. 129 a
Esa. 53. Neque ei species, neque decor 856 b
Esa. 55. Querite Dominum dum inueniri potest 512 a
Esa. 55. Venite, emite absque argento 202 c
Esa. 56. Canes muti non ualentes latrare 2403 a
Esa. 66. Vermis eorum non morietur 665 c
Esa. 68. Quare rubrum est uestimentum tuum 2573 a
Hier. 1. Vitellus et destruas 1527 b
Hier. 7. Diem hominis non concipit ui 2293 c
Hier. 9. Ascendit mors per fenestras nostras 1941 a
Hier. 29. Ego cogito cogitationes peccatoris 684 b
Hier. 31. Nouum creauit Dominus super terram, foemina circumdabit uirum 28 a
Thren. 4. Quomodo obscuratum est aurum 1119 c
Thren. 4. In umbra tua uiuimus inter gentes 222 c. 856 a
Thren. 4. Spiritus Domini ante faciem nostram Christus Dominus 896 a
Ezech. 14. Si inuenti fuerint in hac ciuitate Noe, Daniel, Iob, et c. 296 b
Dan. 12. Angustia mihi sunt undique 162 a
Dan. 2. Lapis excisus de monte sine manibus 2202 b
Osee 6. Venite reuertamur ad Dominum 655 c
Osee 6. Viuificabit nos post duos dies 195 b
Osee 10. Seminate uobis ad iustitiam. 564 c
Osee 13. Adducet Dominus uentum de deserto urentem 2354 b
Ioel. 1. Vocate caelum 142 c
Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde uestro 138 a. 355 a
Abac. 2. Super custodiam meam stabo 515 c
Naum. 1. In diluuium praecunte consummationem faciet 2199 b

SEQUEUNTUR LOCA noui testamenti.
Matth. 1. Ioseph autem uir eius quum esset iustus 31 a
Matth. 2. Transiamus usque ad Bethlehēm 72 c
Matth. 2. Vbi est qui natus ex rex Iudeorum 107 c
Matth. 2. Aurum, ibus, et myrrham. 105 a. 739 c
Matth. 2. Quoniam Nazareus uocabitur 1253 c
Matth. 3. Habebat uestimentum de pilis camelis 260 a. 977 b
Matth. 3. Genimina uiperarum quis demonstrat, et c. 435 a
Matth. 4. Dic ut lapides isti panes fiant 741 c
Matth. 4. Haec omnia tibi dabo, si prociens adoraueris me 452 c
Matth. 4. Faciam uos piscatores hominum 379 a
Matth. 5. Videns turbas Iesus, ascendit in montem 332 c. 977 c
Matth. 5. Beati pauperes spiritu 14 a. 2102 c. 830 c. 334 b
Matth. 5. Beati mundo corde. 506 a
Matth. 5. Beati pacifici 650 a
Matth. 5. Neque per caelum, neque per terram 1035 a
Matth. 5. Si oculus tuus scandalizauerit, erue eum 330 b
Matth. 5. Si offers munus tuum ante altare 2449 c
Matth. 5. Qui irascitur fratri suo. 2174 c
Matth. 6. Cum ieiunaueris, unge faciem tuam 135 c. 977 b
Matth. 6. Pater noster qui es in caelis 317 c
Matth. 6. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie 79 c
Matth. 6. Si oculus tuus nequa 1616 c. 977 a. 977 b
Matth. 7. Hypocrita cetera primū tribuem 1658 a
Matth. 7. Si uos cum sitis mali, uobis bona data filijs uestris dare 380 c
Marc. 8. Qui uult uenire post me. 2048 b
Matth. 8. Dic tantum uerbo 2527 b
Matth. 9. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua 565 b
Matth. 9. Quis me tetigit 564 b
Marc. 9. Omnia possibilia sunt credenti 2177 c
Matth. 9. Quia albae sunt ad messim. 1003 b
Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes 1617 a
Matth. 10. Quid uis ut faciat tibi 122 a

I N D E X.

Table with 3 columns: Book/Chapter, Verse, Page. Includes entries like 'Matth. 10. Qui amat patrem & matrem plus quam me' and 'Luc. 11. Veniens ad nos de uia iherosolyma'.

I N D E X.

Table with 3 columns: Book/Chapter, Verse, Page. Includes entries like '1. Cor. 7. Cōtristatus secundum Deum' and '1. Ioan. 3. Nemo ascendit in caelum'.

angeli ministri nostri, no domini 442 a
angeli sunt pifs familiares 447 b
angeli singuli singulis hominibus dati creduntur 1561 c
angeli discurrunt medij inter nos & Deum, fidelissime portantes ad eum genitus nostros 54 c
angeli ministrant, sed de alieno, offerentes Deo bona opera, non sua, sed nostra 327 a
angeli impassibiles sunt per gratiam, non per naturam 1655 c
angeli quomodo sunt iusti 370 b
angeli exhibent iustitiam Deo, pacem inter se, gaudium sibi 549 c
angeli non implent ministerium suum absq; corpore 760 d
angelorum sanctorum uita delicie 333 d
angelos sanctos Deus no in summo potuit, sed in tuto 442 c
angelorum opus quod angelorum primus in diabolum commutatus 2 b
angeloru repudiatio cooperatur pifs in bonum 985 b
angeloru panis nescit putrefcere 189 b
angelorum ministeriu qui uolunt habere, fugant consolationes seculi 407 c
angelis non est iustitia innata, sed a Deo collata 370 a
angelis superbicib; Deus no pepercit angelos sanctos astare orantibus 767 c
angelos nosse secreta coelestia 99 c
angelos malos in aere locum habere, 1669 d
apud Angelos iustitia recta, pura & firma est: sublimis quidem, sed adhuc longe inferior quam diuina 370 d
angelos creauit uoluntas Domini. 146 c
angelos credimus diuina presensia & uisione beatos sine fine letari in bonis Domini 326 b
angelos malos non ex ignorantia seu infirmitate peccasse 3 b
angelos desertores in affectum malitie & nequitie transisse 34
angelos Deus satiat uisione eternitatis & immutabilitatis 5 c
angelos malos immisiones malas ingeri 936 c
angelos astare orantibus 34 b
in Angelis est charitas, est pietas, est humilitas 322 c
ab Angelis diligimur Christi gratia. 330 d
in Angelis inueta est iniquitas 2086 a
ab Angelis diligitur Deus ob iudicium suorum summam equitatem. 820 c
anima quid 201 a. 635 b. 1426 c. 1761 c
anima peccatrix uile operimentum querit 514 c
anima se debet erigere in sublimia con templanda 1817 d
anima quam cito de corpore exierit, omnes simul affectiones diffoluentur. 54 b
anima non habet unde loquatur, nisi os corporis sibi uerba formauerit ad loquendum 957 b
anima rationalis presert ueligitur quoddam summe trinitatis 651 b
anima iusti tria querit 502 b
anima tota in tribus consistit 241 b
anima iusti sedes sapiencie est 126 b
anima propter quas causas querat uerbum 1129 d
anima Christi in inferno fuit 1090 d
anima non est imago 1109 d
anima est in toto corpore sit, excellen tius tamen & singularius est in ca pitae 402 c
anima dissimilis Deo 1118 c. 1121 b
anima qualiter uerbo Dei similitur per simplicitatem essentie, immor talitatem, & arbitrij libertatem. 1113 a & b
anima corpori infusa, uitam dat. 1114 d
anima qualiter quantumcunque ui tijs corrupta, adhuc per amorem ca stum & sanctum potest redire ad similitudinem sponsi 1122 c
anima querens Deum praeuenitur ab illo 1126 a
anima est curua in recto corpore. 530 b
anima quomodo carnem diligere de beat 434 c
anima misera quomodo hinc exibat, que ducent itineris Iesum ignorat. 1110 c
anima longe dignior corpore 16 b
anima corrupta in culpam, fecit ut cor pus quoque corrumpetur in pec nam 16 b
anima a semetipsa esse non potest. 518 c
anima rudis quodammodo uidetur, que diuine contemplationis penitus est ex pers 296 d
anima non potuit diuidi a Deo, nisi peccando 619 b
anima fidelis quod sibi non imitatur, sola facit cordis humilitas 68 c
anima uiuificatur morte Christi 135 b
anima iusti est coelum 2114 a
anima est sub seipsa, cum propria sequitur uoluntatem, libertate perni ciosa gaudens 522 a
anima humana opus habet ueluti quo dam uehiculo creaturae, ut ad cogni tionem creatoris assurgat 525 a
anima quatuor reb; captiuatur 738 a
anima rebellem carnem domare de bet 335 b
anima in corporeo loco no potest esse. 680 c
anima mensura secundum locum. 688 a
anima Deum habens in se, templu est Dei 1797 c
anima quando dicitur mori 1803 c
anima tribus munitioibus uallatur. 733 b
anima non dicenda uiuere, que uerita tis non habet cognitionem 526 c
anima in immuam conuertio spiritus, & asiduitas lacrymarum domat. 336 a
anima cibis gratia Dei 160 b
anima degeneris indicium 637 c
anima omni expedit, Deum semper attendere tanquam proprium, non modo adiutorem, sed etiam inspecto rem 404 a
anima immortalitas commendatur. 423 b
anima mors, peccatum 804 b
anima sunt sancte propter inhabitan tem spiritum Dei in nobis 382 c
anima usus qualis 17 c
anima stratum 343 b
anima gemina pulchritudo 949 c
anima uerus panis est, intellectus ue rum spiritualium & inuisibilium. 338 c
anima uulneta qui non sentiunt 1310 d
anima sanctorum in donum Dei in gressa 481 b
anima nostre oculus est intelligenti a 306 d
anima electorum per uineas signifi cari 885 c
anima delicata proprium est necessa rias dissimulare curas 930 c
anima amore parit Dei amor 1060 b
anima diuersitas unde docetur. 1110 c
anima magnitudo comparatur ex ca ptu eternitatis 1111 d
anima forma magnitudo 1111 d
anima affinitas ad uerbum 1113 b
anima sterilitas unde 990 d
anima candor est indulgentia Dei. 1066 b
anima uera uita Deus est 435 b
anima malu nihil aliud est quam pec catum 435 b
anima uiues considerande 1775 d
anima quando Deus sapit 846 b
anima bona septem 2189 c
anima mortuorum pro diuersis meri tis tria sortiuntur loca 2234 b
anima suauissima requies 343 c
anima ex utra corporeibus quales sint. 980 b
anima impiorum interdum notitiam habent ueritatis, que tamen exper tes sunt charitatis 526 c
anima substantia in quibus sit rebus. 688 d
anima rationalis sunt duo loca. 686 b
anima status sunt tres 719 d

annus triginta tribus Christus in terra uiuus 179 b. 245 c
anticristi multi fuisse te pore Bernar di 121 a
de Anticristi aduentu quid senserint docti, tempore Bernardi 1224 c
anistitium dominandi libido 1211 c
Antonij tempore quales monachi. 1889 b
Apis habet mellis dulcedinem, habet etiam aculei punctioem 7 b
apes de liquore floru collectos fauim conficiunt 2012 b
apes spirituales 2012 b
apparitiones Domini tres 105 d
appellatio omnis iniqua, ad qua iusti tie inopia non coegit 1139 d
appellatioes grande & generale mun do bonum 1540 b
appellationu peruersitas 1539 b & c
appetitus carnalis, primogenitus no ster dicitur 581 c
appetitus naturalis 1576 d
apostolica forma hanc est: dominatio interdicitur, indicitur ministratio. 1558 c
apostolica sedes hoc solet habere pra cipuum, ut no pigeat renouare, quod a se forte dependerit fraude eli citum, non ueritate promeritum. 1364 c
apostolica sed singulari prerogatiua donata est plenitudo potestatis sup omnes orbis ecclesias 1327 b
apostolicam uitam omnes professi su mus 572 b
apostoli sancti quid nos doceant. 268 d
apostoli omnia potuerunt, non in se, sed in Christo 270 c
apostolum aliquando uerbum predi cationis usq; in media noctem pro traxisse 646 b
apostolorum cubiculum 2341 c
apostolorum sumus semen, sed per ado ptione & hereditate semē Christi, & apostolorum nepotes 275 b
apostolorum successores, nullu aposto latus sui signu ostendunt 1045 c
apostolorum limina crebro terere. 1212 d
apostolorum limina plus iam ambitio quam deuotio terit 1538 a
apostolos fuisse uiros misericordiae. 274 c
aqua mixta cu uino, quid signet 190 a
aquam triplicem apponit nobis Chri stus 478 d
aquam bibere prohibetur monachus. 489 b
aqua benedicta remedium 2706 d
aqua benedicta uis 2657 c
aqua multe, multi sunt populi 212 a
aqua deuotionis 77 c
aquarum decursus sunt tres 726 a
aquile dominico corpori asidetes sunt tres 734 c
per Aquilonē immundus spiritus de signatur 2134 b
arbitrium liberum quid 1575 c
arbitriu liberu quale in homine 1115 c
arbitrium liberum semper, non tamen liberum ad omnia 2435 c
arbitrium liberum cur dictum 1592 a
arbitrium liberum in medio aliquate nus ostendi 365 b
arbitrij libertas in spiritu 480 b
arbitrij libertatem esse in imagine uir tutes in similitudine 153 c
arbitrij libertas est inuuida 2486 b
de Arboribus ramos cadunt 186 c
arca due in ueteri lege 736 c. 2198 b
archangelos mirabiliter delectat, quod 1540 b
ipsis aeternae sapientiae consilij fami liaribus admittuntur 1819 d
Archebaldus subdecanus Aurelianen sis 1346 c
Ardinacha ciuitas 2567 a
Ardutio Gebenensis in episcopum eli gitur 1186 d
in Argento non incongrue intelligitur humanitas Christi 13 c
Aristotelis uersutia 247 c
Aristotelis subtilitas, & infecunda loquacitas 2160 c
arma suscipienda cotra infideles 1494 b
arma quibus communiuntur, sunt qua tuor 738 a
arma uirtutis, quibus arma nequitiae expugnantur 724 b
arma fidelium sunt tria 730 c
Arnoldus abbas Morinundi 1153 c
Arnoldus Carnotensis abbas Bona uallis 1486 d
Arnoldus de Brixia 1371 b
Arnoldus de Brixia profugatur ob ha refim, ab omnibus partibus mundi 1391 d
Arnolphus de Maiole 1456 d
Aromata tria mentis nummo propria uoluntatis emenda sunt 2034 c
Arremarense Trecentis diocesis mo nasterium 465 d
Arremarense abbas 1477 c
arrogantiae uitium 1673 b
ars nulla discitur absque magistro. 1845 a
Artaudus Pultrensis abbas 1241 d
asbestos lapis qualem naturam ha bet 2216 c
ascensio Christi de spe praemiorum ar gummentum efficitur 151 c
ascensio Christi triplex 667 a
ascensio Christi in coelum qualis fue rit 219 b
ascensio Christi triformis 732 b
asimine concupiscentiae domade 231 b
asinus fatuus est, & immundus. 2241 c

aspis animal quodammodo uiolentum morsu nocet 453 a
aspis tristitia fores obseruat, quod cas maxime moribus suis peruias arbi tratur 454 b
aspis calliditas 448 c. 2119 b
assumptio Mariae in coelum 289 c
Atto Trecentis episcopus 2132 c
Atturina urbs 1332 a
Auaritia quid proprie 2175 c
auaritia & appetitus laudis sibi inui cem aduersantur 1698 c
auaritia idololatriae coparatur 2175 c
auaritia Romanae curiae notatur. 1542 d
auaritia in partes rapina & fraudis sortita est principatum 930 a
auaritia hominum exaggeratur 420 c
auaritia proditiōis mater 2175 c
auaritia nullus est modus 207 d
auaritia malum 2101 c
in Auaritia formae conflare Christi opprobria 779 b
auarus est sui homicida 2288 b
aureus terrena est uis, ut mendicus. 831 a
aureus homo similis est inferno 2101 c
aureus pecunie desiderio cruciatur. 600 c
aurei maledicunt Christo 779 b
aurei coelestes diuitias non curant. 2014 c
auditus uisus est preparatio 937 c
auditi comparatur amor spiritua lis 1898 b
Augens abbas 2710 d
auguria mendacia 2136 b
Augustinus a Gregorio destinatur, ut fornam fidei tradat Anglis 2537 c
Augustinus ualidissimus malleus ha reticorum 1112 a
Augustini autoritas apud D. Bernar dum 189 c
aureola corona uirginum 1987 c
aurora finis est noctis, & initium lu cis 696 c
aurum probat fornax, & uiros iustos tenatio tribulationis 463 b
aurum & argentum terra est rubra & alba 12 c
aurum inter diuitias seculi excellit percipere 1044 c
in Auro diuinitas Christi intelligitur 13 c
austri calor et lenitas in sacra scriptu ra bonam habet significationem. 687 a
per Austriam calidum uentum spiri tus sanctus designatur 2134 c
Auxentius Arrianus 486 d
B
Baculus Iesu 2578 b
Balditius monachus 1438 b
Baldwinus Pisanus archiepiscopus. 1438 b
Balduinus abbas de Castellione 1507 a
Balduinus Nouiomensis episcopus. 1507 c
Balduinus abbas Reatini monasterij. 454 b
balneum iustorum 737 d
balsanum purissimum, solidissimum: uas requirit 164 d
balsami massam totam contibrat, mo dica stilla admixtionis peregrinae. 2369 b
Baluenses monachi 1443 c
baptizantur circuncisione relicta 111 d
baptizare in nomine Dei, & sanctae & uerae crucis 1508 c
baptizari pro mortuo uberrimo quo dam profluuio lacrymarum 448 c
baptizari infantes 1044 d
baptizandi officium Deus concessit multis, potestatem uero & autho ritatem in baptismo remittendi pec cata sibi soli retinuit 1862 b
Baptista patriarcharum finis & ca pit 264 c
Baptista cur decollatus 1284 d
Baptista dedit scientiam salutis, & no salutem 254 b
Baptista oblitus generis nobiliores ge nerositatem, factus forma uitae, mo nachorum propositum, anachore tarum principium, totius religionis assertio 260 d
Baptista sanctorum splendor, iustoru gloria, iustitia angelorum, excellen tissimus homo, consanguineus Chri sti, amicus sponsi, etc. 355 b
Baptista cibis 2136 b
baptismus est aliquis in compunctio ne cordis, & lacrymarum asidui tate 512 c
baptismus lacrymarum, poenitentiae & confessionis 198 c
baptismus initium sacramentoru om nium 1284 d
baptismi uicem aliquando implere pas sionem 1246 d
baptismi sacramentum, quoniam ue rari non licet, his qui sepius in mul tis offensa sunt, frequenter oportet ablu tionem suppleri 212 c
baptismi gratiam in testimoniu fidei percipere 1044 c
baptismo paruulorum detrudere. 166 b
baptismum unicum esse, & quodidia num 2212 b
post Baptismi nullu aliud nobis con stitutum est remedium, quam confes sionis refugium 1817 c
in Baptismo puerorum per exteriorē ablu tionem significatur interior ani mae ablutio 1863 b
in Baptismo si deletum est quod con traximus a parentibus, cur adhuc manet cupiditatis fomes 181 b
in Baptismate

I N D E X.

in Baptismo Christi terminatur lex, finem accepit prophetia, et omnis sacrificiorum multitudo pellitur 262 b
Bases in templo designat prelatos in ecclesia 2068 a
Basileus fuit S. Bernardus 2710 a
basiliscus uenenus in oculo gerit, pessimum animal, et pra omnibus execrabile 449 a, 453 b
Barrum super Abbat oppidum 2714 b
beatitudo nostra est, timere Deum 352 c
beatitudo summa, summum bonum diligere 2044 c
beatitudinis una mensura 585 a
beatitudinis futura desiderium exigit a nobis fletum 139 a
beatitudinis aeterna tripliciter fruuntur 348 c
beatorum multiplex aduocatio 734 c
Beatrix nobilis matrona consolatur. 1310 c
ad Bellum instigare Caesarem 1331 b
a Bello suscipiendo quomodo principis deterreri 1282 b
Beluacensis episcopus 1465 c
Bencher locus 2571 b
Benchorensis monasterium 2572 a
benedictio uirgo Mariae cur 35 b
benedictio triplex nobis est necessaria 681 b c
in Benedictione tota complebitur gratia sanctificationis, quando iam in donum transibimus, non manufactam, sed aeternam in caelis 384 c
Benedictus abbas in caelum ascendit. 2718 c
Benedictus tribus annis soli Deo natus, hominibus nasci incognitus 472 a
Benedictus granatis et fructifera arbore 470 c
Benedictus abbas uidit Germani animam Capuani episcopi in sphaera ignea ab angelis in caelum deferri. 447 c
Benedicti regula an proficit uel obstat. 169 c
Benedicti auctoritas 169 c
Benedictum Romanus quidam pauis tribus annis in specu 436 b
beneficium oportet esse gratuitum 1365 a
beneficium proficere animabus antecessorum et successorum 1513 b
beneficium acceptum aeternae memoriae insignendum 1510 c
beneficiorum recordatio excitat ad laudandum 781 a
beneuolentia fructus beneficij 135 a
Bernardus syluestris 2287 b
Bernardus deplorat suam peccatricem uitam 34 a
diuus Bernardus uarijs modis tentatus 42 b
Bernardus Parmensis episcopus. 1322 a
Bernardus Prior Portarum 1442 a
Bernardus Papiensis episcopus. 1322 a
diuus Bernardus laborare non potuit

propter corporis infirmitatem 436 c
Bernardus se consolatur ob meritum Christi 2639 b
Bernardus de Portis de ordine Carthusiensis 1342 a
diui Bernardi querela de uita sua 291 b
beati Bernardi querela et infirmitas 949 a
Bertini ecclesia 1510 c
Bersabee puteus septimus interpretatur 2475 c
bestiae sunt homines 404 b
Bethania domus obedientiae 625 a
Bethel sonat domus Dei 1082 b
Bethleem laus et interpretatio 615 c
Bethleem domus panis sonat 51 b, 72 c
Bethphage domus buccae interpretatur 624 a
Bethphage uiculus sacerdotum 624 a
Bezeleel interpretatur umbra Dei. 2200 a
blasphemia poena 2580 b c
blasphemia irremissibilis 121 c
Blesensis comitissa 1478 c
Bolarium uiculus 2711 a
boni nihil habet homo proprium 2039 c
bona summa quae 2226 a
bona naturalia magna 538 b
bona non appetuntur nisi propter merita 1649 a
bona coram hominibus tribus modis prouidemus 583 a, 674 a
de Bonorum triplici genere 538 a
bonorum spiritualium magnus esse diuitias 2381 b
bonorum nostrorum Deus non eget 12 a
in Bonis corporis nonnulla et incuncta 1582 a
Brena castrum 2716 c
Brigida quo in loco sit nata 2593 c
Bruno Colonienfis 1156 b
Brunuillare coenobium 2719 b
bubulcus debet duo habere 731 a
Burchardus Balernenfis abbas 1337 c
Burdemons castrum 2714 a
Burdini temeritas 1407 a
Cain fratricida resperfus originalis peccati infamia 259 a
Cain desperatio 783 c
campus sine omni humano floret ad mimiculo 8 a
per Calceamenta accipi exemplarum tuorum 1286 a
calceamenta ecclesiae quae 2064 c
calcaria duo quibus urget propheta asinum suum 733 a
calcaria plus nitent, quam altaria. 909 c, 2245 b
calix demoniorum 1151 b
calix representat sepulchrum, in quo Christus mortuus quieuit 189 a
calicem de altari uendere, et satisfacere ei, a quo depositum accepisti. 2512 c
calices sunt tres 731 c
caluarie locus 618 b
candelas arduas habere in manibus in processionibus 127 a
candelabra in scripturis reperiuntur tria 733 b
canes custodes utiles sunt 2290 a
canonicus inuestitur per librum. 181 b
canonizatio sancti Bernardi 2733 c
cantare quidam ignorant, sed male sonoros dam rugitus 169 a
cantandi usus consolatur tristitia corda. 2109 c
camicum nouum 1569 b
cantica fidelium sunt quatuor 737 b
canticus qualis esse debeat 1824 c
canticus ecclesiasticus plenus sit grauitate, nec lasciuia resonet, nec rusticitatem 1487 b
ex Cantu querere uictum in ecclesia quid sit 1795 c
in Capituli domo quomodo standum. 2544 c
caprea spiritualis 2347 c
caprea non modo curfus pernicitate, sed et acumine uisus eminet 592 c
captiuitas dura generis humani 427 c
carceres urbiuim alere 1754 c
caro quid 1779 a
caro hostis noster 52 c
caro diligenda tanquam tibi data in adiutorium, et ad aeternam beatitudinis consortium preparata 434 c
caro omnis naturaliter rubea est. 1995 b
caro resistit spiritui ad bonum parato 640 b
caro Christi an in uirgine creata sit ex nihilo 159 c
caro nostra sordidissima, et diuersarum spurciarum phantasij replenda 224 c
caro nil sapere ualet praeter se 1620 a
caro Domini uere est cibus, et cibus uitae, panis de caelo uicuis 172 a
caro ista nihil aliud est, nisi corruptibilis quaedam tunica, qua uestimur. 629 a
caro percutitur, et anima sanatur 1185 a
carnis indicium ex anima pendet. 1714 c
carnis nomen in bona alicubi excipitur 2296 b
carnis libidines sensit Bernardus in ipsa senectute 1816 b
carnis deliciae an damnandae 9 c
carnis traducem, carnalis testatur concupiscentia 621 b
carnis edulum trifarium 734 a
carnis omnem delectationem anime esse inimicam 2630 c
carnis sanitas mala, quae ducit hominem ad infirmitatem anime. 2100 a
cassianus est sepulchro loquitur 2215 b
castimonie munus foedatur permixtione superbiae 23 a
castigat homines Deus in hac uita tribus modis 2109 c
castitas irreparabilis thesaurus. 2614 b
castitas sine charitate, lampas est sine oleo 1202 a
castitas Ioannis nihil derogat coniugio Abraham 1958 c
castitas longe pro uirginitate reputatur 2075 b et c
ad Castitatis tuitionem plurimum proficit custodia oculorum 1841 a
castitas praedicatio uox est turturis. 1012 c
catholicus falsus plus nocet quam uerus haereticus 1037 c
catholici multi sunt praedicando, qui haeretici sunt operando 2253 b
Caturcui ciuitas Aquitanie 2709 b
Caziacensis abbas 1443 a
Cedar interpretatur tenebrae 857 b
Cedrus perseverantiam significat. 2018 a
Celestinus papa 1422 b
cella quibusda est quasi carcere 1737 a
et 1738 b et c
celle uariae 699 c
census solutio, seruitij signum est. 1928 a
certare legitime quid 2073 b
ceruus bonus, Paulus 3347 c
cerui quadam arte naturali a seruo se tueri perhibentur 2348 a
Chableca uiculus 2717 b
Chaleta uiculus 2714 c
charitas purgat uoluntatem 692 b
charitas bona lex 1175 a
charitas obedientiam gratam facit. 379 a
charitas dulcis et suauis cibus 1652 c
charitas donum est spiritus sancti. 1661 a
charitas radix omnium uirtutum. 2044 a
charitas perfecta, est perfecta sanctitas 2042 c
charitas flet, sed ex amore, non ex more 1009 b
charitas charissima peroptimum. 882 a
charitas ubicumque est, operis. se ostendit 1990 b
charitas duo habet mandata 2045 a

I N D E X.

charitas an post mortem cesset 496 c
charitatis tres species 1946 a
charitatis uera uis 2450 c
charitate ordat in nobis Deus 973 b
Cherubim plenitudo scientiae dicitur. 1563 a, 2068 a
Christiana disciplina difficilis altitudo 732 a
Christiana fidei professio 586 c
Christiana fidei testimonium 1038 a
Christianus cui intendere debeat 27 b
Christi unde dicitur 2448 c, 726 c
Christiani omnes, et omnes ferre quae sua sunt querunt, no quae Iesu Christi inhaerent 413 b
Christiani ipsi Christum persequuntur 120 b
Christianus in quibus se exerceat 235 a
in Christianis non quaruntur iniuita uel exordia, sed finis et perseverantia 2072 a
Christus natus ante tempora uniuersa 70 c
Christus habitat in corde fidelium 126 b
Christus patriarchis et prophetis in uisione est exhibitus 483 b
Christus est magnus princeps 597 b
Christus ex patre, et in patre, et cum patre, et a patre, et pro patre, et etiam sub patre 365 b
Christus fide concipitur, uerbi praedicatione nascitur, deuotio nutritur, et amore tenetur 1804 c
Christus uenit in terram locum non mutans 1914 c
Christus bonus fructus, qui manet in aeternum 22 a
Christus a iudicio mortis nos liberat 84 a
Christus uenit de corde Dei patris in utero uirginis matris 30 c
Christus filiorum Auae peccata depulrat 84 a
Christus non fuit natura filius irae. 242 b
Christus qualiter ad iudicandum uenit in forma humana 1078 b
Christus magnus praedator 51 a
Christus manet nobiscum usque ad finem culi consummationem 250 b
Christus de latibulo prophetarum egressus est ad oculos piscatorum. 1232 a
Christus in quorum cordibus non nascitur 74 b
Christus in quem locum post mortem descenderit 347 c
Christus neque his tantum profuit, quos tunc praesens inuenit, sed fons est qui nunquam poterit exhauriri 77 b
Christus uoluit ut iugiter coleretur per mysterium, quod semel oblatum in precium 186 b
Christus hyeme natus 82 b
Christus crucifixus post annum tricesimum 92 c
circuncisio Christi 1925 a
circuncisio originalis rubiginem culpat, quae manauit a parentibus. primis, erasit 181 b
circuncisio cur Christus fuerit ciuitates refugij sunt sex 91 b
ciuitates duae imagnandae 738 b
Clanuceium castrum 2706 b
clamor magnus in Dei auribus desiderium uehemens 458 c
clamoris fructus exauditiu 458 b
Clareuallenses monachos non damari 2546 c
Clareuallis monasterij situs 2283 a
Clareuallides nulla impedit occupatio. 525 c
claustralium scala 1860 b
claustru uere est paradisus 2234 a
in Claustro soli Deo seruire 168 c
in Claustro amplius impatientes esse, quam si in seculo essent 474 a
claustra et monasteria quid sint 954 a
in Claustro et in syluis corporaliter abscondi 408 b
claucae quae nobis ocula referant, sunt tres 737 a
claucae regni caelorum cur apostolici uiri acceperunt 1519 c
clauorum loca uictoriae signa 322 b
Clemens papa et martyr 475 c
Cleophas interpretatur increpans ore 2511 a
ex Clericatu altior fieri 1707 a
clericum oportet ordinatissimum esse, ex quo praecipue in omni ecclesia cleri forma praecessit 1547 b
cleri in ecclesijs qualis forma 1719 a
in Clero passim curritur ab omni etate ad ecclesiasticas curas 1211 a
clerici aliud esse, et aliud uideri uolunt 1546 c
clerici non est pugnare armis spirituales 1399 a
clerici et sacerdotes ecclesijs relicti, intonsi et barbati apud textores et textrices inuenti sunt 1038 b
clericum ornatum non facit tenera uel stis, sed munditia mentis 2052 a
clericorum insolentia nemo audet culpare 1345 b
clericorum ordines quomodo sustentandi 1054 b
clericos disidentes beatus Martinus ut consulant parentibus 2251 b
tranquillos reddidit 486 a
codices non faciunt in ecclesijs de patri monio crucis Christi, sed pacis pellices in thalamis uestris 2254 c
coecitas felix 123 a
concionatores quosdam ambire gloriam honoris 2250 a
concordia bona et mala 2097 c
concordia timet diabolus 2098 a
concupiscentiae reprimi possunt per gratiam Dei 17 a
Congellus monachus 2571 c
coniugiu separat monachismum 1242 c
Comereth ciuitas 2573 c
coniugij spiritualis contractus 1125 c

I N D E X.

confessio simulata 1674 d nascitur 144 c
confessio uera peccatorum 2084 c
confessio uera, et poenitentia 1825 b
confessio quotidiana que facienda. 2813 d
confessio delictorum ducta per uarios gradus 1808 b
confessio culpabilis, que culpam non diluit 809
confessio non sit oris tantum, sed etiam totius hominis 54 d
confessio infidelis nihil prodest 809 c
confessio bonum anime ornamentum 1306 b
confessio a mortuo perit 624 c
confessio tria habere debet 1874 d
confessio dominici amoris triplex 473 d
confessionis septem gradus 2218 c
confessionis remedium institutum est contra peccati conscientiam 3338 c
confessionis forma 1787 b
confessione impedium quatuor 716 c
confessione crebra purgandus animus 1788 c
in Confessione omnia lauantur 204 d
confessione lauari 164 b
in Confessione est omnis spes uerue et misericordie 1797 b
Conradus rex Rom. 1366 d
Conradus Salzeburgensis episcopus. 1321 d
conscientia mala nulla poena maior, conscientia quomodo edificanda. 1795 c
conscientia bona et turbata 2144 c
conscientia mala et tranquilla 2145 c
conscientia hominis abyssus multa. 2142 b
conscientia dicitur quasi cordis scientia 2149 c
conscientia uulpina 1791 d
conscientia perpetua est, que nunquam finitur, sicut nec anima 1796 c
conscientia que sit bona 1803 c
conscientia que sit bona 1804 d
conscientia sanata, sanatur et corpus 706 c
conscientia iusti est paradysus 2268 b
conscientia lacrymis baptizanda. 2054 b
conscientia solus Deus arbiter 856 d
conscientie bonae et male diffinitio. 2149 c
conscientie testimonium 342 d
conscientie misera sterquilinum 5 c
conscientie morsus 1792 d
conscientie uanus index uanus sermo 1821 d
conscientiam bonam duo reddunt in nobis 653 d
ad Conscientiam bonam non uenitur, nisi per cordis custodiam 1805 c
conscientiam prius esse mundandam, quam edificandam 1797 d
de Conscientia gloriam perdere 624 b
de Conscientia bona pia tranquilla

borum facta fuisse refertur 2017 c
crucis cornu ornatur quatuor uirtutum gemmis 193 d
crux Christi uertit se 2546 d
crux formam habet homo 64 d
ad Crucis ignominiam tria Christum compulerunt 722 c
crucem tollere quid 1719 c
crucem ferre, semetipsum est mortificare 2038 b
ad Crucem Christi fugendum in omnibus tentationibus 2016 d
in Cruce inuenire gloriam 198 d
crucis depictas in pariete in dedicatione ecclesiarum oleo sancto cur porum 1724 d
pontifex ungit 1724 d
crucifixores Christi noni 2554 d
crucifixi imago ab animo tuo nunquam recedat 2575 d
cubiculum Iesu triplex est 736 b
cubiculum bonum cordis tranquillitas 2346 c
cubiculi secretum signat gratia 1108 d
cupiditas radix iniquitatis 412 d
cupiditas radix omnium malorum, et maxime cor subuertit 414 b
cupiditas non est sine auaritia 2102 d
curiositas periculosa presumptio est. 578 b
curiositas primus superbie gradus. 1820 c
curiositas laudabilis 20 c
curiositatis cogitationes in sensib. corporis habitant 517 b
curiositatis uita in quib. passim ebulliant 1741 b
curiositatis bestiales motus 98 a et b
curiositatis pes uagus, et indisciplinatus oculus famulantur 634 c
curiositatem amor prudens excludit. 736 c
curvus tres inueniuntur in scripturis 732 b
custodia triplex hominum 456 c
de Custodia triplex, manus, lingua, et cordis 542 d
cypressus timorem siue humilitatem significat 2018 d
cypressi odor serpentes fugat 2018 d
Cyprus insula ferax est uini optimi 974 d
D
demonium meridianum 906 b et c
demonia in compunctione cordis efficiuntur 218 d
demonio meridiano timendum 99 b
demoniorum uaria genera 448 d
demon anathematizatur mirabili modo 2666 c
demonos in pendulo huius aeris uagantur 447 c
demonos superna nobis et eterna bona inuident, que ipsis non cedunt 422 d
demonum fides non adducitur in examinationem 1205 d
demonum uia presumptio et obstinatio 438 c
demonum officium est suggestiones malas ingerere, nostrum est illis non consentire 1793 b
demonum cumulus impoenitentia sonam conueniat 2158 b
demonum currit ad fontem gratie 78 c
demonum uia desideriorum ab angelo nominatur 525 c
Deum querendus debito tempore, modo et loco 1088 d
Deum consortio delectatur 1034 c
Deum quomodo queritur 1126 b
Deum diligatur non sine premio 1637 d
Deum et homo, mater et uirgo, fides et cor humanum coniuncta sunt adiuuicem 59 b
Deum cur potius per se quam per aliquam aliam creaturam hominem uoluerit liberare 2019 d
Deum incomprehensibilis uult comprehendere 1957 d
Deum beati Cesarej 2697 c
Deum interrogat nos tribus modis. 729 b
Deum munditie amator 1801 b
Dei notitia 1180 b
Dei pedes duo 692 c
Dei nomen pijs comitenda 566 d
Deo idem est facere quod loqui, idem loqui quod uelle 45 d
Deo quomodo occurrendum 5 b
Deo et hominibus quis molestus 6 c
Deo in quibus sumus obnoxij 729 b
Deo inherere quid 769 a
Deum sapienter omnia fecisse 30 b
Deum colit, qui uoluntarie ei sublegetur 86 b
Deo nihil prauum uel impium sentiendum uel peccatum 2084 c
Deum in ccelis esse quomodo intelligendum 402 c
Deum iustum iudicem, non modo quid graue peccatum 1820 c
destructor occultus, uulpes pessima. 1029 b
destructores monachi taxantur 1685 c
destructores Deo odibiles 121 b
deuotionis gratia res est cordis 542 d
deuotionis aque 77 c
deuotionis gratia que adaugeat. 723 b
Deus quid 1565 d
Deus quare, et quomodo diligendus 1618 d
Deus qua in re maxime suam charitatem commendat 578 c
Deus infinitus et immensus 1630 b
Deus ubique, equaliter totus 35 b
Deus aliter in bonis quam in malis est per efficaciam 55 b
Deus a rationalibus omnibus capi potest per cognitionem, sed a bonis tantum capitur etiam per amorem 35 c
Deus apud homines malus est prestantis atque dissimulans, apud electos homines operans et seruans 399 d
Deus in se delectabilis 2507 b
Deus et homo qualiter in unam personam conueniat 2158 b
Deus delectatur in laudibus fidelium. 2111 d
Deum querendus debito tempore, modo et loco 1088 d
Deum consortio delectatur 1034 c
Deum quomodo queritur 1126 b
Deum diligatur non sine premio 1637 d
Deum et homo, mater et uirgo, fides et cor humanum coniuncta sunt adiuuicem 59 b
Deum cur potius per se quam per aliquam aliam creaturam hominem uoluerit liberare 2019 d
Deum incomprehensibilis uult comprehendere 1957 d
Deum beati Cesarej 2697 c
Deum interrogat nos tribus modis. 729 b
Deum munditie amator 1801 b
Dei notitia 1180 b
Dei pedes duo 692 c
Dei nomen pijs comitenda 566 d
Deo idem est facere quod loqui, idem loqui quod uelle 45 d
Deo quomodo occurrendum 5 b
Deo et hominibus quis molestus 6 c
Deo in quibus sumus obnoxij 729 b
Deo inherere quid 769 a
Deum sapienter omnia fecisse 30 b
Deum colit, qui uoluntarie ei sublegetur 86 b
Deo nihil prauum uel impium sentiendum uel peccatum 2084 c
Deum in ccelis esse quomodo intelligendum 402 c
Deum iustum iudicem, non modo quid graue peccatum 1820 c
destructor occultus, uulpes pessima. 1029 b
destructores monachi taxantur 1685 c
destructores Deo odibiles 121 b
deuotionis gratia res est cordis 542 d
deuotionis aque 77 c
deuotionis gratia que adaugeat. 723 b
Deus quid 1565 d
Deus quare, et quomodo diligendus 1618 d
Deus qua in re maxime suam charitatem commendat 578 c
Deus infinitus et immensus 1630 b
Deus ubique, equaliter totus 35 b
Deus aliter in bonis quam in malis est per efficaciam 55 b
Deus a rationalibus omnibus capi potest per cognitionem, sed a bonis tantum capitur etiam per amorem 35 c
diabolus uitorum incensor 2133 c
diaboli malum cooperatur pijs in bonum 989 b
diaboli omnis uoluntas semper iniuri operans et seruans 399 d
diaboli sagitta 1792 c
diaboli subtilis oculus 178 d
diabolo ignis paratus, etsi nondum sit precipitatus in ignem 493 c
diabolum quid maxime faciat 443 b
diabolum timent increduli 2133 c
diabolum esse in aula regia, quale monstrum 1260 d
dies boni ubi, ubi interminabilis est diuerum longitudo 461 b
diffamare quid 2100 b
dignitatem omnino esse inutilem absque scientia 1630 b
dignitates ecclesiasticas uendicare feritate armorum, non morum probitate 1345 c
diligere toto corde quid 826 b
diligenda non sumi omnia equaliter 2044 b
diligendi modi qui 713 c
dilectio fortis ut mors 944 d
dilectio causa questionis 1127 c
dilectio duas habet alas 2061 c
dilectio doni spiritus 1297 d
dilectio perfecta mentis in solido posita det 2380 d
dilectionis probatio est exhibitio operis 1990 c
dilectionis uim omnium amaritudinum superare molestiam 944 d
dilectionis triplex modus 822 b
diluuium triplex 2198 c
Dine curiositas 1666 b
discipulus proficiens gloria est magistri 909 b
discipline utilitas 1508 c
disciplina moderatrix uirtutum 967 c
discretionis lumen mater est uirtutum, et consummatio perfectionis 99 c
discretionis oculus caligans 1534 c
in Discordia locum fieri diabolo 388 c
Diuionensis ecclesia 1178 c
diuinitas corporalibus oculis non uidetur 2012 d
diuini non obsunt opes, si eis bene utitur 1824 c
diuinitas uera non opes, sed uirtutes 12 c
diuinitas multis exiitales 2051 d
diuinitas nunquam sine peccato cogitur 2051 b
diuinitas sanctorum quales 1699 c
diuinitas stulti christiani querunt 334 b
diuinitas fugienda cur 1607 b
diuinitas temporales sanctorum, fuisse umbra futurorum 1699 c
doctrina spiritus 772 d
doctrina instrui pijs 472 c
doctores sanctorum tria genera 2249 b
doctrinam uicium 2709 c
dolor acerbus diuturnus esse non potest 1823 d
dominandi libido in multis ecclesiasticis 2211 c
Dominus nomen maiestatis 2152 c
domus magna que libet duplicem solent habere mansionem 358 b
domus Iacob eterna que 41 c
domus Dei due 736 c
domus omnis indisciplinata maledicta est 2236 b
domus spiritualis quisque est 956 c
in Domino celesti cognio dilectionis est nutrimentum 1260 d
donec uocabulum quomodo accipiendum 1073 b
de Donis septem spiritus sancti contra septem uitia 533 c
draco in arena latitans, etiam duos uolantes statum attrahit uenenato 43 b
Drago monachus 1191 c
Dunensis episcopus 2581 c
Duernania ciuitas 2389 d
E
Ebalus Cathalaunensis episc. 1225 d
ebrietas est manifestissimus demon. 2082 b
ebrietatis duplex 660 c
ebrietatis malum describitur 1645 d
ebrietas et c
ebrius nihil recti facit, nisi uani inuitium cadit 2200 d
ecce admirantis uox 955 b
ecclesia multis purificationibus opus habet in hac uita 113 d
ecclesia Romana spoliatur a diuinitatibus suis 1455 b
ecclesia affligitur peruersis dogmatibus 909 b
ecclesia sanctorum plus misericordia quam meritis ni uir 2455 b
ecclesia multos canales habet 815 c
ecclesia non est sine macula 345 b
ecclesia est uertis Christi 564 b
ecclesia semper ab initio sui hereticos habuit 1035 c
ecclesia lumina acuta sunt 2433 d
in Ecclesia lumina duo Paulus et Petrus 267 d
ecclesie tres ordines 78 b
ecclesia magna fides 1044 b
ecclesia ordinibus detrahere 1045 d
ecclesie mores corruptissimi deplorantur 1361 c
ecclesia constituitur quo in loco olim habitet sine 1038 c
ecclesie rectorum forma 596 d
ecclesie principes sal euacuatum. 2346 d
ecclesie pax unde sit 1456 c
ecclesie plaga insanabilis 910 d
ecclesie doctores uidentur esse canes quidam 2403 b
ecclesia crines sunt crispi, ad suum reuerentes caput 2395 b
ecclesia Romane autoritas super populum

I N D E X.

pulm Dei 1369 c sunt 737 b facies quid 136 b filius Dei equalis altitudinis & dign...

I N D E X.

gaudium duplex in spiritu sancto 547 b gloria futura tria commoda 1981 c In Habitu non calorem, sed colorem...

hostia Deo placabilis 129 b
hostia pellis cur abstrahatur 232 c
hostiam salutarem seipsum Christus fecit 172 b
hostijs quib. promeretur Deus 1401 c
hostiensis papa consecrat episc. 1322 c
hostis iucior nullus carne 52 c
hostis quibus tradimur, sunt tres. 738 c. 1793
Hugo miles Christi 608 b
Hugo Tullensis ecclesie archidiaconus 2710 c
Hugo Granopolitanus episc. 1321 d
Hugo comes Campanie 1189 b
Hugo Rothomagensis archiepisc. 1186 d
Hugo Fastius magister 1192 c
Hugo Fominaensis abbas 1190 c
Hugo de Besua 1312 b
Hugo Burgundia dux 1323 b
humanitas uidetur absorpta in deitate, non quida metata sit substantia, sed affectio deificata 309 b
humanum genus triplici morbo laborat 919 c
Humbaldus archiepiscopus Lugdunensis 1183 b
Humbertus abbas Ignacensis 1332 b
Humberti monachi obitus 487 c
humilitas duplex 13 c
humilitas est proprie excellentie contemptus 1658 b
humilitas et mansuetudo colluctantur sunt 315 c
humilitas Deo nos reconciliat 86 a
humilitas sola Deo placet, siue in Angelo, siue in homine 360 b
humilitas honorata magna prorsus, et rara uirtus 46 c
humilitas uirtus semper solet esse gratie diuine familiaris 46 b
humilitas mater salutis 921 c
humilitas iustificat, non humiliatio. 911 b
humilitas non omnis exaltanda 912 a
humilitas habet septem gradus descensionis 727 a
humilitas custos est pudicitie, et mater patientie 1851 b
humilitas preter ueritatem non laudabilis 1397 b
humilitatis perfectio super tria firmata 1852 b
humilitatis diffinitio 1652 a
humilitatis ingens fructus 1892 b
humilitas uirtus habet tria 727 b
humilitatis timore quid precipue incuitat 1950 c
humilitatis laus 2006 a
humilitatis insigne 46 b
humilitatis quadam insignia 664 a
humilitatis totius summa in quare consistat 563 a
humilitatem uera que conferunt, sunt quatuor 732 b
humilitatem necessariam esse postea-

tiemiam 98 c
ad Humilitatem quibusdam gradibus ascendendum 164 a
de Humilitate laudem appetere 808 c
humilitate nihil dicitur, nihil preciosius 63 c
humilitate nihil purius, nihil solidius. 164 a
hydriae sex uaria in se complectuntur 118 d
hydriarum allegorica significatio 118 d
hypocritarum tristitia 136 a
hypocrita non uenit in conspectum Dei 2304 c
hypocrite dupliciter danantur 1898 c
hyssopus humilis herba, purgat peccata, et humilitatem significat 949 c
hyssopo aspergi 384 a
Iacob quater luctatus est 732 c
Iacob quadam luce uolentia benedictionis extorsit gratiam 2337 c
iaculantia quatuor species 1979 d
iaculantia uitium 1672 d. 2095 d
Ibracense monasterium 2774 d
idida est dilectus Domini 656 a
idololatras ministrare in ecclesia, 1704 d
Iehuseus subiugari potest, sed non exterminari 1008 c
ieiunare usque ad nonam, et usque ad uesperam 140 b
ieiunare quo pacto et quemadmodum 139 d. 142 a. 2080 a
ieiunasse Christum propter nos, non propter seipsum 141 d
ieiunasse Christum non in uirtute diuinitatis, sed in humanitatis suae natura 1936 c
ieiunantes solet appetere duplex uitium 136 c
ieiunium non uendere 137 d
ieiunium non ab eis tantum, sed ab omnibus illecebris carius est seruandum 138 c
ieiunium patrum quale fuerit 2002 a
ieiunium Christi commune omnibus christianis 134 b
ieiunium uerum describitur 141 b
ieiunium gratiam promeretur orandi 142 b
ieiunium est abolitio non solum peccatorum, sed etiam extirpatione uitiorum, sed etiam extirpatione uitiorum, sed etiam extirpatione uitiorum 825 b
ieiunio redimi eterna supplicia 142 a
ieiunij ala dua 142 b
ieiunia quorum non probentur 633 b
ieiunia fortia arma sunt aduersus tentationes demoniorum 2079 c
ieiunia sint moderata 2080 a
ieiuniorum regulam custodiendi 138 b
ieiunij solennia praeuenire 372 b
ieiunium orationi deuotionem et fiduciam donat 142 b

lesus duos esse in typo 98 c
lesus datus est mediator a patre 320 b
Iesus Christus medicus animarum. 898 b
Iesus interpretatur saluator 69 c
Iesus nomen medicina salubris est christianis in omnibus aduersis 802 d
Iesu pietas excedit omnem criminum quantitatem, seu numerositatem 50 b
Iesum portare in brachijs 6657 c
Iesum inuocat diuus Bernardus 27 b
Ignatijs discipulus Ioannis apostoli. 415 a
Ignatijs reliquie ubi 415 a
Ignis purgatorius an restet post mortem 1045 a
ignis fomenta tria in nobis 735 b
ignis in ecclesia sacerdotali benedictione consecratus 117 d
ignis inuidie et ambitionis 127 b
ignem tris habere 780 c
ignem et aquam pertransire 494 b
in igne seruorem et splendorem esse 362 c
ignorantia Dei quid parturiat 525 d
ignorantia boni instigat ad peccandum 1942 c
ignorantia sit ne omnis damnabilis 917 c
ignorantia, que excusatione non habet 1244 d
ignorantia mater omnium uitiorum 1853 d
ignorantia peccata non paruipendenda 90 c
ignorantia due filie 812 b
ignorantiam rerum diuinarum, qui pretendere non possunt 234 c
ignorantiam interdum posse peccata care 1252 c
Illinus Treuerensis archiepisc. 2722 a
illuminat omnem hominem Christus 57 d
illuminatum esse solo somnio 123 b
Ilporia Italiae ciuitas 2583 c
imago diuina impressa ipsi nature. 153 c
imago Dei est omnis anima rationalis 1784 b
imago ab anima quid habeat 1109 c
imago in ipsa gehenna uri poterit, non exuri: ardere, sed non deleri 153 c
imago Dei oranti astat 825 b
imago creatrix in imagine creata. 1804 b
de imagine siue uerbo Dei, et anima que ad imaginem est, subtilis disputatio 1108 c
imagines aureas et argenteas Iudei constabant 2649 b
in umbre medio scribere epistolam sine imbre 1138 a
imitator Christi tria debet agere. 730 b
immortalitas gemina commendatur. 435 b
immortalitas uera et integra tam non 1979 d

recipit mutationem, quam nec finem 1115 d
impatientia anime perditio est 504 c
impiorum refugium triforme 731 c
impoenitentia mater desperationis 539 c
impoenitentia cordis phrenesys grauis 69 b
impudentia intolentia superbia hominis 75 c
impudentia grande uitium iuniorum 1846 b
impunitas quid 1546 b
impunitas ausum parit, ausum excessum 2557 d
impurus quis 2027 b
incarnata diuinitas 196 c
incarnatio Christi an angelis cognoscenda 1273 d
incarnationis Christi cogitatio plurimum ualet 578 a
inceptio iustorum nominatur misericordia 270 b
inceptio iusti non commendanda. 1001 d
indignatio Dei non aliunde est, quam de misericordia Dei 515 b
indocti prelati ecclesie pestis 1839 b
indulgentiam peccatorum unde consequamur 565 d
infantia Christi manifestam preterdit humilitatem 86 d
de infantia Christi parum audimus. 1055 c
infans unius diei non est mundus a forde 156 c. 345 b
infantem si uideret ecclesia non baptizari, scandalizaretur 111 d
infans quando baptizatur, fide omnino non caret 1248 d
infantes unde saluentur 90 b
infantulus anno integro intra uiscera materna detentus 2705 c
infernus hic incipit 2198 c
infernus inferior 291 b
infernus solius passionis est locus 506 b
in inferno solum peccatum, et poena peccati inueniuntur 589 a
apud inferos cupiditatis nec opus, nec usus est, sed ex cruciatio 2395 c
infidelis omnis inexcusabilis, si Deum non diligit 1630 c
infirmitas aliorum patienter ferenda 599 b
infirmitas salubris, que per diuinam correptionem mentem a diuitia frangit 1822 c
ingratitude uentus urens, sicca sumtem pietatis 976 c
ingratiudo uitij et peccati perniciosior 164 b
ingratiudinis uitium 277 c. 570 d
ingratiudini-

ingratiudinis occasioes uestigari. 497 c
in gratia esse 2174 c
inacundi in patientia animas suas non possident 2014 c
Inac interpretatur gaudium uel risus 1724 b
Inac ab angelis nunciatus 256 c
Inaciel interpretatur uir uidens Deum 2555 b. 356 c
Inada oleum multum diuinae notitie habet 798 b
Inadei ueri 52 b
Inadei quomodo conuincendi 1496 b
Inadeorum intellectus uoluntatis 1015 b
Inada sonat sonat confessionem 51 b
Inada aeriarum potestati collega 427 b
Inada spiritus non emittit, sed amittit. 175 a
Inada inuitium laudatur, sed finis uite illius condemnatur 2072 d
Inada fuisse economum 2566 b
Inadandum secundum fidem, non secundum faciem 250 d
Inadum futurum non fiet sine misericordia 440 c
Inadum in dubijs nemo sibi uindictet. 568 c
Inadum diuinum duplex 2139 d
Inadum tria, proprium, humanum et diuinum 582 b. 732 b. 673 c
Inadum Christi, iugum hominis 1698 b
Inadum Augustus 486 a
Inadum monasterium 2627 b
Inadum bibit calicem salutarem 89 b
Inadum quid designet 1092 b
Inadum usus facit consuetudinem periuuramento non indiget ueritas ibid.
Inadum Deum gratis, ut gratia commeterem crudum lauare 12 a
Inadum mendetur 12 a
Inadum iustificatur gratis per fidem 396 c
Inadum iustificari quicunq; desiderant, a tribus debent abstinere 718 b
Inadum iustificatio preceat magnificatio 718 d
Inadum iustificatio nostra fit ex fide 1295 b
Inadum iustificatio adimpletur, dum ab interdictis uitij abstinetur 718 b
Inadum iustificationis opus operatur gratia. 364 b
Inadum iustitia quid 10 b. 142 b. 86 a. 549 c
Inadum iustitia hominum recta uideri potest, si peccato non consentitur 369 c
Inadum iustitia pura nulla, ubi culpa non deest 359 c
Inadum iustitia hominis in sanguine redemptoris 1383 d
Inadum iustitia que nos seruet 432 d
Inadum iustitia meritum querit, misericordia miserum inuenit 177 b
Inadum iustitia que ex fide est, sit in corde 51 c
Inadum iustitia in duobus consistit 660 c
Inadum iustitia panis cordis 160 b
Inadum iustitia nostra omnis coram Deo nihil 337 b
Inadum iustitia descriptio 2188 b dies 97 b

sacrificium 285 c
iustitie femininum species 2266 b
iustitie uigor semper feruidus, sed numquam preceptis 1186 c
iustitiam omnem adimplere 111 c
iustus quis 1297 d
iustus esse quando incipiat homo 2083 c
iusti proprie qui 838 c
iusti fide ex uita 545 b
L
labor spiritualis preferendus corporali 1686 c
labor uirtus qui 636 c
laboris omnis remedium est, alterius 531 d
laboris initium 2109 d
laborum utilitas 14 d
lacrymae uere 14 d
lacrymae sum testes nature, non indices diffidentie 865 d
lacrymae penitentiae et confessionis. 110 b
lactis gemina species 692 c
in Lacte ouis duo esse 7 d
letitia inepta 1671 b
letitie transitorie finis 165 c
lampades septem thronum electe mentis illuminant 734 d
Laudolphus Astensis episc. 1321 a
laqueum per triennium in ore portare 1973 d
lapides duplici glutino coheret 385 b
lapides uini et rationales 327 c
laqueus diaboli diuitia sunt mundi 168 c
laqueum proprium homo portat seculum 407 d
laterem crudum lauare 2084 d
Latinacensis abbas 1418 a
latrones qui nobis optima queque sunt, quatuor sunt 737 a
laudatio non est secura, ubi nec ipsa uita secura 352 b
laudatio nulla secura, nisi post mortem 490 a
laudatio nulla secura, nisi post mortem 490 a
laudibus supernis uelle addere, detrahere est 1487 d
Laudonensis episc. 1462 d
Laurentij laus 2492 c
Laurentio ignis sapiebat 374 c
Lazarus sanguis Christi roborat, ne flammam sentiret, quod et ipse credidisset in eum qui erat passurus. 1384 d
lectio diuina ualde necessaria 2107 c
lectio diuina qualis esse debeat 2322 b
lectio fortuita non edificat 1749 b
lectio prolata sepe longitudinis causa memoriam legentis obliterat 1824 c
lectio quid 1860 c
lectionis modum similis meditatio sequi solet 1757 a

per Lectionem sensus et intellectus iungitur 2108 d
ad Lectionem citius currere, quam ad orationem 1787 b
lectionum assiduitas reficit animam 729 c
lectulus Salomonis quid 207 c
legatio sarcina grauis, humeris profertur semilibus 1316 c
legifer uerus 212 d
Leibertus abbas S. Michaelis 1492 c
leo nisi ad ianuam timoris terrificos non dat rugitus 484 b
Leonius sancti Bertini abbas 1498 c
leonem errorem ferocitatis figurare. 2068 d
lepra corporea electis est paterna correptionis uirga 629 a
lepra superbiae septemplex nos occidit 205 c
lepra secularis conuersionis 573 d
Lesiensis monasterium 1501 d
Lesnor ciuitas Munoniae 2569 b
leuitatem mentis facit remissa uoluntas 1764 b
leuitas animi laxatur 1670 c. 1671 d
lex uinum durum et acidum de botris amarissimis eliquatum 283 d
lex naturalis societatis 539 b
lex et prophetae nuncium ad perferendum adduxerunt 2502 c
lex peccati in membris omnibus inuenitur 576 d
lex dura quibus 285 d
legis ueteris Deus auctor 110 c
Lexouienae cocinabium a quo conscribitur 2572 d
Lia supponitur Iacobo ignoranti 294 c
libanus candorem sonat 2568 d. 2429 b
liberatio quomodo in nobis 133 b
liber iustorum 258 c
libri sanctorum qua autoritate apud nos esse debeant 133 d
libertas spiritus sola facit iugum suauem 224 d
libertas triplex proponitur 1578 b
libertatis consideratio 2485 c
libertas imaginaria 2344 c
libertatem comitatur iudicium 1577 d
libertate nos frui etiam in hac carne. 1582 b
libertates esse tres 2486 c
libidinis incedia difficile extinguitur 1809 c
Ligia fidelitas 1493 d
lignum transgressionis in medio paradisi 568 b
ligna sunt omnes iusti 726 d
lilij radix commendatur in tribus 1959 b
lilia sunt exempla castitatis 2423 b
in lilijs quid commendatur 2426 d
lingua exigua caro hominis 544 d
lingua maledicta computrescit 2580 b
lingua rixosa, ueneno plena 2066 b
lingua moderanda 1969 d
lingua inde dicta 1824 b
lingua

I N D E X.

linguae aromata tria 203 b
linguae uinum 1824 b
in lingua frequenter fructus precio-
sissimus inuenitur 845 b
liquidum et calidum cognata sunt sibi
inuicem 2514 b
in Litera ministratio mortis, in spiri-
tu uita 1078 c
literarum scientiam non esse negligen-
dam 921 c
literati ecclesie multum profuerunt.
918 b
liuor inuidus aliena gloria et felicitate
torquetur 370 c
locus non homines, sed homines locum
sanctificant 580 a
locustria sunt, coelum, terra et infer-
nus 716 c
locustia irrationabilium animalium ci-
bus 252 a
Lodouicus rex Francorum 1408 b
loquacitas indicium impudicitiae 1973 b
loquacitatis species 661 b
loqui Dei idem quod uelle 45 b
Loth uino inebriatus, dormiuit cum fi-
liabus suis 2081 c
Loth filie excusantur 1606 a
Lotharius Romanus Imp. 1330 c
Lyranus cenitum solus monasteriorum
fundator exiuit 2571 c
Lucas conuersus uel eleuans interpre-
tatur 2552 c
lucernae tres 728 c
lumbos praecingere 2077 a
Ludouicus iunior rex Francorum 1353 c
lumen uitae quid 1651 b
luna est splendor a sole 870 a. 363 a. 697 a
luna quid designet 310 c. 311 b
luxuria inimica est Deo 2077 b
luxuria omni immunditie et turpitu-
dini carnis praest 930 a
luxuriosus et castus sibi repugnant.
2208 c
luxuriosi coelestibus uoluptatibus men-
tis oculum non intendunt 2014 c
lux simulata quae 363 a
lucifer in ueritate non stetit 351 c
lucifer altissimi similitudinem usurpare
temauit 2 a
M
Maccabaeorum festum cur institutum.
1283 a. 1488 a
maceria pro communione sanctorum
ta 1022 c
Magdalena apostolorum apostola.
Magdalena factum 564 c
Magi Christum uenerantur et ado-
rant 103 a
Malachias Hyberniae archiep. 1489 b
Malachiae episcopi obitus 492 a
Malachiae pueritia et adulescentia.
2566 a
Malchus episcopus 2569 b
Malenilla uiculus 2714 a
malitia habet curram suam uotis qua-

meritis nihil tribuendum 2041 b
metus mentem uolenter infringit.
2516 c
Michael interpretatur quis ut Deus?
360 b
milites Christi ornari non armari ap-
petunt 47 c
milites Christi securi preliantur.
610 b et c
militiae christianae tempus 134 a
militiae genus nouum 608 c
militia secularis taxatur 610 a
minister dona Dei dat 332 b
ministerium Christi esse, magnum est
profusus 649 c
ministerium Dei prudentia 371 a
ministerium Christi seruire antichristo.
909 c
miracula uera 383 b
miracula non opus est facere 472 c
misericordia sola caret inuidia 2093 b
misericordia generalis humano generi tri-
plex 19 a
misericordia hominum duplex 88 a
misericordia nulla uerior, quam falsa lati-
tia 1581 c
misericordiam qui non sentiunt, non atten-
dunt misericordiam 100 a
misericordia Domini, a compatiendo
alienae miseriae uocabulum sortita
est 2062 c
misericordia parua 512 b
misericordia facit locum unicuique; secun-
dum meritum operum suorum 2062 c
misericordia esca hominum 165 b
misericordia primus gradus homini mi-
sero emergenti de profundo uitio-
rum 441 b
misericordiae Domini multae 88 a
misericordiae magnae quatuor filiae.
533 b
ad Misericordiam Dei recurrendum
peccatori 337 b
misericordiae Domini septem
missa quomodo audienda 2544 b
missarum celebrata olim solennia post
resurrectionem 2001 a
missarum solennia celebrare
mites qui 14 a
modestia indiuidua uerecundiae socia.
1845 b
modestia quid 547 c
modi uicini nouem 1562 c
Molismensis ecclesia
monachus sit quasi Melchisedech.
1875 a
monachi officium 1032 b
monachi non de complexionibus iudicare
debent, sed de professione 891 b
monachi de poenitentium ordine 595 a
monachi infelices qui 566 b
monachi olim laborarunt 436 c
monachi consis oibus comparantur.
702 a
monachi nouitij et conuersi 555 a
principes, et cum quibus 1414 b et c
Matheus legatus 1182 b
Matheus noui testamenti primus scri-
ptor 280 c
Matheus Albanensis episcopus. 2186 c
mediator Christus non discreuit, sed
fecit utraq; unum 480 c
mediator unicuique 740 c
mediatores et magistri duo in eccle-
sia 267 a
medicus ebrius fugendus 2250 a
medicos quaerere, accipere potiones,
et species emere, religio est inde-
cens 1494 a
mediocritia omnia utilia 218 a
Mediolanum metropolis Ligurum.
2662 a
ad Meditandum omnis locus con-
gruus 1786 b
meditatio quid 1860 c
meditatio et oratio duo pedes 378 b
meditationis officium 1861 b
mel mundificatiuum 2013 b
mellis nomine quid signetur 685 c
Melliflorus abbas 2573 b
mendacij genus omne cauendum 2091 b
mendicare non ut miseri, sed ut do-
mum 830 c
mensae sacrae apparatus 189 a
mense duae 607 c
ad Mensam altaris frequentius accen-
ditur 188 c
mens bona, possessio bona 1847 a
mens quid 1903 c
mentis excessus bonus est, sapor 2349 c
mentis habitus in corporis statu ceru-
tur 1842 a
mentiri Deo per tonsuram 389 a
mersio trina in baptismo tridui forma
gerit 181 a
merces congregare in sacrum pertu-
sum 13 a
meritum nolo, quod gratiam exclu-
dat 1052 a
meritum nemo praetendat, ubi in mu-
nere sola est gratia 2423 a
meritum Christi quale 1020 a b et c
meritum Christi Bernardum seruauit
a damnatione 2635 b
meritum querunt aliqui, sed pium gra-
tiam inuenire student 320 c
meriti gratia principium salutis 365 b
ad Meritum satis est, de meritis non
praesumere 1055 c
merita Deus donat, et nihilominus
ipse praemia redonat 151 c
merita propria nobis desunt 495 a
merita omnia dona Dei sunt 151 a
merita descendere a patre luminum.
1595 a
meritorum penuria perniciosa pauper-
tatis 1054 a
in Matrimonij spirituali duo esse ge-
nera parandi 1135 a
matrimonia cur contrahant reges et
meritis 519 c

I N D E X.

monachum facit professio, prelatum
necessitas 1214 b
Mojosensis monachi 1475 c
monachorum quorundam feruor repre-
henditur 907 a
monachorum uestimenta qualia esse
debeant 1691 b
monachorum superbia 1693 c
monachorum exercitium ueterum 1333 b
monachorum uita describitur 612 c
monachorum superstitias in cibo et
potu 1689 c
monachorum speculum 1873 a
monachorum uisus 1216 a
monasterium Eugenii 1675 b
monasteria stagnis comparantur 375 b
monasteriorum et seculi comparatio.
2074 a et b
in Monasterijs omnia sunt communia
2105 c
ad Monastica uita adhortatio 1290 a
munus solum Christus 410 a
munus bonum ueritas 935 b
mons Burrus castrum 2611 b
mons qui fugendus 225 b
montium genera quatuor 738 b
moralitas perfecta in duobus consistit
677 a
mori magna infirmitas 175 a
mori morte angelorum 979 c
mors preciosa 732 b
mors somnus est dilectis Domini 576 b
mors est priuatio uitae 1087 b
mors felix, quae hominem facit alieni
ad hoc seculo 149 b
mors ianua uitae, et porta gloriae.
2492 a. 2427 a
mors ponit finem omnibus, malis in hac
uita 2158 b
mors pio utilissima 495 c
mors animae iniquitas 394 b. 1297 a
mors ubique nos sequitur 1780 c
mors horror filiorum Adam 487 c
mors terit electos ad eorum utilitatem
493 c
mors malleus uniuersae terrae 493 c
mors opus diaboli plane uicta 493 c
mors bona quae 979 c
mors hora nihil incertius 637 c
mors genus ignominiosum 149 c
mors signum, et damnationis ini-
tium 1751 c
mors conditio dura 2244 a
mors dies semper sit in memoria.
1601 a
necessitates animae multae 1129 a
negant quidam Christum, attamen non
damnantur 90 b
negocijs secularibus implicari 47 b
negociari Domino 2232 b
negocijs secularibus implicari 47 b
necquam quis dicatur proprie
Nicasius Remensis 1189 c
Nicolaus Cameracensis episcopus.
1404 a
Nicolai episcopi laus 2279 c
nigredo peccati et poenitentiae 879 a
in Nobili uirtus plus placet 1305 a
nobiles an ad ecclesiasticos honores ad-
mittendi 1345 b
Noc ebrietas 2081 c
Nonnae quales esse debeant 1508 b
Norbertus doctus et prudens uir.
1170 a
Norbertus Magdeburgensis episcopus. 1321 a
nomen Dei qui non noscat 458 a
nouenarius numerus 573 b
nouitas admirationem inducit 2352 c
nouitas uita Deo placet 139 a
nouitas triplex 675 b
nouitij taxantur 99 a et b
nouitij in religione 523 b et c
nouitij admonentur, ut fructus ferant.
1016 c
nox in scripturis designat aduersa.
908 a
noctis uocabulo quid intelligendum.
410 c. 695 c. 1092 c
nocturnus timor 411 b. 908 d
nocturnum est, quod insidiosum est.
2363 a
nugacitati interueniendum caute et
prudenter 1535 b. 2683 c
nummus obedientiae 378 c
nuptiae per inopinatum appellatioue
suspenduntur 1540 c
nuptiae sumptuose damnatae sine bene-
nore conferunt 2288 a
nuptiarum tres species 730 c
ad Nuptias spirituales omnes uocan-
tur 115 b
nuptiali remedio abstinere, et in omne
flagitium effluere 649 d
O
Obedientia uictimis iure praeponiuntur.
1849 a
obedientia falsa sub timoris specie se-
pe palliatur 1850 b
obedientia non perfecta 122 c
obedientia bonus cibus 503 c
obedientia duplex 1506 c
obedientia perfecta legem nescit 1605 b
obedientia uera 2216 d
obedientia cordis et corporis 10 c
obedientiae perfecta forma 378 c
oblatio nostrae laudis quam Deo immo-
linamus, triformis est 725 a
oblatis genus spiritualis 108 c
oblitio facile delet memoriam 15 c
obsecratio est in exercitijs spirituali-
bus anxia ad Deum instantia 1758 b
obstinatio diabolica in quibus sit 3 c
obstinatio mentis unde 159 c
oculus lethaler peccat, et oculus a-
ternaliter perit 610 a
ociositas mater nugarum, nouerca uir-
tutum 1535 b
ociositas inimica est animae 118 a
ociositas docuit multam malitiam 1870 b
ociosus omnis in desiderijs est 1851 a
ociosum est quod nullam habet utili-
tatem 1743 c
AAA + ociosum

I N D E X.

pueri a puritate dicti 1870 c religionis uerae insignia 218 a sacerdotes qui consecrandi 2568 b tes primas illeso corpore ingredi. 2216 c

I N D E X.

sanctorum septem precipua patrum san sapientia precium homo nescit 642 c cupari 724 b Simon abbas S. Nicolai 1265 d

I N D E X.

Table with multiple columns containing Latin text and numbers. Entries include 'spiritus multiplex', 'spiritus quatuor in cordibus humanis', 'spiritus reprobis gratia spiritali desitit', etc.

I N D E X.

Table with multiple columns containing Latin text and numbers. Entries include 'aestus bonitas est charitas et obediencia', 'aestus quatuor uti debet', 'aestus pulcritudine quibus margaritis distinguentur', etc.

SERIES CHARTARVM.

Primi Tomi.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z aa bb cc dd ee
ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz Aa Bb
Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss
Tt Vu Xx Yy Zz Aaa

Secundi Tomi.

** Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn
Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz AAa BBb
CCc DDd EEe FFf GGg HHh Ii Kkk LLl MMm NNn
OOo PPp QQq RRr SSs TTt VVv XXx YYy ZZz AAA
Omnesterniones, praeter AAA quaternionem.

BASILEAE, PER IOANNEM HERVAGIVM,
ANNO PARTAE SALVTIS HVMANAE,
M D, LII, MENSE MARTIO.

